UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarivs In Jus Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas Gregorii IX. P. M.

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

urn:nbn:de:hbz:466:1-62329

Visual Library


IHS

M III 8 Th. 47-83.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLARISSIMI VIRI

HENR. ZOESII AMERSFORTII,

IN ACADEMIA LOVANIENSI

I. V. D. ET ANTECESSORIS,

COMMENTARIVS IN JUS CANONICUM UNIVERSUM,

Sive

AD DECRETALES EPISTOLAS GREGORII IX. P. M.

EX RECENSIONE

VALERII ANDR. DESSELII, I. V. D. & Prof. Regii.

Nunc demùm à Viris doctis revisus & quibus tàm in Colonienſi, quàm Lovanienſi editionibus ſcatebat mendis repurgatus.

Cum Indice Rerum, Quæſtionumque Notabilium.

Collegii (o) Soc. Jes. 1697.
Paderb.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud WILHELMUM & FRANCISCUM METTERNICH, Bibliopp. An der Hohen Schmidt. Anno M. DC. LXXXXI.

Cum Gratia & Privilegio S. C. Majeſtatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Reverendiß. Prænobili, Ampliſſimoq; Viro ac Dom.

D. FRANCISCO CASPARO FRANCKEN SIESTORFF.

Iuris Vt. Doctori abſolutiſsimo, Perinſignis Collegiatæ ad Sanctum Severinum Epiſcopum Canonico Capitulari, Decano ac Prælato digniſſimo, Florentiſſimi apud Ubios Laurentianorum Gymnaſii *Regenti* Vigilantiſſimo, Dno Fautori, Patrono ac Mecœnati ſuo jugi obſervantiâ colendiſſimo.

TAntus hujus Operis, quod *Zoeſii* Commentarium ad jus Canonicum appellant, hucuſque extitit Flos ac Viror, *Mecœnas ampliſſime*, ut cum immar-

marceſsibili Lauru jure meritiſsimo comparari potuerit: Idque univerſis, imprimiſque Tibi notius eſt, quam ut à Nobis comprobari ſit neceſſum. Quoniam verò divenditis ac deficientibus jam ejuſdem Exemplaribus, hujuſmodi flori ac virori ſterilitas quædam ſucceſſura non immeritò timeri valuit; non extantis enim, adeoque ignoti nulla cupido. Idcircò Nos hac in parte facturi, quod providi verno hoc tempore circa plantas ſuas ad novum florem ac virorem poſtliminiò redituras præſtant Hortulani, *Opus* hoc reſectis inde, ſi qui irrepſerant, errorum ſtolonibus, ad prælum revocavimus. Deliberantibus autem nobis, ſub cujus patrocinio hujuſmodi editio typis noſtris quàm optimè ac commodiſsimè reflorеſceret,

Ne-

DEDICATIO.

Nemo colendiſsimâ *Amplitudine Tuâ* occurrit convenientior. Nam cum *Te florentiſſimum Achatem* ſuum venerabunda colat Laurentiana Gymnas, agnoſcat alma Vbiorum Vniverſitas, deprædicet Divi Severini Ædes, ac tota denique obſtupeſcat Civitas; Quidni *florentiſſimum hoc opus Tibi* præ cæteris dedicare ac conſecrare addecebit? eó vel maximè, quod in Facultate juridica, quæ librum hunc jure ſuo ſibi vendicat, facilè principem locum obtineas. Eſto igitur tuum, *Mecœnas ampliſſime*, quod tam florenti titulo eſt tuum: utq; Viror hicà Zoilorum fulminibus perſiſtat illæſus, gentilitiæ *Laurûs tuæ* umbraculum impertire. Cui hoc unum adjungimus, ut, quot in *Lauru* ſunt frondes, tot in-

inclytæ vitæ tuæ adjiciantur Olympiades, ſicque bono publico æternùm proſis ac præſis.

Ita proLIXIſſIMIs eX CorDIbVs VoVent

Reverendiſſimæ ampliſſimæque Dignitatis Tuæ

Obſequioſiſſimi Servi
WIMR. & FRANC. METTERNICH.

AP-

APPROBATIO CENSORIS.

HVnc Commentarium Clarissimi Viri Henrici Zœsii in jus Canonicum, doctrinæ Christianæ & sacris Canonibus conformem censeo, præloque ac publicâ luce dignissimum. Dat. Lovanii, pridié Calendas Martii, Anno 1647.

JACOBUS PONTANUS, SS. Theol. Doctor & Professor, Apostolicus ac Regius libror. Censor.

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

LEOPOLDUS diviná favente Clementiâ electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, & Bohemiæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis, quod cum nobis noſtri & S. R. Imperii fideles dilecti Wilh. & Franc. METTERNICH Cives & Bibliopolæ Colonienſes humillimè expoſuerint, quem in modum Opera omnia HENRICI ZOESII Civilia & Canonica aucta & correctiora accuratius Typis exſcribere & propriis ſuis ſumptibus recudere proferreque conſtituerint; Vereantur autem, ne æmulorum invidia novam hanc editionem imitantium ſeſe impendii & laboris ſui fructu fruſtrentur; ideoque nobis demiſsè ſupplicârunt, quatenus indemnititati eorum privilegio noſtro Cæſareo clementer conſulere dignaremur, &c. Proinde mandantes omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopegis aliisque rem ſeu negotiationem librariam exercentibus ſeriò & diſtrictè ſub pœna decem marcarum auri puri amiſſioniſque Exemplarium inhibentes, ne quiſquam eorum præter præfatos impetrantes proximo ſexcennio à prima noviſſimæ editionis die computando dicta opera HENRICI ZOESII Civilia & Canonica aucta & correctiora vel quovis modo mutata intra Sacri Imperii Regnorum ac Provinciarum noſtrarum Hæreditariarum fines eodem aut alio typo vel forma, aut ſub quovis vel additionis, correctionis, aliove prætextu, ſive in toto ſive in parte recudere vel alibi recudenda dare, aliorſumvè impreſſa apportare, vendere vel diſtrahere, citra voluntatem & abſque ipſorum Hæredum & Succeſſorum expreſſo & in ſcriptis obtento conſenſu & licentiâ præſumat. Si quis verò ſecus faciendo Privilegium hoc noſtrum ſeu interdictum quovis modo transgredi, violare & contemnere deprehendatur, eum non ſolum hujuſmodi libris, ubicunque locorum repertis, perperam quippe recuſis, ſeu apportatis (quos dicti impetrantes Wilh. & Franc. METTERNICH ſive proprio, ſive Magiſtratûs eius loci auxilio atque auctoritate ſibi vindicare poterunt) de facto privandum, ſed & ſuprædicta pœna ex dimidia Fiſco ſeu ærario noſtro Imperiali ex altera verò parti læſæ inferenda & pendenda, omni ſpe veniæ ſublata mulctandum decernimus, dummodo tamen prædicta Opera nihil bonis moribus, Orthodoxæque fidei contrarium, ad aliorum verò Bibliopolarum & Typographorum cautelam, tenorem hujus noſtri Privilegii in fronte præimpreſſum contineant & quaterna eius Exemplaria quam primum poſt ipſam novam editionem impetrantium ſumptibus ad Cancellariam noſtram Imperialem aulicam transmittantur. Mandamus ergo, &c. uti latius patet in litteris datis Viennæ die primâ Menſis Aprilis 1683.

LEOPOLDUS.

Vt LEOPOLDUS GUILLIELMUS
Comes in Kinigsegg.

(L. S.)

Ad Mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis
proprium
JOANNES PROBST, mpp.

HEN-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

HENRICI ZOESII,

J. U. D. ET PROF. LOVANII,

COMMENTARIVS PARATITLARIS IN DECRETALES EPISTOLAS

GREGORII IX. P. M.

SEU JUS CANONICUM UNIVERSUM.

PRÆFATIO.

SUMMARIUM.

1. *Societas humana stare sine imperio non potest.*
2. *Politia & Potestas alia civilis, alia Ecclesiastica.*
3. *Politici hujus temporis taxantur.*
4. *Differentia inter Ius Civile & Canonicum.*
5. *Vtriusq; hujus Iuris inter se affinitas.*
6. *Corpus Iuris Canonici unde formatum.*
7. *Corporis illius partes sunt Decretum, respondens Digestis.*
8. *Et Decretales Epistolæ, respondentes Codici.*
9. *Auctoritas horum librorum.*
10. *Decretum Gratiani an habeat vim legis.*
11. *Canones qui quibus derogent.*

HOminum inter ipsos societatem & quasi vitæ communitatem contineri, & stare non posse sine imperio, qui sanioris & rectioris sunt judicii adserunt omnes, cùm, ut
1 ait Sapiens, *Proverb. XI.* ubi non est gubernator, corruat populus. Versatur circa eam duplex politia, civilis scilicet sive temporalis, & Canonica sive spiritualis. * Unde duplex potestas, temporalis & spiritualis sive Ecclesiastica: illa ad
2 temporalia, hæc ad spiritualia spectat. Utraq; suis subnixa legibus & statutis specialem habet & propriũ intentum finem, secundum hominis partes, qui cõstat corpore & anima. Hæc enim ordinata ad æternam salutem consequendã; ut proprium & præcipuè intentum ultimumq; finem habeat felicitatem vitæ futuræ, qua subditos intendit dignos reddere, *can. Quoniam dist. 11. can. Cum ad verum & can. Duo sunt dist. 96.* Ubi non obstat, quòd & hoc jure ea tractentur, quæ ad extremam pacem & justitiæ conservationem spectant, ut patet ex proœmio Decretalium: nam hoc tantum ut facilius suum finem adsequatur. Illa verò ordinata ad servandam Reipublicæ tranquillitatem & moralem honestatem; ut finem proprium habeat felicitatem naturalem communitatis humanæ perfectæ, cujus gerit curam; non etiam singulorũ hominũ, nisi ut membra

bra sint talis communitatis, ut in ea vivant cum ejusmodi morum probitate quæ ad externam pacem & Reip. tranquillitatem est necessaria. In ordine ad quem finem leges feruntur super materia verè honesta, cum proportione, id est præcipiendo honestum, & prohibendo quod malum est, vel saltem illud non præcipiendo.

3 Ubi graviter hallucinantur nostri tēporis Politici, specioso, ut vocantur, nomine, qui, doctore impio Machiavello adserunt, potestatem civilem primo & immediatè intendere statum politicum, ejusq; conservationem & argumentum & in ordine ad hūc finem leges ferri, sive in iis inveniatur vera honestas, sive simulata tantum & apparens: quasi satis sit ad status conservationem, si bonus esse non possis, aut nosis, saltem haberi & videri; si justitia displiceat, larvam ejus adsumere; ut sine reprehensione sis iniquus, optimè loqui, etiamsi animus ab initio corruptus rebus pessimis delectetur: ut ita simulando dissimulando (quod regium esse volunt) finis iste habeatur, nulla attenta veræ religionis cura. Quæ opinio ut pessimo cuiq; probata, ita etiam hodie, prô dolor! optimus quisque cui mens sana & recta, in Dei timore firmata eam abominatur & abhorret ut impiam & pernitiosam.

4 Differentia itaq; ut ex dictis patet, est inter jus civile, quo Politica sive civilis potestas aut Magistratus utitur, & Canonicū sive spirituale, quo utitur potestas spiritualis, sive Ecclesiasticus Magi-
5 stratus* Qua non obstante, hæc duo jura magnam inter se habent affinitatem, traduntq; operas mutuas, uti est colligere ex *c.* 1. *De novi operis nunt. & Nov. Vt clerici apud proprios Episcopos & c.* 83. *in fine* ubi dicuntur leges civiles non dedignari sacros imitari Canones & sacrorum Satuta Canonum constitutionibus Principum adjuvari: ut quadret iis istud Horatii, ... *Alterius sic Altera poscit opē, simul & conjurat amice.*

Eodem facit, quod ait Baldus, *in proœmio Dec. n.* 2. juris Canonici sanctitatem juris civilis sublimitate decorari; & juris civilis majestatem Canonū auctoritate firmari. Et Lud. Rom. *Singulari* 654. Legistam ait sine Canonib. parum valere; Canonistam sine legibus nihil, ut rectè Rebuffus jus Canonicum vocet practicam juris civilis; & Cic. *l.* III. *de Oratore*, nudos eos ad Rempublicam venire dicat, qui tantum habet legalem scientiam, non conjunctam ei Pontificiam. Ut ferendi non sint, qui hæc studia ita connexa separant; juri civili tantum operam dantes & impudenter con ēdentes cognitionem Canonum esse inutilem non tantum ipsi ab eorū lectione abhorrentes sed & alios ab ea avocantes; cum tamen sine Canonib. pars bona controversiarum etiam maximarum, definirī facilè nequeat, & ordo judicialis modernus magis sit accōmodatus præscripto Canonum, quam legum. Nec est, quod culpent sermonis inelegantiam: usi enim Pontifices cōmuni illius temporis sermone, ut facilius intelligantur: cum etiam secundum Horat.

Ornari res ipsa neget, contenta doceri,

& secundum Enripidem simplex sit oratio veritatis. Rectèq; Cicero, *l.* 3. *de fin.* Grandiores, inquit, res dicere ornatè puerile est; planè autem & perspicuè expedire posse, docti & intelligentis est viri. Facit *can. Sedulò monendi* 12. *dist.* 38.

Ut autem civilis politiæ regulæ quibusdam voluminibus (quæ veniunt nomine *Corporis Iuris Civilis*) sub certa methodo sunt conclusæ, ad faciliorem 6

doctrinam; ita & Ecclesiastici juris regulæ, ab iis, qui Ecclesiasticæ politiæ præsunt, conscriptæ, & in certa volumina redactæ veniuntque nomine *Corporis juris Canonici* ita dicti, quod Canones, id est regulas rectè vivendi tradat, *can. 1. & 2, dist. 3.* Dicitur & Pontificium, quòd à Romano Pontifice, ut capite Ecclesiæ Catholicæ, suam sortiatur auctoritatem. Digestumq; est hoc Corpus ferè ad imitationem juris civilis, & comprehensum tribus vo-
7 lum. †quorum primum appellatur *Decretum*, respondens Digestis juris civilis, quibus ut continentur responsa prudentum & senatusconsulta, ita illo Canones Apostolorum, statuta Conciliorum, quæ possunt esse loco Senatusconsultorum; sententiæ sanctorum Patrum, quæ sunt quasi responsa prudentum; nec non quorundam Pontificum constitutiones. Compilatum fuit hoc volumen à *Gratiano* Monacho Benedictino, circa annum Dom. CIↃ. CL. approbatum per Eugenium Tertium, ante quem & alii circa eam rem laborarunt, ut Isidorus Episcopus Hispalensis, Burchardus Episcopus VVormatiensis qui vivere desiit an. CIↃ. XXV. & Ivo Episc. Carnotensis, qui claruit circa annum CIↃ. LXXXVIII.

8 Secundo volumine continentur Epistolæ Decretales, & respondent Codici, quo ut conclusa Imperatorum rescripta ita istæ continent Pontificias constitutiones: quarum aliæ sunt *Gregorianæ*, jussu Gregorii IX. post aliorum compilationes à Raymundo ejus Capellano emendatæ, & in certam methodum redactæ, adjectis, quas ipse Gregor. emiserat, in unumq; volumen congestæ Universitati Bononiensi sunt missæ legendæ, & pro certo jure habendæ. Denotatur istud volumen vocula, *Extra*, sive litera X. brevitatis gratiâ, quod sit extra Decretum. Aliæ sunt *Bonifacianæ* Bonifacii VIII. ad methodum secundi voluminis congestæ, digestæq; in unum volumen (quod Corporis Juris Canonici est tertium) circa annum CIↃ. CC. XCVIII. Cui *Sexti* nomen indidit, eo quod senarium numerum cum quinq; Decretalium Gregorii IX. libris compleat. Continentur eodem volumine Decretales Clementis V. ab ejus nomine *Clementinæ* dictæ, uti & *Extravag.* sive Novellæ constitutiones postea editæ à Joan. XXII. atq; aliis, & quæ *Communes* appellantur. Plebiscita hoc in Jure locum non habent, propterea quòd potestas ferendi leges Canonicas non manarit à populo, ut dicitur infrà *Tit. 2.* Ordo constitutionum hic idem est, qui in Codice rescriptorum Imperialium: habetur enim ratio temporis quo quisque Pont. vixit.

De auctoritate horum librorum & 9
vinculo obligandi non est dubitandum, cùm Pontifici Rom. ut summo Præsuli, sua sit auctoritas & potestas, ut dicetur inf. his libris attributa. Quod non patitur controversiam quoad volumen secundum & tertium, quibus continentur Decretales Epistolæ ac responsa Romanorum Pontificum, *can. 1. Dist. 19.* Quæstio autem est, an sententiis Patrum à Gratiano collectis, & Decreto insertis, adsit vis legis? Resp. ita velle quosdam, quos refert & sequitur Felinus, *in c. 2. n. 44. inf. de rescript.* Moventur, quòd ut tales, habentes sc. vim legis, sint Decreto insertæ. Verius est, non adesse iis legis vim per se, & quatenus nituntur auctoritate ipsorum auctorū,

ut notat Glossa & colligitur ex dist. 20. in princ. Ratio est; quòd lex non sit actus doctrinæ tantum, sed potestatis, quâ SS. Patres caruêre, nec eâ intentione sua tradidêre scripta. Non accepisse eam vim à Gratiano patet, quod potestatem, quam non habuit, attribuere iis potuerit. A Pontifice approbatas esse non constat. Nec rectè objeceris *can. 3. dist. 15.* nam ibi agitur de sola Leonis Epistola, in qua ille ut Pontifex locutus est. Neque item rectè quis allegaverit, Decretum à Gregorio XIII. emendatum, retineri jussum, eique addi aut detrahi quid vetitum esse: nam hoc nihil ad confirmationem singulorum eo contentorum, & non alio fine id factum, quàm ut fides sit penes auctorem; nec alia Canonum ibi contentorum est auctoritas, quàm fontium, unde manarunt. Ubi notandum, nõ pauca referri à Gratiano ex Conciliis & SS. Patribus, quæ in iis nõ inveniuntur, sed aliter, aut non eo sensu; ex hac causa, quod non semper sit secutus ipsa orginalia, sed vel exempla, aut alios collectores, ut videre est ex correcto & nuper edito Decreto Gregorii XIII. jussu; imò & nonnulla ab eo allegari, quæ videntur pugnare cum veritate, & simul stare non posse, propter malè intellectos auctores, ut proinde inconveniens foret passim eo contentis attribuere vim legis. Cov. *4. Var. res. c. 13.*

Dixi, per se, & quatenus auctoritate nituntur suorum auctorum, quia interdum testificantur de præcepto à Christo vel ab Apostolis tradito Ecclesiastica ve traditione introducto, aut cõtinent Conciliorum generalium aut ipsorum Pontificum decreta, quibus ex se sua vis adest. Nõ rectè quis hic alleget consuetudinem, quæ juxta communem conceptum nõ est eo sensu introducta.

Est & in hisce voluminibus quoad obligationẽ ordo servandus, nam uti in legibus, ita & hic Canones posteriores derogant priorib⁹. Sic Decretales Gregorii IX. derogant iis, quæ in Decreto possent videri contraria: Decretalibus Greg. IX. derogant Decretales Bonifacii VIII. his Clementinæ, quibus potiores sunt Extravagantes, quæ cedent aliis Decretalibus Epistolis, postea editis aut edendis, quatenus in iis quid contrarium invenitur, quod cum prioribus stare nequeat.

Cæterum quia volumen Decretalium jussu Gregorii IX. editum, continet Titulos frequentiores, quàm tertium volumen, è re fuerit ac suffecerit hujus Titulos sequi atque explicare eoq; referre, si quid posterioribus, prout res ususve tulit, additum, rejectum, mutatum. Ordo hic observatus non respondet quidem per omnia ordini Codicis: non multum tamen dissonat; cum ut ibi generalia præmittuntur, tum de Magistratu subjicitur, ita & hic post generalia juris præcepta usque ad Tit. V. lib. primi agatur deinceps de Ministris Ecclesiæ, & Magistratibus, eorum creatione, ordinatione, officiis, usq; ad Tit. XXXIV. & sub finem ejusdem libri primi πάπρωτα, id est principia judiciorum subnectuntur, quorum processus & exitus pulcherrima methodo traditur. *lib. II.* Jus, quod circa res præcipuè est. Clericis, *lib. III.* matrimoniorum jura IV. Crimina & pœnæ V. Quæ omnia brevi hoc versiculo continentur.

Iudex, Iudicium, Clerus, sponsalia, Crimen.

HENRI-

HENRICI ZOESII I. C.
IN LIB. PRIMUM
DECRETALIVM
GREGORII IX. P. M.
COMMENTARIUS.

TITULUS PRIMUS.
De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

SUMMARIUM.

1. *Circa summam Trinitatem quid credendum.*
2. *Ecclesia novum fidei articulum non condit, sed declarat.*
3. *Disputare de iis, quæ fidei sunt, non licet. Hæretici taxantur.*
4. *Pœna adversus transgressores etiam ab Impp. statuta.*
5. *Confessio fidei actu aliquo exteriori exprimenda.*

SAcri juris doctrinam traditurus Pontifex, à Fide Catholica, & quæ ejus est objectum, summa Trinitate sumit initium, quòd sit forma, finis, & norma ipsius juris sacri: * circa quam non aliud à quoquam statuendum, aut credendum, quàm quod universalis Ecclesia, Scripturis sacris ac traditionibus Apostolicis, Spiritus sancti ministerio, ejusque lumine edocta, decrevit ac professa est: veluti Deum essentia unum esse, in personis trinum, Patrem scil. & Filium & Spiritum sanctum, quem cum duabus prioribus personis Ecclesia Catholica credit ὁμοούσιον, id est ejusdem substantiæ, contra impium Arium. Cui rei, uti & aliis, quæ continentur Symbolo D. Athanasii, per œcumenica Concilia approbato, & quæ circa Sacramenta, aliaque declaravit Ecclesia & Fides servat Catholica, devotâ ac fideli confessione adsentiendum esse mandat Pontifex, *cap. 1. & 2. h. t. & cap. 1. eodem in 6.* Nam cùm privato intellectu divinum hoc mysterium adequi non possimus, devotè tutius credimus quàm scrupulosè scrutamur, cùm maximum sit stipendium credere, quod nescias. 1

Dico decrevit, non statuendo novum Fidei articulum, quod minimè concessum Ecclesiæ, aut ejus capiti Romano Pontifici, uti probant citati à Covar. *lib. 4. Var. resolut. cap. 14. num. 2.* sed latentem aut dubium declarando. Est enim Ecclesia firmissima regula, ad discernendum ac dijudicandum fidei quid sit nec ne. Unde Augustinus, *Ego*, inquit, *Evangelio non crederem; nisi me Ecclesiæ Catholicæ commoveret auctoritas.* * Ut magnæ temeritatis sint arguendi quidam tenebriones, quorum hoc ævum est fertile, excitati non studio veritatis, sed vanæ ambitionis stimulis aut odio, vindictæ lucrive cupiditate, privatim disputantes, & in dubium revocantes ea, quæ semel rectè sunt definita; ipsi ingressi viam erroris, alios ad eandem trahentes. Quæ res non est citra sacrilegium: cùm enim instar sacrilegii habeatur, disputare, an quem ad munus aliquod elegit Imperator, sit dignus, quidni disputare de iis, quæ sunt fidei, semel rectè definita? Ut rectè dixerit Martianus Imp. *l. 4. C. h. t.* eos injuriam facere judicio reverendissimæ Synodi, qui semel judicata, ac rectè disposita revolvere, & iterum publicè disputare contendunt: subjunctâ itidem pœnâ, & in Clericos, & in milites, & in liberos, & servos. Pontifex excommunicationem statuit, *cap. 2. de Hæret. in 6.* ferendæ tamen, non latæ sententiæ. *Glossa ibid.* 2 3

Ubi non potest Imperator pœnam Ratuendo in hujusmodi transgressores, & reliquos
4 hæreticos, videri forum suum transgredi, cum hæc res concernat statum Reipubl. Christianæ, ejusque pacem ac conservationem, quæ convellitur: nam, ut ad Theodosium Imp. scribit Leo, tunc optimus regni vestri est status, quando sempiternæ Trinitati unius Deitatis confessione servitur. Ut ea res sit mixti fori, rectèque per leges civiles cohibeantur & puniãtur transgessores. Præterea Imperatoris, tamquam Ecclesiæ protectoris, officio incumbit, contra contemptores legum Ecclesiasticarum insurgere, ut ea, quæ ab Ecclesia sunt definita, validioris sint observantiæ; vigilantibus utique ejus ministris in jugem eorum observantiam.

Nec hic rectè quis objecerit, fidem esse donum Dei, ex libera pendere voluntate, ut frustra ad eam quis cogatur invitus: nam ejus coactionis finis non est, quod quis possit fieri bonus invitus; sed ut timendo, quod non vult pati, vel relinquat impedientem animositatem, vel ignoratam compellatur cognoscere veritatem, ut timens, vel respuat fallum, de quo contendebat, vel quærat verum, quod nesciebat, & volens jam teneat, quod nolebat, secundum istud Scripturæ: *Da sapienti occasionem, & sapientior erit.* Et hac via varios hæreticos resipuisse, & ad Catholicam Ecclesiam, abjurata hæresi, reversos esse, tradit August. *in tan. Vides* XXIII. q. 6.

Non sufficit autem corde credere, verùm &
5 ore, aliove actu exteriore exprimenda confessio, ubi ita exigit honor Dei ut proximi utilitas, periculo quovis non obstante; cui præponderat honor divinus: & licet hominem Christianum non faciat lingua, sed conscientia, non potest tamen habere salutem, qui confessionem non habet, cùm dicat, *ad Rom.* 10. Apostolus, *Corde creditur ad justitiam, ore fit confessio ad salutem*; & formidandum sit illud Salvatoris *Matthæi* 10. *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & eum coram Patre meo, qui in cœlis est.* & Lucæ 9. *Qui me erubuerit, & sermones meos hunc filius hominis erubescet cùm veniet in majestate sua.* Non timendus iste, qui corpus occidit, animam autem occidere non potest; sed is potius, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. *Matth.* 10.

TITULUS II.

De Constitutionibus.

SUMMARIUM.

1. *Constitutionum nomine quid veniat.*
2. *Sunt vel Generales, vel Particulares, vel Personales.*
3. 17. *Generales à summo Pontifice eduntur.*
4. *Primatus Ecclesiæ Romanæ adscribitur.*
5. *Franc. Hotomanus notatur.*
6. *Ecclesia Rom. unde dicatur Universalis.*
7. *Pontificem Rom. esse supra Concilium probatur.*
8. *Pontifex articulum fidei tollere aut novum inducere non potest.*
9. *Pontifex non tenetur decretis Concilii.*
10. *Pontifex Rom. est supra Reges & Principes.*
11. *Intellectus loci ad Rom.* 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus sit subdita &c.
12. *Notantur Politici hujus temporis.*
13. *Judiciaria potestas ab initio an fuerit penes Ecclesiam.*
14. *Leges super personis & rebus sacris à Justiniano Imp. cur latæ.*
15. *Concilii generalis confirmatio à Theodosio Imp. cur facta.*
16. *Potestas Ecclesiastica & civilis an possint in eadem persona concurrere.*
18. *Constitutio Ecclesiastica quid sit.*
19. *Decretales Epistolæ constituunt jus generale.*
20. *Pontifex sine consensu Cardinalium potest ferre legem.*
21. *Decreta Conciliorum generalium habent vim constitutionum generalium.*
22. *Constitutiones particulares fiunt à Prælatis inferioribus.*
23. *Illam potestatem iis competere jure humano.*
24. *Episcopi statuta facere possunt sine Pontificis voluntate.*
25. *Item sine consensu aut consilio Capituli.*
26. *Eadem potestas est Cardinalibus in Ecclesiis suorum Titulorum &c.*
27. *Concilia provincialia & diœcesana quando, à quibus & qui ad ea convocentur.*
28. *Communitates inferiores quæ statuta condere possint.*
29. *Constitutiones Ecclesiasticæ Pontificiæ obligant omnes Christianos.*
30. *Concilia generalia confirmata à Pont. eamdem vim habent.*

31. *Sta-*

31. *Statuta Episcoporum & decreta Conciliorum provincialium ac diœcesanorum quatenus vim suam exerceant.*
32. *Delinquens contra statutum jus Episcopi in loco exempto tenetur statuto.*
33. *Peregrini quatenus teneantur statutis locorum.*
34. *Peregrinus superior quatenus teneatur.*
35. *Constitutiones Ecclesiæ quando ligent personas laicas.*
36. *Lex civilis in casu quo nulla est Canonica an & quatenus obliget Clericos.*
37. *Legibus laicorum toti communitati in materia communi impositis etiam obligari Clericos.*
38. *Obligationem hanc pendere ab approbatione Ecclesiæ, non à potestate procedere Principum Laicorum.*
39. *Potestas laica non potest inducere observationem festi alicujus.*
40. *Lex non obligat nisi justa & promulgata sufficienter.*
41. *Ad effectum obligandi sufficere Romæ promulgationem factam esse.*
42. *Removentur argumenta contraria.*
43 *Lex Pontificia an obliget statim à promulgatione.*
44. *Videri hoc non improbabile.*
45. *Etiam in constitutionibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum.*
46. *Ad legis Pontificiæ valorem non requiri consensum & acceptationem fidelium.*
47. *Lex Canonica per consuetudinem desinit obligare.*
48. *Leges & Constitutiones respiciunt futura.*

REipublicæ sustentaculum atque fundamentum esse leges rectè Leo Imp. *Nov.* 36. adserit, easque sanitatem suam conservare debere, ut illa in tuto sit; quæ ut in Jure civili, 1
ita & hic aliæ scriptæ, aliæ non scriptæ. * Ad scriptas spectant Constitutiones, quo nomine Ecclesiasticæ leges denotantur, quarum auctor est Rom. Pontifex: hoc tamen in Titulatius istud nomen videtur sumi, ut etiam pertineat ad statuta ab inferioribus, ut patet ex *c.* 6 *&* 9. *&* aliis *h. t.* Vocantur & Decreta, Rescripta, Sanctiones, Canones, *Glossa dist.* 13. *in princ. V. Omnes.* Dicuntur & Epistolæ Decretales.

2 Sunt autem vel Generales, quæ ad omnes Christianos spectant; vel Particulares, quæ certa tantùm loca respiciunt. Sunt & Personales, quæ personam & causam non egrediuntur, cujus ordinis sunt privilegia & rescripta singulares personas concernentia, de quibus infrà.

Generales eduntur per eum, qui præest Romanæ Ecclesiæ, quæ meritò prima est, & pri- 3
matum obtinere præ reliquis Ecclesiis dicitur, quod Divus Petrus, voce Evangelica princeps Apostolorum judicatus, translatâ eo sede suâ, quam primo Antiochiæ fixerat, eidem præfuerit; & quidem usque ad mortem. Quod clarius est, quàm ut negari possit, quidquid moliantur moderni novatores. * Primatus hic Romanæ Ecclesiæ non tantum variis synodaticis con- 4
stitutionibus, & Sanctorum Patrum scriptis est confirmatus, atque per ipsos Pontifices adsertus & defensus, ut videre est ex variis historiis Ecclesiasticis, & latè ostendit Card. Bellarminus, *Tomo* 1. *Controvers.* 3. *lib.* 1. *&* 2. *de Rom. Pontifice*; sed etiam Imperatorum rescriptis & professionibus sacræ Scripturæ respondentibus roboratus. Patet idipsum inter alios ex Justiniano nostro, qui in *l. Inter claras* 8. *Cod. de Sum. Trinit.* relata ibidem Epistola Joannis XI. Pont. ad se scripta clarè fatetur, Romanæ Sedi primatum deberi: * quam dum novator 5
Franc. Hotomanus, *lib.* 1. *cap.* 1. *Amicib. resp.* odio quodam, quo flagrabat in Rom. Sedem, non etiam studio veritatis, dum inquam, mutuas ustas Justiniani & Joannis Pontificis Epistolas non genuinum sed suppositicium esse partum adserit, hoc facto leguleius iste prodit simul impietatem suam atque insciti am, cujus & meritò arguitur ab And. Alciato. 4. *Paren. cap.* 23. Cuiac. 12. *Obser. cap.* 26. & Fachin. 8. *Contr. Iuris cap.* 1 Et sanè frustrà conatur ille prædictæ Epistolæ ac legi suam vim derogare, in gratiam eorum, qui Romani Pontificis auctoritatem depressam volunt, cum ejusdem mentionem faciant & aliæ historiæ; & ipse quoque Imperator alio loco dicat, quod uti Roma sortita est legum originem, ita & Pontificatûs apicem ibi esse non sit dubitandum: & Romanam Ecclesiam esse omnium Ecclesiarum primam; Romanum Pontificem omnium sacerdotum primum, *Novel. de Ecclesiast. tit. & priv.* 131 *cap.* 2. * Quo modo 6
etiam passim Romana Ecclesia vocatur Universalis; accepto nomine pro ea Ecclesia, quæ

quæ continet sub se universas, quæ sola singularis privilegio dignitatis cæteris est prælata: eo modo, quo Deus dicitur Universalis, quòd universa sub ejus dominio contineantur. Videatur hic d. relatè Covar. 4 *Var. Resol. cap.* 14 *n.* 11. Hinc Romano Pontifici, tamquam Christi Vicario, debetur omnis honor ac reverentia & à Clericis & à laicis, cujuscumque sint ordinis, *can Suscipimus Dist.* 10.

7 Quæritur, An Roman. Pont. sit supra Concilium? Respondeo, partem negativam aliquos amplecti, vel minus æquo in Sedem Apostolicam affectos animo, vel jurare coactos in verba magistri; nixos Concilio Constantiensi, *sess.* 4. & Basileensi, *sess.* 2. *ubi hoc videtur definitum*: verùm affirmativam esse communem & tenendam, cum D. Thoma, 2. 2. 105. *art.* 1. quam etiam tenuit Felin. *ad cap.* 1. *n.* 24 *h. t. alios citans.* Pro qua primò facit textus in *can. Nunc autem Distinct.* 21. *& can. Aliorum* 9. *q.* 3 ubi prima sedes à nemine judicatur, sed reservatur Dei judicio; ut nequeat dici subesse Concilio, licet generali. Secundò per textum *in cap* 4. *inf. de Elect.* ubi omnia Concilia per Romani Pontificis auctoritatem & facta esse, & robur accepisse dicuntur, nec sine ejus confirmatione in iis statuta habere vim obligandi. Unde & Concilia prima à Pontifice postulârunt confirmationem, ut habet perpetua traditio, nec ante fuêre in Ecclesia recepta. Ut necesse sit Romanum Pontificem esse majorem, cùm à minori, vel pari, non rectè mutuemus auctoritatem: quod ipsum esse manifestum superioritatis signum tradit Baldus, *in l. Imperialis col.* 1. *Cod. de Legib.* Cui respondet commune dictum, eum, qui confirmat potiorem esse eo, quod confirmatur. Facit, quod habet Abbas *d. cap.* 4. *n.* 2. potestatem quidem Papæ & Ecclesiæ toti esse à Deo datam, Papæ tamen tamquam capiti esse attributam, & ad ejus dispositionem debere corpus moveri; saltem in iis, quæ sunt juris positivi, non etiam in iis, quæ sunt fidei; *
8 cùm non possit Pontifex articulum fidei positivum tollere, aut novum inducere; & hoc modo accipiendum, quod habetur in *can. Sunt quidam & can. Contra* XXV. *q.* 1. Tertiò idem apertè definitum est in Concilio Lateranensi, sub Leone X. *Sess.* 11. ubi decretum Concilii Basileensis, quo Pontifex subjiciebatur Concilio generali, revocatur; quod nec ante ab ullo Pontifice approbatum legitur. Quod adfertur de Concilio Constantiensi, non potest promovere contrariam partem, cùm constet illud non fuisse generale, nec etiam approbatum eatenus, ut pluribus ostendit Bellarm. *d. lib.* 2. *c.* 15. *& seqq.* Denique quòd à Concilio ligata solvantur à Romano Pontifice, signum expressum est superioritatis.

Hinc dependet decisio quæstionis, An possit Concilium sancire decreta, quibus teneatur ipse Pontifex. Respon. non posse: neque enim lex fertur nisi à superiore, ut mox dicemus. Concilium autem non tam supra Pontificem est, quàm infrà, secundùm jam dicta: Quo expresse facit primò, quod habetur *in d. c.* 4. *de Elect.* nulla Concilia præfigere legem Romanæ Ecclesiæ, nec posse quemquam contra eam levare suum calcaneum. Secundò, *text. in can. Si Papa dist.* 40. ubi Papa à nemine mortalium judicari aut redargui dicitur, quia cunctos ipse judicaturus à nemine sit judicandus. Facit & quod habet Bellarminus *d. l. c.* 18. Pontificem se subjicere non posse sententiæ coactivæ Conciliorum. 9

Lubet etiam quærere, An Pontifex Romanus sit supra Reges & Principes? Resp. Certam esse doctrinam & communem apud eos, qui orthodoxam atque hactenus receptam fidem sequuntur, non tantum nobiliorem, sed & superiorem potestatem esse penes Ecclesiam, eamque habere sibi subordinatam & subjectam potestatem civilem; ac proinde Rom. Pontifici, tamquam capiti Ecclesiæ subesse Reges & Principes. Probatur ex loco *Matth.* 16 *& Ioan.* 21. ubi dantur Petro claves ligandi & solvendi, eidemque committuntur pascendæ oves à Christo; quâ appellatione Christiani omnes continentur: non exceptis Regibus & Principibus, cùm dictio indefinita æquivaleat universali. Quò facit, quod Paulus *ad Hebr.* 5. ait: *Omnis Pontifex ab hominibus adsumptus pro hominibus constituitur, in his quæ sunt ad Deum* Et Bonifacius VIII. *in Extrav. ag. Unam sanctam de Majorit. & Obed. Oportet*, inquit, *gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subjici potestati,* 10

ſati. Nam cum unum ſit corpus, unum quoque ſit caput neceſſe eſt, ad quod omnia aliquo modo revocentur: neque enim alias pax & unitas poſſet eſſe in corpore, idque ſpirituale eſſe oportet, cùm ſit dignius. Quo facit, quod habetur in Gratiano *can. Duo ſunt, Diſtinct. 96.* Pontifices in divino examine eſſe reddituros rationem etiam pro ipſis Regibus: ut debeant poſſe eos corrigere, & emendare, quidquid ipſi, non tantùm ut homines, ſed etiam ut Reges in uſu ſuæ poteſtatis peccarint. Præterea non foret alias ſufficienter Eccleſiæ proviſum, ſi in ea non eſſet poteſtas, quæ Reges & Principes poſſet in officio continere, ſaltem utendo gladio ſpirituali. Fatendum itaque in Rom. Pontifice, tamquam Eccleſiæ capite, eſſe unam poteſtatem, quæ directè reſpiciat ſpiritualia; indirectè verò & conſequenter extendatur ad temporalia. Nam licet Princeps, eiusque poteſtas in ſuis actibus, ad finem ſuum ordinatis, directe non pendeat ab aliqua poteſtate eiuſdem ordinis, quæ eundem finem tantum reſpiciat; fieri nihilominus poteſt, ut neceſſe ſit ipſum dirigi, adjuvari vel corrigi in ſua materia à ſuperiore poteſtate, gubernante homines in ordine ad finem excellentiorem & æternum: quæ ſubjectio aut dependentia vocatur indirecta, quòd non per ſe, ſed indirectè ſit circa temporalia, & propter aliud circa ea verſetur, ad obtinendum facilior.m & utiliorem uſum poteſtatis ſpiritualis, & obviandnm detrimento an marum, quæ poſſent periclitari facto Regum aut Principum, in temporalibus permittentium quid aut negligentium. Unde eſt, quod leges ab Imperatoribus & Regibus circa materiam Eccleſiaſticam latæ, & peccatum involventes, à Romanis Pontificibus ſint rejectæ, vel correctæ; uti quæ loquuntur de uſucapione complenda, etiam malâ fide media, de uſuris & aliis. Atque ita habet ſanior & verior opinio: quò, præter allegata, facit quod cum D. Petro, eiusque ſucceſſoribus (nam & his eamdem poteſtatem datam eſſe fatendum eſt, ex eo, quòd militans Eccleſia Chriſti ſit duratura perpetuò, quamdiu mundus eſt duraturus, cui debuit provideri de capite, ad ſervandam unitatem, quam rem in hodiernum uſque diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſeriem conſtitmavit) univerſalis Eccleſiæ cura demandata ſit, ſimul conceſſa intelligantur ea, quæ ad eum finem ſunt neceſſaria. Generale enim in mandatis eſt, ut ea quoque cenſeantur mandata, ſine quibus id, quod mandatum eſt, nequeat expediri. *l. 3. D. De Iurisd.* ut hoc in caſu; cum præcipuus regnorum ſit finis, ut populus in vera religione & concordia teneatur. Probat hanc partem uſus Eccleſiæ ex hiſtoriis notus, quæ variatradunt exempla, quibus Pontifices hac poteſtate uſi ſæpius in Impp. & Reges, eos excommunicando, ſolio dejiciendo, *d. can. Duo unt. can Noſ ſanctorum & can. fin.* xv. *q.* 6. latè Bellarm. *loco citato lib.* 2. *cap.* 6.

Nihil facit pro iis, qui Principes nolunt 11
eſſe ſubjectos Pontifici, quod habetur ad Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſit ſubdita, non eſt enim poteſtas niſi à Deo*: & ad Titum 3. *Admone illos & principibus & poteſtati ſubditos eſſe*: neque enim hoc ſimpliciter & immediatè accipiendum, quaſi Deus ſit cauſa proxima & per ſe donans poteſtatem ſed mediante electione & conſenſu populorũ, ut patet ex variis juris civ. locis, *Inſtit. De jure nat. gent. & civili. § ſed & quod Principi, & l. 2 §. noviſſimè de orig. juris.* Videatur Covar. *Pract. qu. cap. 1. nu. 6.* Ut non repugnet, eos Pontifici ſubeſſe, tamquam oves Chriſti, Petro & eius ſucceſſoribus ab ipſo Chriſto commendatas.* Faceſſat 12
igitur politicorum & ſectariorum noſtri temporis, & ſuperiorum vana opinio, qui Reges & Principes à Rom. pontificis poteſtate ita exemptos eſſe volunt, & abſolutos eos faciunt, ut quod lubet eiſdem liceat, ſine metu ſuperioris; duplex in eodem tempore caput admittentes, uberrimum omnium diſſenſionum fontem, ut docet modernus in aliquibus locis Reipublicæ ſtatus, quibus principes quidam ex novo ſuo (quod neſcio quis excluſit) Evangelio, auctoritatem ſibi adſumunt de fide præcepta præſcribendi; ipſi ignari eius rei, & Doctore indigentes, Doctorum licet auctoritatem præ ſe ferentes. Unde fit, ut quæ una eſt Chriſti fides, non laudatur unis fidibus, ſed pro lubitu ſuo eam quiſque fingat, quam ſubſequens deinde Princeps immutet & transformet cum certiſſima animarum pernicie, quaſi ad lubitum novi, vel etiam ejuſdem Princi-

pis, & ei mutare lubuerit, aliam formam adsumat Deus. Latè de hac quæstione Molina, *Tract. 4. Disp. 29.*

13 Alia hic se offert quæstio, An judiciaria potestas Ecclesiæ vel Pontificibus sit concessa per Imperatores? Resp. Esse, qui hoc adserant: Primò ex eo, quot inveniantur multæ leges conditæ ab Impp. super personis, & rebus sacris, ut constat ex lib. 1. Cod. Secundò quod Concilii generalis confirmatio legatur petita à Teodosio Imp. Tertiò, quia sine tribunali aliquando fuerit Ecclesia, & ab Honorio restituta inveniatur Episcopis judicandi potestas & auctoritas *l. 7. Cod. de Episc. audientia.* Verùm ab initio fuisse judiciariam potestatem penes Ecclesiam, eamque Episcopos exercuisse, minime acceptam ab Impp. patet ex antiquis historiis. Patet item ex Apostoli 1. *ad Corinth.* 6. his verbis: *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alium apud iniquos judicari, & non apud sanctos?* & paulò inferius, *Nescitis*, inquit, *quia Angelos judicabimus?* quantò magis secularia? Necesse siquidem fuit tribunal aliquod erigi, quod fideles cupidi essent rerum temporalium, non tantum sua avidè possidentes, sed & in aliena procaciter inhiantes, & à vero, cum aliorum detrimento, deviantes: quo opus non fuisset, si omnes ex æquo, qua semel imbuti erant, Evangelicam excoluissent pietatem. Potestatem hanc ab Apostolis esse testatur D. Augustinus *lib. de Operib. Monach. cap.* 29. dum queritur se molestiis dirigendorum negotiorum ab Apostolo esse affixam: & Ambrosius contra Auxentium, Imperator, inquit, bonus intra Ecclesiam est, non supra eam. Ut non possit videri potestas Ecclesiastica procedere à laicorum imperio, cùm inferior in superiorem non habeat auctoritatem, à qua procedit ista concessio. Esse autem Imperatorem subjectum Ecclesiæ probatum paulò ante.

14 Nihil facit, quod leges quædam positæ inveniantur à Justiniano super personis & rebus sacris; cum hoc non possit videri alio fine ab eo attentatum, quam ut maior reverentia sacris attribueretur Canonibus, & per eos definitis, prohibereturque insana hæreticorum petulantia, atque eorum Antistitum refrænaretur temeritas, qui in contemptum Sedis Apostolicæ vilipendi ab hæreticis Canones permittebant: quibus donec intemerata sua servaretur auctoritas ac reverentia, sciebant turbari non posse Ecclesiæ tranquillitatem pro suo desiderio. Validioris autem quod essent Canones observantiæ propter leges Imperatorias, inde eveniebat, quod Provinciarum præsides invigilarent in jugem eorū observantiā, ut testatur ipse Imp. Justinianus *Novell. de ordin. Episc.* 137 15

Concilii generalis confirmatio non aliam ob caussam à Theodosio petita quam ob oppignorandam ejus fidem, uti colligere est ex eo quod idem non inveniatur factum ab aliis Imperatoribus.

Ideo verò restituta legitur ab Honorio auctoritas judicandi Episcopis, quia male erat usurpata ab aliis: ut non debeat ea res officere potestati Ecclesiæ; sicut nec officit, quod sub Imperatoribus ethnicis & persecutoribus, pro tribunali dicendi jus licentia non fuerit Christianis, cum vis, quæ facta est, non auferat ea, quæ sunt juris.

Lubet subjicere, An Ecclesiastica potestas 16
& civilis possint in eadem persona concurrere? Resp. Esse hæresin hujus ævi quæ utramque potestatem cuilibet Principi in suo Regno ac dominio conjunctim tribuit; eamque etiam aliquos usurpare, ac scriptis defendere notius est, quam ut probari debeat: aliam à novatoribus inductam civilem potestatem repugnare sacerdotali. Receptum tamen apud Orthodoxos, neque necessariò has potestates esse conjunctas, ut patet ex usu Ecclesiæ, neque etiam necessariò separatas, ut patet ex usu in Romano Pontifice, & multis Episcopis, aliisque Prælatis, qui simul cum potestate Ecclesiastica habent conjunctam civilem, acquisitam sibi ex Principum donationibus, *cap. Fundamentum* 17. *de Elect. in 6.* Quæ res nulli virtuti est contraria, nec per se mali quid involvit: imò ista conjunctio deservit ad majorem pacem & unionem, facitqs temporale regimen melius se referre ad spirituale, & consiliari majorem reverentiam Prælatis. Nec est, quod quis objiciat verba Christi Lucæ 22. *Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic*: accipienda enim sunt quasi Christus non dederit humanam potestatem, non etiam quasi eam habere prohibuerit.

buerit. Nec facit illud Apost. 2. ad Timoth. 2. *Nemo militans Deo se implicat negotiis sæcularibus*, cùm ille locus sit accipiendus de negotiatione & nimiâ solicitudine circa temporalia lucra, quæ non decet Deo militantes, & passim reprehenditur in hoc jure: non etiam de temporali potestate, cujus conjunctio cum spirituali deservit utilitati Ecclesiæ, & commodis fidelium. Et profectò pluribus in locis vera fides defecisset, nisi & gubernationi politicæ præfuissent Prælati Ecclesiastici: qua de re latius videatur Bellarm. *Tomo 1. Contr. de Rom. Pont. lib. 5. cap. 9 & 10.*

17 Generales itaque Constitutiones eduntur per Rom. Pontificem, sive decernendo post cognitionem, sive interloquendo, sive per edictum præcipiendo, *l. 1. D. de Const. Princ.* ubi idipsum principi attribuitur; ut debeat idem concedi Pontifici, cujus auctoritas non est minor. * Est autem Constitutio Ecclesiastica ordinatio rationis, quid quaque in re faciendum sit præscribens; sive commune præceptum in bonum publicum ab habente potestatem ordinatum. A lege civili non distat in alio, quàm in materia, quæ ibi temporalis, uti & finis, hic spiritualis. De effectu ejus agetur infra *eod. tit.* uti & quando ille operetur hic discipiendũ.

19 An Epistolæ Decretales, quibus respondetur ad speciales consultationes, faciant legem generalem? Resp. Responsa per ejusmodi Epistolas non rarò esse potius declarativa juris superioris, quàm constitutiva juris novi: constitui tamen & jus generale per hujusmodi Epistolas. Nam cùm ea sit auctoritas Principibus. *§. Sed & quod Principi Instit. De jure nat. gent. & civil. l. 2. C. De leg.* quid in idem tribueretur Pontifici? Quo facit, *can. 1. dist. 19. can. Sancta vers. Item Decretales dist. 15. Gloss in cap. ex tua V. consultationem inf. de filiis presbyt. ordin.* Exemplum est in *c. Tua inf. de Sponsalib.* ubi responsum Pontificis per Epistolam inducit obligationem legalem: & ita communiter sentiunt Doctores. Licet autem non rarò contineatur dictis Epistolis declaratio aut interpretatio juris superioris, non tamen ideo minus iis adest vis obligandi ad ejusmodi interpretationem. Non est autem necesse, ad vim istarum Epistolarum sint adscriptæ corpori Canonico, quia per se vim istam habent, *d. can. 1. dist. 19.* Vide Suarez *De legib. 4. c. 14. nu. 3.*

20 Quæri posset, An Pontifex sine Cardinalũ consensu, in re præsertim gravi, possit ferre legem? Resp. Hoc negari per Joan. Monachum, *in c. super de hæret. in 6.* sed contrarium esse verius & receptius, cùm potestas Pontificis sit absoluta, non dependens à Cardinalibus, & supponatur in variis locis soli Pontifici competere ea potestas, *can. Cuncta IX. qu. 3. can. Sunt quidam XXV. qu. 1. Videatur* Felin. *in rubr. hic num. 2.* Abbas *in cap. 2. num. 4. inf. de Cleric. non residen.* & Ant. de Padilla, *in l. Universi 7. num. 10. C. de Divers. rescrip.* Ex decentia tamen regulariter eos consulit Pontifex.

Habent & vim constitutionum generalium decreta in Conciliis generalibus, quatenus tamen à Romano Pontifice sunt convocata & confirmata, uti dicetur infra. Convocantur ad ejusmodi Concilia Prælati Ecclesiarum, & alii viri Ecclesiastici, Principibus laicis, cùm ad eos tractare sacra non pertineat, & potius sint auditores quàm Doctores, *can. Convenior §. allegatur XXIII. q. 8.* interesse synodalibus conventibus non datur, nisi fortè ad fidem confirmandam, *can. Nos ad fidem & can. Vbinam dist. 96.*

22 Particulares constitutiones fiunt ab iis, qui sunt inferiores Romano Pontifice: cujus ordinis sunt Episcopi, adsumpti à Pontifice in partem solicitudinis, quasi judices singulis civitatibus præpositi; neque enim poterat Ecclesia immediatè per unum gubernari: quibus, cùm sint in Ecclesia Dei Pastores, ut eam rectè regant, necesse est competant ea, quæ ad regimen sunt necessaria, *arg. l. 2 D. de Iurisdict.* veluti potestas legislativa, & potestas statuta faciendi, quibus sibi subjectos dirigant: quam iis competere patet ex *c. 2. h. t. in 6. & c. 2. inf. De majorit. & obedientia.*

25 Dubitatur autem, An ista potestas iis competat jure humano, an verò divino? Resp. Posterius aliquos tentare, ex eo quod Apostolis ea potestas immediatè sit attributa, & per eos transierit ad Episcopos. Conc. Trid. *Sess. 23. cap. 4.* facit, quod munus Episcopale sit de jure divino, cui est adnexa hæc potestas. Rectius tamen dixeris, potestatem istam esse juris humani, & immediatè à Pontifice

proficiſci. Probatur *can Decreto* 11. *q.* 6. ubi Romana Eccleſia dicitur aliis vices ſuas impertiviſſe, eaſque vocaſſe in partem ſolicitudinis, non etiam in plenitudinem poteſtatis. Probatur & ex eo, quod Pont. Romanus Epiſcopalem poteſtatem interdum limitet, & immutet: quod non poſſet, ſi foret juris divini; nam eius juris præcepta ſunt immutabilia, & jus alicui conceſſum per ſuperiorem non poteſt ab eodem auferri aut deminui per inferiorem. Non obſtat Trid. *d. cap.* 4. nam ſuccedunt quidem Apoſtolis, ut Epiſcopi, non tamen ut Apoſtoli, & quoad conſecrationem, per quam jure divino imprimitur character, non etiam quoad hanc poteſtatem ipſis à Pontifice vel illo mediante conceſſam. Ut non obſtet, quod hæc poteſtas ſit adnexa dignitati Epiſcopali: neque enim hoc tam ex jure divino immediatè, quam mediante Pontificis auctoritate; eo modo, quo Reges dicuntur regere per Deum, & ab eo habere poteſtatem, quæ tamen illis collata immediatè per populum. Videatur Beliarm. *Contr. Tomo* 1. *de Rom. Pont. lib.* 4. *c.* 24.

24 Aliud dubium occurrit, an poſſint Epiſcopi ſtatuta facere ſine Pontificis voluntate; Reſp. Poſſe, quoad ſubditos ſuos, ex ordinario jure ſibi competente, ut nullâ indigeant Pontificis auctoritate & approbatione, *cap.* 2. *eod. in* 6. Nihil tamen ſtatuunt contra jus, quod inferior non immutat: uti nec ſuper iis, quæ ſibi reſervavit Pontifex. *cap.* 1. *inf. de Translat. Epiſc.* In cauſſis quoque gravioribus nihil ſtatuunt citra Pontificis auctoritatem, cum ſub generali conceſſione non veniant ea, quæ in ſpecie veriſimiliter non eſſent concedenda *cap. fin. de Offic. Vicarii in* 6. cujus ordinis ſunt Eccleſiam unam alteri ſubjicere, Epiſcopatus unire, aut dividere, aut alia ſimilia ſtatum Eccleſiaſticum concernentia, *cap. Translationes inf. off. Legati. ubi* Abbas *& alii*, Bart. *in l. Omnes n.* 26. *D. de Iuſt. & Iure.*

25 Dubitari etiam poteſt. An liceat Epiſcopis ſtatuta facere ſine conſenſu aut conſilio Capituli? Reſp. Regulariter Epiſcopos non pendere hac in re à Capitulo, cùm ab eo non ſint conſecuti poteſtatem ſuam, ſed à Rom. Pontifice, nec inveniatur ullo jure prodita hæc dependentia. Ut non ſit generaliter conſtituenda, extra caſus jure expreſſos, ut in *cap. fin. inf. de Feriis.* in his rebus, quæ ſpecialem rationem, vel neceſſitatem præ ſe ferunt, *inf. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſ. Capit.* Vide Suarez *de Legib. lib.* 4. *cap.* 5. *& de Religione Tract.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 7.

Eſt & hujusmodi poteſtas Cardinalibus in Eccleſiis ſuorum Titulorum, *cap. His quæ* 11 *inf. tit.* 73. *de Majorit. & Obed.* uti & Legatis Pontificiis in provinciis ſibi commiſſis. *inf. tit.* 30. Abbatibus, aliisque Prælatis habentibus jurisdictionem ſpiritualem, niſi ſit iis ſpecialiter inhibitum. 26

Eſt & ſua auctoritas decretis in Conciliis provincialibus & diœceſanis. Illa per Metropolitanos convocantur, & ad ea conveniunt Epiſcopi & Clerici ejus provinciæ, quibus ut interſint, vel jus vel conſuetudo permiſit. Olim ad minus ea bis in anno convocabantur, ut facilius errata corrigerentur, *can.* 6, *&* 7. *Diſt.* 18, Hodie ſaltem quolibet triennio convocanda, ex præſcripto Conc. Trid. *Seſſ.* 24. *de Reformat. cap* 2. Hæc per Epiſcopos ſingulis annis indicenda Clericis ejus diœceſis: ad quæ convenire, & comparere tenentur etiam exempti, qui alias ceſſante exemptione, poſſent cogi comparere: niſi ſubſint Capitulis generalibus, quæ certa ſua ſtatuta habent. Ratione tamen parochialium eccleſiarum, aut aliarum etiam ſæcularium, adnexarum, debent & ii, qui earum curam gerunt, quicunque illi ſint, comparere, *d. cap.* 2. 27

Quantum ad inferiores communitates, videtur & iis adeſſe poteſtas condendi ſtatuta concernentia eos, qui ſunt ſub iſta communitate: quæ ut talia obligabunt, ſi Capitu o ſit jurisdictio conceſſa à Pontifice, vel quæſita conſuetudine: alias tantum obligabunt ex vi juramenti aut pacti. Epiſcopi conſenſus hic non deſideratur, niſi in gravioribus, Felinus *in cap. Cum omnes* 6. *n* 9. *h. t.* Uti nec ſtatuta ab Epiſcopis & Conciliis provincialibus ac diœceſanis indigent confirmatione Pontificia, *d. c.* 6. niſi aliud poſtulet materiæ gravitas. Solent autem Epiſcopi, ad majus auctoritatis robur, petere confirmationem ſuorum ſtatutorum à Sede Apoſtolica: quæ tamen res non faciet ea extra territorium extendi, niſi hâc ratione Pontifex ea confirmaverit. 28

His

His positis, de utilitate & auctoritate Eccl. siasticarum Constitutionum agamus: de qua non est quòd quis ambigat, aut eũ Centuriatoribus Magdeburgẽsibus improbè & insulsè effutiat, illas cum Ecclesiastica libertate pugnare, cum ei non magis repugnent, quam præcepta Decalogi, ut probat Franc. Turrianus *Tract. de Canonib. Apost. & pro Epist. Decretal. Pont. adversus eosdem Magdeburg. l. 4. c. 16.*

29 Potestas obligandi subditos non est iis minor, quàm legibus civilibus, & tam quoad vim directivam, quàm quoad coactivam, qua de re actum *ad tit. Cod. de legib.* Quæ quidem omninò procedit in his Pontificiis Constitutionibus, qui obligant omnes Christianos, pro concessa summa per Christum auctoritate, non tantum D. Petro, ut somniant novatores, verùm & ejus successoribus, ut pluribus probat Bellarm. *De Rom. Pont. lib. 2. c. 12. & seq* & Suarez in *Defensione fidei lib. 3. c. 12. & seqq.* Obligant verò etiam in conscientia, & sub peccato, cum Pontificis sit legitima potestas, cui resistens Dei ordinationi resistit, secundum Apostolum, *ad Rom. c. 13.* & quidem sub mortali interdum; interdum & sub veniali, pro qualitate materiæ & circumstantiarum, pro fine & intento legislatoris justo & rationabili, interdum etiam pro affectu transgressoris: quamvis communiter non obligent ad peccatum, vel non nisi sub veniali, qua de re Nav. in *Manu. c. 23. n. 49. & seqq.*

30 Quæri autem posset, an & Conciliis generalibus sit eadem potestas? Resp. Non alias iis adesse auctoritatem ligandi Christianos, quam si quæ in iis decreta & definita sunt, à Romano Pont. sunt confirmata, ut patet ex perpetua traditione atque usu, quo confirmatio eorum à Rom. Pontificibus peti solet, quod & factũ nuper in Conc. Tridentino, *ut patet ex Sess. 25. in fine.* Nam cum Concilia non habeant auctoritatem ex jure divino super universa Ecclesia, quando tantùm D. Petro illa inveniturconcessa, necessariò ab illo petenda erat, qui tanquam caput universæ præest Ecclesiæ, successori D. Petri. Non solet autem is eam concedere, nisi per confirmationem. Ut ante nullius sunt roboris, & habeantur tamquam concilia bola sine effectu, ut videre est in variis Conciliis: licet nihil impliceat, quin ante eam obtentam aliqui recipiant statuta in iis Conciliis; non tamen tamquam auctoritate Conciliorum, quæ iis adesse nequit, sed propria voluntate aut præcepto suorum prælatorum, Navar. *consil. 1. n. 4. h. t.*

Statuta ab Episcopis tantum in locis, quibus legitime præsunt, vim suam exercent, *c. 1. h. t.* eadem est auctoritas Conciliis provincialibus & diœcesanis, quæ nisi subditos obligarent, frustra cogi juberentur ad morum correctionem. Extra territorium non obligant, nequidem subditum: nam cum jurisdictio, ut respicit territorium, intra illud limitetur, lex, quæ territorio fertur, non potest extra illud obligare, quia excederetur jurisdictio; quomodo in *l. fin. D. De jurisdict.* extra territorium jus dicenti impune non paretur: & in *cap. 2. col. in 6.* excommunicationis sententia ab Episcopo in fures lata, non ligantur subdita extra territoriũ furta committentes, cùm eatenus non possit videri committere in legem sui Prælati. Quod omninò procedit in casu legis aut statuti: neque enim hæc obligant subditum alibi existentem, *juxta d. c. 2.* Aliter se res habet in casu præcepti vel sententiæ Prælati, nam ejus vis etiam se extendit ad subditum extra territorium, Innoc. *ad cap. à nobis 21. inf. de sent. excommun. quam differentiam agnoscit &* Glossa *in cap. Romana §. caveant V. futuris de sent. excom. in 6.* & Did. Covar. *ad cap. Alma mater eod. tit. in 6.* & Clement. *Si furiosus p. 1. §. 10. num. 3.* Ratio differentiæ est, quod præceptum sive sententia directo feratur in personam, ad contumaciam ejus convincendum, quæ subdita alicui territorio, etiam extra illud existens eidem subdita manet, atque ita ligatur præcepto sive sententia sui judicis: qua eodem modo non tenetur non subditus, in territorio existens, cum, ut dictum feratur in personam, & prærequirat subjectionem, qua cessante cessat obligatio, *d. c. A nobis.* Lex verò vel statutum fertur ipsi territorio: atque ideo obligat personas ibi existentes. quasi mediante loco, id est quatenus ibi versantur, licet alias non subjectas. Innoc. *in d. c. A nobis.*

Quid si quis delinquat contra statutum sui 32
Episcopi in loco exempto? Posset videre cum teneri statuto Episcopi, quòd sit intra ejus territorium, non etiam extra illud, quia textus *in d. cap. 2. h. t. in 6.* tantum excipit de-

linquentes extra territorium. Dicendum tamen, materialiter quidem eum contineri intra terminos territorii sui Episcopi, quod locus exemptus sit in territorium: formaliter tamen esse extra illud, cùm sit extra jurisdictionem sui Episcopi, quæ pro terminis talis loci cessat, uti patet ex *cap. 7. de offic. ordin. in 6.* ubi in exemptos non exercet Episcopus jurisdictionis suæ actus. Præterea in loco exempto existens obligatur statutis ejus Prælati; ut debeat esse liber à statutis locis domicilii pro eo tempore, ne aliàs peccatorem contingat duplici pœna puniri. Est autem hoc accipiendum de locis omninò exemptis, ut leges Episcopi ibi locum non habeant, non etiam de locis exemptis ratione quarundam personarum, quo modo monasteria pleraque sunt exempta quoad personas subjectas: nam tum subditus Episcopi ibi delinquens, tenetur eiusdem Episcopi statutis, & secundum ea punitur; quia exemptio eũ non concernit, quandoquidem non sit de personis exemptione comprehensis: propriè enim censentur ea loca exempta hac in materia, in quibus cessat jurisdictio ordinarii, eaque alteri est concessa.

33 Dubium esse potest. An peregrini teneantur legibus sive statutis locorum? Resp. Eos teneri, non tantùm si sedem ibi finxerint, cùm habeantur incolæ, sed etsi transeant tantùm, cum quisque contrahendo & delinquendo sortiatur forum in loco contractus ac delicti, videaturque eius se legibus subjicere, quæ concernunt territorium, pro tempore præsentiæ: quo modo die festo ibi abstinet ab operibus servilibus, licet in loco domicilii non sit festum. Dico, quæ concernunt territorium: nam præcepta personalia non ligant transeuntes, cùm prærequirant subiectionem, uti paulò ante dictum.

34 Quid autem, si peregrinus sit superior, veluti Archiepiscopus & similes? Resp. Eum non teneri legibus vel statutis Episcopi, quia non inferior superiorem, sed superior inferiorem liget regulariter, *cap. penult. inf. de Majorit. & Obed.* Abbas *inc. 1 in fine inf. de Raptorib.* Si tamen sit superior jurisdictione: nam licet sit superior dignitate, non tamen ideo immunis est à statutis Episcopatus, in quo versatur; ejusque censuris tenetur, cum censeatur ibi privata persona: dignitas namque sine jurisdictione non impedit subjectionem. Abbas *d. loco.* Innoc. *in d. c. penult.*

Est itaque Ecclesiasticis Constitutionibus 35
vis obligandi universos Christianos, etiam laicos, saltem in materia, quæ Ecclesiam concernit: nam eatenus laici subjiciuntur Ecclesiæ: in aliis suorum Principum leges sequuntur, quas nec tollit, nec immutat Pontifex. Quod si contingat legem Pontificiam discrepare ab Imperatoria, utraque in suo foro ligabit: nisi agatur de Ecclesiastica materia, veluti matrimonio, beneficio; aut subsit peccatum, ut cum agitur de concubinatu, usuris, præscriptione cum mala fide; tunc enim canonica prævalebit civili, etiam in foro civili servanda.

Quæri autem posset, An in casu, quo nulla 36
est lex Canonica, est verò civilis, ea obliget Clericos? Resp. Non aspernari hæc jura alterius ab altero præsidium, *c. 1. de Novi op. nunciat.* non tamen per se istas leges obligare Clericos, cùm à laicorum jurisdictione sint exempti, ut dicetur infernus *ad Tit. de foro compet.* Ubi autem cessat jurisdictio, cessat & imperandi ligandive potestas, *l. fin. D. de jurisd.* nisi ab Ecclesia approbatæ fuerint, *cap. Ecclesia h. t. & can. 1. dist. 96.* Facit enim approbatio ab Ecclesia latas videri. Approbatæ non sunt dicendæ ex hoc, quòd sint relatæ in Decretum per Gratianum, cum illi non fuerit potestas condendi jus, & relatis ab eo in Decretum non sit major auctoritas quàm auctoribus eorum, *ut dictum supra in Præfat.* Illæ laicorum leges, quæ continent confirmationem Canonum, & concernunt immunitatem ac libertatem Ecclesiasticam, non sunt inutiles, quòd ejus protectio Imperatoribus incumbat.

Tota quæstio est de legibus ac statutis lai- 37
corum, justis ac necessariis, quæ pro tota communitate ponuntur super materia communi Clericis & laicis, veluti ne equi extra provinciam educantur, fruges avehantur, certum pretium rerum taxetur, & similia, an non obligent Clericos? Posset videri, non teneri prima facie ad eorum observantiam Clericos ex supradicta ratione, quòd scilicet desit potestas, *can. Bene quidẽ dist. 96. & aliis locis, ut qui ita vult* Navar. *cons. h. t.* Videtur tamen ve-

rius

rius contrarium, scilicet Clericos obligari. Quò faciunt varia loca, in quibus dicitur, canones non dedignari leges sequi civiles, & Pontifices curare, ut serventur leges civiles; & procursu rerum temporalium eosdem Pontificis legibus uti Imperialibus, *can. Quoniam dist.* 10. *cap.* 1. *inf. De novi operis nuntiat.* Facit ratio, quòd, cùm sint materiæ communes omnibus, necessaria sit conformitas ad bonam & tranquillam gubernationem, & ad justitiæ æquitatem. Hinc leges civiles quoad ordinem successionis jus primogenituræ; exclusionem fœminarum à successionibus, & alia similia apud Clericos observantur, de quibus Abbas, *in c. Ecclesia* 10. *h. t.* Molina *Tract.* 3. *disp.* 21. *concl.* 6.

38 Verum alia hic suboritur difficultas, unde hæc obligatio procedat? Resp. Non posse procedere à potestate Principum laicorum, quæ, uti dictum nulla est in Clericos, sed pendere ab approbatione Ecclesiæ, expressa vel tacita, saltem eo ipso, quo eas non reprobavit, quatenus sunt favorabiles: quales censentur hoc ipso, quo sunt utiles toti communitati, & Clericis per se loquèdo non nocent. Quod ita procedet, legibus laicorum disponentibus universaliter & in communi, ex potestate gubernandi Rempub. in temporalibus in quo libertas Ecclesiæ non offenditur. Adeò ut etiam teneantur Clerici transgressores talium legum; qui tamen non *nisi* à suo judice puniendi, & quidem per sententiam, ante quam nemo ad pœnam tenetur, uti communiter est receptum. Aliud est, si in specie disponatur per leges laicorum super personis & rebus Clericorum: neque enim tenebunt, propter defectum potestatis, etiamsi eorum favorem concernant *d. cap.* 10. *ubi* Felinus *nu.* 40. Cui non obstat, quòd leges ejusmodi aliquas sit videre, nam id tantum factum dissimulanter Pontificibus, propter statum temporis.

39 Ex his venit resolvenda alia quæstio, An potestas laica possit inducere observationem alicujus festi, aut alterius rei spiritualis? Resp. Eiusmodi actus ad Ecclesiasticos tantum pertinere, & sine eorum consensu non posse induci per Principes, qui eatenus jurisdictionem extra territorium suum extenderent. Nam, ut patet ex *cap. De laicis inf. De rebus Eccles. non alien.* Laici in spiritualibus non habent præcipiendi auctoritatem: imò dicuntur subesse, non præesse, discere, non docere, in iis quæ ad religionem spectant, *can. Si Imperator dist.* 96. *quod & repetitur in cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* Ubi ampliùs additur, illicitè præsumere laicos super mortuariis, & aliis, quæ juri spirituali sunt adnexa statuere. Præterea si potestas laica posset præcipere ejusmodi actus, posset per se prohibere; nam est eadem ratio: consequens profectò esset, contra debitum Ecclesiæ ordinem, & gravia causaret inconvenientia. Accedens tamen approbatio Episcopi faciet ratam observationem, Abbas in *cap.* 2. *n.* 2. *inf. De feriis, & conf.* 26. *num.* 1. Concedendum autem; posse Principes, non consulto Episcopo, præcipere subditis feriari à laboribus & operibus mechanicis, ad civilem honorem vel ostentationem lætitiæ, vel in ordine ad collectionem fructuum, *ut D. & C. De feriis*: non tamen in ordine ad religiosum cultum; neque enim hæc cura spectat ad Principes, verum ad Ecclesiæ Prælatos.

Dicta de valore Constitutionum procedunt, quatenus sunt justæ & rationabiles; non abrogatæ per constitutiones posteriores, aut consuetudinem; ut fieri posse, colligi potest ex iis, quæ dicta sunt *ad Tit. D. De legib. & de consuetudine ad l.* 32. *eod. tit.* & dicetur inferius *Tit.* 4. Inter alia requiritur, ut sint promulgatæ sufficienter: est enim promulgatio de ratione legis adeò ut ante ne quidem nomen legis mereatur. 40

Quæritur autem hac in materia, An ad effectum obligandi sufficiat, si promulgatio fit Romæ facta? Resp. Id velle Navarrum *his conf.* 1. *n.* 19. sufficere scilicet promulgationem Romæ factam esse, etiam ad obligandam totã Ecclesiam; neque esse necesse, ut in singulis diœcesibus promulgatio fiat, quòd alias nec sextus liber Decretalium Bonifacii VIII. nec alii libri juris Canonici obligarent in tertis in quibus nec promulgati sunt, nec docentur. Idem tenet Gomez. *ad Regulas Cancell. in Proœmi. quæst.* 2. *circa fin.* Et videtur fundamentum esse, quòd ex natura rei promulgatio ista sufficere debeat, cùm sit caput Ecclesiarum, si aliud Ecclesia non statuerit: nusquam autem apparet aliud statuisse, saltem generaliter. 41

Nihil

Nihil proinde facit Novella *ut facta nova constitutiones &c.* 66. ubi requiritur, ut lex civilis publicetur in provinciis, priusquam obliget: nam nō videtur ea Novella per Ecclesiam recepta. Licet enim Canones velint servari leges civiles in causarum judiciis, ubi desunt Canones, non tamen & modum ferendi leges potest videri acceptasse Ecclesia. Quod patet ex eo, quòd in curia Romana lites definiantur juxta leges Pon. ibi tantum, non alibi publicatas. Quod injustum foret, nisi & me alibi obligarent. 42

* Non obstat textus in *c. noverit. 49. inf. de sent. excom.* Nam ibi requiritur publicatio in loco, ad evitandam pœnam specialem, de qua ibidem. Unde potius sumitur argumentum pro alia opinione, quia non foret opus specialiter publicationem isto casu præcipere, si generaliter non obligaret constitutio ante publicationem in loco factam. Eodem modo & in Concilio Trid *Sess. 24. c. 1. De reformat, matrim.* specialiter requiritur publicatio in loco ad obligationem legis novæ, ne ignoranter contra eam peccetur. Hinc Regulæ Cancellariæ, quæ non nisi in Cancellaria publicantur, ligant tamen extra eam existentes. Novarr. & Gomez. *dictis locis.* Videtur tamen aliquibus durior ista sententia, propter novas Constitutiones, quæ propter defectum publicationis possent justè ignorari; non tamen impunè. Verum duricies ista non timenda, cum lex, etsi non publicata in loco, sed Romæ tantùm, non tamen antea obliget alibi, quàm ubi potuit devenisse ad notitiam intra debitum tempus, uti mox dicetur.

Illud etiam in dubium vocatur, an continuò ab ipsa promulgatione obliget lex Pontificia, an verò demùm post bimestre ab ea lapsum, ad instar legis civilis? R. Posterius videri posse quoad constitutionem universalem, si non addatur tempus per Pontificem, aut Concilia. *arg. d. Nov. 66.* ubi idipsum statuitur in lege civili, ut possit videri idem statuendum in lege Canonica, & ita sentit Navar. *d. conf. 1. n. 19.* 43

* Non est tamen improbabilis eorum sententia, qui continuò à promulgatione volunt obligare leges Ecclesiasticas, non exspecta- 44
to bimestri. Nihil obstante *d. Novella 66.* quæ non magis est recepta ab Ecclesia quoad hanc partem, quàm quoad priorem, de qua superius. Et facit textus in *c. cum singula de prabendis in 6.* ubi dicitur constitutio obligare hoc ipso, quo ejus habetur scientia: & in *c. 1. De concess. præben. in 6.* ubi dicitur lex non obstringere, nisi ubi ad notitiam pervenerit; unde tunc obstringere dicenda. Unde apparet, nec hac in parte dictam Novellam receptam esse ab Ecclesia. Neque obstat absurdum, quo aliqui possent moveri, scilicet quòd juste legem ignorantes illa obligarentur; nam licet lex Pontificia ex natura sua statim à promulgatione obligare incipiat, non tamen in momento obligat totum territorium, cui fertur, quia hoc excedit potestatem Legislatoris, sed successivè, & intra tempus moraliter sufficiens, ut notitia legis promulgatæ per totum territorium diffundatur, *secundum d. c. 1.* Panorm. *in c. 2. n. 7.* Felin. *ibid, nu. 7. h. t.* & ita in Curia servari tradit Novar. *d. conf. 2. n. 18.* Nisi Pontifex addiderit modum specialem, vel temporis determinationem, uti contingit in Tridentino.

Idem obtinet in constitutionibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum: nulla enim his adjuncta de jure restrictio, quò minus continuò obligent; nisi ab iis sit tempus præscriptum, aut loci distantia ex prudentis arbitrio id desideret, quo moraliter ad notitiam potest pervenire, excludendam ignorantiam, Abbas *d. loco.* Quæ tamen si postea justa appareat excusabit transgressores à pœna; quæ non infertur, nisi ob culpam præviam quam aufert ignorantia 45

Subjicienda hic alia quæstio, An ad Pontificiæ legis valorem desideretur consensus & acceptatio fidelium? Respon. Ad legis civilis valorem aliquos desiderare consensum populi, per. *l. De quibus 32. De legib.* qua tamen non obstante, diximus alibi, ne quidem ad legis civilis valorem desiderari adsensum populi. Quòd multò magis dicendum in lege Canonica, cum spiritualis Principis potestas non ab Ecclesia, sed à Christo immediatè dependeat: ut per se possit Pontifex efficaciter operari sine dependentia ab 46

Eccle-

Ecclesiæ consensu; atque ita ferre leges, habentes efficaciam & valorem ad obligandam Ecclesiam. Quod eam potestatem à Christo habeat, patet ex verbis ejus Matth. 16. *Tibi dabo claves regni cœlorum, quodcumque ligaveris super terram &c.* & Joan. 22. *Pasce oves meas &c.* Quæ sunt dicta Petro sine ulla conditione, aut relatione ad populum, vel Ecclesiam, & per Petrum successoribus ejus, quibus eadem data potestas: quidquid nugentur novatores quidam, qui coacti fatentur quidem Petro esse datam potestatem à Christo super universa Ecclesia; successoribus tamen ejus eamdem competere negant, Christi Ecclesiam post Petrum defunctum sine capite constituentes: quod absurdum est minimè respondens divinæ providentiæ; qua de re luculenter Bellarm. *Contr. 1. de Rom. Pont. lib. 2. per totum.*

47 Quòd si tamen per consuetudinem toleratam lex Canonica non acceptaretur, aut potius ejus non esset observantia, tandem non obligabit; licet ab initio non citra culpam fuerit non observata. Quò facit *c. fin. inf. De consuet.* ubi lex recepta dicitur consuetudine abrogari: ut facilius à principio ejus obligatio impediatur, cùm ante acceptionem minus vitium habeat. Quo modo accipiendum, quod habet Gratianus, *dist. 4. §. leges*, firmari leges moribus utentium. Ratio posita est in conniventia Legislatoris, qui non videtur communitatem cum tanto periculo obligare velle. Et ita observat usus totius Ecclesiæ, Navar. *d. cons. 1. num. 23 & Manuali cap. 23. numer. 41.*

48 Respiciunt leges & constitutiones futura, non etiam præterita, nisi expressim in lege caveatur, *c. 2. & fin. hoc tit. Clement. 1. in fine De judic.* qua de re videatur plenius Felin. in *c. fin. num. 3. & seqq. hoc tit.* & ea, quæ dicta sunt ad *tit D. De leg.* ubi etiam actum ad quos spectet & interpretari leges, & quomodo eæ interpretandæ.

TITULUS III.

De Rescriptis.

SUMMARIUM.

1. *Rescripta sunt constitutiones, quæ per epistolam eduntur; & nominis ratio.*
2. *Rescriptum quid, & quid eo nomine veniat.*
3. *Rescripta alia sunt ad lites sive justitia, alia ad beneficia sive gratia.*
4. *In quo rescripta illa distinguantur à privilegiis.*
5. *Rescriptum datur contra jus, præter jus, & secundùm jus.*
6. *Rescripta secundùm jus operari non debent ultra jus commune,*
7. *A quo impetrentur.*
8. *De quibus rebus, & qui ea impetrent.*
9. *Non impetrat regulariter excommunicatus.*
10. *Impetratio ab eo facta, ipso jure non tenet.*
11. *Pontifex rescribendo scienter excommunicato, censetur cum eo dispensare.*
12. *Scientia hæc probanda ab eo, qui rescriptum obtinuit.*
13. *Scientia an requiratur in Pont. quisi conscius fuisset vitii nihilominus dispensasset.*
14. *Rescriptum impetrat quisque pro se.*
15. *Pro alio impetratum sine mandato an sit ipso jure nullum.*
16. *Rescripta gratiæ pro alio rectè impetrantur.*
17. *Rescripta contra quos impetrentur.*
18. *Rescriptorum vis & effectus.*
19. *Pluribus impetratis rescriptis, potior erit prior impetrans.*
20. *Modò prior non fuerit in dolo aut notabiliter negligens.*
21. *Vel nisi Pont. priorem gratiam revocaverit.*
22. *Rescriptum posterius purum prævalet priori conditionali.*
23. *Item speciale posterius derogat priori generali.*
24. *Rescriptorum interpretatio strictè facienda.*
25. *Modus similiter rescripto præscriptus strictè servandus.*
26. *Rescriptorum effectum quanam impediant.*
27. *Clausula, si preces veritate nitantur, jure civili exprimenda in rescriptis, non etiam Canonico.*
28. *Rescripta quæ dicantur obreptitia vel subreptitia.*
29. *Distinctio Innocentii Pont. inter rescripta impetrata, falso expresso vel vero suppresso per malitiam & fraudem, vel per simplicitatem & ignorantiam.*
30. *Rescriptum subreptitium an irritetur in totum, etiam quoad partes non vitiosas.*
31. *Subreptio circa causam impulsivam an vitiet rescriptum, an vero circa finalem.*

32. *Causa concessionis rescripti exprimenda.*
33. *Subreptio dolosa an ipso jure irritet rescriptum.*
34. *Dictio*, penitus, & nullum, *inducit aliquid ipso jure.*
35. *Rescriptum gratia ex causa subreptionis vitiatur ipso jure.*
36. *Rescriptum continens causas partim veras, partim falsas an & quatenus pro parte valeat.*
37. *Et quid juris in rescriptis gratiosis?*
38. *Si sollicitator causam dederit subreptioni an & quatenus vitietur rescriptum.*
39. *Rescripta continentia absurdum & iniquum rejici debent.*
40. *Rescripta contra stylum Curiæ impetrata suspecta fidei sunt.*
41. *Vt & quæ peccant in Latinitate aut constructione.*
42. *Rescriptum pendente lite impetratum non valet.*
43. *Rescriptorum vis perpetua est.*
44. *Rescripta an exspirent morte concedentis.*

1 COnstitutiones eduntur vel per Edictum, vel per Epistolam, vel per Sententiam, *l. 1. D. De constitut. Princ. § Sed & quod Principi Instit. De jure natur. gent. & civil.* Ad eas, quæ per Epistolam eduntur, spectant rescripta; Ita dicta, non quòd iterum scribantur, sed quasi responsa scripta, per antonomasiam. Ita appellantur Imperatorum responsa ad juris dubia ab aliis proposita, ut colligere est ex *l. 1. §. 1. De appellat. & l. 1. in princ. Quando appellan. sit* Ea scripturam desiderant, uti & nomen indicat; & probatur *l. 3. C. De divers. rescriptis*; ubi originalia rescripta, & Imperatoris subscripta manu, dicuntur insinuanda, non etiam exempla. Potest tamen & responsum dari scripto, ut vim habeat, si Imp. velit.

2 Est autem Rescriptum id, quod supplicanti aut consulenti à Pontifice aut Principe respondetur, *d. l. 1. §. 2. De appellat.* Largè sumpto hoc nomine venit & privilegium & beneficium Principis; strictè verò ab iis distinguitur, ut contineat decretum ad juris communis conservationem. Atque hic ita videtur sumi, ut non tantùm spectet ad lites causasve, sed & ad be-
3 neficia. * Unde rescripta alia sunt ad lites, quæ dantur vel ad jus explicandum, vel dicendum jus inter partes; & vulgò dicuntur justitiæ, quod iis agatur, ut jus suum quis consequatur: alia ad beneficia, quæ impetrantur ad obtinendum aliquod beneficium; & vulgò dicuntur gratiæ, quia gratis quid detur, aut potiùs quia gratia fiat in dando. Cujus ordinis sunt rescripta beneficialia, dari solita ad collationes, resignationes, aut alias dispositiones de beneficiis Ecclesiasticis faciendas: quibus respondent civilia, per Imperatores conferri solita, ad dignitates, ad administrationes civiles.

Primum illud genus omninò distat à privi- 4
legio, cùm detur secundum jus commune; vel ad ejus interpretationem, aut debitam executionem. Privilegium verò datur contra jus, vel saltem ultra jus, cùm sit privata lex, aliquid speciale concedens. Alterum quoque genus, quatenus versatur circa beneficia, est distinctum à privilegio; quia eatenus non potest lex privata dici, nec dat facultatem operandi aliquid contra vel præter legem, uti dat privilegium. Ut conveniat cum rescriptis justitiæ in eo, quòd ejusmodi rescripta sint intelligenda secundùm jus commune, si nihil aliud exprimatur. Dico quatenus versatur circa beneficia; nam si versetur circa jus operandi, continebit sub se privilegium, cum contineat quid contra jus; privilegii tamen nomine latius sumpto, cum & alias gratias contineat, quæ privilegia non sunt: ut dispensationes, quæ privilegia propriè dici non possunt, quòd frequenter dentur ad unum actum dumtaxat, ut matrimonium contrahendum, ordinem suscipiendum ante ætatem, aut ab irregulari, aut simile quid.

Rescriptum in genere aliud faciunt contra 5
jus commune, quo aliquid contra juris regulas conceditur, sub quo veniunt dispensationes ac privilegia: aliud præter jus, circa ea, quæ jure non decisa, ut est beneficiorum impetratio. Est & aliud secundùm jus, quo respondetur de jure consulentibus: quod cùm non contineat aliud quàm jus commune, videri posset non habere vim rescripti.

Ubi disputatur, An rescriptum secundùm jus 6
sit accipiendum, ut aliquid operetur ultra jus commune? Resp. hoc posse videri, quòd verba debeant aliquid operari. Verùm ut hoc in

pri-

privilegiis obtineat, secundum Abbat. in *c. 1. nu. 9. & 11. hoc tit.* non etiam in hujusmodi rescriptis, quæ intelligenda secundùm jus commune, ut quàm minimùm illud lædant, sunt que ad illud reducenda : ut ulterior non sit facienda interpretatio, quàm ratio juris admittit, Felin. in *cap. Causam. 18. num. 6. hoc tit* & vult Abbas, *ibid. num. 1.* rescriptum dubium debere reduci ad jus commune, etiamsi verba essent impropriè sumenda; ex eo, quòd cùm rescriptum concedatur ad juris conservationem, non debeat aliquid continere contra jus. Non spectant itaque ad hanc rescriptorum materiam privilegia, quæ ponunt facultatem contra jus quid agendi, aut non agendi; sed tantùm huc spectant rescripta ad lites, & ad beneficia.

7 Impetrantur rescripta à Pontifice vel Principe; nam inferiores non tam dicuntur rescribere, quàm respondere.

8 Materia sunt res omnes, quæ concedi possunt, & quatenus ad jus pertinent, vel gratiam continent, ut ad lites, beneficia, *l. 1. & 3. C. De diverſ. reſcriptis.*

9 Impetrant rescripta quilibet non prohibiti. *Inter prohibitos est excommunicatus : facit enim excommunicatio inhabilem ad ea, quæ rescripto possent impetrari, sive ea sint gratiæ, ut dicetur infra, *ad tit. De elect. & De præben.* sive justitiæ, veluti ad agendum, ut dicetur *ad tit. De sent excommunicat.* Nisi impetrentur super articulo excommunicationis, cùm cuilibet debeat esse liberum se emendare, *c. 1. eod. in 6.* aut appellationis, cùm durum sit à sui defensione naturaliter competente removeri. Quæ ita procedunt in ligato excommunicatione majori, sive ea nominatim sit inflicta aut incussa propter notoriam Clerici percussionem, qua de re inf. *De ſent. excom.* sive occulta tantùm, cum etiam ignorata inhabiliter personam, quam adficit, ut dicetur inf. *De elect. & præben.* Et hoc quantùm ad rescripti impetrationem; licet aliàs talis excommunicatus non sit vitandus.

10 Ad effectum ejusmodi rescripti impediendum non est opus aliquâ partis oppositione, cum ipso jure non teneat impetratio. Nihil obstante textu in *cap. 1. De except. in 6.* ubi actus excommunicati valent, donec exceptio excommunicationis objiciatur : agitur enim ibi de judice ordinario, qui non accipit novam jurisdictionem per aliquod rescriptum, sed antè obtentam retinet : ut actus coram eo gesti licet ab excommunicato, valeant, donec per exceptionem impediantur. Quæ res aliter se habet in casu nostro, quo per rescriptum ab excommunicato impetratum quæritur nova jurisdictio, & quidem inutiliter, propter actum nullum.

Quid si Pontifex conscius excommunica- 11
tionis rescribat nihilominus? R. Concordem esse sententiam, quando impedimentum est juris humani. Pont. scienter admittentem aliquem ad actum prohibitum, censeri cum eo dispensare; etiam sine causæ cognitione, quæ non desideratur ad valorem dispensationis, dummodo de voluntate constet dispensantis. Probatur ea sententia per *l. Quidam 17. D. De re judic.* Ubi Princeps minori magistratum conferens, censetur decrevisse, ut omnia gereret validè. Idem colligitur ex *l. Barbarius De officiis Prat.* ubi, si Populus decreverit servo præturam scienter, innuitur, quòd videatur libertate donare. Probatur & ratione, quia non videtur superior, qui tollere potest impedimentum, ludere, conferendo ei scienter munus aliquod, quem scit ad hoc inhabilem. Abbas, *in c. Nonnulli 28. num. 9. & 11. hoc tit.* Covarr. *ad C. Alma mater de ſent. excom. p. 1. §. 7. num. 2.* Gabriel *lib. 1. Commun. Concluſ. Tit. De præſumpt. concl. 8* Suarez *de Cenſuris diſp. 40 ſect. 2. num. 34.* Necesse autem omninò ad eum effectum, Pontifex sit conscius impedimenti : nam in eo ponitur fundamentum voluntatis dispensandi.

Non præsumitur verò ista scientia, cùm sit 12
facti, sed probanda ab eo, qui rescriptum metuit, utpote fundamentum suæ intentionis, cujus probatio alleganti incumbit. De modo probandi non est hic quærendum, cum sufficiat quoquo modo constare, Pont. conscium fuisse inhabilitatis. Nec sufficiet litteris insertam clausulam esse, *ex certa ſcientia*; quia ea nihil operatur quoad extrinseca ignorata sed tantùm quoad expressa. Neque enim potest præsumi Pontifex, aut alius superior omnia promoti vitia præscivisse. Imò clausulæ istius appositio in hoc tantùm conducit, ut censeatur Pontifex dispensare, Felin. *in c. Cum inte-*

terim. 5. inf. De except. Nihil etiam videtur facere quoad hanc rem clausula, *motu proprio*, quia ea non tendit aliò, quàm ut indicetur, neminem super ista re supplicasse; quod nihil facit ad scientiam latentis vitii.

13 Quid sit tale fuerit vitium, cujus si fuisset conscius Pont. nihilominus admisisset inhabilem? Sunt, qui eo casu scientiam non requirant, per *l. 3. D. De officio Prat.* in cujus fine dicitur, *Sed etsi sciisset populus servum esse, liberum effecisset.* Ita Bartolum tenuisse, in *l. 2. C. Si servus aut libert. ad decurion. aspir.* tradit Gabriel *d. concl. 8. n. 15.* quasi cum censeatur promotus ob probitatem, satis sit vero simile, Principem, si vitium sciivisset, fuisse dispensaturum. Quæ opinio ut videatur communis, minùs tamen vera; eò quòd posita ignorantia non possit poni voluntas Pontificis ad dispensandum quæ requiritur ut ponatur dispensatio ejus effectus. Non enim ex eo, quòd posset facere, aut quod non esset facturus difficultatem. Princeps in habilitando, sequitur eum feciisse, & inhabilem ignoratum habilitasse. Nec facit quidquam *d. l. 3.* cujus sensus est, quòd populus Romanus, si sciivisset servum esse, eum liberum feciisset, ne gesta ab eo forent irrita. Ut ea res non ponat actum, qui requirat voluntatem præsentem; cum non quæ potuit facere, feciisse dicendus sit. Neutiquam autem ista præsumpta dispensatio operatur ultra eum actum, cum nec expressa aliud operetur quam dictum.

14 Rescriptum pro se quisque impetrat, non etiam pro alio; saltem ad lites, nisi ad hoc mandatum speciale habeat, aut sit conjuncta persona: facit enim conjunctio sanguinis videri mandatum, *c. Nonnulli 28. §. sunt & alii hoc tit.* nisi res talis sit, quæ speciale requirat mandatum, Jason. *in l. Exigendi n. 9. Cod. De procurat. ubi alias ponit fallentias*, Abbas *ad d. §. sunt & alii n. 2.*, Quæ sint conjunctæ personæ hac in persona dicetur *inf. De procuratorib.*

15 Quæritur hic, An pro alio impetratum sine mandato sit ipso jure nullum? Resp. Abbatem, *d. loco n. 6.* velle, tale rescriptum non esse ipso jure nullum, propter verba in isto textu, *non valeat*, quæ sunt futuri temporis, ut ipso jure non annullent, sed demùm per exceptionem. Verius, rescriptum esse ipso jure nullum: neque enim verborum istorum, *non valeat*, potest alius esse sensus. Quò facit text. *in c. Ex parte 33. hoc tit.* ubi dicitur litteras tales non debere valere. Item ratio, quòd factum contra legis aut Canonis prohibitionem sit ipso jure nullum, *l. Non dubium C. de leg.* Unde Abbas, *d. loco num. 5.* dicit, non posse tale rescripta ratificari; quod & tradit Baldus, *d. c. Nonnulli, n. 2.* dicens, rescriptum esse nullum. Cessabit tamen hac ex parte vitium per subjunctam clausulam, *Ex certa scientia*, Felin. *in c. Cum inter n. 6. inf. De except.*

Rescriptum gratiæ pro alio rectè impetratur 16
sine mandato, *c. Si motu 23. De præben. in 6.* Quod Rebuffus *in praxi benef. de differentiis inter rescripta gratiosum num. 16.* & Navarr. *cons. 14. num. 4. hoc tit.* ad omnes gratias trahunt, etiam ad dispensationes. Ratio differentiæ est, quod lites sopitas resuscitare sit odiosum, uti & novas excitare dominis ignorantibus: contra favorabile, alicui gratiam & beneficium procurare, etiam ignoranti, cum per hoc nemini noceatur.

Impetrantur rescripta tam contra laicos quàm 17
contra Clericos, sive unum sive plures, etiam cum clausula, *& quidam alii, & res alia.* Per quam tamen non est data licentia conveniendi majores & digniores personas expressis in libello, nec agendi super negotiis gravioribus, quàm sunt expressa; nec evocandi multitudinem effrænatam, *cap. Sedes 15. hoc tit.* Imo ultra tres vel quatuor vi illius particulæ non esse trahendos ad judicium definivit Innoc. *cap. 2. eod. in 6* Et hoc ita, ad evitandas fraudes quæ possent contingere. Ubi nihil faciet generalis clausula: nam ea subsequens alia specialiter expressa restringitur ad ea, quæ sunt similia præmissis, Felin. *ad d. c. 15. num. 3.* Excludendæ quoque fraudis ergo, plures personales actiones contra aliquem movere volens, non potest contra eumdem ad diversos judices impetrare rescripta, *cap. 3. eod. in 6.* quod agere hoc videatur, ut adversarius vexatus cesset à juris sui prosecutione: ut talis ideo rectè rescripti commodo carere jubeatur, & in expensas damnetur *d. c. 3.*

Rescriptorum ea vis est, quòd iis sit parendum, & jus inter omnes faciant, si non sint restricta ad personam vel causam: tunc enim inter eos tantùm valent, & jus ponunt, quos concernunt, nec ab aliquo retractanda dicun- 18

tur,

tur, *l.C. de legib.* quæ vocantur perſonalia; quò ſpectant non pauca hujus Tit. capitula: niſi reſcribens generaliter ea obtinere voluerit, ex certa licet cauſſa tantum occaſio eorum ſit data, *l.3. C. eod.* Non ita tamen ſtrictè ad unius perſonam directum, reſcriptum accipiendum ut ſocio non faciat prodeſſe communio cauſæ, *ſecundum l.1. C. De adverſ. reſcriptis, & Gloſſ. in l. fin. verſ. fratribus C. De munerib. & honorib.* quam approbans ſequitur Jaſon. *in l.1. nu. 2. C. De tranſact. & in l.9. n.9. C. De collat.* Navarr. *De ſent. excom. conſ. 42. nu.7.*

19 Plura ſi contingat impetrari reſcripta ſuper eadem re, quod non eſt infrequens in beneficiis, ordo in iis eſt ſervandus: potior enim erit prior impetrans, *c. Tibi 12. eod. in 6.* nam prioritas temporis facit jus ejus eſſe potius. Adeò ut etiam prius facta collatio poſteriori, in prioris detrimentum non valeat; non tantum ſi Pont. ipſe contulerit beneficium, *juxta text. in c. Eum cui 7. De præbend. in 6.* quia jam jus habet acquiſitum prior, licet necdum receptus fuerit in Canonicum, ſed etiamſi tantum gratiam impetraverit ad vacaturum. Idque tribus caſibus. Primò, ſi poſterior præſentaverit quidem litteras ſuas, prius tamen illi ſit collata præbenda vacans: tunc enim in pari cauſa facit prioritas datæ præferri eum, ſi concurrat, cui prior gratia facta eſt, *d. c. Eum cui in prine.* Secundò, ſi per executoris dati inſinuationem & inhibitionem, ne cui alii præbenda conferatur, adquiſitum ſit jus priori, quod non debet illi poſtea auferri, *d. c. 12. verſ. Idem quoque.* Tertiò, ſi gratia prior contineat decretum irritans, quod contra contigerit attentari: tunc enim & ante receptionem ac præſentationem prioris præbenda nihilominus erit adfecta, & poſteriori cum effectu non conferetur, *d. c. 12. in fine*, quòd hujuſmodi decretum etiam adficiat ignorantes, *c. Si poſtquam 13. c. Si beneficia 20. & penult. De præb. in 6.*

Cæterum hæc ita demum procedunt, ſi 20 priori nullus poſſit imputari dolus, vel notabilis negligentia; ut quia alteri tacitè vel expreſsè primo vacantem conferri permiſerit, vel vacantem neglexerit, intra terminum non acceptando: tunc enim jure ſuo excidit, *d. c. 12. in fine*; non tantum quoad iſtam præbendam, ſed quoad totam gratiam, propter extinctam executoris poteſtatem, *c. Si clericus 11. De præb. in 6.* quæ tantum ad primum vacans beneficium erat reſtricta, *Gloſ. in d. c. 11. V. extincta.* Clauſula tamen, *quam duxerit acceptandam*, inſerta litteris faciet non obeſſe negligentiam, quò minus poſtea vacans, non adfecta vigore ejuſdem gratiæ, acceptari poſſit, Staphilæus, *De litteris gratiæ tit. Quib. mod. exſpir. li. ad benef. art. 30. nu. 3. & 4.* 21

Ceſſabit præterea effectus prioritatis datæ, ſi Pont. ex certa ſcientia prius mandatum revocaverit: poteſt enim gratiam revocare, aut ejus impedire effectum poſteriorem priori præferendo, licet jus quæſitum non avocet, ut dicetur inf. *De præbendis.* Dico, ex certa ſcientia, facta ſcilicet mentione prioris: nam alias prius prævalebit, *c. 5. h. tit.* 22

Erit & potior qui poſterior, ſi purè reſcriptum obtinuerit, prior autem ſub conditione, *c. Si pro te 13. h. tit. in 6.* Nec facit quòd conditio exiſtens ſolet retrotrahi ad tempus, quo facta eſt conceſſio, *arg l. Potior. §. videamus D. Qui pot in pignore hab.* Hoc enim ex mente contrahentium ita receptum: quæ non præſumitur eadem in reſcribente, qui potius videtur eum potiorem habere, cui ſimpliciter gratiam fecit; quæ minimè retractanda, nec jus per eam acquiſitum, impleto conditionis poſtea ſubſecuto, diminuendum aut auferendum.

Habetur quoque ſpecialis gratia ſubſe- 23 quens potior generali priori ex regula, quòd in toto jure generi per ſpeciem derogetur, *c. 1. in fine hoc. tit.* Quod ſi de prioritate non appareat, ut quia reſcripta ſunt ejuſdem datæ ſive diei, tum adhibenda diſtinctio, *c. Duobus 14. eod. in 6.* An alteri eorum Canonicatus per Pontificem ſit collatus, an utrique, aut neutri. Priori caſu vult Pont. eum potiorem eſſe, cui canonicatum contulit: nihil faciente pro altero quòd prior litteras obtulerit, & in Canonicum ſit receptus ab his, quibus recipiendi eſt jus. Ratio eſt, quòd iſte majore ſit ſuffultus gratia, imò præſens jus videatur habere per collationem à Pontifice factam, & jam effectum conſecutam; ut meritò potior ſit ea, quæ effectum non habet. Poſteriori verò caſu, ſtante paritate gratiæ in utroque, eum potiorem haberi vult Pontifex in præbenda, qui primò litteras ſuas præſentavit; non

cantum propter vigilantiam, quam jura commendant. *l. Pupillus* 24. *D. Qua in fraud. credit.* Sed quòd in dubio possit videri prior impetrasse, qui prior eas præsentat: unde possidentis conditio semper judicatur potior, *c. Si à sede* 31. *De præben. in* 6. Quod si uterque concurrat, concessum iis, ad quos receptio, aut collatio spectat, eligere alterum, pro suo arbitrio, eo, qui non fuerit electus, carituro effectu gratiæ impetratæ. *d. c.* 13. *in fine*: ut quæ ne quidem operatura sit quoad sequentem præbendam vacantem, quòd mens Pont. non fuerit nisi uni providere cùm aliud nō expressit: nam si expresserit, alteri neglecto vacans postea conferenda. Expressisse censendus, si apposita fuerit clausula, *non obstante, si pro alio, &c. Glos. in d. cap. Duobus V. expresse.*

24 Interpretatio rescriptorum strictè est facienda, quando sunt contra jus commune, ut quam minimùm ab eo recedatur. Et in dubio reducenda esse ad jus commune etiam per verborum improprietatem seu clausularum transpositionem voluit Abbas in *c. Causam* 18. *n.* 1. *h. t.* propterea quòd, cum ad juris observantiam sint concessa, nihil debeant continere contra jus. Unde & subjunctas clausulas secundum jus esse accipiendas rescriptum est, *d. c.* 18. præcipuè quando agitur de tertii præjudicio, aut juris communis derogatione; quatenus tamen verba patiuntur. Si non agitur de jure communi, sed tantum de præjudicio ipsius rescribentis, latè sunt interpretanda, *c. Olim inf. De verb. signif. l. Beneficium D. De constitutionib. Princ.* nisi sint, ambitiosa talia enim sunt restringenda, *c.* 4. *De præb. in* 6. ubi si mandetur alicui provideri in aliqua Ecclesia civitatis aut diœcesis, non comprehendetur sub ista generalitate Ecclesia Cathedralis, in qua forte vacat beneficium: nec mandatum de conferendo beneficium, per resignationem vacans, trahetur ad idem vacans per mortem, quòd hæc sint diversa, ut uno aliud non concludatur, *c.* 6. *eod. in* 6. nisi aliter appareat de mente mandantis, ex verborum generalitate aut natura. Sic cui provideri mandatum in aliqua Ecclesiarum provinciæ, etiam in Cathedrali est providendum, quòd gratia ista sit uberior, *d. c.* 4. *in fine.*

25 Servandus est strictè modus præscriptus, nec extra terminos aut clausulas facienda extensio, *c. Per prudentiam inf. De officio jud. deleg.* præcipuè si agatur præjudicium tertii, quod est evitandum. Ut subintelligatur conditio, *sine juris alterius præjudicio. cap.* 8. *eod. in* 6 cum non sit moris nostri, inquit Imp. in cujusquam injuriam tribuere beneficium, *l* 4. *C. De emancipat. liber.* nisi aliud voluisse rescribentem appareat; cum possit Pont. gratiam concessam alicui revocare, *d. c.* 8. quod non censetur facere, nisi exprimat, & non sine caussa, antequam tamen jus occasione gratiæ concessæ sit acquisitum, quod non admit, ut dicetur inf. *De præben.*

Ne autem contingat jus privati rescripto vel 26
per importunitatem, vel per pravam insinuationem extorto, lædi, antequam executioni mandetur, is, cujus posset interesse, audiendus est, si forte justam executioni caussam opponere velit. Unde judicis, ad quem rescripta diriguntur, est inprimis advertere, num preces veritate nitantur. * Quæ clausula jure civili est ex- 27
primenda, ad rescripti valorem, *l. fin. C. De diverss. rescript.* Jure Canonico eam exprimi non est necesse, siquidem isto jure subintelligatur, *c.* 2. *in fine. h. t.* * Advertere etiam debet 28
ad vitia, quæ solent subesse rescriptis, caussata plerumque per obreptionem, quæ est allegatio falsi; & subreptionem, quæ est suppressio veri. Ita enim hæc duo distinguuntur: quamvis distinctio illa parum deserviat huic rescriptorum irritationi. Ut rectè aliqui indifferenter dicant obreptitia vel subreptitia, quoties malè impetrantur, sive tacita veritate necessariò explicanda, sive falso, quod ad rem confert, narrato. V. Menoch. *De arbitr. jud. quæst. lib.* 2. *casu.* 201. *nu.* 14.

Hac in materia ita distinguit Pont. Inno- 29
centius, in *c. Super* 20. *h. t.* ut, si per malitiam & fraudem falsum sit expressum, vel verum suppressum, impetrans in suæ perversitatis pœnam nullum ex litteris istis consequatur commodum: si verò per simplicitatem hoc ipsum contigerit, aut per ignorantiam, ita demùm rescriptum nihil operetur, si cognita veritate non fuisset rescripturus; secus si nihilominus petitioni annuisset. Ratio prioris partis non tantum consistit in defectu voluntatis, quem caussat verum suppressum, vel falsum expressum, sed & in perversitate, quæ

cam

eam pœnam meretur *d. c.* 20. Æquum enim est, ut mendax precator penitus careat impetratis, ne fraus sua ei patrocinetur, *c. Sedes 15. in fine eod.* Posteriotis partis quoad prius membrum ratio tantùm consistit in caussato per ista vitia defectu voluntatis ejus, qui rescribit, qui non voluit aliàs effectum habere rescripta, quàm stante veritate caussæ allegatæ: nisi clausula, *pro expressis haberi, quæ sunt expressa, aut alias nocitura supplicanti*, vitium purget. Quod & videtur dicendum, si justissima ignorantia caussaverit suppressionem. Exemplum est in *c. Gratia 7. eod. in 6.* Ubi omissio collati beneficii, quæ facta erat supplicanti absenti & ignoranti, non vitiat rescriptum quoad beneficium per illud impetratum, saltem ut quod volet retineat, non etiam ut utrumque simul. Ratio quoad membrum posterius est, tum quòd simplicitas supplicantis, quæ culpam non ponit, non mereatur pœnam; tum quod vitium, quod subest, non avertat mentem rescribentis. Rescriptum tamen non aliàs sustinebitur, quàm in forma communi, non etiam speciali, *d. c.* 20. Ubi jubetur judex delegatus procedere secundùm ordinem juris communis, quod in ejus forma nihilominus daturus erat Pont. rescriptum, non etiam in forma speciali, quoad clausulas, *appellatione remotâ*, & similes: veluti si judici sit commissa caussa, ut de plano cognoscat, litteræ valebunt, ut cognoscat jure communi, non etiam forma speciali de plano. Ratio est, quia substantia rescripti istius est jurisdictio: forma autem accidentalis est specialis procedendi modus, circa quem subreptio facit eam solùm vitiari.

30 Quæritur hic primò, An rescriptum per subreptionem dolosam extortum omninò irritetur, etiam quoad partes separatas non vitiosas? Resp. in *d. c.* 20. simpliciter dici, impetrantes carere commodo talium litterarum: ut videatur simpliciter intelligendum, & vitientur omnia in litteris contenta. Abbas *d. c.* 29. *num.* 2. Quæ opinio ut procedat in casu, quo vitium versatur circa totum rescriptum, aut principalem ejus partem; posset tamen dici non procedere in capitibus separatis non vitiosis. Probatur ex eo; quod irritatio, de qua in *d. c.* 20. sit in pœnam doli & malitiæ, quibus fundatus *d. cap.* ut ejus decisio non veniat extendenda ultra casum textu contentum; quando scilicet contenta habent inter se connexionem; ut non vitientur separata, ne pœnalia extendantur. Et videtur pro hac parte facere textus in *c. Si eo tempore 9. eod in 6.* in quo sunt diversæ gratiæ, & ad diversos effectus; & tamen subreptio, quæ est ibi [quam aliqui ad lubitum attribuunt ignorantiæ] non facit vitiosum rescriptum, nisi quoad partem, quam vitiat subreptio. Decius *d. c.* 20. *notab.* 1. *n.* 7. *&* 8. 31

Quid si subreptio sit circa caussam impulsivam, non finalem. Inspecto textu *d. cap.* 20. simpliciter loquentis, videtur etiam in hac sola dolosam subreptionem contingentem vitiare totum rescriptum. Facit ratio, quòd ea caussa cognita impediisset Pontificem à concessione, vel saltem difficilem eum effecisset. Deinde facit regula generalis, *Si preces veritate nitantur*, quæ videtur formam ponere; quam facit deficere falsitas circa caussam, licet impulsivam tantùm. Et ita habet communis opinio in *d. cap.* 20. Posset tamen contrarium videri probabilius, scilicet non aliàs dicendum subreptitium esse rescriptum, ejusque effectum impediri, quàm si contigerit supprimi verum; aut exprimi falsum circa caussam finalem, aut talem, quâ sublatâ non fuisset concessurus Pont. aut non taliter; tunc enim consensus cessat. Quando autem concessurus erat, non potest dici invitus concedens: non attento, quod difficulter concessisset, quia ea res non minuit voluntatem: ut, stante principali caussâ, debeat concessio effectum sortiri, ne principale utile vitiet.r per minus principale inutile. Quò facit textus in *cap. Dudum 14. vers. considerantes De præben. in 6.* Ubi gratia non dicitur inutilis, propter omissum id, quod expositum non impediviset rescribentem. Facit, Quòd tacens veritatem, quam explicare non tenetur, qualis est, quæ versatur circa caussam impulsivam, non potest fraudis vel malitiæ notari. Et concesso, quod obreptio vel subreptio culpam habeat, non potest tamen ea adficere ipsius rescripti valorem, nec irritare pendentia à voluntate gratuita, utpote non auferens voluntarium, *arg. tex. in l. Cum tale 72. §. falsam caussam D. De condit. & demonst.* Ubi falsa caussa, qua motus legans, non aliàs facit legatum inutile, quam si testa-

tor

cor sciens falsam non fuisset legaturus. Atque ita Covarr. *lib. 1. Var. Resol c. 10. n. 5.* impulsivæ caussæ falsitatem non alias vult rescriptis gratiæ officere, ex communi opinione, quam si ea probabiliter avertisset Principem à concessione.

Non rectè objicitur indistinctè allata differentia in *d. c. 20.* cùm ea commodè accipiatur, quando vitium est circa finalem caussam rescripti, non etiam circa impulsivam. Quod ex eo apparet, quod textus ille tantum agat de vitio conducente ad rescripti valorem, quale est circa caussam finalem contingens. Quantum ad conditionem, *Si preces veritate nitantur*, ea tantum intelligitur de substantialibus, id est iis, ex quibus gratia pendet, aliàs non concedenda. Faciunt huc, quæ passim traduntur de caussæ impulsivæ falsitate non irritante donationem, aut aliam concessionem, Navar. *in Summa c. 17. n. 107.* Speculator *de dispens. §. 10. n. 12.* Hac in re judicis arbitrium adhibendum esse tradit Menochius, *d. casu 201. n. 24. & 30.*

32 Quæ ita procedunt, nisi tales sint caussæ, quibus licet expressis Princeps eadem facilitate erat concessurus: tamen specialiter jura eas jubent exprimi, ad vitandam subreptionem. Ratio est, quod jura requirant earum expressionem pro forma, quæ ad unguem observanda est etiam in minimis. Exemplum est in *c. Si motu De prabendis in 6.* Ubi gratia concessa, non facta mentione beneficii quantumcunque modici, quod obtinebat impetrans, judicatur subreptitia, licet hoc expressum non impediviſſet gratiam. Idem prorsus dicendum de qualitate ex stylo Curiæ in rescriptis exprimenda; non attento, in ea expressa Princeps foret concessurus, nec ne petita: nam cùm stylus Curiæ jus faciat, *c. Quam gravi inf. De crim. falsi*, ab eo non recedendum. Idem dicendum, si consuetudo habeat, ut aliquid sit necessario explicandum: nam & ea jus facit Menoch. *d. casu 201. n. 28. & seqq.* Ubi plures refert conditiones in rescripto explicandas ad ejus valorem.

33 Quæritur etiam, An pœnam irritationis rescripti ipso jure causset dolosa subreptio? Pro affirmativa parte facit text. in *cap. Sedes 15. h. t.* in verbis, *tanquam mendax precator penitus careat impetratis*, & text. in *d. cap. Super 20.* qui habet, *nullum ex litteris illis commodum*
34 *consequatur impetrans.** Nam dictiones *penitus* & *nullum* important aliquid ipso jure, præcipuè, *nullum* propter inclusam in eo universalem negationem. *Glos. in c. Innotuit 20. V. nullum inf. tit. 5. De postulat. Prælat.* Consequeretur autem commodum, si litteræ ipso jure valerent. Dicendum tamen, non tam ipso jure esse rescriptum nullum, quàm potius exceptione doli opposita, & probanda, esse irritandum. Nam licet verba *penitus & nullum*, ipso jure inducant nullitatem, hoc tamen, ubi aliud non habet adjunctum textus, uti habet in *d. c. Super 20.* Tum demum scilicet non posse judicem procedere in caussa, postquam super dolo facta fides. Et facit, quod ista irritatio contineat pœnam, quæ sine aperto textu, non est inferenda. Facit & pro hac parte textus in *c. Si autem 9. & c. Plerumque 23. h. t.* Ubi subreptio non facit posteriores litteras nullas, si prior impetrans suis non utatur. Et hoc ita in rescripto justitiæ.

Quid in rescripto gratiæ? Illud ex caussa subreptionis non valet ipso jure, *per text. expressum in cap. fin. De filiis presbit. in 6.* & hoc saltem quoad eam partem, quam subreptio adficit. Qua in re diversum jus quoad hujus generis rescriptum obtinet, quàm in rescripto justitiæ, quod non esse ipso jure nullum jam probatum. Rationem differentiæ variam adsignat Abbas, in *c. Ad audientiam 32. num. 14. h. t.* Communiter dant eam, quòd rescripta justitiæ contractibus stricti juris comparentur, rescripta verò gratiæ contractibus bonæ fidei. Ut autem in his exuberare debet bona fides, quæ non fert dolum; ita in rescriptis gratiæ inveniri non debet, quod bonæ fidei repugnet. Dixi, saltem quoad partem, quam subreptio adficit; nam quoad illam partem, quæ libera est, probabile est impetratum quoad eam non esse ipso jure irritum; irritandum tamen; ex conditione pœnæ, quæ est, ut non inducatur ipso jure nisi sit expressum: non est autem expressum in *d. c. 20.* Cum istud tantum loquatur de impetrato vitiose, ut pars vitio vacans sit extra irritationem, quæ ipso jure contingit, ne pœnalia extendantur. 35

Quid si ex pluribus caussis aliquæ sint veræ, 36
aliquæ falsæ, allegatæ citra dolum? Non est quæstio; si ex disjunctivè allegatis altera vera sit, altera falsa; cùm sufficiat ex taliter conjunctis alteram esse veram, *c. In alternativis De*

reg.

reg. juris in 6. ut ſubreptum dici nequeat. Si verò copulativè allegatæ ſint, poſſet videri non valere reſcriptum, quòd ad iſtius orationis veritatem requiratur omnium partium exiſtentia, *l. Si ita quis 129. D. de verb. obligat. §. fin. Inſtit. de Hæred. Inſtit.* Quæ cum iſto caſu deficiat, videtur ſuccedere deciſio *d. c.* 20. ſaltem in caſu, quo copulativè allegata talia ſunt, ut neutrum per ſe ſufficiat, quod probatur *c. Olim 25. hoc t.* Spectat enim tunc utriusque veritas ad formam reſcripti, quæ diligenter obſervanda. Sin allegata talia ſint, ut unum quodque eorum ſufficiens ſit ad movendum Pontificem, ut annuat petitis; non poterit ſubreptionis alicuius argui, cum cauſa, quâ nititur reſcriptum, vera ſit; & alterius falſitas obeſſe nequeat, cum non vitiet mentē reſcribentis, qui ſufficienti vera cauſa motus eſt: ut in iſto caſu copulativa reſolvatur in disjunctivam, *l. Sæpè 53. D. de verb. ſign.* ne utile per inutile vitietur. Et ita tenet *Gloſſ. in c. 2. V. perpetuo hoc t. per text. in c. 4. eod.* & hoc ita in reſcriptis ad lites.

37 Quæritur, An idem procedat in gratioſis? Reſp. Id plerosque negare, in caſu, quo omnes cauſæ ſunt æquè principales, quia ad eas videatur ſe retuliſſe reſcribens, iisque motus eſſe: ut patet ex eo, quòd Pont. reſcribens ſoleat ſubjungere clauſulam, *Si repereris preces veritate niti*: quæ cum ſit conditionalis, videtur inducere formā quoad omnes cauſas expreſſas. Verius tamen eſt, unius cauſæ veritatem, quæ ſola ſit ſufficiens ad impetrandum reſcriptum, etiam in his facere illud carere vitio, ſi aliæ falſæ adjunctæ non ſint neceſſariæ ad operandum, aut inducendum reſcribentem, cum ſufficiat quid efficax ſubeſſe, quo nitatur gratiæ conceſſio: & ita in ſimili reſpondit Navarr. *conſ. 1. h. t.* Nihil debet movere dicta clauſula, quia reſpicit cauſas, quæ concurrunt ad impetrandum reſcriptum; non etiam eas ſine quibus nihilominus Pontifex reſcripſiſſet.

38 Eſt & difficultas in caſu, quo ſollicitator ſubreptionem cauſaverit. Dicendum, ſi nulla culpa ipſius ſupplicantis comitetur, non eſſe, quare ei obſit dolus alterius: non tamen ita, ut totum reſcriptū valeat, etiam in caſu quo Pontifex conſcius vitii non conceſſiſſet, ut videtur velle Felinus in *d. c. ſuper* 20. *n.* 7. neque enim alterius dolus debet alteri eſſe lucro: ſed ut de illo ſit judicandū ac de impetrato per ignorantiam, ut ſcilicet ſi non ſit totius reſcripti cauſa falſa relata, ſed partis tantum, illa ſolum vitietur, non etiam alia, quam non concernit dolus, & quam Pont. etiam conſcius conceſſurus erat, juxta diſtinctionem *d. c.* 20. Navarr. *conſ.* 78. *n.* 3. *h. t.* Quæ vero in literis exprimenda ſint videantur in *Gloſ. d. c.* 30. *V. litteras.* ubi Felin. *n.* 8. & apud Menoch. *d. caſu* 201.

Rejicienda præterea à judice reſcripta con- 39
tinentia abſurdum & iniquum, veluti ut nullæ admittantur exceptiones; ut quemcumque judicem licet eligere ſibi propitium, parti adverſæ ſuſpectum *c. Ad hæc* 10 *h. t. & c. Ex parte* 13. *inf. tit. 29. de Off. jud. deleg.* hoc enim grave nimis eſt parti, ut concedi non debeat.

Suſpecta ſunt & ea reſcripta, quæ contra 40
Curiæ ſtylum impetrata videntur. Unde eorum executionem differt judex, donec ſecundò jubeatur exequi; tunc enim videntur profecta ex certa ſcientia. Quod & agendum, ſi rationabilis cauſa videatur iis obſtare, *c. Si quando 5. h. t.* * Facit & peccatum in La- 41
tinitate, aut conſtructione, non eſſe adhibendam litteris fidem, *c. ad audientiam 11. h. t.* quod, cùm non appareant maturè dictata, non poſſint videri emanaſſe à Sede Apoſtolica, *c. Quam gravi inf. de Crim. falſi.* Ut non obſtet quod eiusmodi vitium non faciat teſtamenta ſuſpecta, *l. in legatis Cod. de legat.* in quibus non requiritur tanta maturitas, ſed ſatis eſt de voluntate conſtet. Non eſt tamen hoc tam ſtrictè accipiendum, ut etiam unius literæ vel ſyllabæ omiſſione vitiari dicamus reſcriptum, *c. ex parte 11. inf. de fide inſtrum.* quia eiusmodi defectus minor eſt, quàm ut conſiderandus veniat.

Non operatur etiam effectum aliquem re- 42
ſcriptum impetratum lite pendente, ſi ex eo ſit alteri præjudicium, *c. 1. 2. fin. inf. Vt lite pendente &c.* cum lite pendente ſupplicare non liceat; niſi in certis caſibus, ſi vel actorum communium, vel pronuntiationis editio denegetur, *l. 2. C. Vt lite pend.* Contra terminatam vel reſcripto, vel conſultatione quæſtionem exquiſitum ſuffragium facit impetrantem damnari adverſario in litis æſtimationem, *d. l. 2.*

43 Ad effectum rescriptorum refertur & hæc quæstio. An rescripta perpetuò durent ? Resp. Eorum vim esse perpetuam & perennem, quæ ad jus rescripta sunt, *l. 2. C. de divers. rescript.* cum tendant ad juris communis conservationem: nisi vel tempus sit adjectum, quo lapso cessat eorum vis ; quia ad tempus concessa, eo lapso censentur denegata : vel intra annum iis uti per malitiam vel negligentiam distulerit ; si tamen alter contrarias litteras obtinuerit postea etiam non facientes mentionem priorum, idque ut obvietur malitiis, *c. Plerumque 23. h. t.* Rebuff. *in praxi benef. tit. Forma mandati, Apost. ad V. inducentes vers. quatuor* Fachin. *l 8. Controv. c. 65.*

44 Superest postremò dispicere, An rescripti vires exspirent morte concedentis : extra dubium est, rescripta emanantia per modum Canonis non exspirare morte concedentis, cum tanquam Canones suapte natura sint perpetua. Idem est, si per modum contractus emissa sint : neque enim successor revocat contractum prædecessoris, *c. 1. inf. de Probat.* Fell. *in c. Licet 30. inf. de off. jud. de leg.* Tantùm est difficultas de rescriptis ad lites, de quibus commodiùs infrà, *d. tit. de off jud. deleg.* & de rescriptis gratiæ ; in quibus distinguendum hoc modo: An gratia sit facta, quando scilicet ei conceditur, in cujus gratiam datur independenter ab alio, an sit facienda, quando scilicet alicui committitur facienda gratia in favorem tertii. Iterum, an absolutè concedatur, an verò ad beneplacitum concedentis aut Sedis. Absolutè gratia facta non exspirat morte concedentis : nam quæ semel habent perfectum esse, contrario casu superveniente non immutantur. Facienda verò gratia exspirat, quia est instar mandati quod cessat morte concedentis, re tamen integrâ, *c. Si cui 36. ubi Glossa de præben. in 6.* quatenus facta ad concedentis placitum, qui amplius velle post mortem non habet. Quod & rectè dicetur, si concedens officio sit defunctus : nam non habens officium, amplius probare aut improbare nequit ab illo dependens. Ad beneplacitum Sedis concessum non exspirat morte concedentis, sed durat, donec à successore revocetur.

c. Si gratiosè 5. h. t. in 6.

TITULUS IV.

De Consuetudine.

SUMMARIUM.

1. *Consuetudo quid sit.*
2. *Requisita ad justitiam & valorem consuetudinis.*
3. *Consuetudo irrationabilis excusat à pœna fori exterioris, non interioris.*
4. *Consuetudinis vis & effectus non minor quàm legis.*
5. *Consuetudo Laicorum super rebus Ecclesiasticis quid possit.*
6. *Consuetudo Ecclesiæ Romanæ an & quando obliget reliquas.*
7. *Intellectus* c. 3. de Cognat. spirituali.
8. *Consuetudo an contra Canones induci possit.*
9. *Respondetur ad loca, non admittentia consuetudinem contra Canones.*
10. *Intellectus* can. Institutionis XXV. q. 2.
11. *Consuetudo an possit quid mutare circa sacramentalia.*
12. *Consuetudinem generalem tolli per legem subsequentem generalem, non etiam particularis loci consuetudinem.*
13. *Quod & obtinet jure civili.*
14. *Quanto tempore consuetudo deroget Canoni.*
15. *Traditiones quædam scriptæ, quædam non scriptæ.*
16. *Traditiones item aliæ divinæ, aliæ Apostolicæ, aliæ Ecclesiasticæ.*
17. *Traditionum vis & auctoritas.*
18. *Hæretici nostri temporis traditiones rejicientes taxantur.*

A Lteram Juris speciem, scilicet jus non scriptum, ponit consuetudo : quod nomen accipitur vel pro ipso usu & frequentibus moribus, vel pro ipso jure, quod ex diuturno usu, moribusque nascitur, uti hic ; definiturque jus non scriptum, tacitis utentium moribus introductum, *l. de quib. 32. D. de leg. §. ex non scripto Instit. de jure natur.* * Ad cujus 2
justitiam & valorem requiritur primò, ut sit inducta à communitate, capace legislationis, saltem passivæ. Secundò, ut major ejus pars sciat & consentiat in illius observatione : nam

quod

quod major pars Curiæ effecit, pro eo habetur, ac si omnes egissent, *l. Quod major D. Ad municip. & inf. tit. de his quæ fiunt à majore parte cap.* ut & reliqui obligentur III. ut adsit diuturnitas temporis & actuum frequentia. Ad illam volunt communiter sufficere indistinctè decennium: hanc verò esse relinquendam judicis arbitrio, juris rationi convenientius est. Sint tamen actus voluntarii [neque enim circa necessarios est consuetudo] & liberi, cum intentione inducendi consuetudinem; cùm & possit intendi consuetudo citra obligationem, ut in actibus devotionis: actus enim agentium non transgrediuntur eorum intentionem. Actus isti non sunt necessariò judiciales, cùm & sufficiant extrajudiciales, quâ de re alibi latiùs egimus.

2 IV. Requiritur, ut sit rationabilis, communitati utilis, non abrogata, non prohibita, non reprobata. Unde requirit materiam bonam, honestam: improbum enim foret, eam, quæ est contraria bonis moribus, ligare: cujusmodi est invitans ad dissipationem bonorum, indulgens remissionem pœnæ propter adulterium, *c. Ex parte penult. hoc tit.* disciplinam Ecclesiasticam enervans, *c. cum inter. 5. & c. cum venerabili, 7. h. t.* Canonicis obvians institutis ad corruptelam inducendam, *d. c. 7. in fine:* uti & illa, quæ gravis est Ecclesiæ, ejus impediens libertatem, laicis super bonis personisque Clericorum auctoritatem judicandi attribues, *c. 1, & 3. h. t.* plurium dignitatum Ecclesiasticarum sine dispensatione Apostolica retentionē concedens, *c. 1. eod. in. 6.* reverentiam & auctoritatem sacris debitam imminuens, veluti non Episcopo attribuens reservata ordini Episcopali, quâ de re *c. 4. h. t. & c. pen. inf. de consecrat. Eccles.*

3 Quæri potest, An consuetudo irrationabilis excuset à pœna fori exterioris? Resp. Pœnam cessare, ex eo, quod permissum eo in foro non debeat puniri; licet in foro interiori non sit minus peccatum, imò potiùs aggravetur per temporis diuturnitatem, *c. fin. h. t.* uti latiùs dictum *ad l. de quibus 32. D. de legib.* ubi etiam traditum, non desiderari titulum, quòd consensus populi requiratur ad consuetudinem inducendam Abbas *& Glossa in d. c. fin.* Dictum etiam ibi, non requiri scientiam Principis vel Pontificis, quod & satis patet ex *c. 1. de constitut. in 6.* ubi dicitur Pontificem probabiliter ignorare locorum consuetudines & statuta.

Prædictis positis, sequitur effectus consuetudinis, qui non est minor quàm legis, aut constitutionis: obligat enim omnes ad sui observantiam; universaliter, si sit universalis; sin particularis, eos tantùm, qui subsunt loco ubi ea viget, idque sub peccato vel veniali vel mortali, pro materiæ gravitate, aut sine intento. 4 Spectat etiam ad consuetudinis effectum, legem interpretari, quia optima interpres est consuetudo; legi derogare, imò abrogare, quâ de re latiùs dictum *ad tit. Cod. Quæ sit longa consuet. & ad D. d. loco:* ideoque iis omissis tantùm subjungemus ea, quæ huic loco potissimùm conveniunt.

Ubi in primis quæritur, An super Ecclesiasticis rebus quid possit laicorum consuetudo? Resp, Non magis eam posse super hujusmodi rebus, atque dictum est, *sub. Tit. 2. num. 2.* tenere eorum leges super talibus, propter cessantem potestatem: nisi à loci Prælato fuerit approbata & recepta, expressè aut tacitè, cujus est super talibus arbitrari. Consuetudo verò per laicos inducta super rebus temporalibus, seu materia civili & politica, valida quidem est, non tamen per eam obligantur Clerici: quia ut non potest populus per voluntatem expressam Clericos obligare, ita nec per hanc tacitam, sine consensu Prælati, cui subsunt Clerici. Quòd si fuerit materia communis, & totius communitatis interfit sustineri consuetudinem, videntur & Clerici teneri ad ejus observantiam; eo modo, quo dictum est superiùs, *d. loco*, eos obligari ejusmodi laicorum lege, ex eadem ratione. Si materia fuerit spiritualis, uti jejunium, festum, cùm non teneat consuetudo sine auctoritate Prælati Ecclesiastici, ut paulò ante dictum, ita nec obligabit Clericos sine expresso vel tacito consensu Prælati: qui potest jus Episcopale inducere pro sua diœcesi, quòd præsumatur consentire in ejusmodi materia, in qua non potest sine scandalo unus obligari, alter non, & in qua subditi non considerantur ut Laici aut ut Clerici, sed ut Christiani Bart. *ad l. de quibus Lect. 2. n. 30. D. de Legib.*

6 Ulterius quæri potest, An consuetudo Ecclesiæ Romanæ obliget reliquas? Resp. Non videri, quatenus per se spectatur, tu particularis Ecclesia, quia sic non gerit se tamquam superior aliis: quod tamen oportet, ut generaliter obliget; nisi Pontifex præcipiat & alibi eam observari, ut notavit Panorm. in *c. fin. inf. de feriis.* Idem juris est in consuetudine Metropolitanæ Ecclesiæ, quòd scilicet neutiquam obliget suffraganeas Ecclesias ad sui observantiam; ex regula generali, quâ consuetudo unius civitatis non obligat aliam distinctam: uti nec una communitas habet potestatem dandi leges alteri.

Nec obstat *cap. 3. inf. de Cognat. spirit.* ubi 7 dicitur Episcopo inspicienda, & imitanda consuetudo Ecclesiæ metropolitanæ: loquitur enim is casu, quo consuetudo prævaluit in tota provincia, & aliqua in diœcesi ignoratur, quia forte in casus non contigerit, in quo praxis conformis posset ostendi: tunc enim vult Pontif. inspiciendam & imitandam esse consuetudinem Ecclesiæ Metropolitanæ aut vicinorum locorum, in quibus illa observatur tamquam universalis totius provinciæ. Aliqui *d. cap. 3.* accipiunt in casu, quo in ista Ecclesia non erat consuetudo propria, tunc scilicet imitandam esse Metropolitanæ, aut vicinorum locorum: sed hoc minus rectè dici posse videtur ex eo, quòd ut statutum Metropolitanæ Ecclesiæ non obligat suffraganeas, ita nec istius consuetudo, quia desit subjectio, & immediata jurisdictio.

Dubitari etiam posset, An contra Canones 8 consuetudo induci queat? Resp. Rectè dici per universalem consuetudinem abrogari posse universalem legem Ecclesiasticam, vel in totum, vel pro parte, uti in una provincia, salvâ manente lege, & integra in aliis; per particularem verò abrogari posse legem particularem: nam cum altera sit juris species, non minor est lege, quæ prosequens priorē abrogat; ut idem consuetudini sit dandum. Facit in eam rem *Clement. fin. de ætate & qual. præfic.* ubi antiquis juribus præfertur generalis Ecclesiæ observantia. Facit & *c. 3. eod. in 6.* quod probat consuetudinem quâ Episcopus solus sibi usurpat potestatem advertendi in delinquentes, cum tamen jure communi requiratur Capituli adsensus, *cap. 2. de his quæ fiunt à maiore parte capit.* Facit præterea, quòd ad hunc effectum nec desit populo potestas, ex conniventia Pontificis, nec voluntas, cuius sufficiens signum dat ipsa consuetudo.

Non obstant loca quædam, *dist. 11. quæ* 9 non admittunt consuetudinem contra Canones: nam vel loquuntur de ea, quæ non est rationabilis & legitimè præscripta, *juxta c. fin. h. t.* vel de ea, quæ est contra jus naturæ vel divinum, ut patet ex ipsorum locorum lectione.

Neque obstat *can. Institutionis XXV. q. 2.* 10 quia loquitur de inferioribus expressè derogantibus aut contravenientibus juri communi, quod gravius est: minus enim delinquitur à populo tacitè inducente contrariam consuetudinem, quàm expressè legi non parente; quæ res habet contumaciam conjunctam. V. Suarez *lib. 7. de legib. cap. 18.* ubi *num. 11. & 12.* tempus requirit quadraginta annorum, ut consuetudo contra Canones valeat.

Difficultatem patitur, An consuetudo pos- 11 sit quid mutare circa sacramentalia? Resp. Ita videri, etiam citra scientiam Pontificis *per c. fin. h. t.* ubi deciditur generaliter, consuetudinem rationem consentaneam & legitimè præscriptam obtinere vim cuiuscumque legis destruendæ. Ut etiam obtineat circa sacramentalia, cū non detur ratio diversitatis, quatenus tamen cessat scandalum & contemptus Sacramentorum, & non attinguntur ipsa Sacramenta, aut non inducitur quid circa ea, quæ præcipuam Sacramentorum vim habent, Covarr. in *4. Decretal. p. 2. cap. 6. §. 10. num. 36.*

Nec obstat, quod consuetudinem non inducant, nisi qui valent legem constituere; Clerici autem contra Canones legem non inducant, *d. can. Institutionis.* Respondetur enim, non requiri ad hunc effectum condendæ legis potestatem, quæ actu adsit, sed sufficere capacitatem, quam Clericorum communitas verè habet, cum possit iis dari potestas specialiter quid statuendi contra Canones, licet actu non sit data. Quo modo & populus inducit consuetudinem contra legem Principis, in quem tamen omnem potestatem suam resignavit, *§. sed & quod Principi Instit.*

De

De jure natur. gent. & civili. Quæri autem hic etiam posset, An per consuetudinem possit induci omissio benedictionis nuptialis; tolli impedimentum matrimonii etiam dirimens? verum de his commodius agetur infra libro IV.

Dicta de consuetudinis effectu vera sunt, quatenus est in vigore, non sublata per consuetudinem posteriorem contrariam, ut fieri posse non est dubium, aut etiam per legem, qua de re actum *ad tit. D. de legib. & Cod. Quæ sit longa consuetudo.*

12 Quæritur autem, An quælibet consuetudo præcedens censeatur per contrariam legem subsequentem tolli? Resp. Per legem subsequentem generalem in universum eam aboleri consuetudinem, quæ est generalis, ut tradit Bart. in *l. de quibus de legib.* etiam non facta eius mentione: quia cum non censeatur ignorare talem consuetudinem Princeps, non potest non videri eam tollere per contrariam legem, quæ consistere non potest cum ista consuetudine. Quo modo rectè Abbas, in *c. fin. nu. 25. hoc tit.* docet, quod civitas statutum faciendo contra suam consuetudinem, censeatur hanc tollere, cum eius non possit esse ignara. Non ita aboletur per legem generalem particularis loci consuetudo, de quo est textus expressus in *cap. 1. de constitut. in 6.* qui hoc decidit: subjunctâ ratione, quod legislator nunc censeatur scire facta particularia, ad quæ spectant particulares locorum consuetudines; atque ita non censeatur eas revocare, non facta illarum mentione expressâ, ubi volunt sufficere clausulam, *non obstante*, subjunctam: quod ita in lege Canonica admittitur.

13 An etiam in lege civili hoc fit admittendū? disputatur. R. Aliquibus videri aliter obtinere in lege civili, *per text. in l. 3. §. Divus D. de sepulchro viol.* ubi dicitur, generalia rescripta, & Imperialia statuta vim suam obtinere, & in omni loco valere, sublatâ etiam municipali lege, de qua ibi, contrariâ. Verum idem dicendum obtinere jure civili; cùm *d. cap. 1.* non tam sit specialis juris constitutivum, quàm declarativum ejus juris, quod secundum rectam rationem in quocumque legislatore locum habet. Nihil facit *d. §. Divinus*, nam intelligendus in casu, quo Princeps singularem consuetudinem expressè voluit tollere, ut satis ibi apparet, Bart. in *d. l. de quibus Lect. 2. nu. 4. de legib.*

Quia autem dictum in superioribus, per 14
consuetudinem posteriorem derogari Canoni, recte requiritur, quantum temporis ad hoc requiratur? Resp. Esse, qui velint annos decem sufficere, ad instar juris civilis, quatenus rationabilis, & præscripta, *per text. cap. fin. hoc tit.* Quorum opinio procedere videtur in casu, quo agitur de nova lege necdum recepta: cuius vis omnis cessabit desuetudine tanti temporis. Alias si lex in usum deducta fuerit, plerique volunt, eam non abrogari; nisi spatio quadraginta annorum, Innoc. in *d. cap. fin. & ibi* Abbas *n. 11. & ad c. 1. n. 23. inf. de Treuga & pace.* Rationem dant, quod contra Ecclesiam non præscribatur nisi quadraginta annis, *cap. 4 & 6. inf. de præscript.* Consuetudo autem contra Canones meritò dicitur contra Ecclesiam; atque ideo, ut dicatur legitime præscripta, debet viguisse annis quadraginta. Ubi non rectè quidam videntur singulariter requirere scientiam Pontificis, quos reprehendit Covarr. *d. loco n. 30.*

De Traditionibus.

AD jus non scriptum recte referuntur ea, 15
quæ per traditiones ab Apostolis & sanctis Patribus ad nos quasi per manus pervenerunt, sine scripto. Quod addo, quia traditiones quædam scripto sunt mandatæ, ut patet ex D. Paulo mox allegando. In quo à consuetudine distant, quæ tantùm in usu consistit; uti & in eo, quod pleræque ex præcepto dimanent, vel divino, vel Apostolico, vel Ecclesiastico. * Ut sint triplicis generis: aliæ Di- 16
vinæ, quæ ab ipso Christo docente per Apostolos sunt acceptæ, quarum in sacris literis nusquam fit mentio, ut quæ spectant ad materiam & formam sacramentorum: aliæ Apostolicæ, quæ per Apostolos non sine adsistentia Spiritus sancti traditæ: aliæ Ecclesiasticæ, quæ sunt quædam consuetudines antiquæ à Prælatis vel populis inchoatæ, quæ paulatim tacito consensu populorum vim legis obtinuerunt. Ex his traditionibus manavit jejunium quadragesimale, quatuor temporum, baptizare parvulos, baptizatos ter

oleo mungere, signare se signo Crucis, & simi-
17 lia, *can. Ecclesiasticarum distin.* 2. * Prioribus duobus generibus esse suam vim non est dubium, ratione auctorum; unde Paulus, *State*, inquit, *& tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per litteras. 2. ad Thessal.* 2. Et 1. *ad Corinth.* 11. laudat eos, quod tradita à se præcepta teneant. Quantùm ad tertium genus, eandem illis vim esse, quæ est decretorum & constitutionum, ex eo patet, quod verbo an scripto disposita antiquitus tradantur, nisi interfit: ut patet ex Lacedæmoniis, apud quos leges memoriæ mandabantur, & hac viâ ad posteros transibant, non minori obligatione, quam leges Athenensium scripto manda-
18 tæ, *§. sive scripto Instit. de jure nat.* * Ut hæretici nostri temporis, dum traditionibus nihil deferunt, eas tanquam aniles nugas respuentes, in reprobum sensum dati videantur; cum hac via & ipsi Evangelio suam derogent fidem atque auctoritatem, & sacræ Scripturæ convellant fundamentum: ut desuper structam molem collabi sit necesse. Quo respicit Tertullianus, *lib. 2. de Corona militis*, dum inquit: *Si legem postulas, scripturam nullam invenies, traditio tibi prætenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix.* Et S. Augustinus, *Evangelio*, inquit, *non crederem, nisi me Ecclesia Catholica moveret auctoritas.* Item S. Basilius à Gratiano *d. can. Ecclesiasticarum* citatus, *Si attenderimus*, inquit, *consuetudines Ecclesiæ, non per scripturas à Patribus traditas, nihil æstimare, quantum religio detrimenti sit latura, intentè inspicientibus liquidò constabit.* Et hodie docet experientia: neque enim potest per ipsam Scripturam constare, eam veram esse, non confictam, non suppositam; nam hoc foret in propria caussa testem agere. Quod Spiritûs sancti, qui errare non potest, dictamine se instrui, quæ sit vera Scriptura, persuasum sibi habeant nostri temporis sectarii, est mera diaboli elusio: ut patet ex illorum opinionibus super intellectu sacræ Scripturæ, quæ ita sunt discordes, etiam inter eos, qui eandem sectam sunt amplexi, ut ad concordiam neutiquam queant revocari. Quas certè non est dicendus caussare Spiritus sanctus, qui ubique unus, verus, constans, concordiæ & sanctitatis, nusquam discordiæ & impietatis auctor, aversatur inconstantiam, quæ inter hæreticos dominatur: inter quos in dies novæ opiniones, novi intellectus super Scriptura sacra oboriuntur, & acceptantur, prioribus rejectis, in eoque laboratur, non ut secundùm Scripturam fides & actus formentur, sed Scriptura iis adaptetur. Hinc rectè Nicolaus Papa dedecus abominabile dicit, traditiones ab Ecclesia receptas pati pro libitu semper errantium infringi, *can. Ridiculum dist. 12.* Vide plura de his apud Suarez *De legib. lib. 7. c. 3. n. 7. in fine & c. 4. n. 10. item in Defensione Fidei Catholicæ adversus Anglicanæ sectæ errores lib. 1. c. 9. n. 7. & seqq.* & Bellarm. *Contr. Tompo 1. de Verbo Dei lib 4.*

TITULUS V.

De Postulatione Prælatorum.

SUMMARIUM.

1. *Ratio ordinis; & objecta juris Canonici.*
2. *Magistratus Ecclesiasticus acquiritur per Postulationem, Electionẽ & Translationẽ*
3. *De postulatione cur primo loco agatur, & cur inventa.*
4. *Postulatio quid an & concorditer fieri debeat.*
5. *Qui postulent, & de postulantibus indignè.*
6. *Quis postulandus.*
7. *Postulandus eligi non potest.*
8. *Postulatio debet esse certa & certis verbis facta.*
9. *Electus & postulatus, adhibendo consensum, debet alteram viam eligere.*
10. *Postulatio est insinuanda postulato.*
11. *Postulantibus an liceat variare.*
12. *Postulatio habitô consensu postulati, est insinuanda superiori.*
13. *Superior est summus Pont. exceptis dignitatibus inferioribus.*
14. *Postulatio admissa dat postulato jus administrationis.*

POstis principiis juris Canonici, ejusque origine & auctoritate, de objecto illius vi- 1
dendum. Quod hîc triplex est, ut in jure civili; Personæ scilicet, quibus jus redditur. Res, circa quas, & judicia per quæ redditur. Personæ meritò primas tenent, cùm, ut ait Imp. *Instit. de jure nat. in fine* ex *l. C. l. 2. D. de statu hom.* parum sit, jus nosse, si personæ, quarum

rum causſa conſtitutũ eſt, ignorentur. Ubi non incongruè primò proponuntur perſonæ, quæ tanquam miniſtri & executores juris, ipſum jus exequuntur, & invigilant ejus obſervationi: quales non tantũ ſunt illi, qui judiciis præſunt, liteſq; determinant, ſed qui aliquo magiſtratu, aut dignitate, aut ſuperioritate Eccleſiaſticâ excellunt. Pertinet iſte magiſtratus hac in materia ad ſolos Clericos. * Acquiritur per Poſtulationem, Electionẽ, & Translationem; de quibus ordine deinceps agitur. Eſt & Nominatio, quæ poſſet concludi ſub Electione: nam eſt deſignatio unius ad dignitatem, ſive etiã plurium perſonarum, ex quibus ſuperior unũ deligat, quem dignitati præponat: quale jus Principes aliqui in ſuis ditionibus ſibi adrogant.

2

De Poſtulatione agitur primo loco, quòd 3 ſit via quaſi præparatoria ad electionem: nam poſtulatione perſonæ admiſſa ad electionẽ ejus procedi poteſt; quæ tamen etiam omittitur, circuitus evitandi cauſſa, quod cenſeatur incluſa in ipſa poſtulatione, à qua per ſuperiorem admiſſa non recedunt poſtulantes. Inventa eſt poſtulatio in ſubſidiũ electionis, ut qui per Canones eligi prohibentur, propter impedimentum Canonicum, quo tenentur, ex ſuperioris gratia habeantur in Prælatum. Contingit enim nonnunquam aliquem, propter inſignem eruditionem, prudentiam, aliaſque animi dotes, regendæ Eccleſiæ maximè convenire; defectu tamen natalium, ætatis, alteriuſve qualitatis, eligi non poſſe.

Omiſſis itaque aliis acceptionibus, Poſtu- 4 latio hic eſt Capituli vel Collegii coram ſuperiore facta petitio alicujus perſonæ in Prælatum, idoneæ quidem, ſed cui obſtet defectus Canonicus.

Addunt aliqui, Concors; unde quæritur, An debeat fieri concorditer? Reſp. Ita velle Gloſſ. in *c. Cum omnes ſup. tit. 2. de Conſtitut.* Ab aliis duas partes collegii deſiderari: at ex veriori & conſtantiori ſententia ſufficere à majori & ſaniori parte factam eſſe, nam cum electio taliter facta prævaleat, *ut dicetur t. ſeq.* quidni & poſtulatio? Ex rationis paritate: niſi contingat à minori parte aliquem eſſe electum; tunc enim à majori parte facta poſtulatio non aliàs prævalitura, quàm ſi pro ea ſtet duplo major numerus, *c. Scriptum 40. tit. ſeq. de Elect.* Cujus ratio eſt, quod electio niratur via ordinaria; poſtulatio verò extraordinaria, ideoque inferior habenda, niſi numero fulciatur: prævalebitque electio, ordinatio jure procedens, etiam nixa numero minori, propterea quod non facilè ab ordinario modo recedatur, *d. c. Scriptum §. quod ſi.*

Si poſtulantium numerus duplo quidem 5 major fuerit, poſtulatus tamen ſit indignus, moribus, vita, doctrina, & aliis, neuter actus tenebit: non poſtulantium, quia poſtularunt indignum; non eligentium, quia eorum numerus tertiam Capituli partem non adæquat, niſi tamen ſcienter indignus ab aliis poſtulatus fuerit, *d. c. 40. in fine*, tunc enim privantur poſtulantes pro ea vice voto, & Capituli vis apud minorem partem reſidet, quaſi ad eã ſolam ſpectet electio, Abbas & Innoc. *ad d. c. 40.*

Poſtulant illi, quibus eſt jus eligendi, *c. 1 in fin. h. t.* Ubi controvertitur, An qui poſtularunt indignum removeantur à poſtulando, aut eligendo? Reſp. Eſſe, qui negent, quod hoc ipſum pœnæ cauſſa, quæ non eſt laxanda, ſed reſtringenda, ſit inductum in eligentibus indignum. Nec facit ſecundum eos modo allegatum ex textu *d. cap. 40. in fine*: nam hoc volunt eſſe ſpeciale, propter concurſum eligentium. Attamen verius eſt, pœnam iſtam concernere & poſtulantes indignum, *per d. text.* Cujus ratio tantùm conſiſtit in eo, quod indignum poſtularint non etiam in eo, quod concurrant eligentes: & colligitur id ipſum ex *c. 1. in fine & c. 2. ubi* Abbas *num. 3. h. 2.*

Poſtulatur ille, qui aliàs moribus, doctri- 6 na, vita, probitate licet idoneus, defectum tamen habet Canonicum, per quem eligi nequit: ut quia non eſt ſufficientis ætatis, non thori legitimi; non profeſſus, ſi peratur, ut præſit profeſſis; alterius loci Epiſcopus, *c. Cum monaſterium 13. c. Innotuit 20. inf. de elect. c. fin. h. t.* * Ubi cavendum eſt, ne talis perſona eligatur; quia per electionem iſtius committeretur virium, nihilque accederet juris electo, *d. c. fin.* cum quod eſt nullum non poſſit producere aliquem effectum. Poſtulando verò talem non peccatur, quia admiſſio poſtulati committitur arbitrio ſuperioris; ut nihil accedat juris poſtulato. In quo diſtinguitur poſtulatio ab electione: hæc enim jus dat 7

electo,

electo, ut capaci. Unde est quod frustrà postuletur, cum malè peratur gratia, ubi est justitiæ debitum.

8 Cavendum etiam, ne sit postulatio incerta, cuius species aliquot à pernicioſa curiositate inventas, quibus postulationi electio mixta facit eam incertam, proponit Pont. in *c. unico eod. in 6.* & edicto perpetuo earum usum prohibet. Forma autem earum hæc est, *Eligo postulando, & postulo eligendo*; aut *Eligo postulandum, & postulo eligendum*: *Eligo & postulo, prout potest melius de jure valere.* Quas formulas ideo damnat Pont. quod contineant tem imperf. eam, propter incertitudinem voluntatis; cum eligens consensum præsentem explicet, nullo præsuppositio defectu electi: postulans verò non què certò consentiat, & in postulato defectum aut impedimentum fateatur. Unde fit, quod in uno eodemque actu committatur contrarietas, & ex ea ponatur incertitudo, actum penitus vitians; uti penitus nullus declaratur, *d cap. unico in verb. irritum decernentes*: adeò ut etiam effectum aliquem consequi nequeat ex subsequenti superioris confirmatione, propter regulam, quæ non patitur confirmari, quod est ab initio nullum, Glossa *in d. c. unico V. irritum.* Quod sibi imputent taliter procedentes, non servata debita & præscripta forma. Permittit tamen Pont. ut procedat ejusmodi postulatio in casu, quo probabiliter dubitatur, ob facti ignorantiam, an sit persona eligibilis, nec ne: cujusmodi aliquot exempla proponit Gloss *d. c. unico V. probabiliter*: causat enim justa ignorantia actum sustineri, qui alias inutilis fuisset.

9 Debet autem electus & postulatus taliter, adhibendo suum consensum, alteram viam eligere, *d. c. un. in fine*; ne vagando in incerto, contra juris prohibitionem, duplicem titulum sibi præfigere videatur, & ex duplici causa confirmationem exspectare, quod jura non ferunt, *c. Vtquis 25. De elect. in 6. l. Eum qui duobus 51. D. de acquir. hared.* Electa autem altera, non erit illi liber regressus ad omissam, sed via est intercluſa, *d. c. in fine*, quia alias sibi contrariaretur.

10 Postulatione peracta ex plurium consensu, tum ea est insinuanda postulato quàm citissimè, qui intra mensem exprimere consensum debet, nisi causa plus temporis tribuat.

Ubi quæri potest, an liceat variare postulantibus? R. Per solam postulationem nullum jus acquiri postulato, sive quoad postulantes, qui non tam consentiunt, quàm votum suum declarant; sive quoad postulatum, qui per Canones impeditur quid juris acquirere ad Prælaturam. Unde *c. 4. h. t.* dicitur demum præscatata superiori postulatione variare inhibitum esse postulantibus; idque ne superiori illudatur, & judicium ejus ex inferiorum arbitrio pendere videatur. 11

Post consensum postulati habitum postulatio superiori præsentanda. Cujus rei non is est affectus, ut quid juris det postulatio, nisi subsecuta approbatione: dependet enim ex superioris arbitrio, eam admittat, nec ne: nisi quod, uti jam dictum, per eam variare prohibeantur postulantes. 12

Cæterum hac in re superior est, qui Canones & jura obstantia laxare, ac vinculum, quo obstringitur postulatus, solvere potest, ut habilis efficiatur & eligi queat. Talis est Pont. tantum, si agatur super postulato in Episcopum, qui alteri Ecclesiæ ut Episcopus præest: neque enim talis potest sine Romani Pont. auctoritate de una Ecclesia ad aliam migrare, ut dicetur inferius *ad tit. 7. de Transl. Epiſc.* Dispensat & is solus super ætate, & natalibus postulati, Glossa *in c. fin. inf. tit. 14. de Ætate & qual. præfic.* Quantum ad dignitates inferiores, suus superior est adeundus, quatenus defectum potest tollere. 13

Postremò postulatio admissa idem dat juris postulato, quod confirmatio electo: neque enim postea electioni datur locus, ad evitandum circuitum, cum non possint postulantes à postulato admisso recedere. Unde ut confirmato electo est data administratio, ita & postulato. 14

TITULUS VI.

De Electione, & Electi potestate.

SUMMARIUM.

1. *Electio quid sit.*
2. *Eligendi ius ad quos spectet.*
3. *In secularibus est penes Canonicos, puberes & sanæ mentis.*

4 Non

4. *Non i[illegible]esse Canonicum, & non habere su[illegible]m.*
5. *Suffragium habet bona fidei possessor, non verus Canonicus.*
6. *In regularibus jus eligendi habent Monachi professi.*
7. *Excommunicati majori excommunicatione rejiiuntur ab electione.*
8. *Excommunicatio unius aut plurium an faciat aliorum electionem nullam.*
9. *Excommunicati scienter ab aliis admissi an faciant irritam electionem.*
10. *Electio excommunicati tolerati an subsistat.*
11. *Excommunicati occulti electio actaque sustinentur.*
12. *Item excomunicati denuntiati, sed ignorati.*
13. *Cardinalis excommunicatus ac denuntiatus non repellitur ab electione Pontificis.*
14. *Excommunicatio minor non eripit facultatem eligendi.*
15. *Vt neque suspensio.*
16. *Non etiam interdictum.*
17. *Non irregularitas.*
18. *Hareticus suffragii jus non habet.*
19. *Eligentes scienter indignum privantur pro ea vice eligendi facultate.*
20. *Facultate ea remanente penes reliquos, qui non peccarunt.*
21. *Laicis non est jus eligendi.*
22. *Imperatoribus an & quale ius competierit in electionibus Rom. Pontificum.*
23. *Nominatio Episcoporum.*
24. *Quid item juris populus habuerit.*
25. *Quis & qualis eligendus.*
26. *Eligi non potest irretitus excommunicatione maiori.*
27. *Licet non sit vitandus.*
28. *Aut electus postea absolvatur.*
29. *Eligi impedit etiam excommunicatio minor.*
30. *Electio taliter excommunicati non est ipso jure irrita, sed irritanda.*
31. *Licet eligentes ignoraverint excommunicatum.*
32. *Electi ignorantia non tollit vitium inhabilitatis.*
33. *Excommunicatio electi in Pontificem Rom. an impediat electionem*
34. *Ad electionem est inhabilis suspensus ab ordine & beneficio.*
35. *Electio à tali facta est irritanda.*
36. *Irregularitas an faciat electionem ipso jure nullam,*
37. *Haretici sunt irregulares.*
38. *Liberos habens non est inhabilis ad munia Ecclesiastica.*
39. *Licet liberi sint illegitimi.*
40. *Regularibus præficiendus est professus, instructus in statu monachali.*
41. *Eligendus est dignior.*
42. *Non habità ratione nobilitatis.*
43. *Et quidem è gremio Ecclesiæ vacantis, si idoneus reperiatur.*
44. *Extraneus dignior postponi potest interno digno.*
45. *Electio digni tenet, omisso digniori.*
46. *Eligentes talem non tenentur ad restitutionem Ecclesiæ, vel omisso.*
47. *Neque electus tenetur digniori omisso.*
48. *Nisi fraude impedi verit quò minùs eligeretur.*
49. *Pœna eligentium indignum.*
50. *An ea ipso jure incurrantur.*
51. *Pœnâ suspensionis tenentur etiam impedientes electionem personæ dignæ.*
52. *Pœna hæc in Episopo locum non habet.*
53. *Eligenti an prosit, quod quem sciat indignum ex sola concessione.*
54. *Electio de indigno facta est ipso jure nulla.*
55. *Eligentes indignum an teneantur digno præterito ad restitutionem.*
56. *Pœnæ eligentium indignum an habeant locum, si non sequatur electio.*
57. *Pœnis prædictis locus est electo indigno ex defectu scientiæ, morum &c.*
58. *Ignorantia an excuset à dictis pœnis.*
59. *Eligere seipsum quis nequit.*
60. *In electionem tamen sui ipse è numero eligentium rectè consentit.*
61. *Electores imperii rectè ex suo corpore eligunt.*
62. *Nominatio successoris an probanda.*
63. 64. *Ad electionem quando & quo modo procedendum.*
65. *Electio facta non vocato vocando, an sit ipso jure nulla.*
66. *Electionem à præsentibus de digno factam an non vocatus teneatur approbare.*
67. *Vocandi omnes ad electionem.*
68. *Legitimè impeditus potest scripto suffragari.*

69 *Vel alteri de Collegio demandare vices suas.*
70. *Non etiam extraneo.*
71 72. *Modi eligendi tres, per inspirationem, per scrutinium, & per compromissum.*
73. *Maior & sanior pars coniunctim accipidebet*
74. *In compromissum an omnes consentire debeant.*
75. *Electio publicanda, & illius effectus.*
86. *Electo facienda præsentatio electionis de se factæ.*
77. *Electus acceptare vel recusare electionem potest.*
78. *Electione acceptatâ procuranda confirmatio.*
79. *Confirmatio intra quod tempus petenda.*
80. *Confirmationi præmitti debet examen super electione, & electi qualitate.*
81. *Confirmatio faciendа cum consensu Capituli.*
82. *In loco profano facta aut teneat.*
83. *Confirmatio quid juris tribuit.*
84. *Pœna immiscentis se administrationi ante confirmationem.*
85. *Consecratio à quo facienda remissivè.*
86. *Benedictio in Abatibus est loco consecrationis*
87. *Electio Pontificis ad quos spectet, & quid in ea singulare.*
88. *Imperator etiam est eligendus, & à quibus.*
89. *Electores imperij jus illud habere à Rom. Pontifice.*
90. *A quo dispensari possunt ex justa causa.*
91 *Ab eodem confirmatur electus Imp.*

EX jure & more usitato per electionem ad dignitates pervenitur: quæ habet locum in ijs, quibus est adnexa superioritas; & hoc, ut eligendus ijs sit gratior, quibus præficitur: neque enim solet esse gratus, qui invitis obtruditur.

1 Electio est alicujus idoneæ personæ ad dignitatem vel munus aliquod Canonicè facta vocatio.

2 Canonicè ut fiat, oportet ab ijs facta sit, ad quos de jure, consuetudine, aut privilegio id juris spectat. Regulariter spectat ad eos; qui sunt de gremio loci, cui præficiendus quæritur. Dico, regulariter; quia & extraneis competere interdum potest ex privilegio & consuetudine, *c. 8. sup. tit. 4. De consuet.*

3 In sæcularibus est penes Canonicos, modo sint puberes, sanæ mentis: nam impuberes [non facta distinctione, malitia ætatem suppleat, nec ne, cum Canon non distinguat] & quibus mens, minus sana est, caret discretione & judicio, quo opus in discernenda cujusque qualitate & conditione, *c. Ex eo 32. h. t. in 6.* Ut merito & suffragio careant, nec faciant non vocati electionem irritam. * Ubi nihil implicat, esse Canonicum, & non habere suffragium, 4 *l. 6. §. duo D. De decurion.* propter dictam rationem. * Ut autem quis suffragium habeat, non requiritur sit verus Canonicus, sed sufficit sit possessor bonæ fidei, & sine lite pacificus, *c. Cùm olim inf. De caussa poss. & propriet. c. In Genesi 15. ubi Glossa in V. possessione h. t.* & hoc ad evitandam confusionem, quæ contingeret, si à possessore tantum facta electio, re patefacta postea evacuaretur. Necesse præterea est, existant in numeribus ordinibus; *Clem. 2. De etate & qual. prafic.*

In Regularibus jus eligendi est penes Mo- 6 nachos professos, expressè vel tacitè; non etiam penes non professos, *d. c. 32. in fine*: uti nec penes laicos, quos Conversos vocant. * Omninò rejiciuntur excommunicati majori excom- 7 municatione, quibus communicare cum aliis non licet, *c. Is qui 15. in fine De sent. excom. in 6.*

Ubi dubitari potest, An unus aut aliqui ex- 8 communicati faciant aliorum suffragia nulla? R. Non videris ex regula, quæ habet, non vitiari utile per inutile. Quo facit textus in *c. Cum Wintonienſis 25. hoc tit.* ubi aliquorum inhabilitas non irritat aliorum suffragia. Nisi certus sit eligentium numerus, quorum omnium requiritur consensus: tunc enim excommunicatio unius faceret irritam electionem, quia faceret deesse requisitum numerum, *c. Ad probandum 14. inf. De sent. & re jud. & c. Cum super 23. inf. De off. jud. de leg.* Nam uti dissensus unius ex eo numero poneret invalidam electionem, quia faceret non adesse omnium consensum; ita & consensus nullitas, quæ facit non adesse requisitum numerum. Erit autem vera superior decisio, si aliàs stet pro una parte sufficiens eligentium numerus, ut demptis excommunicatis, major Capituli pars sit pro ista V. G. si ex viginti eligentibus duo sint excommunicati, superabit illa pars; pro qua sunt decem suffragia. Et hoc ita, si ignoranter admissi sint excommunicati.

Quid verè juris, si scienter & voluntariè 9 sint admissi? R. Non subsistere, ex sententia

Inno-

Innocentij, in *c. Illa 39. h.t.* & Abbatis *ibid. n. 7. & in c. fin. n. 6. inf. De procurat.* Fundant hanc suam opinionem in *c. Massana 56. h.t.* ubi electio facta per Clericos & laicos habetur irrita: & in *d. cap. 23. De off. jud. deleg.* ubi decretum ab habili & inhabili dicitur nullum. Item in ratione, quòd voluntariè admittentes inhabilem, videantur uti jure suo nolle, & se facere inhabiles. Posset tamen contrarium videri potius, electionem scilicet aliorum esse validam; propterea quòd licet peccarint admittendo istos, non tamen ideo priventur eligendi potestate, cum nullo jure id sit cautum. Et licet cum excommunicatis communicantes incidant in excommunicationem minorem, non tamen ista eos repellit ab eligendo, ut mox dicetur. Ut ab alijs facta electio sit dicenda valida, consortio excommunicati nihil ponente contra substantiam electionis. Ad *d. c. 23.* posset dici, quod actus, de quo ibi, simul ab omnibus habeatur pendens, ut inhabilis junctus ponat ejus nullitatē. Nec obstat *d. c. 56.* nam ibi hoc ita statutum, in odium eorum, qui laicis id juris contra Canones permittebant; ut non debeat extendi.

Prior tamen opinio, quia communis, posset videri servanda in praxi: & facere pro ea videtur textus in *d. c. fin.* ubi ex eo, quod communitas cum majoribus & juratis, quos sciebat excommunicatos, constituisset procuratorem, dicitur constitutio irrita. Quod idem ex rationis aritate dicendum in electione Prælati. Quod omninò procedet in excommunicato nominatim, & notorio Clerici percussore.

Quæstionis est, An idem procedat in excommunicato tolerato? Resp. Videri hoc aliquibus: pro quibus est textus in *can. Audivimus XXIV q. 1. &c. Adversus inf. De immunit. Eccles.* ubi excommunicatio, vel sententia lata ab excommunicato, dicitur invalida. Ratio est in defectu jurisdictionis, ut patet ex *c. Si is cui De off. jud. deleg. in 6.* ubi, excommunicato delegante, dicitur delegatus carere jurisdictione. Quæ opinio juxta antiquum jus est vera in excommunicato notorio, nam in occulto aliud mox dicetur. Ad jus novum quod attinet, verior opinio est, excommunicati, licet notorii, tolerari tamen, actus subsistere, etiam publicos. Ratio est, quod post Extravag. Martini V. *Ad evitanda*, citra pœnam possit communicari cum excommunicato quocumque, excepto denuntiato & notorio Clerici percussore, Quod ita inductum, ad succurrēdum conscientijs timoratis, & ad evitanda animarum pericula, ut cùm possimus cum tali communicare etiam in perceptione Sacramentorum, debeant & acta ejus esse valida, atque ita & tenere ejus electio, & similia. Frustrà enim cum tali communicare esset licitum, si acta non valerent: atque ita tenet Navar. in *Summa c. 27. n. 7.* Nihil facit, quòd sit suspensus ab officio & beneficio; ut videatur nihil agere posse, quæ ratione istorum competunt, inter quæ est electio: nam hoc verum est, quatenus ea licitè exercet quoad se, non etiam quoad alios. Ut ipse licet peccet se ingerendo, & suffragium dando, nihil tamen hoc noceat electioni, cùm quamdiu non rejicitur, sed toleratur, licet privatus sit jurisdictione, Ecclesia suppleat seu conferat ad talem actum jurisdictionis. Non facit etiam, quod dicta Extravagans voluerit aliquem favorem tribuere excommunicato, cùm quòd electio & alii actus sustineantur, non sit tam ob favorem excommunicati, quam fidelium. Videatur Covarr. *ad c. Alma p. 1. §. 7. n 9.*

Quid in excommunicato occulto? R. Multo magis eius acta esse sustinenda, etiam jure antiquo inspecto, quo quilibet excommunicatus erat vitandus. Ratio est, quia cum aliquis exercet munus aliquod publicum, in eoque sustinetur, defectus occultus non adficit actus illius, qui ex Reip. interpretatione sunt judicandi validi, ut apud Jurisconsultos est notissimū, per *l. Barbarius 3. D De off. pratorii*: qui textus licet loquatur de civili Magistratu, idem tamen statuendum in Ecclesiastico, quod Ecclesia non minori providentia prospiciat fidelium utilitati, quam Respubl suorum civium.

Quid in denuntiato quidem, sed ignorato? Idem in hoc statuendum, quod in occulto, quod scil electio, & alia ejus acta sint valida; cùm licet alibi sit nominatus & publicus, in loco tamen exercitii habeatur non excommunicatus: ut acta ejus sustinenda sint, ita postulante necessitate & utilitate pŭblica, etiam secundùm jus antiquum in hoc non mutatum, quò tantùm notorius erat vitandus. Abbas in *c. Ad nostra, n. 13. inf. De jurejurando.*

12 Speciale est in cardinali excommunicato, etiam nominatim sive denuntiato, ut repelli nequeat ab eligendo Papam, per *Clement. 2. §. caterum h. t.* qui textus facit ad declarationem *c. Licet h. t.* in quo electus à duabus Cardinalium partibus sine exceptione dicitur habendus pro legitimo Pontifice: Ratio specialitatis posita est in evitandis periculis schismatis, & aliorum inconvenientium, quæ possent subsequi, si admitterentur exceptiones & dilationes post factam electionem. Confirmata est hæc sententia per constitutionem novam Gregorij XV. incip. *Æterni Patris*, anno 1621. XVII. Kal. Decemb.

13 Hæc de irretitis majori excommunicatione: nam quos minor tantum ligat, non removentur ab eligendo, *c. Illa 39. h. t.* Ratio est, quod hæc non privet hominum communione, ut dicetur inferius *ad tit. de De sent. excommunic.*

14 In suspensis idem juris est, quod scilicet à facultate eligendi non sint excluſi, nisi fuerint denuntiati: nam ante denuntiationem, cùm Ecclesia eos toleret in officijs, acta eorum sunt dicenda valida. Ita tamen denuntiati inhabiles habendi, si ab officio absolute sint suspensi. Abbas in *c. Cum inter 16 nu. 6. h. t.* nam tunc nomen *officii* denotat tam ea, quæ sunt ordinis, quam quæ jurisdictionis: licet alias suspensio ab ordine non contineat suspensionem à jurisdictione, nec è diverso, ut suo loco dicetur. Idem dicendum, si suspensus quis
15 sit sine limitatione, quia verba generalia, cur limitentur ad aliquid non est ratio. Nihil obstat *c. Cum dilectus 8 sup. tit. 4. De consuet.* ubi electio per suspensos & de suspenso facta cassatur; quod & habetur *c. Cum Inter 16. h. t.* nam accipienda loca ista secundùm jus vetus, quo sufficiebat sola suspensio; quod ipsum mutatum est per extravag. Martini V. *Ad evitanda* ut paulò antè dictum & dicetur latius *inf. ad tit. De sent. excom.* A beneficio suspensus videtur habere integram eligendi facultatē, quod ejusmodi suspensio concernat tantum fructus beneficij, non etiam actus officii, modo ab alijs admittatur, *c. Cum Wintonienſis 25.*
16 *ubi Glossa V. admiserunt h. t.*

Quæritur, An interdictus vocem sive suffragium habeat? Resp. Videri non prohibitum, cum interdicti effectus tantum pertineat ad privationem divinorum officiorum, Sacramentorum quorundam, & Ecclesiasticæ sepulturæ; sub nullo autem istorum contineatur privatio juris eligendi: quæ cum sit pœna, non est inferenda sine canone. Facit, quod interdictum non privet beneficio, ejusve administratione, ad quā spectat electio, sive potius ad fructus beneficii, qui salvi sunt interdicto.

Quid statuendum in irregulari? Posset videri huic non esse jus eligendi, quia omnino sit inhabilis ad beneficia, ordines aliaque Ecclesiastica. Dicendum tamen, electionem à tali factam esse validam, utpote factam ab habente potestatem, non impeditam, neque ligatam. Ratio est, quia licet irregularitas reddat inhabilem ad beneficia, non tamen ipso jure privat obtentis: ut administratio eorum sit libera eis ad quos spectant; & fructus, quibus adnumeratur electio, iis cedant, donec priventur beneficijs. Ut, cùm eatenus ex vi irregularitatis non prohibeatur eligere, dicendum sit, ab irregulari electionem licitè fieri. 17

Porrò hæretico nullum esse suffragii jus vel ex eo patet, quòd hoc ipso privetur omni jure non tantùm circa bona patrimonialia, sed & Ecclesiastica, ut dicetur infrà *tit. De hæreticis*, ut jus eligendi illi salvum esse nequeat. Si tamen occultus fuerit, ut ipse toleratur, ita & suffragium eius valebit, *arg. l. Barbar. De of. prat.* 18

Sunt & privati facultate eligendi, qui scienter indignum elegerunt; non tamen nisi istà vice, uti mox latiùs dicetur.

Ubi quæritur, An præsumatur quis scienter indignum elegisse? Negat hoc Molina *De jure primogenitur. l. 2. c. 4. n. 48.* quod nemo sit præsumendus in dolo esse. Contrà tamen vult Franc. Sarmientes, in *l. Cum quidam 24. n. 17. de leg. 2. per tex. in l. Qui cum alio 19. De R. I.* ubi qui cum alio contrahit, gnarus debet esse conditionis ejus, & per textum in *c. fin. §. Si quis De eland. desp.* ubi in simili præsumitur adfectata ignorantia. Quæ sententia confirmatur per tex. in *c. Innotuit 20. h. t.* ubi ignorantia ejusmodi probanda est: ut videatur præsumi scientia. 19

In casu autem, quo eligentes indignum removentur, contrahitur ista facultas ad reliquos, qui non peccarunt, etiam unum dumtaxat; ne aliorum peccatum redundet in injuriā innocentium, penes quos residet Capituli potestas. 20

potestas. Si omnes peccaverint eligendo indignum, ad superiorem ista potestas devolvitur, Abbas in *c. Bone 23. & c. 25 n. 2. h. t. l. Sicut in fine D. Quod cujusque universitatu &c.*

21 Laicis, sive solis (quod neutiquam licuit, adeò ut Conc. Trident. *sess. 23. c. 4. in fine* velit à populo & sæculari potestate vocatos atque institutos haberi ut fures & latrones, per ostium non intrantes) sive simul cum Clericis eligendi non est potestas: ut electioni per eos de se factæ consentiens sit hoc ipso inhabilis, *c. Quisquis 43. c. Massana 50. h. t.* Nihil faciente consuetudine, aut præscriptione, cùm ea requirat possessionem, cujus hac in materia sunt incapaces laici, ut nec possit iis concedi per Capitulum, *c. Sacrosancta 31. h. t.*

22 Olim in Episcoporum & Romanorum Pontificum electionibus Principum & populi vota interveniisse videtur colligi ex iis, quæ coacervavit Gratianus *Dist. 63.* De Imperatoribus quæritur. An illis quid juris fuerit in Electionibus Roman. Pontificum? Resp. Electionem istam liberam fuisse ab initio, & pertinuisse ad Clerum; quò spectant pleraq; loca apud Gratianum, *d. dist. 63.* quæ negant laicorum esse, in miscere se electionibus Pontificum, quia res ea sit Ecclesiastica, in qua nihil est juris Imperatori & laicis: verùm ambitione causante schismata, eorùm tollendorum & impediendorum causâ interponi cœpisse Imperatoriam auctoritatem. Quæ res eò paullatim devenit, ut sine jussu Imperatoris non potuerit consecrari electus Pontifex: quod ideo à Justiniano (cujus tunc erat summa auctoritas & potestas) usurpatum creditur, ne, ordinato aliquo Pontifice minùs grato Imperatori, urbs & Italia ab orientali deficerent Imperio. Verùm sub Benedicto II. libertas plena rediit. Per Adrianum verò concessum videtur Carolo Magno jus eligendi Pontificem, *can. Adrianus dist. 63.* cujus filius Ludovicus huic juri renuntiavit, *can. Ego d. dist. 63.* Sed Leo VIII. illud iterum concessit Othoni. *can. in synodo d. dist. 63.* & duravit penes Imperatores usque ad Henricum IV. Justissimis deinde de causis abrogavit id ipsum Imperatoribus Gregorius VII. occasione sumpta à schismate, & libertas deinceps duravit in Romana Ecclesia. Permansitque penes Cardd. electio, ut mox dicetur. Ex quibus patet, olim Imperatoribus non tam fuisse jus eligendi Pontifices, quam confirmandi, ob jam dictam rationem, primo usurpatum, & postea concessum. Nec facit, quod textus in *d. can. Adrianus Dist. 63.* adserat jus eligendi fuisse Carolo Magno concessum: nam verbum *eligendi* ibi largè & amplè positum, non strictè & præsè, pro eo, quod est, canonicè factæ electioni adsensum præbere. Quò facit, quod habetur post textum in *can. Vota d. dist. 63* repræsentari electiones Pontificum solitas Imperatoribus, ut & ipsis gratiores essent, & roborarentur contra schismaticorum & hæreticorum audaciam. Si tamen quis obstinatè velit verbum istud *eligendi* strictè accipi debere, detur Imperatoribus id juris fuisse: fatendum tamen erit, non fuisse nisi ex concessione Pontificum, non etiam suo jure, idque liberaliter, ob majus scilicet bonum, quo cessante, tamquam causa potuit meritò ipsis eripi. * Hodie quibusdam Principibus competit Episcoporum nominatio, quos præsentant Pontifici, qui super vita, & meritis eorum scrutinio præmisso confirmat taliter nominatos. Quod toleratur, quia interest Principum sibi habere addictos Antistites, qui subditorum animos à se non avertant. Vide de hac materia Choppinum *De domanio Francia lib. 2. c. 10.* 23

Lubet & quærere, An populus in electionibus Pontificum quid juris habuerit? Resp. variis locis *dist. 63.* dici, electiones consuevisse fieri à Clero, vicinis scilicet Episcopis, & populo. Verum hoc non ita accipiendum quasi populus suffragia daret; sed quod vel populus aliquem postularet, aut desideraret, quem postea Clerus pro populi voto eligeret, non tamen necessario: vel quòd postea consentiret in electum per Clerum populus, ut gratior esset, juxta *can. Nosse & can. Vota d. dist. 63.* Hodie jus eligendi Rom. Pontificis est penes Cardinales S. R. E. à quibus electus non alias pro Pontifice est habendus, quàm si duæ præsentium partes consentiant in eumdem, *c. licet 6. h. t.* Pluraque servanda sunt in ista electione, ut patet ex *c. 3. eod. in 6. & Clem. 2. eod.* adinventa pluraque, ut avertantur fraudes, & ne in longum protrahatur electio cum detrimento Ecclesiæ. 24

Eligendus debet esse ætatis sufficientis, *de* 25

quo inf. tit 14. *de etate & qualit. præficien.* morum honestate & modestia, litterarum scientia requisita ornatus, natalium defectu carens. * Non irretitus excommunicatione præcipue majori, quæ poneret electionem nullam, *c. Postulasti* 7. *inf. De Clerico excom.* ubi non potest tali conferri beneficium, nec talis collatum retinere. Ratio, quia datur beneficium propter officium, ad quod talis inhabilis est; nisi forte post appellationem legitimè interpositam sit collatum, qualis non ligat, *c. ad præsentiam nostram* 16. *inf. de appellat.*

26

Quid si non sit vitandus? Posset videri non obesse, secundùm text. *in d. Extravag. Ad evitanda.* Verùm dicendum, nihil ex eo quæri sublevaminis excommunicato; quam quidem ibi Pontif. expresserit, se nolle in aliquo sublevare excommunicatos: ut, cùm ex se sint inhabiles, nihil ipsis prosit, quod non sint vitandi.

27

Quid si electus postea absolvatur? Resp. *per d. Extravag. Martini V.* actiones fidelium circa hujusmodi excommunicatum, quantum est ex parte illorum, validas esse; ut, cum tantùm ponatur obex ex parte subjecti, illo sublato videatur consequi effectum. Verùm contra dicendum electionem ab initio invalidam ex parte subjecti non convalescere solo sublato obice, cum quod est ab initio nullum, non convalescat, nisi posito novo electionis facto, secundùm notissimas juris regulas, *l. Quod ab initio* 29. *D. de R. I. & tit. D. De reg. Catoniana, c. Non firmatur de R. I. in* 6. Quò facit, quod paulò ante dictum, Pont. in *d. Extrav.* non intendere usquam relevare excommunicatum: relevaret autem, si electio ex parte eligentium subsisteret, & confirmaretur, secuta absolutione. Quæ res contineret in se aliquam repugnantiam, scilicet quòd ex parte eligentium esset valida electio, circa subjectum tamen inhabile. Deinde eligentium mens est, continuo per electionem jus conferre, non etiam de futuro promittere, & quidem purè, non sub conditione, si absolvaris: ut, cum tempore actus non cadat electio super subjectum habile, sit dicenda irrita. Ubi non rectè quis distinguat inter scientiam & ignorantiam eligentium; cum scienter eligentes excommunicatum graviter peccent, & nihil promoveant actum, contra regulas juris, quas suo facto non immutant.

28

Impedit & eligi excommunicatio minor, eo quòd eligendus debeat esse habilis ad susceptionem eorum, ad quæ eligitur; qualis non est minori excommunicatione ligatus, *c. fin. inf. de clerico excom. ministrante, Gloss. in c. Illa* 39. *hoc t.* ubi dicitur peccare graviter celebrans.

29

Quæritur autem, An electio taliter ligati sit ipso jure nulla? R. Eligentes peccare graviter, quia materia est gravis; peccare item electum acceptando: non esse tamen electionem tam irritam, quam irritandam, secundùm verba, *d. c. fin. eius electio irritanda.* Ubi licet videatur non improbabilis interpretatio Covarr. *ad R. Peccatum p.* 2. § 7. *n* 3. & aliorum verbum *irritanda* ibi accipientium pro, *irrita declaranda*; propter subjectam rationem, *ne eo quòd ad susceptionem eorum eligatur, à quorum perceptione à sanctis Patrib. est privatus*: tamen cum verbum istud pœnam contineat, in qua benignior interpretatio est facienda, & obstet verbi propria significatio, factum hominis requirens, nullusque alius detur textus, quo ista opinio possit firmari; verius cum Felino, *ad c. Dilecta* 10. *n.* 4. *in fine inf. de except.* dixeris, non tam ipso jure esse irritam, quàm irritandam, etiam in casu, quo eligentes sciverunt vitium, uti exprimitur *d. c. fin.*

30

Anne ergo non irritabitur electio in casum quo ignoratur: Posset videri, non esse irritandam, quòd in casu scientiæ notetur factum eligentium, quæ eos facit culpæ obnoxios: ut illa sublata tollatur & culpa, ac proinde cessare debeat pœna. Pro qua parte facit, quòd aliàs dictio, *scienter in d. c. fin.* tamquam superflua nihil operaretur, quod videtur non admittendum. Contra tamen dicendum, nihilominus irritandam venire, quòd culpa commissa circa electionem non tam fundetur in nova culpa eligentium, aut electi, quàm in natura seu institutione talis censuræ, impedientis passivum Sacramentorum usum, & consequenter electionem ad munus isti usui destinatum. Nec obstat dictio, *scienter*, cum ibi ponatur potius ad augendum, quàm limitandum quasi dixisset Pont. etiamsi scienter elegerint, nihilominus irritandam. Ut sensus sit, non tantùm irritandam, quia ab ignoran-

31

gnorantibus facta sit, atq; ita involuntaria & subreptitia, sed & si scientibus, ex jam dicta ratione. Et ita sentit Glossa in *d.c.fin. V. scienter*, & vult ratio ibi subiecta, quod scilicet à sanctis Patribus sit privatus ab eorum perceptione: quam privationem sive inhabilitatem non tollit ignorantia eligentium.

32 Quid si & electus se excommunicatione irretitum ignoret? Eius ignorantia nihil faciet ad tollendum actus vitium, cum nihilominus maneat inhabilitas, quæ non causatur ex culpa, quam electus se ingerendo committit, sed ex natura censuræ, ubi dictum, & colligitur ex ratione ibi subjecta. Covarr. *ad c. Alma p. 1. §. 7. n. 3.*

33 Dubitari etiam potest, An excommunicatio electi in Pontificem Rom. impediat electionis valorem? Dictum fuit superiùs, excommunicationem eligentium non impedire istam electionem. *Clem. ne Romani §. cæterum h. t.* ut idem sit dicendum ex parte electi; cùm ratio ibi posita, ne detur occasio fraudibus, aut schismatibus, habeat locum etiam in ipso electo: & quidem multò magis, tum quòd magis agant contra censuram eligentes quàm electus: tum quòd in *d. §. cæterum* dicatur nullus ab electione repellendus: quæ verba sunt generalia, & non magis excludunt ab electione passiva, quàm activa.

34 Est & inhabilis suspensus ab ordine, officio vel beneficio; ex ratione *text. in c. fin. de Clerico excom. min.* quòd ad susceptionem eorum eligatur, à quorum perceptione est privatus, cum prohibitus ab aliquo opere, vel usu eius simpliciter interdictus, consequenter sit prohibitus, ne possit ei conferri id, quod est proprium talis actus, seu quod ad illum ordinatur.

35 Ubi quæstio est, An talis electio, aut collatio sit ipso jure irrita? R. Videri potiùs irritandam, *arg. d.c fin.* in quo hoc ipsum exprimitur quoad irretitum minori excommunicatione: nec est alius textus irritam declarans eiusmodi electionem. Ad idem allegatur *c. per inquisitionem 26. eod.* ubi dicitur amovendus ab officio Præposituræ, qui scienter indignum ad Episcopatum eligendo, se indignum fecerit beneficiis Ecclesiasticis: quæ verba significant, malè quidem electum fuisse, non tamen electionem fuisse ipso jure irritam, cum dicatur privandus officio.

Irregularitas licet obtentis non privet ipso facto, Abbas *in c. nisi 10. n. 4 inf. de renuntiat*, & dictum paulò ante, ponit tamen inhabilitatem ad obtinenda munia Eccl. siastica.

Ubi controvertitur, An id faciat ipso jure? 36
Resp. Non deesse, qui volunt irregularitatem non efficere electionem aut collationem ipso jure nullam, quia non inveniatur in jure expressa huiusmodi inhabilitas; sine textu autem non sit inducenda. Et licet varii adducantur textus, qui prohibent irregularem admitti ad ordines, & beneficia illis conferri etiam non habentia curam animarum, nullo tamen illorum continetur verbum irritans actum. Et facit, quòd irregularis non sit incapax professionis. *c. 1. de fi. iis presb. c. 2. de clerico non ordin. minist.* Ut etiam dicendus non sit inhabilis ipso jure ad beneficia, quibus obtentis non privatur ipso facto per irregularitatem. Ut opinio ista de rigore juris sit probabilis Felin. *in c. inquisitionis n. 6. inf. de accusat.* Securior tamen & probabilior est contraria, scilicet ipso jure non tenere electionem, quam communis usus optimus interpres recepit, interpretans textus hac in materia adductos, & indicantes, non esse canonicã electionem eius, qui est irregularis, in eum sensum, quòd ipso jure electio non teneat. Et ita tenet Felin. *in c. 2. sup tit 3. De resct. Navar. in Summa c. 27. n. 249. dub. 6.* Covar. *ad c. Alma p. 1. § 7. n. 1. & §. 8 nu. 3. & in reg. Peccatum p. 2. §. 8. n. 6. in fine & n 8* Pro qua parte videtur facere Conc. Trident. *Sess. 14. cap. 7. de reform.* ubi homicida nullo unquam tempore potest ad sacros ordines promoveri, nec ulla beneficia illi conferri, ea ratione quod beneficia dentur propter officium, ut qui ad hoc est inhabilis, etiam ad illa talis sit judicandus.

Inter irregulares poni hæreticos extra dubium est, ut dicetur infra suo loco: uti & Apostatas ac schismaticos esse inhabiles ad dignitates, & beneficia, patet *ex cap. 1. h. t.* ubi etiam post adiuratum schisma dicitur dispensativè confirmanda schismatica electio. 37

Sed dubitatur, An inter inhabiles ad Prælaturam censendus sit habens liberos? Quod videri posset, per *can. de Syracusana 15. dist. 28. & can. antepen. Dist. 6.* ubi propter liberos non videtur quis admittendus ad Episcopatum. 38

Sed

Sed dicendum nullatenus ideo induci inhabilitatem, cum nullibi de ea pateat, & sine textu non sit inducenda. Nihil faciunt adducti textus, quia per eos non tam ponitur inhabilitas quam datur consilium; ne facile tales admittantur, quod per liberos possent deperdi bona Ecclesiastica, quem metum si auferat personæ qualitas non est ea rejiciendajuti & si alio modo ei occurratur, *can. Sunt* XII. *q.* 1. Abbas in *c.* 1. *in* 2. *inf. de testam.* Unde est quod ejusmodi qualitas sit exprimenda Pontifici, quia cum possit ponere impedimentū, faceret confirmationem subreptitiam. Nihil etiam facit quod habet Imp. Novel. 6. *c.* 1. §. 4. ordinatum filios aut nepotes habentem sacerdotio cadere; ut, si admissus rejiciatur, multò minùs admittendus sit: nam non est legis civilis inducere inhabilitatem, sed tantum Canonicæ: nisi hæc ab ista statutum approbet, cuius contrarium hac in materia patet ex *can. Episcopus* XII. *q.* 2. ubi liberos habens admittitur ad Episcopatum.

Majus dubium est, An habens liberos illegitimos sit inhabilis? hoc aliqui volunt per 39
d. can. 13. verum cum textus ibi indistinctè faciat mentionem liberorum, quòd eorum causa possent petire bona Ecclesiastica, quæ non ita habet locum in legitimis, cessabit etiam prohibitio, si personæ qualitas respondeat & aliud nihil impediat.

Regularibus non est præficiendus non pro- 40
fessus, cessaturque eius electio, non obstante consuetudine *c. cum causam* 27. *h. t.* & non nisi instructus in regula monachali, quòd minùs conveniat esse magistrum, qui necdum fuit discipulus, *c. officii* 38. *h. t.* ubi aliter facta electio decernitur irrita & inanis.

Eligendus itaque ex voto Ecclesiæ dignus 41
& ex pluribus dignis dignior, quem morum sanctitas commendat præ cæteris, quatenus idem utilior aptiorque administrationi. Quæ res facit, ut etiam minus doctus doctiori præferatur, & non rarò potius habeatur ratio sanctitatis morum, quàm scientiæ, ut in Religionibus. Interdum utrumque requiritur ut in iis, qui præsunt, velut Episcopi, in qui- 42
bus præcipuè requiritur prudentia. * Ubi nobilitas & potentia non faciet aliquem sine noxa præferri digniori, nisi Ecclesiæ status requirat potentem. Faciet tamen & generis splendor & claritas in paritate aliquem potiorem eo, cui ista desunt. Consanguinitatis & amicitiæ hic non est habenda ratio: quamvis & hæc in paritate sine piaculo faciat quem inclinari in amicum, aut consanguineum; non etiam in imparitate.

De gremio Ecclesiæ vacantis ut quis eli- 43
getur, conveniens quidem est, si ibi idoneus habeatur, *c. ne pro defectu* 41. *hoc t.* non tamen necessarium, cum & teneat electio extranei, & interdum quis sit adsumendus ex alio loco cui id juris consuetudine aut privilegio quæsitum, *c.* 8 *sup. de consuet.*

Ubi quæri posset, An sine peccato præteri- 44
ri possit extraneus dignior, accepto interno digno? Resp. Actum istum videri vacare peccato acceptionis personarum, cum textus in *can. Metropolitano dist.* 63. velit ex presbyteris Ecclesiæ optimum ordinari: & textus in *can. Nullus dist.* 61. non aliàs aliunde adsumi aliquem permittat, quàm si in Ecclesia non sit aliquis dignus. Qui Canones etsi utu minus frequententur, faciunt tamen extra noxam esse eligentes dignū internum, quod ea res sit minus obnoxia turbis gratiorque esse soleat interno externo, atque ita maiori cum benevolentia munus suum peragat. Ut hac ex parte compensetur id, quo extraneus superat. Quod vel maximè tunc procedet, quando fundator voluit aliquem adsumi ex certa familia, aut civitate, in qua si idoneus haberi possit, non est extraneus adsumendus.

Quæritur etiam, An teneat electio digni, 45
omisso digniore? Juri Canonico; & rationi naturali magis est consentaneum, eligentes isto casu non esse immunes à peccato mortali cum enim Canones eum præfici velint, qui præstantior est, qui doctior, qui sanctior, qui omni in virtute eminentior, *can. licet* 15. VIII. *q.* 1. qui optimus, *d. can Metropolitano*, qui Præsulatu dignus. *Novel.* 5. *cap.* 9. docet ratio, non fungi eligentes administratoris boni vice, digniorem prætereundo, & potius providere personæ quàm loco: quod pro dolor! non esse infrequens facit favor. Utroque tamen in foro, tam interno quam externo, valet electio, nec rescindi potest, ex communi sententia, nixa textu *c. cum nobis* 19. §. *illius hoc t. ubi Glos.* Covar. *ad reg. Peccatum p.* 2. §. 7. *n.* 3. Nec obstat

quòd

quod Ecclesiæ intentum sit, habere dignissimum, cum non rejiciat dignum, & hoc ad servandam Ecclesiæ quietem. Alioqui omnes electiones versarentur in discrimine, & infinitis litibus locus foret, si ea sola de causa everti possent, quòd dignior esset præteritus. Navar. *de Simoniacons.* 8. *n.* 1.

46 Alia hic occurrit quæstio, An omisso digniori teneantur eligentes & consentes ad restitutionem? R. Verius esse, nec teneri eos Ecclesiæ, nec omisso: non isti, quia ei non nocuerunt, cum de idoneo providerint ministro: non hunc, quia ante electionem nullum jus vel ad rem vel in rem habuit, cum id demum ei quæratur per electionem, Navar. *in Manuali c.* 17. *n.* 72. ante quam nihil juris habet, quod prætendat, Covar. *d.* §. 7. *n.* 6. Lessius *de jure & just. lib.* 2. *cap.* 34. *dubio* 15.

47 Similiter electus non tenetur ad aliquam restitutionem digniori, propterea quòd dici nequeat aliquo jure privasse eum, qui necdum ullum quæsitum habuerit; neq; ullam etiam injuriam intulisse videri possit. Nam si qua illatio, illa est per eligentes illata; quorum suffragiis consentiens electus, non potest dici peccasse, tamquam consentiens peccantibus, cum ejus non sit, merita propria discutere ac dijudicare, Less. *d. loco n.* 76.

48 Aliud est in eo, qui fraude impedit aliquem, quo minus eligatur: hic quippe tenetur ad restitutionem, quando jus quæsitum avertit, quia cum injustè causam damni dederit, tenetur id ipsum resarcire, ex regula communi. Quo modo cum ante electionem necdum firmum jus sit acquisitum, verius est, ex arbitrio sapientis satisfactionem esse injungendam impedienti, qua de re plenius agetur infra *ad tit. De præben.* V. Covar. *ad d.c. Peccatum p.* 2. §. 7. *n.* 8. Navar. *d.c.* 17. *n.* 69. *& seqq* Pet. Navarra *de restit. c.* 7.

49 Indignum eligentes scienter, præterquam quod graviter peccent, præcipuè si agatur de cura animarum, & teneantur ad restitutionem damni Ecclesiæ, quæ damnum accepit *cap. fin. inf. de injur.* atque insuper inducere electum, ut Ecclesiam dimittat, privantur ipso jure suffragio pro ea vice, suspenduntur à beneficiis Ecclesiasticis per triennium, *c. cum in cunctis* 7. §. *Clerici h. t.* quæ scilicet habent in ea Ecclesia, quàm per talem electionem offenderunt; non etiam quæ alibi habent, ne pœna excedat culpam *c. si compromissarius* 27. *in fine eod. in* 6. Ubi eamdem pœnam subit is in quem compromissum, ut eligat, si scienter indignum elegerit, & compromittentes, si talem electionem scientes habuerint ratam.

Quæritur hic, An ipso jure istæ pœnæ inferantur? R. Quantum ad pœnam suspensionis à beneficiis, eam esse latæ sententiæ, quoad eligentes indignum, ut patet ex *d.* §. *Clerici in verb. noverint se suspensos.* Idem & in compromissario, *d. c.* 37. Consentientes verò electioni factæ per compromissarium, non videri aliam pœnam incurrere, quàm privationis eligendi aut compromittendi pro ista vice, ut indicant verba *d. c* 37. *vers. nisi & ipsi scienter.* Quò respicit verbum subsequens, *puniuntur*, non etiam verbum, *suspenditur*, cum non sit tam grave peccatum in casu consensus solius, atque est in casu electionis per eos factæ, in quo eorum versatur factum. 50

Tenet autem pœna suspensionis eos quoque, qui personæ dignæ electionem aut provisionem infringere, & confirmationem impedire temerè sunt conati, *d. cap.* 37. Et hoc tantum in electis ad dignitates, personatus, aut Canonias, *cap.* 1. *in eod.* 6. * In Episcopo eligente indignum non habet locum ista suspensio, *d. cap.* 37. §. *hujusmodi*, quæ non solet ligare Episcopos, nisi exprimatur: quod illis datum propter officii necessitatem, *cap. Quia periculosum de sent excom. in* 6. Deinde iis est proposita pœna alia, privatio scilicet potestatis conferendi officia, aut beneficia, *cap.* 7. *in fine & c. Nihil* 44 §. *Episcopi h. tit.* Scienter itaque eligentes indignum notantur. 51 52

Quid si sciat quis indignum non aliter, quam ex sola confessione? Resp. Scientiæ quidem istius rationem non haberi; non posse tamen nec debere eligenti talem suffragari, quod non minus habeat locum ratio prohibitionis isto casu, *d. cap.* 7 *in fine hoc tit.* Et supposita inhabilitate personæ, actus eligentis talem in se sit malus, ut patet ex *cap.* 2. *inf. tit.* 31. *de off. jud. ordin.* Quod indicat eum contra conscientiam agere, qui ad ejusmodi concurrit electionem: nam ejus causa ponitur scientia, qua posita de modo scientiæ disputandum non est. Ut contra Paludanum & Adrianum 53

rectè teneat Navarr. in *cap. penult. num. 146. de pœnit. dist. 6.* pœnam suspensionis istum incurrere: qui & vult *ibid. num. 15.* dissuadere eumdem posse aliis, ne eum, cujus malitiam novit, licet per confessionem, eligant, salvo tamen sigillo. Et hoc citra peccatum, quia alteri inunus, quod ambit, non debeatur, nec istud acceptare possit citra detrimentum animæ.

54 Dubitatur, An electio de indigno facta sit ipso jure nulla? R. Solum hic quæri de indignitate, resultante ex defectu litteraturæ, morum, gravitatis, ætatis, natalium: dicendumque eam causare nullitatem, *d. cap. 7.* in cujus principio prohibetur eligi habens hujusmodi defectum; in fine autem eligentes dicuntur eligendi tunc potestate privati: & in *cap. Innocent 20. in fine h. tit.* Decernitur electio talis irrita & inanis: item in *cap. Congregato 53. in fine h. t.* dicitur electio irrita nuntianda ejus, qui expers est scientiæ litteralis; quod & Gloss. *ibid. V. in litteratura* confirmat. Ratio est, quod habens hujusmodi defectum nequeat satisfacere intentioni Ecclesiæ.

55 Quæri autem hic posset, An in casu electi indigni, eligentes, aut ipse electus, teneantur digno præterito ad restitutionem? R. Non videri, ex eo, quòd obligatio ad restituendum præsupponat ablationem ab eo, cui est jus in rem, vel ad rem: neutrum est omissio, cum agatur de justitia distributiva. Nam beneficia Ecclesiastica, cùm sint potius stipendia & mercedes laborum, quàm bona communia; in eorum distributione peccatur quidem per distribuentes contra officium commissum, non possunt tamen ulli teneri ad restitutionem, quàm Ecclesiæ, cujus jus violatum, præponendo ei indignum, non etiam alterius, cui jus non potest dici quæsitum ante electionem. Vid. Navarr. in *Summa c. 17. n. 69. & seqq.* Covar. *d. §. n. 2.* Molina De *jure primogenit. lib. 2. c. 5. num. 58.*

Occurrit & alia quæstio; An pœnæ, propositæ eligentibus indignos, obtineant, si ex vocis indigno præstitis non sequatur electio? R. Juxta antiquum jus in *d. cap. 7.* nihilominus fuisse locum pœnis, quòd quantum ad eligentes delictum fuerit completum; ejus tamen rigorem esse mitigatum per *cap. perpetuo 7. eod. in 6.* Sakem quoad privationem potestatis eligendi pro ista vice. Ut maneat iis salva electio; ex ratione, quòd non habuerit effectum eorum conatus, prævalentibus aliorum suffragiis. Habent tamen tales læsam conscientiam, ut justè metuant divinam ultionem, & Apostolicam, *d. c. 7. in fine eod. in 6.* Quantum ad pœnam suspensionis à beneficiis, non videtur jus antiquum mitigatum, ut hodie etiam obtineat.

Cæterum prædictæ pœnæ non aliàs obti- 57
nent, quàm si eligatur indignus, ob defectum scientiæ, morum, ætatis, natalium; de iis enim loquitur textus in *d. cap. 7. h. t.* & similes: ut qui aliis modis indignum elegerit ad Episcopatum, aut curam animarum, arbitrio superioris veniat puniendus.

Loquuntur autem Canones de eligente, aut 58
consentiente in indignum scienter *cap. cum Wintoniensis 25. h. t. d. cap. 7. eod. in 6.* Unde dubitari potest. An ergo ignorantia impediat pœnam? R. Si invincibilis fuerit ignorantia, rem esse manifestam, quia scilicet tunc nulla pœna sit commissa: uti & non disputandum, si fuerit affectata, quia scientiæ adæquatur; quæ cum ponat delictum, meritò illud sequitur pœna. Si non fuerit omninò invincibilis, sed aliquo modo voluntaria, videri eligentes non excusari à culpa, aut pœna: probabile tamen eo casu non incurri pœnam, nisi interveniente dolo, & malitia, ut posita ignorantia, licet ea vinci potuisset, & non esset culpa, excusatio tamen sit admittenda à pœna, ne dictio, *scienter*, in textibus posita, nihil operetur. Quòd facit, quòd pœnæ sint potius mitigandæ, quàm exasperandæ, & non facile inducendæ.

Porrò seipsum quis non rectè eligit, *arg. c.* 59
Per nostras inf. de jure patron. Ubi Gloss. hoc dicit esse ambitiosum. Ut meritò talis repellatur cum sit contra Apostolum, adsumere sibi honorem, *can. in Scripturis VIII. q. 1. c. Qualiter 17. h. t.* qui non desiderantibus, sed fugientibus est deferendus. Facit, quod inter eligentem & electum debeat esse distinctio, tamquam inter patientem & agentem, dantem & accipientem, *c. fin. inf. de instit.* V. Flam *de resignat. benef. lib. 9. q. 17. n. 109.*

Quæsitum hic est, An consentiens in ele- 60
ctionem sui connumereretur numero eligentium, eumque augeat? Resp. Ita videri per *cap. cum in jure 33. hoc. tit. Glos. in l. Plane D.*

quod

quod cujusque universitatis nomine &c. Panormit. *consil. 25. num. 3. p. 2.* Neque obstat, quod nemo se eligat, quia hoc verum est, quando se ingereret; hic autem non se ingerit, sed tantum electionem sui approbat. Quod ita videtur dispositum à Pont. ad evitandas discordias, quibus facilis est occasio in eligentibus, Abbas *d. cap. cum in jure* 33. *& ibi* Innoc. Videtur autem *d. cap.* 33. loqui in casu, quo in aliquos est compromissum, qui ex suo numero aliquem elegerunt. * Quo facit, quod Cujacius, *ad d. l. plane qua est ex lib. IX. Pauli ad Edictum*, ex septem Electoribus Imperatoris antestare dicit electionem eorum, qui unum ex suo corpore elegerint, si modò is electioni de se factæ adsensum præbeat. Atque eo casu tantum Baldus vult procedere decisionem *d. cap.* 33. 61

Superest videre, An nominatio successoris sit probanda? R. Gratianum, *can. 1. & 2. VIII. q. 1.* velle Divum Petrum in successorem sibi delegisse Clementem; qui tamen ibidem non numeratur proximus à D. Petro, sed demum in ordine quartus post Linum & Cletum: ut videatur præelectus & ordinatus quidem fuisse in Rom Ecclesiæ Episcopum, cessisse tamen, ut habet Gloss. in *d. can. 1.* Pluribus ea de re agit Card. Baron. *Annal. Tomo 1. ad an. 69.* Ut ut est, speciale fuit, nec trahendum ad exemplum aut consequentiam, *can. non Exemplo XXVI. q. 2.* propter detrimentum quod inde redundare posset in Ecclesiam, privato affectu causante promotionem indignorum: unde & successoris constitutio prohibita, *can. 3. & 4. VIII. q. 1.* Fuit tamen & usus aliquis nominationis in successorem: tum ad avertendum, ne per hæreticos sedes Episcopales invaderentur; tum & ad impediendas fraudes ac sordes, quæ non raro in Episcopis eligendis committebantur. Non ita tamen, ut nominatus necessario esset præficiendus, sed quod non leve pondus haberet in suffragiis commendatio prædecessoris, quod is apprime nosset, quis muneri isti magis foret idoneus. Hæc de eligentibus & electis. 62

Ad formam & modum electionis quod attinet, de ea non tractandum, nisi post vacantem & viduatam pastore Ecclesiam, eumque sepulturæ traditum, *cap. Bona 36. h. t.* quod festinatio sapiat contemptum. Imò non nisi tertio post sepultum pastorem die ad electionem novi procedendum esse, habet textus in *can. nullus 7. dist. 79.* * vocatis iis, ad quos electio spectat, vel jure communi, vel speciali, quatenus commodè vocari possunt, *c. cum inter 18. & c. quod sicut 28. h. t.* ut quia sunt in provincia, *c. coram 35. & c. quia propter 42. h. t.* Unius omissio faceret electionem indebite factam, & magis obesset, quam multorum contradictio, *d. c. bona 36.* Potuisset enim omissus alios rationibus suis in diversam traxisse sententiam. 63 64

Sed controvertitur, An ipso jure sit irrita? Posset hoc videri per *cap. in Genesi 55. in fine h. tit.* ubi decernitur irrita & inanis: quam opinionem videtur tenere Gloss. in *d. cap. 55. in fine & d. cap. Quod sicut 28. V. consentire h. tit* Contrarium rectè tenet Abbas, in *d. cap. 42. in fine princ. hoc tit.* quod scilicet non sit ipso jure irrita, sed irritanda: nisi propter bonum pacis omissi postea consentiant & electionem factam approbent, per text. in *c. Ecclesia 57. h. tit.* ubi Gloss. *V. sicut* dicit, non esse de forma electionis, ut omnes sint præsentes. Facit *d. c. 42. in fine*, ubi Innoc. *n. 1. & d. c. 57. n 3.* dicit electionem non esse omnino nullam, sed cessari posse. Hostiensis *hic in summa n. 11.* 65

Quid si à præsentibus sit electus dignus, an omissus tenebitur approbare? Negat hoc Innoc. *d. c. 57. num. 4.* ex ratione, quod omnes sint vocandi, *d. c. 42.* Et facit *d. c. 25.* quo dicitur penitus infirmanda electio per contemptos, nisi consentiant: quod & vult *Gl. V. consentire*, propter injuriam illis illatam. Ut nihil obstet, quod negotium Ecclesiæ sit utiliter gestum. 66

Vocandi itaque omnes, etiam absentes, modo in loco tali, ut commodè vocari possint: alias eorum omissio, uti & aliorum, qui vocandi non sunt, nihil impediet, *d. cap. 42. §. illud.* Absentes vocati non coguntur necessario comparere. * Est tamen legitimè impeditis [quod jurati adserere, si opus, cogi possunt, *d. §. illud*] suffragium suum salvum: quod explicare possunt, non quidem scripto, cum secreto & sigillatim sit exprimendum, *c. pen. in fine eod. in 6.* * sed per alium de Collegio, qui suffragium habeat, unum aut plures, quibus vices suas demandent. Is, cui demandatum, non poterit alium suo nomine, alium 67 68 69

procuratorio eligere, quia ea res saperet inconstantiam; nisi de expressa persona eligenda sit mandatum, *d. c. 42. §. porro*. Pluribus si vices suas quis commiserit, singulis in solidum committere debet, quòd ea res videatur facere unum tantùm esse constitutum; admitteturque præoccupans solus, cæteris exclusis. Si omnes compareant, ne vota in diversos distrahantur absque effectu, electio unius est penes Capitulum. Quòd si concordare nequeat, admittetur primo loco scriptus, *d. c. 42. §. 1.* Nam in dubio, si de voluntate disponentis aliter non constet, sequimur scripturæ ordinem; ex eo enim præsumitur ordo voluntatis, *l. cum pater 77. §. pen. de legat. 2. c. Mandato 10. de præben. in 6.* * Dixi, de collegio; quia extraneo non possunt istæ vices demandari, sine consensu eorum, qui sunt de collegio, *d. §. illud*: etiam in casu, quo nullus de Capitulo mandatum acceperat, atque ita voto sit carituras absens. Ad eum, qui in loco est præsens, sed impeditus, mittendi de Capitulo, qui suffragium ejus excipiant; nisi malit vices suas alteri demandare, aut etiam isti juri renuntiare, *l pen. Cod. de pactis*. Quantum ad Regularium electionem, absentium vices in ea demandari nequeunt, Conc. Trident. *Sess. 29 de Regul c. 6.* Itaque non nisi tradito sepulturæ Episcopo de electione tractandum, quæ nisi intra tres menses perficiatur, ad superiorem jus istud devolvitur, *inf. tit 10. de supp. negl. Prælat*

70

Modi celebrandæ electionis tres sunt usitati. Primus, qu & antiquissimus, per Inspirationem, cum electores, nulla præcedente consultatione, simul omnes in unum consentiunt, *d. c. 42. in princ.* Secundus per Scrutinium, cum præsentibus omnibus, qui debent, possunt, & volunt interesse, tres fide digni adsumuntur, qui secretò & sigillatim singulorum vota exquirant, & in scriptum redigant, posteaque denuntient personam, in quam pars numero major & sanior, meritis, auctoritate, zelo, convenit, *d. c. 42. & c. Sicut eod. in 6.* * Ut major pars sola non sufficiat, nisi & sanior sit, requiruntur enim ista duo conjunctim: imò etiam sanior pars, licet numero minor prævaleat numero majori, quàm merita, zelus, auctoritas non comitantur. Quod verum, nisi altera eligentium pars sit duplo major: tunc enim inæqualitas major est, quàm ut zeli aut meritorum ratione sit infringenda. Ut proinde Pont. in *c. si quando 9. eod. in 6.* nolit ei quidquam opponi ea ex parte, excepta suffragii nullitate, quam opponi posse ibi permittit.

71

72

Tertius per Compromissum, quando in unum, aut plures idoneos transfunditur eligendi facultas, sive ejusdem sint collegii, sive externi ut vult *Gloss. c. 42.* & satis colligitur ex *c. causam quæ §. h. t.* Modus hic expeditior est, ut minus obnoxius naturali ad dissentiendum inclinationi. 73

Quæritur autem, An necesse sit, omnes in compromissum consentire? Videri posset, sufficere majorem partem, quæ solet minori prævalere, secundùm ea, quæ tradentur infra *tit. de his quæ à majori parte &c.* Contra tamen vult Glossa in *d. c. 42. & ibid.* Abbas *n. 9.* & alii eò quòd invitus nemo jure suo sit privandus: item ex regula, quæ habet, quod omnes tangit, ab omnibus approbandum esse: & videtur pro ea parte esse text. in *d. c. 42. §. 1. vers. vicè omnium, & c. Scriptum 40 in verb. mutuo consensu h. t.* 74

Non potest autem demandata potestas revocari, re non integra, quando scilicet cæptus haberi tractatus super eligendo, *c. in causis 30 h. t.* & electa persona ab iis, in quos compromissum, acceptanda est, si nihil ei objici possit. Hæc de probatis eligendi modis. Sortes hac in materia sunt reprobatæ.

His modis id commune, quod eodem tempore & unico actu electio sit facienda, ne aliàs contingat plures esse electiones, *c. in Genesi 55. h. t.* Electionis deinde fieri debet publicatio, quæ ex tacita approbatione, nemine se opponente, ab omnibus facta censetur. Effectus electionis publicatæ est, quòd ab ea recedere eligentibus non liceat, *c. Publicato 58. h. t.* cùm quod semel placuit amplius displicere nequeat, & quia, ut ait Abbas, electores sint functi suo munere, & jus ipsi electo quæsitum. 75

Ad perfectionem electionis facienda præsentatio ipsi electo intra octo dies, si commodè fieri poterit, sub pœna exclusionis à processus persecutione & suspensionis per triennium à beneficiis, *c. cupientes 16. §. cæterum eod. in 6.* * Electus verò adsensum declarare debet intra mensem; aliàs jure, sibi per electionem quæsito, cadet ipso jure; nisi fortè nihil ei imputari 76 77

putari queat, propter superioris arbitrium, unde dependet. *cap. 6. eod in 6.* Quod si electus liberè acceptare recuset, aut tempus sibi labi permittat, aut inhabilis sit ex occulto vitio, electoribus manet tempus integrum & salvum, quòd eorum culpæ nihil sit imputandum, qui quantum in se erat, sint functi munere suo; ut puniri non debeant: & ita expressum est in *c. Si electio 26. eod. in 6.* Potest autem electus liberè non acceptare electionem? imò etiam post acceptationem eidem renuntiare coram eligentibus tantum, non requisita superioris auctoritate, *d. c. 26. in princ.* qua non est opus in infirmando, cum non sit adhibita in confirmando. Post confirmationem ea desideratur, ut dicetur infrà *tit. 9.* Post renuntiationem, qua jure quæsito se privavit, non admittitur pœnitentia, utpote sera, *c. Cùm inter 16. h. t.* Non impeditur tamen renuntians iteratò eligi, & electioni iteratæ consentire, cum nullibi propter renuntiationem jubeatur esse ineligibilis ad eamdem dignitatem, vel beneficium: res enim ista ad pœnam spectat, quæ sine textu non inducenda.

78 Acceptata electione, incumbit electo procurare confirmationem, quæ est juris per electionem quæsiti corroborativa declaratio. Petenda ea est jure communi ab immediato superiori. Sic Abbates & alii confirmandi ab Episcopo: nisi sint exempti, quorum confirmatio petenda à Rom. Pontifice, *cap. Nihil 44. hoc tit.* Abbas in *c. 4. inf. De suppl. neg. Prælat.* Episcopus jure communi à Metropolitano confirmandus, hic à Primate, Primas à Patriarcha, hic à Pont. Romano. Hodie Episcoporum confirmatio petenda à Pont. præcipuè ubi Principes habent jus nominandi Episcopos, quos Pont. præsentant confirmandos.

79 Confirmationem prosequitur electus, vel ipse personaliter, si commodè potest, se præsentando, aut idoneas personas transmittendo, *d. c. 44.* Idque intra tres menses ab adsensu electioni præstito: aliàs, nisi impedimentum excusset, eo ipso vacuatur electio viribus, *cap. 6. in fine eod. in 6.* ut ea res sit latæ sententiæ, *juxta Gloss. ibid* Restrictum hoc spatium postea ad unum mensem, intra quem electus ad cathedralem aut regularem Ecclesiam, cujus confirmatio à Sede pendet, per se suscipere debet iter: nisi procuratorem admitti faciat caussa, reliquo tempore pro distantia loci computando, *c. Cupientis 16. in princ. eod. in 6.*

Superior confirmationi præmittere debet 80
examen super electione, an sit facta Canonicè super moribus, ætate, scientia, natalibus electi, & hoc ne indignus promoveatur. Qua in re si peccatum fuerit, eligentes eo gravius peccant, quo graviot eorum excessus, & dejiciendus ipse indigne promotus, *d. cap. 4.* Quod si confirmatio præcipitanter, non præmissa caussæ cognitione, & sine inquisitione super præmissis, nec citatis se opponere volentibus, saltem generaliter; & in Ecclesia non adsignato termino peremptorio, intra quem comparere debeant, adhibita fuerit, decernitur irrita & inanis, *c. fin. eod in 6.* Abbas in *c. 3. nu. 4. h. t.*

Ubi quæri posset, An teneat confirmatio sine 81
consensu aut consilio Capituli? R. Adhibendum esse saltem consilium Capituli expressum, *cap. 4. & 5. inf. De his quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capit. ubi Gloss. 1. & Gloss. in cap. Quæfronte 25. V. contra debitum, ubi* Abbas *n. 14. inf. De appellat.* quòd caussa Ecclesiastica alicujus momenti, qualis est hæc, non sit tractanda sine consilio Capituli. Videtur tamen toleranda contraria consuetudo, *c. Non est eod. in 6.*

Tractanda autem in loco Ecclesiastico, 82
cùm sit contra dignitatem Eccl siasticæ jurisdictionis, eam exerceri in loco ad exercitium hujusmodi jurisdictionis non designato, *d. cap. 25.*

Verum alia quæstio est, An confirmatio in loco profano facta sit nulla? Non desunt, qui apertè inductam volunt prohibitionem, *d. cap. 25.* atque ita nullitatem, *per text. l. Non dubium Cod. De legib.* Verius tamen, isto cap. non contineri nisi nudam reprehensionem confirmationis factæ in loco profano, sine alio juris effectu: ut non tam declaretur irrita, quàm minus honestè & convenienter facta, Innoc. *d. c. 25. & ibid.* Wames. *n. 3. & 4.* Quò facit, quod potestas confirmationis magna ex parte sit voluntariæ jurisdictionis, & plerumque in contentionem, nemine se opponente, non erumpat, modò servetur forma præ-

scripta, *cap. fin. eod. in 6.* in quo requisita omissa ponerent nullitatem.

83 Confirmatio electione inchoatum matrimonium spirituale ratificat, ponit jus in rem, dat facultatem administrandi spiritualia & temporalia, atque exercendi ea, quæ sunt jurisdictionis, quatenus electio est valida. * Ante
84 confirmationem se immiscens administrationi, vel per se vel per alium, quocunque tandem titulo id faciat, omni jure per electionem quæsito hoc ipso privatur, *c. 5. eod. in 6.* quod honorem sibi contra Apostolum adsumat, *cap Qualiter 17. hoc tit.* Nisi per Transalpinum confirmatio sit petenda à Rom. Pontifice, nam eo casu ante obtentam confirmationem est electis potestas administrandi permissa, citra alienationem tamen, ne pendente confirmatione depereat quid rerum Ecclesiæ, *c. Nihil 44. in fine h. t.*

Quid si confirmatio fuerit nulla? Si quidem per ignorantiam facti, quæ est probabilis, nullam pœnam subit electus, administrationi se ingerens, quia abest culpa: si verò juris, non erit immunis electus à pœna prædicta, quia illa, cum sit improbabilis, culpam ponit. Quod & procedere eo casu, quo appellatione interposita & pendente, ea non obstante, electus se ingerit, *Glossa in d. c. 5. V. confirmetur* Electæ in Abbatissam, à majori parte quidem, non tamen à duabus, si aliæ non accedant, interim dum inquiritur per superiorem, est facultas administrandi, citra alienationem, *c. Indemnitatibus 43. §. si verò eod. in 6.*

85 Consecratio spirituale matrimonium consummat, & concedit etiam ea, quæ sunt ordinis. Facienda ea est à superiore, inf. *tit. 11. De temporib. ordinat.*

86 In Abbatibus loco consecrationis est benedictio: quæ negligenter differatur per Episcopum, electus nihilominus gaudet nomine Abbatis, & benedicit Monachos, ne ex mora monasterium patiatur detrimentum, *c. 1. ubi Glossa inf. De supplen. neglig. Prælat.* Quod aliter se habet in Episcopis, qui ante consecrationem ne quidem nomen Episcopi adsumunt, quod per eam demum censeatur conferri ordo Episcopalis.

87 Electio Pontificis Rom. olim penes Clerum fuit, vicinos scilicet Episcopos, adsentiente vel postulante populo. Nam penes populum non fuisse jus eligendi Pontificem, *supra h. t.* dictum. Hodie est penes Cardinales S. R. E. A quibus electus non aliter pro P. R. est habendus, quàm si duæ præsentium partes in eumdem consenserint, *c. 6. h. t.* In hac autem electione pleraque alia observanda proponuntur, *cap. 3. h. t. in 6. & Clement. 2. eod.* adinventa ad hoc, ut avertantur fraudes, & ne in longum protrahatur electio R. Pont. cum detrimento Ecclesiæ: quibus postremò accessit Constitutio Gregorii XV. an. 1621. VII. Kal. Decemb.

Illud verò in ea speciale est, quod electo 88
continuo quæratur jus, citra confirmationem, qua non indiget, cum superiorem non habeat. Quod olim ab Impp. confirmata legatur, id usurpatum potius, & postea abrogatum, ut dictum, *sup. h. t. n. 22.*

Quantum ad Imperatoriam dignitatem, de qua agitur in *c. Venerabilem 34. h. t.* ea quoque defertur electione, non successione; quod optimum quemque electio inveniat, Tacit. *lib. 1. Histor.* & convenientius sit imperaturum omnibus, eligi ab omnibus, Plin. in *Paneg. Trajani:* quamvis succedendi ratio in aliis plerisque usurpata minus habeat discriminis. Spectat electio ista ad septem Germaniæ Principes, tres Ecclesiasticos, quatuor sæculares, Vide Azorium. *Instit. Moral. Tomo 2. lib. 10.*

Ubi quæritur, An hoc jus iis accesserit per 89
Rom. Pontificem? R. Id quidem ab aliquibus in controversiam vocari, Molin. in *proœmio ad Consuet. Paris.* Duar. *De sacris Eccl. minist. lib. 1. cap. 4. circa med.* satis tamen patere ex *d. c. 34.* à Romana Sede ad ipsos id juris & potestatis perveniisse, ab eaque Imperium Romanum in personam Caroli Magni à Græcis ad Germanos esse translatum. Unde & jus examinandi electum Regem dicitur ibi spectare ad Rom. Pont. quod signum est ab ipso promanasse, quia alias id temerè prætenderet, si suo Marte Germani id juris sibi vindicassent. Exprimitur idem apertè in *Clement. unica De jurejur.* Consentiunt orthodoxi, dissentiunt novi quidam homines, præcipuè nova sectariorum fœce infecti, nihil non à Romana Sede prosectum nauseantes, super qua re disputare pluribus est præter hujus instituti rationem.

nem. Qui ampliorem discursum desiderat, legat Bellarm. *Tomo* 1. *Controvers.* 3. *lib.* 5, *cap.* 8. *vers. Sextum exemplum.* & Baronium *Tomo* 9. & 10. *Annal.*

Controversa autem est quæstio. An Rom.
90 Pontifex possit Electores isto jure privare? Resp. Glossam penult. in *c.* 2. *De re judic.* & Joannem Andream *ibid.* velle, hoc non esse licitum Pontifici, nisi in casum, quo eligere nolunt. Verius, posse auferre, & ad alios transferre, justa causa ita postulante, ut quia schismatici, hæretici, negligentes in eligendo, cum detrimento & scandalo Ecclesiæ, populique Christiani. Nam ut ipse ad istos transtulit illam facultatem à Græcis ex caussa, quidni & auferet? cum ejus sit destruere, cujus instituere: præcipuè in privilegiis, ubi eorum est usus. Et hoc constat ex *d. Clem. unica* & *d. cap.* 34. Adde Azor. *d. lib.* 10. *cap.* 3.

Porrò electus in Imperatorem non continuo
91 adsumit Imperatoris nomen, sed designati, vel electi tantùm; & olim Germanorum Rex dictus, postea Romanorum Rex appellati cœpit. Imperatoris nomen adsumit confirmatus à R. Pont. cui id esse jutis docet jus, & habet praxis, *d. Clem un.* uti & reprobandi, ex caussa indignitatis, & stante paritate votorum ac discordia electorum, alterius electionem approbandi, ut tradit *Glos. d. Clem. un. V. Regis.*

TITULUS VII.

De Translatione Episcopi.

SUMMARIUM.

1. *Translationes cur regulariter prohibita.*
2. *Solus Pontifex transfert Episcopos.*
3. *Vinculum matrimonii spiritualis est fortius carnali.*
4. *Pœna transeuntium propria auctoritate ad aliam Ecclesiam.*
5. *Translatio facienda ad majorem Ecclesiam.*
6. *An quis invitus possit transferri.*

1 TRanslationes Episcoporum de Ecclesiis in Ecclesias regulariter prohibitæ; tum ad præscindendam ambitionis & avaritiæ occasionem. *can. Episc.* VII. *q.* 1. *& passim*: tum quòd matrimonium spirituale inter Prælatum & Ecclesiam initum non sit dissolvendum, sive ex parte Ecclesiæ, sive ex parte Prælati, etiam tantum confirmati, quia confirmatio matrimonium spirituale faciat ratum, *c.* 2. *hoc tit.* Caussa tamen facit eas licitas, *can. Mutationes, can. Scias, can. Omnes, can. Sicut.* VII. q. 1. utilitatis scil. aut necessitatis, accedente nihilominus auctoritate sanctæ Sedis. * Soli enim 2
Rom. Pont. est auctoritas transferendi Episcopos, *d. can. Sicut in fine c.* 1. & 2. *hoc tit.* ubi
quod dicit Innoc. * vinculum matrimonii spi- 3
ritualis esse fortius vinculo carnalis, non meretur reprehensionem, quasi secum pugnaret Pont. ut quidam volunt in Sedem Apostolicam minus benè adfecti, cum optimus ille sanctissimusque omnium judicio habitus Pont. recte prætuleric vinculum spiritualis matrimonii quasi fortius carnali, quod hoc solvatur morte; ita ut non teneatur redire ad uxorem resuscitatus, secundum Apostolum *ad Roman.* 7. & communem opinionem, de qua inf. *tit. De secundis nupt.* Præterea per ingressum & conversionem alterius, ut dicetur ad *tit. De convers. conjugat.* Spirituale vero non tollitur per mortem, propter impressum characterem; & per translationem non alias, quam auctoritate summi Pont. cui soli, uti jam dictum, est auctoritas transferendi Episcopos. Et hoc est, quod in *d. c.* 2. solum intendit disputare Pontifex. Inferiores transferendi auctoritas est penes Episcopos, *cap.* 4. *inf. tit.* 9. *De renuntiat.*

Episcopus propria auctoritate transiens ad 4
aliam Ecclesiam, sua relicta, nec ad suam redire, cujus mediocritatem despexit, nec in alienа, quam per avaritiam & improbam ambitionem concupivit, permanere permittitur, *cap.* 3. *hoc tit. can. Si quis* 32. VIII. *q.* 1. Sacerdos aut Diaconus propria auctoritate ad aliam Ecclesiam se transferens, nisi monitus revertatur, puniendus excommunicatione, *can. Si quis vero* VII *q.* 1.

Translatio autem si eam faciendam suadeat 5
utilitas, aut necessitas Ecclesiæ, facienda ad majorem Ecclesiam, non etiam ad minorem, *c.* 1. *de Cler. non resident.* vel parem, quòd hoc minus deceat, & nulla subsit utilitas, quæ suadeat, *c.* 1. *h. t.*

Dubi-

6 Dubitatur. An invitus quis possit transferri? R. Ita videri, *can. pen. & ult. tit. q. 13.* Quò facit obedientiæ promissio, qua Rom. Pontifici se obstringunt Episcopi. Facit & textus in *c. 6. inf. De ætate & qual. præfic.* ubi qui ad altiorem ordinem noluit ascendere, ita poscente Ecclesiæ utilitate, dicitur compellendus per bonorum amissionem, & beneficiorum subtractionem. Goffred. in *Summa hic num. 4. & ibid.* Hostien. *num. 6.* Loca contraria *can. 1. & 2. Dist. 74.* accipienda sunt in casu, quo non urget Ecclesiæ necessitas, vel de laico non ordinando invito. Abbas in *c. Quæsitum num. 6. inf. De rer. permutat.*

TITULUS VIII.

De auctoritate & usu pallii.

SUMMARIUM.

1. *Pallium quid sit.*
2. *Qui eo utantur.*
3. *Est personale.*
4. *Archiepiscopus ante receptionem pallii quid possit.*

PEr consecrationem matrimonium spirituale consummatur, & per eam accedit Episcopis plena exequendi munetis sui auctoritas: exceptis Archiepiscopis qui ea quæ sunt ordinis, non exsequuntur ante pallii receptionem, ita ut ne quidem nomen Archiepiscopi antè sibi vindicent. *cap. 3. hoc tit.*

1 Describitur pallium esse ornamentum de corpore D. Petri sumptum, designans plenitudinem pastoralis officii; quod hic intelligitur *Auctoritatis* nomine. Dicitur sumptum de corpore D. Petri *c. 4. in fine sup. De elect.* quia super altari, sub quo requiescit corpus D. Petri, benedicitur, & deinde accipitur ab eo, qui usurus. vel alio ejus nomine. *c. 4. & ibid. Gl. V. corpore sup. tit. 6. De elect.* Forma verborum, quam tradit Glos. in *c. 4. V. ad honorem hoc tit.* ponitur, supra alia ornamenta, circa humeros. Mysticus ejus sensus est, ut, cum sit de vellere ovis, intelligant se ovium pastores; & quia eo circumcinguntur circa humeros, ut circumspiciant, ne aliqua erret; errantem humeris ad caulam reportent, cruce Domini insignitam. Ut illud Apostolicum ante oculos habent, *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

Gestat illud S. Pontifex sua auctoritate, semper & ubique in Missarum solemniis *d. c. 4.* quippe 2
adsumptus in plenitudinem potestatis Ecclesiasticæ. Ab eo accipiunt quatuor Patriarchæ, Constantinopolitanus, [qui licet postremus Patriarchali dignitate sit insignitus, importunè tamen & non sine turpi ambitione sæpius à Pontificibus repressa, primum locum invasit] Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus. *c. Antiqua 23. inf. De privil.* Utuntur & Archiepiscopi, qui illud accipiunt à Rom. Pontifice, aut à prædictis Patriarchis, si illis sint subditi, *d. c. 23.* Utuntur hi pallio, non semper & ubique, sed certis tantum & solemnibus diebus, de quibus *Glos. 1. d. c. 4* atque in Ecclesiis suæ provinciæ dumtaxat non etiam extra, etiamsi processionaliter procedant, nihil ad hoc faciente consuetudine, nisi speciali concessione, ut alibi utantur, indultum sit, *c. 3. hoc tit.* Ratio est, quod tantùm sint vocati in partem solicitudinis, suæ scilicet Provinciæ. Episcopis ordinariè non debetur pallium: aliquibus tamen ex privilegio concessum, ut patet ex *c. pen. inf. De præscriptionib.*

Est autem personale; ut alteri commodari nequeat, *c. 2. hoc tit.* & ne quidem cum translato Archiepiscopo transeat ad usum novæ Ecclesiæ: ut enim translatus acquirit novam jurisdictionem, ita & novam impetrare debet potestatem per novum pallium *Glossa fin. in c. 4. sup. tit. De postul. Prælat.* Sepelitur etiam pallium cum ipso Archiepiscopo defuncto, *d. c. 2.* 3

Si quæras, An igitur ante pallii receptionem 4
nihil liceat Archiepiscopis? R. Ea, quæ sunt ordinis, non esse illis permissa; nec etiam omnia, quæ sunt jurisdictionis, graviora scilicet, uti est convocare Concilium, *c. Quod sicut 28. §. præterea sup. De elect.* Possunt tamen aliqua, uti committere Episcopis, ut Suffraganeum suum consecrent, Ecclesias dedicent, alios ordinent. *c. Suffraganeus 11. sup. eod. tit.* Hostien. *hic §. quid sit pallium*, & similia.

TITU-

TITULUS IX.

De Renuntiatione.

SUMMARIUM.

1. *Renuntiatio quid, & cui ea permissa.*
2. *Pontificem posse renuntiare Pontificatui.*
3. *Nec requiri tunc alicujus consensum.*
4. *Episcopi renuntiant auctoritate summi Pont. & reliqui inferiores auctoritate suorum superiorum.*
5. *Superior ex quibus caussis renuntiationem admittere cogatur.*
6. *Qui vovit Religionem an abdicare se debeat.*
7. *Renuntiatio beneficiorum coram quo fieri debeat.*
8. *Renuntiationis admissæ effectus.*
9. *Renuntians ob metum restituitur.*
10. *Ante renuntiationem admissam licet panitere.*
11. *Et revocare procuratorem ante resignationē.*
12. *Morte resignantis exspirat mandatum procuratoris.*
13. *Resignatio est nulla facta à procuratore ignorante mortem resignantis.*
14. *Renuntians temerè an privandus beneficio.*
15. *Renuntiatio strictè accipienda.*
16. *Renuntiatio sive resignatio alia tacita, alia expressa.*
17. *Resignatio in favorem tertii non est licita.*
18. *Resignatio ab agroto facta quando valeat.*

1 ADquisita dignitas renuntiatione amittitur, quæ est spontanea juris quæsiti dimissio sive repudiatio. Cuilibet ea permissa pro lubitu, quatenus non vertitur præjudicium alterius. Quo modo electioni ante confirmationem rectè renuntiat electus, uti suprà dictum, *tit.* 6. quia necdum Ecclesiæ jus sit quæsitum: quod demum ei quæritur per confirmationem; quæ ponit ratum vinculum spiritualis matrimonii: ut proinde confirmatus renuntiare volens indigeat superioris auctoritate, ne licentia abdicandi se munere suo pro libitu pariat detrimentum Ecclesiæ, *can. Suggestum* VII. *q.* 1.

2 Controvertitur, An Pont. Rom. abdicare se possit Pontificatu? R. Rem istam fuisse olim agitatam, nec defuisse, qui contenderent non posse, propterea quod ut legitimum matrimonium solius Dei auctoritate per Pont. solvitur, ita & spirituale, quod est inter Episcopum & Ecclesiam non nisi Dei auctoritate solvi possit, *c.* 4. *sup. tit.* 7. *De translat. Episc.* Supra Pontificem autem nullus est, cujus ea possit esse commissa auctoritas, nec licet inferiori auferre, quod Deus contulit. Alia argumenta videre est apud Joan. Andr. in *c.* 1. *eod. in* 6. Contra tamen, quod liberum ei sit renuntiare, decisum est *d. c.* 1. Est ratio, quòd concessum aliis Episcopis, ut renuntient, caussa id postulante, ut mox dicetur, non debeat denegari Pontifici. Sic Cælestinus, disciplinæ regularis amore, vitæque monasticæ studio, Pontificatu se abdicavit; plurèsque alios Papatui renuntiasse tradit Lud. Gomes. *ad reg. Cancell. de infir. resig. q.* 1. An autem possit deponi Pont. propter hæresim non est hujus loci. Videatur Bellarum *Contr. Tomo* 1. *de Rom. Pont. lib.* 2. *c.* 3.

3 Sed hic quæratur, An renuntiando indigeat alicujus adsensu? R. Non posse eum à quoquam judicari, ne quidem si velit, cum ejus caussæ sint reservatæ divino judicio, & semper maneat superior illo, cui jurisdictionem committit, donec tamen est Pont. in quo dispensare nequit, quod ea res sit juris divini. Quo modo Marcellino, dicenti, *Peccavi, & non possum in ordine sacerdotum manere*, responsum à Concilio, *Prima sedes à nemine indicatur.* Ut cum nullum superiorem habeat, nullius etiam adsensum requirat, dignitate sua se abdicando: cujus abdicationem Eccl. sia acceptã, si caussa id postulet. V. Bellarm. *de Concil. lib.* 2. *cap.* 17. *& de R. Pont. lib.* 2. *c.* 26. *& seqq.*

4 Episcopi auctoritatem summi Pont. desiderant, ut licitè renuntient, *toto hoc tit.* Potest enim is solus, ut dictum, solvere matrimonium spirituale. Inferiores cum conveniunt, qui confirmandi & destituendi jus habet *c.* 3. *& fin. h. t. Glos. in Clement.* 1. *V. manibus h. t.* Unde Abbas auctoritate Episcopi indiget, ut locum suum deserat, *can. Abbas* XVIII. *q.* 2. nisi sit exemptus, quali Pontificia auctoritate est opus, *d. c. fin. hoc tit.*

5 Superior autem renuntiationem admittere non cogitur, nisi legitima caussa subsit. Caussæ

sæ numerantur sex, in *c. Nisi 10. h. t.* I. Conscientia criminis, quæ executionem muneris impedit etiam peracta pœnitentia. II. Corporis debilitas, quæ muneri imparem reddit. III. Scientiæ defectus, qui non debet tolerari in Prælato. IV. Plebis malitia, non ferentis Prælatum, & ex ovibus conversæ in lupos, præcipuè si mortis periculum immineat, *c. 9. h. t.* V. Grave scandalum, quod alias evitari nequit. VI. Irregularitas ex bigamia, aut alia caussa, quæ si admittant dispensationem, & suadeat utilitas, dispensandum potiùs.

6 Dubitatur de eo, qui vovit Religionem, Videri posset talem abdicare se debere, *per text. in c. pen. inf. De voto:* qui textus licet loquatur magis de eo, qui votum adimplere negligens electus est in Episcopum, qui ideò peccasse dicitur: ut possit videri aliud esse, si jam electus voveat, quod is nequeat officium sua sponte deserere; dicendum tamen idem obtinere in eo, qui jam est Episcopus. Nam & huic incumbit voto satisfacere: nisi videatur Pontifici utilius esse Ecclesiæ, votum ejus relaxare. quod in potestate est Pontificis, ut dicetur infrà de Regularibus.

7 Quod dictum de Episcopatu, idem etiam obtinet in beneficiis, ut iis nemo renuntiet nisi Episcopi, ad quem spectat eorum ordinatio, auctoritate, *cap. 4. hoc tit.*

Ubi quæritur, An renuntiatio recte fiat coram collatore inferiore? R. Textum in *d. c. 4.* loqui de renuntiatione coram Episcopo facienda; & ita vult Innoc. in *c. Quod in dubiis 8. hoc tit.* ex eo, quod illius sit destituere, cujus est ordinare, & quia ordinario jure ad Episcopum spectat ordinatio. Verum cum hodie ordinatio etiam spectet ad inferiores, dicendum & eos posse admittere renuntiationes, si id videatur utile Ecclesiæ, cui providere debent. Et ita habet usus & probat Glos. in *Clement. 1. V. manibus hoc tit.*

8 Admissæ renuntiationis effectus est, quod excludat renuntiantem etiam pœnitentem, *c. 3. h. t.* adeo ut etiam cedere nolens cogi possit, *c. 6. & c. Quidam 12. h. t.* cum illi juris, quod prætendat, nihil sit, quo renuntiando privavit. Non est tamen inhabilis, quin nova electione acquirere denuo possit idem jus, *c. 2. h. t.* nisi ex caussa criminis ad vitam monasticam se contulerit: facit enim crimen inhabilem, *c. Per translationem 11. h. t.*

Dicta de effectu obtinent, quatenus legitimè facta ex adsensu superioris: cujus defectus faciet renuntiantem non esse privatū beneficio, quàm vis non impunè sit renuntianti, contra ejus prohibitionem, aut eo non consulto dimittere beneficium; præcipuè si revocatus reverti renuat, *c. 4. & ibi Glos. h. t.*

Metus, quo quis se ad renuntiandum in- 9
ductum allegat (quod vero simile, quia, ut ait Pont. *c. 5. h. t.* vix fieri de propria voluntate credatur) probatus, facit restitui renuntiantem ad beneficium, non obstante juramento, quo illud abjuravit, *d. c. 5. dicetur inf. De metu.* * Ante admissam renuntiationem nullus 10
ejus est effectus, ne quidem quoad possessionem, quæ apud renuntiantem remanet, Covarr. *lib. 1. Var. resol. c. 5. in fine*, & admittitur pœnitentia ante eam admissam, cum renuntiatio necdum sit perfecta, ut necdum quid perdiderit renuntians, qui potius voluit renuntiare, quàm renuntiavit; ad instar donationis, quæ revocari potest necdum acceptata, ut traditur *tit. Cod. De donationib.* Videndus ad hanc materiam Flaminius, *De resignat. benef. lib. 1. q. 2.*

Quid si procurator ad resignandū datus fu- 11
erit? Ex eadem ratione, qua licet pœnitere ante admissam renuntiationem, licebit quoque revocare procuratorem ante factā resignationē, *Clem. 1. h. t & ibi Glos. V. ignorante.* Facit, quod liceat revocare mandatum, re integra, *tit. D. & C. Mandati.* Quod verū est non tantum in expressa revocatione, sed & tacita, constituendo scilicet procuratorem alium ad renuntiandum Zabarella *d. Clem. 1. n. 14. per l. Si quis 31. in fine D. De procurat.* Nā eadem est vis taciti, quæ expressi scilicet quòd nolit per talē renuntiare. Ita tamen si intimata fuerit revocatio procuratori, etiam tacite, *d. Clem. 1.* Alias renuntiatio foret valida, nec posset illam impugnare mandans. *arg. l. Si mandassem 15. D. Mandati.* Facit quòd in personis Ecclesiasticis variatio & illusio sit vitanda, *d. Clem. 1.* nisi revocatio, quò minus ante cessionem innotuerit procuratori, malitiosè sit impedita, *d. Clem. 1. in fine*; ne malitia sua alicui prosit, alteri iniquè obsit.

Quid si morjatur resignans ante cessionem? 12

Non

Non rectè ea postea fit per procuratorem, quia morte mandantis mandatum extinguitur, ut frustra procurator ultra se immisceat; ex ratione, quia mandanti nihil amplius sit juris ad beneficium, quod jam vacat per ejus mortem: ut non possit vacare per resignationē, *c. Susceptum 6. De rescript. in 6.* materiâ, circa quam versetur procuratoris munus, sublata: atq; ita rescriptum à Pont. *Clem. fin. De procurat.* Vid. Flamin. *De resignat. benef. lib. 9. q. 24.*

13 Quid si ignoret mortem procurator? R. Nihilominus resignationem nulliter esse factā ex jam dicta ratione, quia nihil sit, quod resignetur nomine mandantis, utpote cujus jus omnino per mortem est sublatum. Ut non obstet *l. Inter 26. cum similib.* D. *Mandati*, quæ habet, ex mandato per ignorantiam mortis impleto esse actionem mandatario: nam in iis hoc obtinet, quæ ad defunctum pertinuerunt, & hæredem ejus sequuntur, non etiam, si jus defuncti omnino extinguatur. Quod tamen ita limitant, nisi procurator ad resignandum porrexerit supplicationem, eaq; signata fuerit, vivo resignante; quòd res non sit integra, & resignatario jus aliquod quæsitum, quod proinde explendum. Flamin. *d. lib. 9. q. 24. nu. 14.* Cassad. *hic decis.* 1. Boer. *decis.* 348. Itaq; ut renuntiatio habeat effectum, admittenda est à superiore; alias non operabitur privationem ejus, qui renuntiat.

In dubium vocari potest, An temerè re-
14 nuntians possit privari? R. Non videri, cum quod est inutile & sine effectu, non debeat præstare impedimentum *c. Non præstat. De R. I. in 6.* Et facit, quod ejusmodi privatio concernat pœnam, sine lege, Canone non inducendam. Nec obstat text[illegible] *c. Quod in dubiis* 8. *h. t.* nam ideo ibi [illegible]ns est spoliandus, quia in manum lai[illegible]averat beneficium, & ab eodem rece[illegible]. Quod licet fuerit sine effectu, tamen indignum se fecit resignans: atque ita in pœnam spoliandus dicitur, qui casus cum sit singularis non est extendendus,
15 præcipuè in odiosis. * Unde est, quod renuntiatio non facile censeatur facta, & strictè accipiatur: ut in *c. 7. h. t.* ubi renuntians litteris beneficialibus, non censetur renuntiare beneficio; uti nec qui gratiæ adversarii se committi, *c. Veniens hoc t.* aut ab obedientia subditos absolvit, *c. pen. h. t.*

Renuntiatio sive resignatio beneficii alia
16 est tacita ex juris dispositione procedens: ut quando quis matrimonium init, hoc ipso enim beneficium vacat, *ut dicetur inf. lib. 3. t. 3.* Item habens dignitatem, aut curam animarum, si simile beneficium recipat; censetur enim priori renuntiare, *Extravag. Execrabilis Ioan XXII. §. qui vero De præben.* Idem est in professente Religionem. Habetur etiam pro renuntiante, qui per triennium collationem non acceptat, Flamin. *De resignat. lib. 10. q. 8. nu. 18.* Alia est expressa, quæ fit verbis expressis; vel purè, quæ acceptata continuo privat renuntiantē, facitq; ordinario licentiam libere conferendi: vel sub conditione, quæ etiā est licita, nisi contineat pactū juri dissonū, cujusmodi est diffidentię, de quo inf. *ad tit. De Simonia.*

Ubi disputatur, An sit licita resignatio in 17
favorem tertii? R. Eam meritò improbari, quod faciat, ad instar patrimoniorum hæreditatis aut legati jure transmitti beneficia, non sine gravi præjudicio Ecclesiarum; cum ejusmodi resignandi licentia plures caussel abusus, præcipuè quia non habita ratione probitatis, morum & scientiæ, ad Sacerdotia evehantur, quib⁹ est anima pro sale, ita mandante gratia aut malis artibus. V. Rebuff. in *t. De resig condit. n* 1. & 2. Navar. in *Summa cap.* 23. *n.* 107. & Annæus Robert. *Rer. judic. lib.* 1. *c.* 7. Unde Ecclesia improbat eas præcipuè, quæ continent clausulam, *non aliàs nec aliter*, aut *nec alio modo*: quamvis eas, quæ non continent istam clausulam, non ita improbet, qua de re latiùs infrà, *ad tit. De rer. permutat.* An vero simoniam sapiat, resignare in favorē tertii, aut etiam sub pensione, alibi quoq; dicetur.

Admissa itaque resignatio, atque ejus vi fa- 18
cta collatio est valida & irrevocabilis. Nisi facta sit ab ægroto: tunc enim per regulas Cancellariæ non ante effectum consequeretur quàm si post eam diebus viginti supervivat resignans: alias habebitur beneficium, vacans per mortem potius, quàm si per resignationē, ut libere ab ordinario conferri possit. Ratio regulæ est ne per dispositionem infirmi, seu quasi ultimam voluntatem, in perniciem

collatorum, aut habentium expectativam, beneficia transferantur non raro fraude media, quam in beneficiis committi indecens. De regula ista videatur latè Lud. Gomez. & alii *ad reg. Cancell. De Infirmis resignantib.*

TITULUS X.

De supplenda negligentia Prælatorum.

SUMMARIUM.

1. *Electioni Episcopi præfixum trimestre.*
2. *Aliarum dignitatum & beneficiorum collationi sex menses.*
3. *Electo indigno, ad Pont. jus devolvitur.*
4. *Tempus devolutionis quando currere incipiat.*
5. *Negligentia circa hoc purgari nequit.*
6. *Negligentiam Regularium supplet Diœcesanus.*
7. *Ecclesiæ vacantis administrationem quis suppleat.*
8. *Episcopus certum tempus Ordinario inferiori præfigere non potest.*

NE dignitates diu in Ecclesiarũ detrimentum vacent, certum tempus adsignatum est, intra quod iis providendum, & hoc vel trium vel sex mensium. * Electioni Episcopi, aut Prælati Regularis, trium mensium spatium est propositum, quo lapso ad superiorem immediatum devolvitur providendi potestas, & gradatim; ab eo etiam commissa negligentia; ad alium, *c. Ne pro defectu 41. sup. tit.* 6. *De elect.* * Aliarum dignitatum & beneficiorum collationi sex menses sunt præscripti, quibus lapsis ad superiorem devolvitur collatio, *cap. fin. h. t.* Et hoc ita, si negligentia contingat in electione Episcoporum, aut collatione beneficiorum: * nam in casu, quo indignus electus scienter, aut non servata forma à generali Concilio præscripta, non ad immediatum superiorem, sed ad Pontificem devolvitur jus, uti statutum per *c. Quamquam 18. De elect. in 6.* quo Pontifex restringit *d. cap. 41.* Ratio diversitatis in temporis differentia est, quòd in illis sit majus periculum, quàm in his, ac proinde cautius advertendum, *arg. c. 3. De elect. in 6.*

Quæritur hic temporis istius cursus quando inchoëtur? R. Demum à tempore notitiæ vacantis beneficii *c. 3. h. t. & c. 5. in fine inf. De conceff. præben.* Cujus ratio est, quod devolutio ad superiorem fiat ex caussa negligentiæ ejus, ad quem pertinet provisio, qui non potest videri negligens, si ignoret: uti nec dicendus negligens, si impeditus fuerit, propter suspensionem, etiam sua culpa caussatam, *d. c. 5.* quod culpa ista directè non concernat conferendi licentiam: nisi committatur nova culpa in petenda absolutione, quæ imputatur negligenti. & facit ad superiorem devolvi hanc potestatem *Gl. de c. 5. V. suspensionis.* Sic nec excommunicatio facit ad superiorem devolvi jurisdictionem Episcopi excommunicati, quia hoc nullibi caucum, *c. 1. eod. in 6.*

Quæri potest, An negligentia ista possit purgari? R. Non posse, quia continuò jus istud devolvitur ad superiorem, quod ei per purgationem, tamquam per factum alterius, non eripiendum: atque ita *c. finali h. t.* non tenet electio postea facta, quasi facta ab eo, cui non est jus. Ratio est, quod tempus à Canone requisitum sit de forma actus, ut purgatio non admittatur. Nec obstat *c. pen. h. t.* quia loquitur de sola patientia collationis factæ ab iis, qui erant privati temporis lapsu, quatenus facta personis idoneis: unde liquet ipso jure non valuisse, Potest tamen superior indulgere negligenti, ut beneficium conferat; quo facto tenebit collatio, quia potest sibi præjudicare superior, & concedere inferiori, ut is fungatur sua vice.

Si Prælatos Regulares contingat esse negligentes in Prioratibus, Ecclesiis, beneficiis conferendis, eaq; non conferre intra sex menses, incumbit Diœcesano in non exemptis sua, Apostolica verò auctoritate in exemptis, supplere eorum negligentiam, iis scilicet adsignando vacantia, per quos gubernari solita *Clem. 1. eod.*

Quantum ad administrationem Ecclesiæ vacantis eam supplet Capitulum, aut mittitur visitator à Pontifice, penes quem sit spiritualium & temporalium legitima administratio; item beneficiorum, ad Episcopi licet collationem spectantium, provisio, *c. fin. eod. in 6.*

Cap-

Capto quoque à paganis aut schismaticis Episcopo, administratio est penes Capitulum, donec aliud statuatur à Pontifice, *c. 3. eod. in* 6. Archi-Episcopus istis casibus administratorem non deputabit, nisi aliud exigat negligentia, aut malitia Capituli, cui tamen non erit licentia conferendi beneficia spectantia ad Episcopi collationem, *d. c. fin.* De Coadiutore dando Prælato ægroto dicetur infra *tit. de clerico agrot. vel debil.*

8 Lubet subjungere, An Episcopus possit certam temporis metam ad conferendum præfigere Ordinario inferiori? Resp. Eum non posse terminum jure præscriptum restringere, *per text. expressum in c. indultum de* R. I. *in* 6. cum jure publico nemo deroget, nisi qui posuit: posse tamen, si nullus sit positus jure terminus, quia tum non aufert jus competens, & proficit Ecclesiæ, cui citius providebitur.

TITULUS XI.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

SUMMARIUM.

1. *Ordo quid?*
2. *Ordines quot.*
3. *Ordines sacri, Subdiaconatus, Diaconatus & Sacerdotium.*
4. *An & Episcopatus?*
5. *Tonsura Ordo non est.*
6. *Ordines confert solus Episcopus.*
7. *An & quos non Episcopus ex commissione Pontificis?*
8. *Conferendi à proprio Episcopo.*
9. *In propria diœcesi, non aliena.*
10. *An & tonsura sive Clericatus?*
11. *Consecratio Episcoporum quando celebranda*
12. *Quo in loco & qualiter.*
13. *Ordines minores majoresve quo tempore conferendi.*
14. *Pœna ordinantis & ordinati alio tempore.*
15. *Ordines plures uno die an rectè conferantur.*
16. *Ordinandus in primis sit baptizatus, & confirmatus.*
17. *Sit mas, non fœmina.*
18. *Idque ex Christi institutione.*
19. *Diaconissæ, Presbyteræ quæ.*
20. *De Ioanna Papissa fabula.*
21. *Mulier dispensatione Pontificia an capax ordinum?*
22. *Sit item ordinandus legitimi tori, probatæ vitæ, expers criminis, &c.*
23. *Reus criminis in exercitio ordinum qualiter tolerandus.*
24. *Ritus in ordinatione non commiscendi.*
25. *Religiosus non nisi de consensu sui superioris ordinandus.*
26. *Ordinatus à summo Pont. non ordinandus ab Episcopo.*
27. *Tonsura prima qui & quales initiandi.*
28. *Ordines minores an rectè conferantur non habentibus animum ad ulteriores.*

MAtrimonium spirituale inter Episcopum & Ecclesiam consummat consecratio, de qua hic: cujus occasione etiam agitur de temporibus conferendorum aliorum ordinum, & ordinandorum qualitate. Ubi præmittendum, Ordinem, de quo hic, esse Sacramentum, quo traditur potestas conficiendi Eucharistiam, vel ad eum finem ministrandi, Navarr. *in Summa c. 22. n. 17.* 1

Ad numerum quòd attinet, disputant inter se Theologi & Canonistæ, Navarr. *d. loco n. 18.* Illi septem ponunt, scilicet quatuor Minores; primum Ostiarii, cujus est impedire, ne quis immundus ingrediatur Ecclesiam: secundum Lectoris, cujus est instruere catechumenos; tertium Exorcistæ, qui invocat super eos, qui habent immundum spiritum; quartum Acoluti, cujus est luminaria præparare, suggerere vasa, ex quibus vinum fundatur in usum sacrificii: tres Majores, scil. Subdiaconatum, Diaconatum, Sacerdotium, quorum officia videantur in *can. Cleros dist. 21. can. 1. dist. 25.* 2

* Tres hi Sacri vocantur, non etiam priores: non quod sacri non sint, sed quod non versentur proximè circa materiam sacram, nec habeant annexum votum continentiæ, qua de re *inf. t. de clericis conjug.* * Canonistæ addunt octavum Ordinem, scilicet Episcopatum, quòd per eum conferatur dignitas, & potestas circa Eucharistiam, distincta à potestate Sacerdotum, à quorum ordinatione distincta est ordinatio Episcopi, ut patet *can. 1. dist. 32.* ubi secernitur Episcopalis excellentia à Sacerdotii honore, Theologi Episcopatum speciem distinctam esse negant, tantum ei attribu- 3 4

entes speciales actiones, Conciliatur hæc differentia, quod Canonistarum opinio procedat, si inspiciamus hierarchiam, quam Episcopatus diversam à Sacerdotio continet: Theologorum verò, divino officio inspecto, quod æquè à presbyteris atque Episcopis offertur. * Tonsuram aliqui ordinem ponunt: sed minùs rectè, cum non tam ponat functionem aliquam, quàm inducat capacitatem quoad munera Ecclesiastica, & sit quasi initium sacri ministerii.

6 Conferendi Ordines non nisi ab Episcopo, & quidem baptizato; nam alias non esset verus Episcopus, nec ullos haberet ordines, *inf. tit. de presbit. non baptiz.* nec daret consequenter, cum nemo det, quod non habet.

7 Disputatur autem, An possit Rom. Pontifex committere non Episcopo collationem Ordinum? R. Quantum ad Ordines minores rectè id dici, cum Abbatibus jam olim fuerit concessum primam tonsuram & minores Ordines conferre suis Regularibus, quod & comprobatum per Conc. Trident. *Sess. 23. c. 10.* ubi Abbatibus prohibetur conferre istos Ordines alicui, qui Regularis non sit sibi subditus. Tantùm est quæstio de majoribus. Glos. 1. in *c. 4. sup. tit. 4. de consuet.* & alii, non Episcopo posse committi eorum collationem per Pont. adserunt, eo argumento, quod talis possit confirmare ex commissione Papæ *can. Pervenit. dist.* 1. Verùs illo non obstante, non posse alteri committi ordinationem sacrorum Ordinum non Episcopo, ut patet ex Trident. *à loco c. 8.* quod vult unumquemque à proprio Episcopo ordinari, utpote spectante hoc ordinandi munere ad Episcopalem ordinem. Consulatur D. Thomas, in 4. *Sent. dist.* 7. Covarr. *lib.* 1. *Var. Resol. c.* 10. *n.* 9 & 10 & Azor. *Inst Moral. lib.* 3. *c.* 30. *q.* 4.

8 Non sufficit conferri ab Episcopo Ordines sed & à suo sunt conferendi. Quod & procedit quoad primam tonsuram, quæ similiter danda ab episcopo (exceptis Abbatibus in casu jam dicto) & mandato Episcopi sui, quod secutus alter rectè non subdito dat tonsuram, qua de re inf. *tit. 22. de Cler. peregrinis.*

9 Conferendi præterea Ordines in sua diœcesi, non aliena, sine consensu Episcopi loci. Non obstante, quòd ea res sit voluntariæ jurisdictionis, cum non conferantur Ordines nisi ab Episcopis celebrantibus, & indutis Episcopali habitu. Ut ea contineat aliquem strepitum judiciarium, ideoque non exercenda in aliena provincia *Glos. in Clem.* 1. *de priv. Trident. Sess. 6. cap. 5. de reform.* Covarr. *lib. 3. Var. Resol. 20. n. 9.* Navar. *cons.* 19. *de privil.*

Quid juris in tonsura prima? Resp. Hujus 10
collationem esse omninò voluntariæ jurisdictionis, quæ etiam exercetur in aliena provincia non petita licentia judicis loci, atque ita jure antiquo licitum fuisse alibi eam conferre quod nulla alterius potuerit dici turbata jurisdictio, cum sine Pontificalibus conferatur. Hodie tamen per Trident. *d. c. 5.* id esse prohibitū, quia prohibet Concilium exercere Pontificalia [ad quæ etiam spectat tonsuræ collatio] in aliena diœcesi, idq; ne facilè oriatur cōfusio inter jurisdictiones & diœceses Covar. *d. l.*

Quantum ad Episcoporum consecratio- 11
nem, illa quovis tempore fieri potest, die tamen Dominico, *can.* 1. *&* 5. *dist.* 75. intra tertium à confirmatione mensem, *can.* 2. *ubi Gl. dist.* 75. Cessans tenetur ad fructuum restitutionem, nisi causa excuset. Si distulerit ad sex menses, jure, quod ex electione ac confirmatione est consecutus, hoc ipso excidit. Triden. *Sess. 23. c. 2. de reform.*

Consecratio (si extra Romanā fiat Curiam) 12
celebranda est in ipsa Ecclesia, ad quam quis electus, aut saltem in provincia, si commodè fieri possit, Trid. *d. c.* 2. Metropolitani sive Archiepiscopi consecratio requirit omnium Suffraganeorum præsentiam, *c. 6. h. t.* Episcopi ordinandi ab Archiepiscopo, & duobus aut tribus comprovincialibus per Archi-Episcopum requisitis, aliorum accedente consensu, *c.* 7. *h. t.* Si in provincia desint, ex vicina advocandi, *can. Episcopus dist.* 23. *& can fin. dist.* 75.

Quantum ad tempora collationis aliorum 13
Ordinum, Romano quidem Pontifici licet quolibet die Dominico eos conferre, *c.* 1. *h. t.* Episcopis verò minores tantùm die Dominico & festo conferre permissum, sed non nisi paucis, *c.* 3. *h. t.* majores autem non nisi quatuor anni temporibus, die Sabbathi, aut continuato jejunio die Dominico, qui ideo pro eodem habetur *c. Litteras* 13. *h. t.* Ratio est ut solemnibus illis jejuniis, adjuvantibus fide-

fidelium precibus, facilius major gratia impetretur à Deo. Additum est Sabbathum sanctum, & Sabbathum ante Dominicam de Passione, *d. c. 3.* Alio die ordinatio est inhabita: * & licet facta teneat, imprimatque characterem, *cap. penult. hoc tit.* ab Ordinis tamen executione facit suspendi ordinatum, donec gratiam à Rom. Pontifice impetraverit; ordinantem vero ordinandi auctoritate privati, *cap. 2. hoc tit.* nisi consuetudo loci permittat, quæ licet non toleranda, liberat tamen à pœna, *d. cap. 2. & dictum sup. tit. 4. De consuet.* 14

Minores plures uno die conferuntur, nisi repugnet consuetudo, *cap. 2. inf. de eo qui ord. furtivè suscepit, Glos. in cap. 3. V. aut minores h. tit.* Majorum non nisi unus uno die conferendus: & ne quidem alter adjungitur die insequenti, jejunio continuato, quod habeatur pro eodem. Commodum enim est intermittere aliquantum temporis inter Ordinum istorum susceptiones, ut in inferioribus bene probati, dignius ad superiores adsumantur. Trident. *Sess. 23. cap. 11. & 12. de reformat.* 15

Quantum ad ordinandorum qualitatem, de qua loquitur altera Rubricæ pars, requiritur in primis, ordinandus sit baptizatus: neque enim alias character imprimeretur, *inf. de presbyter. non baptiz.* cum baptismus sit janua reliquorum Sacramentorum, *cap. 2. de cognat. spirit. in 6.* Requiri etiam videtur confirmationis Sacramentum susceperit. Trid. *Sess. 23. cap. 14.* ubi id requiritur in eo, qui initiandus prima tonsura, ut multò magis requiri videatur in ordinando; non tamen necessariò, cum eo omisso teneat ordinatio. Item justæ sit ætatis, de qua infra *tit. 4. de ætate & qualit. præfic.* 16

Requiritur etiam, habilis sit quoad sexum: nam ad Ordines non admittuntur nisi masculi, neutiquam mulieres, quibus est interdictum ministerium Ecclesiæ; adeo ut sacratas Deo fœminas & Monachas sacra vasa aut pallas contingere, incessum ad altare deferre, reprehensione dignum: & vituperatione plenum judicetur, *can. Sacratas dist. 25.* ut si arceantur à sacrarum rerum contractu, multò magis sint arcendæ ab ordinatione. Quò facit quod mulieribus non sit permissum docere, *can. Mulier XXXIII. q. fin. & can Mulier dist. 23.* sed potius in silentio discere jubeantur per Apostolum, 1. *ad Timoth. 2.* cum omni subjectione subesse viro, non ei dominari; cum ordinatio ad dominationem tendat, & ejus finis sit docere. Præterea in Clericis requisita, ut non alant comas, attonso & aperto capite ministrent, *can. non liceat 32. dist. 23.* cum conveniant ea mulieribus, quibus turpe tonderi, gloria verò comam nutrire, caput legere, 1. *ad Corint. 2.* 17

Ut rectius dicatur, ex Christi institutione unde Sacramenta vim suam habent, masculis tantùm competere distributionem Sacramentorum. Quò facit, quod habet textus in *c. Nova inf. De pœnit. & remiss.* Christum claves regni cælorum non commisisse Deiparæ Virgini licet digniori, & excellentiori, propter merita, sed D. Petro. Spectare enim ad claves ordinationem nemo est, qui ignorare debeat, cùm ei sit conjuncta potestas ligandi ac solvendi. Hostiens. *hic numer. 21.* 18

Nihil facit, quòd mentio fiat apud antiquos Diaconissarum, Presbyterarum, Episcoparum, *can. pen. & ult. Dist. 31. & alibi:* hoc enim non est, quia aliquo ordine fuerint insignitæ, sed quòd essent uxores eorum, qui erant Diaconi, Presbyteri, Episcopi, separatam ab iis vitam agentes, & habitæ pro sororibus, non etiam pro uxoribus. *d. c. pen. & fin.* Vid. Baron. *Tomo 1. Annal. Eccl. ad an. 34. §. 284. &* Bellarm. *de Pont. Rom. lib. 5. c. 24.* 19

Quod de Joanna Papissa vulgò dicta legitur & circumfertur, merum & anile est figmentum, ut mendaciter adsertum, ita leviter creditum, & procaciter defensum, maximè à novatoribus fidei, in despectum Sedis & Ecclesiæ Romanæ, ad infringendam continuam Pontificum in ea successionem, cujus falsitas ex eo convincitur, quod super nomine, origine, (quæ dicitur Moguntia in Anglia) tempore vitæ, studiorum, sedis, sit diversitas & repugnantia inter eos, qui hanc rem tradunt. Præterea, quod ponatur sedisse illo tempore, quo ab alio sedes occupata invenitur & traditur in historiis ejus temporis, in quib. mentio nulla istius mulierculæ. Eas scripsere varii & confutavere istud figmentum, Florimundus Ræmundus, Bellarm. *Tomo 1. Contr. de Rom. Pont.* 20

Pont. lib. 3. c. ult. Onuphrius Panvinius apud Platinam, in *vita Ioannis VIII.* Baron. *Tomo 10. Annal. ad an. 853. § quod autem & seqq.* Detur tamen (quod numquam fuit) fœminam in sede Pontificia sedisse, numquid Pontifex illa dicenda? Nemo tam imprudens & vecors erit, qui adfirmet, resistentibus legibus omnibus, potuisse fœminam revera, quorumvis suffragiis accedentibus, esse Pontificem Max. imo minoris ordinis clericatu initiari.

Lubet tamen quærere, cum sciolis & curiosis, An dispensatione Pontificia possit mulier effici habilis ad Ordines? R. Istiusmodi generis homines & curiosè movere, & leviter adfirmare idipsum, hoc nixos argumento, quòd nullus detur textus apertè declarans, fœminas esse incapaces Ordinum; atq; ita videri permissum Pontifici eas admittere: ex generali solvendi ligandique potestate. Sed frivolum hoc est argumentum, & hominis nugacis, ideo fieri quid posse, quia contrarium non sit expressum in Canonibus, quando non omnia sunt expressa scriptis, sed multa per traditiones transmissa, quibus plurimùm nititur Ecclesia, ut dictum supra. *ad tit. de consuet. in fine.* Et quam sit indecens fœminas ordinari, ex dictis Apostoli superius patet. Quò facit, quòd Leo X. inter articulos Lutheri & istum damnaverit, quæ fœminis adstruebat potestatem absolvendi & quod D. August. *lib. de hæresibus c. 27.* & Epiphanius, *hæresi 44.* hæresi adscribant fœminarum ordinationes. Ut rectè D. Thomas in *4. Sent. dist. 25. art. 1. ubi* Richardus de Media Villa, *art. 4. q. 1.* & communiter Theologi ac Canonistæ tradant, non esse capaces characteris mulieres: ut super ea re nihil valeat dispensatio Pontificia, quę nō mutat naturam Sacramentorum, nec inducit quod est inconveniens, *secundum dicta paulo superius.* 21

Requiritur præterea ordinandus sit legitimi thori, non obligatus ad ratiocinia, non corpore vitiatus, non bigamus, de quibus paulò inferius; non conjugatus, *inf. De Clericis conjug.* vitæ, & morum exemplis excellens, scientia sufficienter ornatus, ut Ecclesiæ utilis esse possit, *inf. tit. 14. de ætat. & qual. præfic.* positus extra crimen, ejusq; suspicionem, *can. Apostolus Dist. 81. can. infames VI. quæst. 1.* Tendit enim ordinatio ad officium & ministeriū divini cultus, qui dignè in Ecclesia est exercendus ab iis, quorum intercessio Deo grata ejus animum placare valeat; nam ut officium divinum, præcipuè Missæ, ex opere operato vim suam habeat, multum tamen valet ad impetrandum operantis bonitas, ut tradit Bellar. *Contr. Tomo 2. de Missa lib. 2. c. 4.* Unde vitiis maculati Deo offerre sacrificium prohibentur, *can. 1. Dist. 49.* Si tamen non sit notorium crimen, post peractam pœnitentiam non est impediendus reus ad ordines aspirare; *cap. 4. & fin. h. t.* nisi & occultam inducat irregularitatem, uti homicidium, *d. c. 4.* 22

Impœnitens pro delictis occultis tolerandus quidem est ministrans, ne occultum crimen detegatur; monendus tamen, abstineat, cùm citra grave peccatum mortale non ministret, quantum ad sacrificium, *can. fin. Dist. 33.* Exercitium minorum Ordinum non videtur esse mortale, quòd eorum materia sit levis & remota à proximo actu sacrificandi. Quod & trahunt ad exercentem officium Diaconi ac Subdiaconi, quia illud speciali modo non sit ita sanctificatum. Sic & Sacramentalia conficiens, culpæ letalis reus, non ideo letaliter dicendus delinquere, veluti nuptiis adsistens, eas benedicens ut Parochus, quòd actus talis & similes non contineant in se opus tam sanctum: ut non subsit tam gravis obligatio exercere eos in gratia. Matrimonium tamen ab infectis peccato mortali sine novo peccato non contrahitur: uti nec ulla Sacramenta suscipiuntur in mortali impunè, quia committitur contra sanctitatem Sacramento debitam. Ut etiam Episcopus, si peccati mortalis conscius consecretur, delinquat letaliter, eo quòd indignè suscipiat potestatem spiritualem ministrandi Sacramenta. 23

Observandum in ordinando ab Episcopis, ne ritus commisceant: qua de causa Græcus prohibetur ordinari à Latino, & è contra, *c. cum secundum 9. h. t.* propter rituum diversitatem. Quòd si latinus Episcopus habeat sibi subjectos & Græcos, non tamen à Græco illi ordinandi sine mandato aut licentia sui Episcopi, & quidem more Latino, non Græco, *c. Quod translationem 11. h. t.* Imò videtur eo casu 24

Epis-

Episcopus posse sibi constituere vicarium Pontificem natione conformem, *c. quoniam 14. tit. 31. de off. jud. ordin.*

Religiosus non est ordinandus ab Episcopo nisi ex consensu superioris, ne secreta commissa quorum ille magis conscius, vel ad tempus, vel omninò ordinationem differri faciant. *can. nullus dist. 50.*

Ordinatum à Pontifice absque ejus licentia ordinari ab Episcopo non posse habet textus in *c. cum in distribuendis 12. h. t.* idque propter honorem debitum Sedi, ut colligitur ex *c. 7. inf. de major. & obed.* Cum aliàs ab uno Episcopo ordinatus, ab alio rectè ordinetur. Parentum consensus non desideratur, quippe qui non debeant posse impedire liberorum meliorem statum, quorum sufficit libera voluntas. Neque etiam inviti ordinandi, quandoquidem coactio difficiles habeat exitus, qua de re inf. *tit. 40. de his quæ vi metusve causa, &c.*

Ad primam tonsuram quòd attinet, nemo ea initiandus, qui non acceperit Sacramentum confirmationis, nec edoctus elementa fidei, qui non noverit legere & scribere, nec quem probabile est magis fraude judicii sæcularis declinandi petere tonsuram, quàm Deo exhibendi cultum. Trident. *Sess. 23. c. 4. De reformat.*

Quæri potest, An prima consura, & minores ordines rectè conferantur iis, qui non habent animum ascendendi ad ulteriores? Respon. nullum hic subesse peccatum, cum nullo jure requiratur talis intentio in suscipiente: neque enim eam requirit textus in *c. fin. eod. in 6.* nec Trid. *d. c. 4.* Et facit, quòd Episcopus dispensare possit cum illegitimis, ad suscipiendos ordines minores, qui tamen non admittuntur ad majores sine dispensatione Apostolica, *c. 1. de filiis presb. in 6.* Laudandi tamen sunt illi Episcopi, qui tantùm conferunt primam tonsuram adultis, quibus est animus ad ulteriores ordines. Unde conjugatis non conferenda dicitur, *d. c. fin.* ex ratione, quòd illi sunt adscribendi Ecclesiæ, qui valent ei deservire: quod non obtinet in conjugatis nisi consensu alterius se offerat Ecclesiæ ministerio maritus.

TITULUS XII.

De Scrutinio in ordine faciendo.

SUMMARIUM.

1. *Scrutinium quid?*
2. *Archidiaconi officium, peracto scrutinio.*

NOn nisi idonei, qui valent & volunt Ecclesiæ deservire, ad Ordines admittendi: unde ante admissionem, dicitur hic præmittendum Scrutinium, quod est examen, quo in mores, scientiam, ætatem, natales ordinandi inquiritur, & quidem rigorosè *c. 7. sup. de elect. can. quando dist. 25.* Spectat hoc de jure ad Archidiaconum *c. ad hæc 7. inf. de off. Archidiac.* Potest tamen Episcopus ipsi examini præsidere, vel alii committere, *Glos. d. c. ad hæc.* * Peracto Scrutinio Archidiaconi est populum adstantem monere, si quid contra ordinandos habeat, quo impediri possent, id proponat & nemine comparente, eos Episcopo præsentare, juxta formam *cap. unici h. t.* Cui roganti, an præsentatos sciat dignos, respondet, se quatenus patitur humana fragilitas; scire dignos esse. Qua responsione non peccat Archidiaconus, etiamsi fortè præsentatorum aliquis sit indignus, modo ipsum hoc lateat, & non stet per eum, quo minus lateat, *d. cap. unico.*

TITULUS XIII.

De ordinatis ab Episcopo, qui Episcopatui renuntiavit, & ab excommunicato.

SUMMARIUM.

1. *Ordinatus taliter est suspensus ab usu Ordinum*
2. *Vt & Ordinatus scienter ab Episcopo excommunicato.*
3. *Sacramenta rectè percipiuntur ab excommunicato non vitando.*
4. *An & ab hæretico?*

AB Episcopo suo Ordines esse conferendos dictum supra, & repetetur, inf. *c. 22.*

1 Unde hìc quæritur; An rectè conferantur ab eo, qui renuntiavit Episcopatui? Et distinguitur *c.* 1 *h. t.* an renuntiaverit loco tantum, an simul & dignitati: ut illo casu rogatus conferat Ordines, etiam majores, non etiam hoc. Ratio differentiæ est, quod illo casu, etsi jurisdictioni renuntiaverit, quoad ea tamen quæ sunt ordinis, jus sibi reservaverit; hoc verò casu se omnino exuerit prærogativa Episcopatus. Poterit tamen conferre minores ordines rogatus, cum & eosdem Abbates conferant suis Regularibus, *Trid. Sess.* 23. *c.* 10. *de reformat.* Dico rogatus, quia nonnisi subditis ordines conferuntur, quos hic cum nullos habeat, ordinare nequit alienos, nisi consensu Episcopi, cui subsunt. Quod si tamen talis Episcopus majores contulerit, tenebit quidem collatio, propterea quòd renuntiatio non faciat eum non Episcopum, quia character Episcopalis deleri nequit: scienter tamen à tali ordines suscipiens, usu ordinum hoc ipso est suspensus, nisi à Rom. Pont. dispensetur. Ignorantia non crassa faciet dispensare posse Episcopum, *d. c.* 1. *in fine.*

Idem est in eo, qui ab excommunicato sci-
2 enter ordines recepit: nam & iste ordinatus quidem est, sed suspensus usu ordinum, nisi ignorantia faciat Episcopum dispensare, *c.* 2. *h. t.* Idem in Episcopo hæretico vel schismatico: neque enim facit hæresis, aut schisma, quin maneat character. Ut ordinatio teneat, licet non impunè, propter scientiam, *c.* 1. & 2. *inf. de schism.*

3 Quid si fuerit excommunicatus quidem Episcopus, sed non vitandus? R. Communiter auctores scribere, posse nos recipere Sacramenta ab excommunicato non vitando, secundum Bullam Martini V. *Ad evitanda*, per quam est sublata prohibitio communicandi cum excommunicatis toleratis. Ut & hoc in casu procedat, & pœnæ juris non obtineant eum quod jure permissum non mereatur pœnam. Posset tamen videri non esse extra peccatum, qui inducit talem ad ministrandum Sacramenta, quasi cooperetur peccato alterius. Hac de re latius infra, *ad tit. de sent excommunic.*

4 Quid de hæretico dicendum post dictam Bullam *ad evitanda*? Posse videri ab hoc licitè accipi Sacramenta, & sine noxa quòd ut excommunicatus hodie non est vitandus, nisi denuntiatus, vel notorius Clerici percussor, ita nec hæreticus; ut ordo ab illo accipiatur impunè. Et hoc vult Navar. *de hæret. cons.* 10. *n.* 2. Posset tamen in contrarium quis meritò inclinare, eò quòd hæreticus non solum sit vitandus, quia excommunicatus, sed & quia hæreticus, eoque nomine jurisdictione omni privetur, etiam quoad usum atque executionem ordinis, ut licet cum eo in Sacramentis impunè communicemus; tamquam tolerato excommunicato, non tamen tamquam hæretico, cum & eatenus sit vitandus, ex causa, ne inficiamur, ut ex duobus vitiis uno sublato alterum permaneat.

TITULUS XIV.

De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

SUMMARIUM.

1. *Cura animarum ætatem requirit 25. annorum.*
2. *Non etiam dignitates & personatus sine cura.*
3. *Ætas quæ requiratur in Abbatissis, Prioriss, Episcopis.*
4. *Quæ in simplicibus beneficiis & prabendis.*
5. *Quæ in ordinandis.*
6. *Pœna ordinati ante requisitam ætatem; & qui super ea dispensent.*
7. *Qualitas ordinandorum in quibus consistat.*
8. *Scientia in ordinandis quæ requisita.*
9. *Nemo ordinandus sine patrimonio aut titulo.*
10. *Ordo in præficiendis requisitus.*

EXamen in præficiendis potissimum habetur circa ætatem, qualitatem, & ordinem. *Ætas in iis varia est pro diversitate muneris. Animarum cura, quæ dicitur ars artium, requirit vicesimum quintum annum, saltem in hoatum, uti & Archidiaconatus, Decanatus, Abbatialis dignitas, *c.* 7. *§. inferiora sup. tit.* 6 * Ad dignitates alias, & personatus quibus nulla adest animarum cura, nemo admittendus XXII. annis minor. Conc Trid. *Sess.* 24. *c.* 2. 12. *de reformat.* Dispensatio tamen Episcopi faciet, ut XX. annis major dignitatem obtineat, *c. unico eod. in* 6. Quod non mutatum

tum per Trid. quippe de eo non disponens, 3
reliquitur dispositioni juris antiqui.* Abbatissa: Priorissa, & quæcumque alio nomine Præfecta, olim eligi poterat triginta annis major: postea anni requisiti sunt XL. & simul in monasterio annis octo laudabiliter vixerit post professionem. Si talis in loco non habeatur, & aliunde adsumere non sit commodum, sufficiet sit annorum triginta, & laudabiliter in monasterio post professionem vixerit, saltem annis quinque, si ita videatur Episcopo aut superiori. Trid. *Sess. 25. c. 6. De Regularib.* Episcopus non e- 4
ligitur nisi annorum *XXX. d. c. 7. in princ.* * In simplicibus beneficiis hodie requiritur ætas XIV. annorum, Trid. *Sess 23. c. 6. de reform. & Sess. 24. c. 12. de reform.* Olim ante eam ætatem potuisse pueris conferri præbendas, etiam cathedrales, patet ex *c. ex eo 32. de elect. in 6.* Et est rationi consonum, ut nemo in Ecclesiis reputetur idoneus, quam qui in iis servire possit, & velit, quod vix est ante dictam ætatem. Quod si præbenda, aut portio, aut Canonicatus ordinem requirat, necesse est illum habeat ad præbendam aut portionem aspirans, aut ejus ætatis sit, qua initiari ordinibus possit, saltem intra annum *c. licet de elect. in 6.* Trid. *d. c. 12.*

5 In ordinandis ætas similiter varia est, secundum cujusq; ordinis munus. Tonsura confertur infantiam egressis, & contra faciens suspenditur ipso jure per annum à tonsuræ collatione, *c. fin. de temporib. ordinat. in 6.* qua ætate & minores ordines dari posse videntur *Glossa fin. in Clem fin. h. t. & in c. Super 35. de præben.* Nec super iis quidquam mutatum per Trid. quod *Sess. 23. c. 5. & 11. de reform.* tantum requirit, ut linguam Latinam intelligant, & à Parocho, scholæque, in qua educantur, magistro bonum testimonium habeant. Ad Subdiaconatum nemo admittitur ante annum XXII. inchoatum, ad Diaconatum ante XXIII. ad Sacerdotium ante XXV. *d. Sess. 23. c. 12.* abrogato tempore, quod inductum erat per *d. Clem fin.*

6 Ordinatus ante prædictam ætatem characterem quidem recipit, caret tamen executione, donec legitimæ ætatis fuerit factus, *c. vel non 14. sup. t. 11.* nisi per Rom. Pontificem dispensatum fuerit in ætate. Super qua Episcopo dispensare non licet, nisi forte circa dignitatem, aut personatum, cui non adest cura animarum; modo electus annum vigesimum impleverit, & aliud Canonicum non obstet impedimentum, *c. unico eod. in 6.* Quoad ætatem in Episcopo requisitam solus dispensat Pontifex: uti & super ætate requisita ad beneficium, cui adnexa cura animarum, cum ea res spectet ad Canonem generalem, *d. c. 7. §. inferiora*, quem non relaxat Episcopus. Nihil facit *c. 2 h. t.* in quo pueris per Episcopum concessa Ecclesia: nam hoc ibi non probatur, sed reprehensione dignum judicatur; & tum quidem permittitur, in posterum tamen fieri prohibetur, quod, ut habet *c. 3. eod.* non debeant Ecclesiis præesse, qui se regere non noverunt.

Ad qualitatem ordinandorum quod attinet, oportet vitæ morumque exemplo præluceant, ut vita eorum sit probata senectus: ita enim decet monitores, quorum partes nemo recte suscipit, nisi qui suis actibus errata condemnat, *can. nemo dist. 81.* Unde oportet vitiis careant, de quibus infra. Non sint irregulares ex causa homicidii, aut alia: Medicum tamen non repelli ab ordinibus, propter mortem ægroti, rescriptum *c. 7. h. t.* Non sint excommunicati suspensi, aut simili nota adfecti * Sci- 8
entia ea ornati, quæ muneri sit sufficiens, turpis enim in Clerico ignorantia, maximè qui præest, *tota dist 28. c. cum te penult. & fin. h. t.* Quo majus autem est munus, hoc major desideratur scientia; unde Archidiaconi. Pœnitentiarii, Præpositi, Scholasterii, Episcopi; ubi fieri potest, sint Doctores vel Licentiati sacræ Theologiæ, vel juris Canonici, vel saltem habeant sufficiens doctrinæ testimonium, ab approbata aliqua Academia. Regulares simile testimonium habere debent à Superioribus sui Ordinis, Trid. *Sess. 22. c. 2. de reform. & Sess. 24. c. 8. & 12.* ut muneris sibi injungendi necessitati possint satisfacere. Quo modo Dominus mandavit Moysi, Exodi 18. *providere de omni plebe viros sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas.* Illiteratus magis est odio inquit Innoc. *in c. cum nostris inf. de concess. præb.* quam homicida. Requirit autem Concilium, ut meritò, id est dignè, sint promoti, ut Episcopo & Ecclesiæ possint esse utiles, cui nihil præstant asini phalerati.

Et præterea cavendum ordinanti, ne quem, 9
non habentem sufficiens patrimonium, or-

dinet sine titulo beneficii unde sufficienter ali possit : alias , inspectis veteribus Canonibus, *dist. 70. can. 1. & 2.* suspensus erat ordinatus : quos innovavit Innoc. III. *cap. cum jecundum 16. inf. de præben.* qui voluit ordinatorem teneri alere ordinatum sine titulo, donec ei fuerit provisum de sufficienti beneficio. Cujus ratio est, quod non deceat in sacro ordine constitutum mendicare , aut sordidè quæstum facere. Unde & tituli , ad quem promotus aliquis, resignatio inhibita , nec ab Episcopo admittenda, nisi ejus facta mentione , & aliunde habeat resignans, unde alatur. Triden. *Sess. 21, c. 2. de reform.* quod in dictis casibus antiquorum Canonum pœnas innovavit , præcipuè si fallaciis quis usus confinxerit sibi beneficium aut patrimonium esse , quo casu cum nulla sit Episcopi ordinantis culpa , non potest is dici teneri ad alendum, ne doloso dolus suus prosit, Navarr. *Conf. 4. n. 3. ne temporibus ordinat.* Quod si ordinator aliquem sine titulo ordinarit, cum pacto de non molestando se, aut præsentatorem, certum est ordinatum esse suspensum ab ordine suscepto , nec posse ascendere ad superiores : præsentatorem autem , cum quo initum tale pactum, ab ordinum executione ad triennium, ordinantem à collatione esse suspensum, donec à Sede Apostolica dispensetur, Navar. *d. loco conf. 17. n. 1. per c. per tuas 37. & c. pen. inf. de simonia.*

20 Requiritur & in aliquibus præficiendis ordo. Episcopus nemo eligendus nisi ad minimum Subdiaconus, *c. Amultis 9. h. t.* qui antequam consecretur, debet esse Sacerdos, ne per saltum promotus videatur. In Decanum, Præpositum. Abbatem , non nisi presbyter adsumendus, aut idoneus, ut brevi creetur, *c. 1. h. t.* Potest tamen constitui Abbas in minoribus conquiescens; imò & irregularis , ite suadente necessitate ex provisione Episcopi. *cap. tuam 10. ubi Glos. h. t.* Abbatiatus enim non tam est ordo , quam dignitas Ad Ecclesiam parœcialem non potest adsumi existens in minoribus, nisi intra breve tempus possit in presbyterum ordinari, *c 5. h. t.* ubi breve tempus Glossa interpretatur annum.

Archidiaconus debet esse Diaconus , ne sit minor quis quibus præest , *d. cap. 1.* Non suscipiens intra tempus ordinem requisitum , aut ad eum inhabilis repertus , removendus ab officio , cessante appellatione , *d. c. 7. §. infertora sup tit. 6.*

TITULUS XV.

De Sacra Unctione.

SUMMARIUM.

1. *Chrisma quid ?*
2. *Chrismate cur ungantur Sacerdotes & Episcopi.*
3. *Ejus usus in confirmatione.*
4. *Conficitur ab Episcopo.*
5. *Confirmationis Sacramentum quibus conferendum.*
6. *Conferendum jejunis.*
7. *Minister ejus est solus Episcopus.*
8. *An & non Episcopo ejus ministerium committi à R. P. possit ?*
9. *Sacramentum extremæ Unctionis, ejusque effectus.*
10. *Minister est simplex Sacerdos.*
11. *Quibus & quando conferendum.*
12. *Est iterabile.*

AGitur hoc Tit. de sacra Unctione, cujus materia est Chrisma, aut oleum benedictum. * Chrismatis nomen licet ex prima impositione Græcæ linguæ unctionem absolute significet & antiqui Patres isto verbo frequenter oleum designare inveniantur , & unctionem, unde Salvator dictus Christus, id est unctus: usu tamen accommodatum ad denotandam specialiter materiam, quæ continet oleum balsamo mixtum , consecratum aut benedictum per Episcopum. * Hoc unguntur Sacerdotes & Episcopi in capite & manibus: ad augmentum divinæ gratiæ, & exequendum rectius ea, quæ cujusque ordinatio requirit, ut & interius , quantum ad Deum, habeant conscientiæ nitorem , qui significatur per oleum, & exterius, quantum ad proximum, bonæ famæ odorem , qui significatur per balsamum , *cap. 1. in princip hoc. tit.* 2

Est & Chrismatis usus in Sacramento Confirmationis , quod est novæ legis, quo baptizati in gratia roborantur , & speciali modo 3

Spiri-

Spiritum sanctum accipiunt, interveniente unctione chrismatis, in fronte signo Crucis facto sub præscripta verborum forma.

4 Conficitur ab Episcopo, non tantum ex necessitate præcepti, sed etiam Sacramenti: ut probabilius sit, ejus confectionem non posse delegari per Pontificem simplici Sacerdoti qui non est capax eorum, quæ ad potestatem ordinis spectant, ut hic actus. Subjectum est quilibet homo baptizatus: est enim baptismus janua reliquorum Sacramentorum.

5 Quoad ætatem non videtur distinguendum, ut etiam infantibus olim ex pia consuetudine collatum fuerit hoc Sacramentum. Expedire tamen videtur, non confirmare infantes ante illucescentem rationis usum: nisi aliud causa exigat, ut longa Episcopi absentia aut mortis periculum, ut perfectè uis moriatur. Quâ ratione & carentibus sensu volunt posse dari hoc Sacramentum, sive perpetuò tales sint, sive antè habuerint rationis usum, modò ctedantur esse benè dispositi.

6 Jejunum esse debere & confirmantem & confirmatum, patet ex *can. Vt jejuni can. Vt Episcopi De consecrat. Dist. 5.* non tamen tam ex necessitate præcepti, quam Sacramenti decentia, cum istorum decretorum verba non inducant sufficienter præcepti obligationem, & si inducerent, non obligarent tamen, quod sint tantum Concilii provincialis: ut usus hac in re sit inspiciendus.

Minister confirmans est Episcopus solus, 7 Trid. *Sess. 3. c. 3. de Confirmat.* & patet *Actor. 8. & 19. & can. Manus De consecrat. Dist. 5.* ubi soli Apostoli tamquam Episcopi leguntur confirmasse fideles: ut tantum Episcopi fiat mentio *can. 1. Dist. 5. De consecrat.* & Sacerdos simplex ex vi suæ ordinationis hunc actum exercere nequeat.

8 Quæstio autem est, An saltem ex commissione R. Pont. possit hoc Sacramentum ministrare non Episcopus? Resp. Posse videri non licere, ex *d. cap. Manus*, ubi non reputatur Sacramentum nisi fiat ab Episcopo: ut videatur esse de substantia, & mutari nequeat per Pont. qui habet tantum ministerialem circa Sacramenta potestatem, non etiam Sacramento superiorem. Contra tamen tradit D. Thomas, *in 4. Sent. Dist. 7.* ex Pont. delegatione hoc Sacramentum ministrari posse per simplicem Sacerdotem, quem & alii sequuntur ex Jureconsultis, Navar. in *Summa c. 22. n. 8.* Covarr. alios referens, *lib. 1 Variar. Resol. c. 10.* Pro quibus facit textus in *can. Pervenit, Dist. 95.* ubi ait Pont. se concedere, ut per Sacerdotem fiat confirmatio, ne ex denegatione oriatur scandalum, in locis, ubi desunt Episcopi, ut non possit negari licitè fieri. Et facit Concilium Florent. quo adseritur ex causa urgente, per Apostolicæ Sedis dispensationem, Sacerdotem simplicem hoc Sacramentum administrasse. Nec obstat *d. can. 3.* Conc. Trid. quia tantum dicit ordinarium esse ministrum Episcopum, non negat autem delegari posse. Ut negandum sit, quod aliqui volunt, ex institutione divina competere tantum Episcopo, quia sic non posset dispensare Pontifex.

Est & Oleum benedictum, à Chrismate di- 9 versum, cum non habeat balsami mixtionem, sed ejus materia sit oleum olivarum, ex quo per Episcopum benedicto conficitur Sacramentum per unctionem hominis infirmi, in certis corporis partibus, præscripta verborum forma, vocaturque extremæ Unctionis, institutum ad juvandum, confortandumque ægroti animum contra difficultates occurrentes in articulo mortis, ejusque præparare animam, & quantum in se est disponere proxime ad introitum gloriæ; cum, sicut cætera Sacramenta, gratiam conferat, si non inveniat obicem in subjecto. Nullum quidem est affirmativum præceptum de eo suscipiendo etiam positis in extremo vitæ discrimine: est tamen per se utilissimum, & non sine peccato omittitur, quatenus subest contemptus aut scandalum.

Minister est Sacerdos etiam simplex. Ex 10 officio tenetur Parochus, cujus est ordinaria salutis remedia præbere suis. Aliis, sine Parochi licentia, alicui præbere Sacramentum est inhibitum, sub pœna, ut aliqui adserunt, excommunicationis latæ sententiæ, *Clement. 1. in princ. De privil.* Verum cùm ista Clement. tantum loquatur de Religiosis ungentibus sæculares, & sit pœnalis, non est extendenda ad non Religiosos. Nihil faciente argumento à simili aut majori; quia hoc non procedit in pœnalibus, cum possit subesse singularis causa

movens Pontificem ad hanc pœnam ſtatuendam, in iſtis potius, quam in his. In caſu abſentiæ Parochi, neceſſitas, quæ eſt extra legem, facit & alios poſſe impunè adminiſtrare hoc Sacramentum.

11 Subjectum eſt homo baptizatus, (baptiſmus enim eſt janua reliquorum Sacramentorum) & adultus, qui habet aut habuit rationis uſum: nam in eo, qui non habuit, non obtinebit finis hujus Sacramenti. Quando autem habuit, etiamſi nunc non habeat, poteſt in eo ſuum habere effectum. Miniſtri tamen eſt curare, eo tempore detur, quo ſui compos eſt infirmus; hoc enim reverentiæ Sacramenti & modo operandi eſt convenientius. Ut non ſit exſpectandum, dum infirmus ſenſu careat: quod conſulto factum non foret ſine culpâ, licet tum temporis præſtetur ſine nova culpa. Iſtis præcipue dari vult Trident. *Seſſ. 14. c. 3. De Sacram. unct.* qui ita periculosè laborant, ut in exitu vitæ conſtituti videantur; unde & ibidem hoc Sacramentum dicitur ex eorum, quibus maximè accommodatur ejus effe-
12 ctus. * Iterabile eſt, cum characterem non imprimat, *inf. tit. ſeq.* & corporis ægritudo poſſit iterari, ut iterato ſit opus auxilio: non tamen durante ejuſdem morbi neceſſitate, cui eſt ſufficiens medicina iſta ſemel adhibita. Quæſi, poſtquam ſe remiſerit (quod judicandum arbitrio prudentis) iteretur, poterit & iterari hoc Sacramentum, tamquam novum auxilium.

Unguntur & Reges oleo benedicto in brachio, aut humero ſive armo. Omnes item Chriſtiani oleo benedicto bis unguntur ante baptiſmum, bis poſt baptiſmum, de quorum ſignificatione videatur, *c. unic. hoc tit.* Ungitur & altare, dum conſecratur; templum, dum dedicatur; calix, dum benedicitur, *d. c. unico in fine.*

TITULUS XVI.

De Sacramentis reiterandis.

SUMMARIUM.

1. *Sacramenta non reiteranda Baptiſmus, Confirmatio, Ordo.*
2. *Ordinatio etiam ab Epiſcopo hæretico &c. facta imprimit characterem.*
3. *Ordinatus iteratò an ſit irregularis?*
4. *Defectus in ordinatione ſuppleri debet.*

A Bominabile habitum, iterare Sacramenta, ea nimirum, quæ characterem imprimunt, cujus generis ſunt Baptiſmus, Confirmatio, Ordo, quem ſufficit ſemel ſuſcepiſſe. Trid. *Seſſ. 23. c. 4.* * Quatenus tamen ordinatio facta 2
ab Epiſcopo, licet hæretico, apoſtata, excommunicato, ſimoniaco, cum nihilominus a tali imprimatur character ordinando, *ut dictum ſupra tit 13.* Qua in re hæreſis aliquotum fuit olim, volentium à ſimoniacis ordinatos non niſi iterato ordinatos eſſe admittendos; verum ea repreſſa eſt. Dixi, quatenus fact ab Epiſcopo quia alias nihil acceſſit conſecrationis, *can. Presbyteri Diſt. 63.* ut iterari ordo dici nequeat.

Quæſtionis eſt, An iterato ordinatus ſit ir- 3
regularis? R. Id velle Navarr. *Conſ. 1. hoc tit. per can. 1 Diſt. 68. can. Dictum 8. De conſecr. Diſt. 5.* verum ea loca ut prohibeant quempiam iterato ordinari, non loquuntur tamen de irregularitate. Adjicitur & pro ea parte textus in *can. Saluberrimum 1. q. 7.* ubi ordinati ab hæreticis in ordine ſuſcepto permittuntur miniſtrare, niſi iterata rinctione ſint maculati: verum hoc accipiendum de rebaptizatis, quorum factum eſt gravius; ut in iis ſit ſingulare, quod ab Eccleſiæ militia omnino removeantur, *can. Qui in qualibet. 10. 1. q. 7. & ibi Gloſ.* nec videatur extendendum. Non obſtante argumento à paritate rationis ducto, eo quod æquè ſit prohibita iterata ordinatio atque iteratus baptiſmus: neque enim ea argumentatio procedit ad conſtituendam irregularitatis pœnam, quæ requirit expreſſam conſtitutionem Pontificiam, *c. Is qui de ſent. excom. in 6.* Atque ita expreſſe in eo, qui bis confirmatus eſt, tenet Covarr. in *Clement. Si furioſus in princ. n. 8.* ſubjungens idem in his ordinato ſtatuendum eſt.

Defectus ſi quis contigerit in ordinatione, 4
ille ſtato tempore eſt ſupplendus: veluti ſi manuum impoſitio omiſſa ſit, aut oleo, non chriſmate fuerit facta inunctio; cætera legitimè facta neutiquam iteranda, *c. 1. h. t.* Alia Sacramenta ſine noxa iterantur: imò aliqua iterari cogit neceſſitas.

TITU-

TITULUS XVII.

De filiis presbyterorum ordinandis, vel non ordinandis.

SUMMARIUM.

1. *Causa hujus irregularitatis, & cur ea filiis presbyterorum imputetur.*
2. *Non etiam pari procreanti.*
3. *Circa admissionem naturalium quis dispenset.*
4. *Dispensatio simpliciter facta an intelligenda de majoribus Ordinibus.*
5. *Irregularitatem non tollit occultus defectus natalium.*
6. *An eo casu dispenset Episcopus?*
7. *An saltem quoad executionem susceptiordinis?*
8. *An credendum matri adferenti illegitimum esse.*
9. *Dispensatio non facit habilem, ut quis succedat in Ecclesia aut beneficio patris.*
10. *An nepos rectè succedat avo?*
11. *Ascendens rectè succedit in beneficium descendentis & collateralis.*
12. *Inhabilitas hæc non tangit nepotem legitimum ex filio illegitimo.*
13. *Eposititii an censendi irregulares.*
14. *Legitimatione tollitur hæc irregularitas.*
15. *Etiam quoad Ordines, & Episcopatum.*
16. *Ordinatus aut beneficiatus ante matrimonium parentum an per illud fiat habilis ad celebrandum aut retinendum beneficium?*
17. *Vita probitas, scientia non tollit irregularitatem.*

INter alia quæ ab Ordinibus removent, est natalium defectus, quem habent filii presbyterorum. * Cujus causa non tam ponitur 1
in infamia eorum, qui sic nati, cum illa non contrahatur nisi ex propria culpa, ut patet ex *l.1. De his qui notant. infamia*, quæ hic nulla in talibus liberis est, ut illis imputari nequeat, *can. Nati Dist.* 72. Palæot. *De spuriis cap.* 55. *latè* Pistorius. *Quæst. juris p.1.q.* 3. *num.* 20. *& seq.* quàm in memoria turpitudinis paternæ, quæ procul à locis sacris removenda, & quia timeri possit ne filius sit paternæ turpitudinis 2
imitator.* Non rectè objicies, debuisse potius procreanti imponi hanc irregularitatem, in quo sit culpa; nam non agitur de pœna culpæ, sed de indecentia; & præcavenda in futurum simili turpitudine. Non consideratur autem in procreante indecentia ulla, præter delictum, quod alio modo punitur, ut dicetur infra *ad t. De cohabit. Cleric. & mulierum*. Deinde pater non accipit esse per generationem turpem, sed dat filio, & actio non est in agente sed in passo; ideoque indecentia sive defectus inde natus non est in parente, sed redundat in filium: excepta culpa, quæ est quasi immanens in ipso operante. Idem Judicium in aliis, natis ex conjunctione non legitima, vel pro tali non æstimata, de qua infra *tit. Qui filii sint legit.* ponit rationis paritas: nisi monasticæ vel regulari disciplinæ se subjiciant, per quam tollitur incontinentiæ suspicio. *Nov. 5. in princ. Glos. in c. fin. h. t.* secluso tamen aditu ad Prælaturas, citra Pontificis dispensationem, *d. c. fin. & ibi Glos.* Qua in re contigit aliqua mutatio per Sixtum V. qui noluit admitti ad Religionem ex incesto aut sacrilego concubitu natos, nisi ad locum conversorum. Ratio est in majori turpitudine istius copulæ.* Circa admissionem alio- 3
rum naturalium, quorum conceptio non est tam turpis, nihil mutatum, nisi quod velit præmitti informationem super vita & moribus. Gregorius XIV. prohibitionem istam Sixti relaxavit, permittens illegitimorum admissionem arbitrio superiorum. Verum ea de re plenius infrà *ad tit. De regularib.* Extra monasticam regulam positi ad Ordines non admittuntur, ne quidem minores, nisi ex dispensatione Episc. cui hoc permissum uti & dispensare super beneficiis, quibus non adnexa cura animarum, aut dignitas, si tamen nullum aliud Canonicum obstet, *c. 1. eod. in 6.* Dispensatio Rom. Pontificis tollit irregularitatem, facitque eos habiles ad majores ordines, & capaces dignitatum ac beneficiorum, quibus adnexa cura animarum, si respondeant mores & merita, *can Apostolica 12. cum seqq. dist. 6.*

Q. An dispensatio facta super Ordinibus 4
simpliciter, sit intelligenda de majoribus? R. Hoc aliquos velle, ductos eo argumento, quod indefinita oratio æquipolleat universali: videri tamen, receptius tantum ad minores esse restringendam, quod dispensatio sit strictè interpretanda, *c. 2. eod. in 6.* atque ita restrin-

restringenda, ut quam minimum recedatur à jure communi, *Glossa in c. Litteras*, 14. *hoc tit.* Specul. *De dispensat §. fin. n.* 2. Pro qua parte videtur facere textus in *c.* 2. *eod. in* 6 ubi frustra Pon. exprimeret, *ad omnes Ordines promoveri valeat*, si indefinita universali æquivaleret. Si tamen cum constituto in minoribus hoc sciens Pont. dispensaret, ejus dispensatio, ne nihil operetur, ad majores trahetur ordines, *arg. c. Si Papa De privil. in* 6. Abbas in *d. c Litteras n.* 6. Quod si certum ordinem expresserit Pont. neutiquam trahetur ad superiorem, quod unius inclusio sit alterius exclusio: quo casu est certum inferiorem ordinem concludi, cum virtute insit. Hinc facta dispensatio ad beneficia non continet alia quàm simplicia, *d. c.* 2.

Occultus defectus natalium neutiquam fa- 5 cit cessare irregularitatem, cum non tollat is defectus caussam irregularitatis: ut dispensatione nihilominus sit opus, quæ & occulta sufficit. Navarr. in *Summa cap.* 27. *n.* 201.

Dubitatur, An isto casu dispenset Episco- 6 pus? R. Id posse videri per Trid. *Sess.* 24. *cap.* 6. *De reform.* quod permittit Episcopis dispensare super irregularitate ex delicto occulto; hoc autem in casu ea procedit ex delicto parentum occulto. Et facit, quod ratio Concilii scilicet ad evitanda pericula & scandala, quæ oriretur ex directione occultorum criminum, quæ sequeretur, si ad Sedem Apostolicam esset eundum, etiam hic obtineat. Contrarium tamen probabilius, non posse Episcopum dispensare: nihil obstante dicto Concilii, quod tantum loquitur de ea irregularitate, quæ contracta ex crimine occulto ejus, qui est irregularis, cujus hoc in casu nullum est crimen, aut culpa, uti dictum. Nec facit, quod hic subsit delictum parentum, quia illud non respexit Concilium, atque eò id trahere, esset torquere ejus verba Ita Navarr. *d. loco n* 194.

Quid si susceperit Ordinem, an Episcopus 7 dispensabit quoad executionem? R. Hoc velle Navarr. *d. num.* 201. *& Cons.* 4. *hoc tit.* propter bonam ejus fidem. Adducit textum in *can. Lugdunenses* 19. *quæst.* 1. Probabilius nec posse dispensare Episcopum quoad ascensum ad alios Ordines, ne culpa prosit, nec quoad executionem susceptorum. Ratio est, quod in *cap.* 3. *eod. in* 6. generaliter negetur Episcopo potestas dispensandi quoad majores ordines, cum irregularitas ante contracta non tollatur per Ordinem temerè susceptum, sed nihilominus maneat: nec ullibi pateat data potestas Episcopo dispensandi ea de caussa. Et licet rationi sit consentaneum, ut detur, non sufficit tamen ista congruentia sine potestate. Nihil faciente bona fide, nisi quod peccatum minuat, quod grave committeret, si conscius defectus initiari se fecerit, aut etiam initiatus postea conscius defectus celebrare præsumpserit, non habita dispensatione. Non obstat allegatus textus, quia, ut inde liquet, loquitur in diverso casu. Notandum autem hoc in casu non videri incurrisse novam irregularitatem, quod desit Canon sine quo non inducitur irregularitas, *cap. Is qui De sent. excom. in* 6. Covarr. *ad Clem. Si furiosus, p.* 1. §. 1. *num.* 3. Innoc. *ad cap. Si celebrat, ult. num.* 3. *inf. De Cler. excom. ministrante.*

Quæri hic etiam potest, An teneatur quis credere matri adferenti illegitimum esse? R. 8 Non teneri, ut exprimitur *l.* 6. *De his qui sui vel al. juris sunt, ubi* Costal. quod pro eo sit præsumptio caussata per constans inter parentes matrimonium, unde procreatus habetur. Et licet dubium ex dicto matris oriatur, non tenetur tamen propter hoc, qui est in legitima possessione, se illa privare. Ubi nihil facier, quod mater probetur adultera: nam potuit concepisse legitimè, uti & præsumitur, Alciat, *reg.* 3. *præsumpt.* 27. & concurrit possessio ex titulo veri matrimonii, Navarr. *d. n.* 201. Facit, quod dictum patris non præjudicet filio, *l.* 1. *D. De Carbon. edicto*: nisi alia sint indicia sufficientia; ut quia maritus tanto tempore abfuerit, ut non possit videri ex illo conceptus, *d. l.* 6. Quod si filius matri fidem habeat, non poterit ad Ordines ascendere, aut beneficium suscipere, sine dispensatione, quia ageret contra conscientiam, quæ & erronea obligat.

Facit itaque dispensatio habilem ad Ordi- 9 nes, beneficia: non tamen, ut ea obtineat in Ecclesia, cui pater præest, aut præfuit, aut habuit beneficium, solet dispensare Pont. *cap.* 2. *&* 3. *hoc tit.* Indignum enim est, paternæ incontinentiæ memoriam fovere in locis & rebus Deo consecratis, quibus maximè com-

competit puritas sanctitasque. Trid. *Sess. 25. cap. 15. De reformat.* Multo minus, ut patri succedat in beneficium, quod ne quidem legitimè ante sacerdotium genito est datum, qui licet non prohibeatur habere beneficium in Ecclesia, in qua pater ejus habuit, aut præest, præfuitve, *cap. 7. hoc tit.* quod nihil inconveniens includat, talem filium in eadem cum patre Ecclesia stare; neutiquam tamen admissum, ut immediatè ei succedat, *cap. 10 & 11. hoc tit.* ne quod maximè respuit Ecclesia, fiant beneficia hæreditaria: transirent enim hac via ad indignos, *can. Apostolica* VIII. *q. 1.* Dispensat tamen Pont. ex caussa, *cap. pen. hoc tit.* Mediatè succedat in idem beneficium nihil continere vitii rescripsit Alexander III. *cap. 7. & 11. hoc tit* Verum Clemens VII. dicitur istam Alexandri Constitutionem immutasse, & prohibuisse, ne filius, etiam post aliam personam intermediam, in idem beneficium possit succedere, & hoc ut omnis offensionis occasio, quæ inde nasci solet, evellatur.

10 Q. An nepos succedat avo? R. Glossam in *d. cap. 11. hoc tit.* id negare, ratione prohibitæ successionis, quæ est in nepote: contrarium tamen esse probabilius, quod Canon non faciat mentionem nisi filiorum, quorum nomine non veniunt nepotes, præcipuè in odiosis, quæ non extendenda. Eaque est sententia Joan. Andreæ & Abb. *d. c. 11.* quæ procedet, quando nepos. filio vivo, succedit avo, quod non possit videri successio: secus, si filio defuncto, quod tunc jure communi videatur succedere. Innoc. *d. c. 11.*

11 Porrò ascendens potest immediatè succedere in beneficium descendentis, aut collateralis, cum id non appareat prohibitum: loquuntur enim Canones tantum de filiis succedentibus patri. Ut non sit extendendum ad ascendentes, aut collaterales, cum odiosa non ferant extensionem, & cesset paritas rationis, quia successio filii in locum patris est ordinata, non etiam contra, *l. Nam etsi 15. D. De inoffic. testam.* Quo modo & frater poterit obtinere beneficium fratris sui, etiam immediatè, quia id vetitum non reperitur. *Glos. d. loco.*

12 Illud quæsitum est, An supradicta inhabilitas tangat nepotem legitimum ex filio illegitimo? R. Non videri, cum nec verba Canonis id exigant, loquitur enim de filiis presbyterorum, hic autem agitur de odiosis: nec ratio subest, quod scilicet putentur secuturi paternam incontinentiam, quæ non convenit nepoti, cujus pater non fuerit incontinens, ut neque eum debeat tangere dicta inhabilitas. Nec facit, quod Trid. *Sess. 25. de reform. c. 15.* utatur verbis, *longissime arceatur*: nam seipsum postea explicat, tantum agens de filiis illegitimis, eosque removens ab omni officio & ministerio Ecclesiæ, in qua pater beneficium habuit. Ita ut, cum nec jura vetera inhabilitent talem nepotem, nec novum per Trid. inductum, sit dicendus habilis. Et ita tenet Navarr. *hoc tit. Cons. 9. & 10.* & decisum tradit Papon. *lib. 21. Arrest. tit. 3. Arr. 4.* Contra vult Lopez, in *Practica sua Criminali cap. 48.*

Movetur nic alia quæstio, An illegitimi 13
sint censendi, atque ideo irregulares, expositicii? R. Sola expositione non contrahi irregularitatem; si alias de parentibus constet: sin ignorentur, rem esse admodum controversam, ut quidam graves auctores eam relinquant indecisam. Pro negativa parte facit regula juris, quæ habet, in dubiis semper esse benigniora præferenda; præsumendum quem esse bonum, qui non probatur malus, *Glos. in cap. Cum deputati inf. De judic.* Facit, quod contingat etiam legitime conceptos exponi, propter parentum inopiam, ut patet ex *cap. unico inf. De infantib. expos.* cum dicatur ibi expositos liberari à patria potestate: ut ea sit præsupponenda contracta ex nuptiis. Facit & in simili regula, quæ mavult nocentem absolvi, quam innocentem damnari; & in dubio in favorem prolis esse judicandum, *cap. Tenore inf. Qui filii sint legit.* Quam opinionem volunt plane procedere quoad sæcularia, *arg. l. 3 Cod. De infant. expos.* & quoad Ordines bona fide susceptos, quorum executio non est suspendenda, cum in dubio præsumatur pro possessore, & negans alicui adesse qualitatem requisitam, id ipsum probare debeat. Aliud dicendum quoad Ordines suscipiendos, qui non conferuntur nisi iis, qui apparent legitimi: non apparent autem tales, cum status eorum sit dubius, quæ res ponit quamdam indecentiam. Covar. *ad Clem. Si furiosus p. 1. in princ. nn. 9.* Illi autem, quorum ignorantur parentes,

rentes, si habeantur ut legitimi, relinquendi suæ conscientiæ, & possunt se reputare ut legitimos, quia melior est conditio possidentis præcipue post ordinationem. Quod si infamentur, ut illegitimi, eis incumbit purgatio: facit enim fama contra eos præsumi, quamvis non teneatur quis in dubio credere se illegitimum, ut dictum supra, *nu.* 12.

Hæc de defectu natalium: quem tolli per dispensationem Pontificiam, uti & irregularitatem ex eo procedentem, dictum est: imò & in aliquibus per Episcopalem, neutiquam verò per Imperialem, cum irregularitas non civilis, sed Ecclesiastici sit fori.

14 Facit & cessare eam legitimatio, quæ est natalium restitutio, ea præcipue, quæ fit per subsequens matrimonium, cum faciat videri natum quasi ex legitimo toro, ut dicetur infrà, *ad tit. Qui filii sint legit.* quatenus tempore conceptionis inter parentes potuit esse matrimonium, ut ibidem dicetur. Idem effectus tribuitur legitimationi per rescriptum Pont. qui ut est supra jus humanum, ita potest impedimenta ab eo posita tollere, legitimando & habilitando personam adfectam.

15 Sed quæritur, An ita legitimatus fiat habilis ad Ordines, etiam Episcopatum? Resp. Id dicendum esse, non requisita nova dispensatione; quia legitimatio, sive de jure communi per matrimonium subsequens, sive de jure speciali per rescriptum simpliciter facta, continet dispensationem totalis defectus natalium, cujus effectus erat inhabilitas ad Ordines, beneficia, dignitates: ut, defectu simpliciter sublato, sit dicendus sublatus & ejus effectus etiam quoad Episcopatum. Nihil obstat, quod requiratur, ut Episcopus sit ex legitimo toro, *c. 7. sup. tit. 6* nam talis habetur per legitimationem, *c. Tanta inf. Qui fi. ii sint legit.* ubi Glos. *V. legitimi*, dicit eos haberi legitimos quoad ordines & honores, quod per matrimonium omnia præcedentia sint purgata: quod & adserit Gloss. in *c. innotuit 20. V. conjugato sup. d. tit. 6.* Non obstat etiam *d. c. 20.* nam ex eo, licet dubia sit ejus lectio, satis patet, ibi non fuisse matrimonium initum inter parentes; ut dispensatio ibi requiratur. Nihil quoque facit, quod dispensatio simpliciter in Ordinibus non referatur ad majores, aut ad dignitates: quia illa est partialis tantum, ut restringatur; hæc autem totalis.

Quæritur etiam, An ante parentum matrimonium ordinatus, aut beneficio donatus, per illud subsequens fiat habilis ad celebrandum in susceptis, aut retinendum beneficium? R. Quantum ad beneficium attinet, illud dicendum male collatum, quippe inhabili, nec prodesse subsequentem habilitatem, cum ea non adfuerit tempore collationis, uti requiritur, *cap. Si eo tempore 9. De rescriptis in 6.* qua de re latius infra, *tit. De præben.* Quantum ad Ordinis susceptí, qui characterem impressit, executionem, posse videri non impediti, utpote jam sublato impedimento, quod obstabat, scilicet irregularitate caussata per defectum natalium, quo sublato non potest non cessare ejus effectus. Quo facit, quod dictum supra *hoc tit. nu.* 7. ex ordinatione illegitimi citra dispensationem non contrahi ab eo novam aliquam irregularitatem aut suspensionem, quod Canon desit. Ut sublato antiquo impedimento per legitimationem, non possit subesse aliud, quod impediat, quamvis ordinatio non fuerit citra peccatum, eo gravius, quo gravior defectus. Est tamen hæc opinio valde dubia. 16

Tribus itaque modis aufertur irregularitas, ex defectu natalium procedens, scilicet ingressu in Religionem, dispensatione & legitimatione. * Vitæ probitas, scientia, aliæque dotes, licet faciant tolli posse irregularitatem, ex certa tamen & indubitata scientia eam ex se non tollunt, ut patet ex *d. c. Innotuit 20. sup. tit. 6. & c. Litteras 14. h. t.* quæ loca præsupponunt istas dotes, ut accedat dispensatio. 17

TITULUS XVIII.

De servis ordinandis, vel non.

SUMMARIUM.

1. *Servi cur ordinari prohibeantur.*
2. *Servus Domino consentiente recte ordinatur.*
3. *Consensus an requiratur absolutus & simplex?*
4. *Quid si ordinatus fuerit Domino nesciente?*

1. Or-

5. *Ordinatus ignorante domino non contrahit novam irregularitatem.*
6. *Restitutus domino an careat privilegio fori & Canonis?*
7. *Libertus an rectè ordinetur.*
8. *Servorum nomine qui hic veniant.*

PRovenit & irregularitas ex defectu originis, scilicet servilis, saltem ex parte matris: sequitur enim partus ventrem, *Instit. De Ingen.* 1 *c. fin. hoc tit.* * Unde prohibentur ordinari servi *c. 5 hoc tit. & tota Dist.* 45. non tam quod vilis conditio ponat indecentiam, cujus Canones non videntur habuisse rationem, quòd illa pertineat ad bona per mala fortunæ, & nullam habeat conjunctionem cum pravis moribus, quàm ratione justitiæ, respectu domini ex una parte, ne illi fiat injuria, re sua invito subtracta, unde procedunt blasphemiæ in nomen divinum, & sacrosanctam fidem; ex alia vero parte religionis caussa, cujus ministerio non posset vacare servus ordinatus, si apud dominũ relinquatur, aut ab eo in servitutem retrahatur, *can. Quicumque can. Ex antiquis Dist.* 54. Debet enim esse immunis ab aliis, qui divinæ militiæ est aggregandus, nec à castris Dominicis, quibus nomen dedit, aliquo necessitatis vinculo abstrahendus. 2 * Unde servitus non inducit obstaculum perpetuũ absolutè, sed quamdiu durat, & non consentit dominus, cujus consensus sufficit, ut patet ex *can Apostolico* 81. *& can. Generalis Dist.* 54. sive expressus sive tacitus, veluti si sciat sacris initiari servum, & non contradicat, *can. Si servus sciente Dist.* 54. qui non potest videri non consentire in libertatem, cum qui vult consequens, velit & antecedens.

Ubi quæritur, An debeat consensus iste domini esse absolutus? R. Absolutum & simplicem nullam quidem involvere conditionem, saltem sub obligatione justitiæ, atque ita servum putè esse liberum: non repugnare tamen conditionem apponi, statui Clericali non repugnantem, veluti de operibus spiritualibus præstandis, aut etiam de non præstandis officiis justitiæ aut gratitudini repugnantibus. Probatur idipsum *c. 2. inf. De condit. appos. c. Nullus h. t. ubi* Abbas.

4 Ordinatus domino nesciente, manet quidem ordinatus, quia servitus non tam inducit incapacitatem, quam irregularitatem, quæ non impedit characteris impressionem. Ordinatus tamen in minoribus liberatur servitute, & domino suo restituendus, *can. Ex antiquis. can. Frequens Dist.* 54. Nam cum eorum ordinatio sit remota ab actu sacro, prævalet regula, quod nulli fraus sua debeat patrocinari, nisi annus fuerit elapsus, non à tempore ordinationis, sed scientiæ computandus, ut vult Hostiens. *hic*, quod dissimulatio tanti temporis consensum ponat, aut nisi per triennium hæserit in monasterio, *d. can. Si servus sciente.* Sacerdos ordinatus manet quidẽ in gradu suo in reverentiã sacerdotii, *d. can Ex antiquis & d. can. Frequens*: multatur tamen amissione peculii, si quod habet, quod domino cedit, cui restituitur, non ad serviles, sed spirituales operas ei præstandas. Diaconus ordinatus non alias domino restituendus, quàm si vicarium præstare nequeat, aut alias satisfacere, *d. can. Ex antiquis.* Idem juris hodie est in Subdiacono, propterea quòd Ordo subdiaconatus reputetur nunc inter eos, qui sacri habentur, *cap. pen. hoc tit.* quod olim aliter se habuit.

Hæc ita si bona fides Episcopi, & aliorum qui testimonium exhibuerunt, suffragetur: nam si Episcopus sciente servum alienum, domino ignorante, ordinaverit, tenebitur ei ad duplum. Si Episcopum excuset bona fides, non etiam eos, qui obtulerunt, tenebuntur hi ad prædictam satisfactionem, *d. can. Si servus absente Dist.* 54. Videatur de his *Glossa fin. in c. 1. h. t.*

Cæterum ordinatus ignorante domino 5
non videtur contrahere novam irregularitatem, aut suspensionem, cum nullus Canon id habeat, & postea, consensu domini superveniente, aut eum manu mittente, desinat esse irregularis, absque alia dispensatione, utpote ablato fundamento irregularitatis. Idem erit, si ordinatus ante domini consensum celebret, cum non appareat Canon, qui tale quid statuat.

Dubium esse potest, An restituendus domino 6
careat privilegio fori & Canonis? R. Quantum ad fori privilegium, illud non esse restituto, in minoribus tantum ordinato, cùm per Trid. *Sess.* 23, *c.* 6. non aliis competat,

quàm ferentibus habitum, & tonſuram. Non fert autem talis reſtitutus, cum jubeatur eſſe ejuſdem conditionis, cujus erat ante gradum, *can. Nulli diſt.* 54. Ut habitum & tonſuram eum deferre minus conveniat Eccleſiaſticæ dignitati. Quantum ad privilegium Canonis, nec hoc ei ſalvum, ſaltem quoad dominum, cui in nullo præjudicatum per gradum. Idem quoad alios vult Gloſſa, *fin. in d. can. Nulli*, quaſi depoſitus careat omni Clericali privilegio. Sed contra dicendum, eum non privari omni privilegio Clericali, atque ita non impune 7 percuti ab aliis, ut tradit Hoſtien. *hic c.* 2. & *Gloſ. fin. in c.* 2. *De pœnis in* 6. Libertus licet videatur irregularis, per *can. fin. Diſt.* 54. propter ſpeciem quandam ſervitutis, quam retinet, conſentiente tamen domino quin licitè ordinetur non eſt dubitandum, & liberetur quoad viles ſaltem conditiones, non quoad eas, quæ concernunt exhibitionem honoris & reverentiæ.

8 Porrò ſervorum nomine videntur venire & originarii, & ſimilit conditioni obnoxii, quoad impedimentum ordinationis, propter generalitatem text. in *can. Generalis & can. Admittuntur Diſt.* 54. ne iis, quibus obligati ſunt fiat injuria. Poſſent dici etiam impediri cauſsâ obligationis, de qua Tit. ſequenti.

TITULUS XIX.

De obligatis ad Rationcinia ordinandis, vel non.

SUMMARIUM.

1. *Ratio hujus impedimenti.*
2. *Obligatio ex adminiſtratione rerum ſæcularium procedat oportet.*
3. *Redditis rationibus quatenus quis admittendus ad Ordines.*

1 RAtio civilis, qua nemo per dolum aut fraudem rem ſuam alienare poteſt, quo duriorem faciat adverſario conditionem, *tit. D. De alienat. jud. mutuum cauſ.* etiam per Canones recepta facit obligatum ad reddendas rationes ordinari non poſſe. Fieri enim poſſet, ut hujuſmodi homines, alienis negotiis implicati, ideo ad ſacros Ordines properarent, ut hac Ratione laicorum juriſdictioni ſubtracti, non niſi coram judice Eccleſiaſtico conveniantur: non ſine detrimento eorum, quibus ſunt obligati, quibus propterea redditur perſecutio difficilior. Quæ res reprehenſioni obnoxiam faceret ipſam Eccleſiam, quæ tale genus hominum ſuſcipiendo videretur eorum fovere nequitiam. Præterea condemnatio talium, propter malè peractum offi.ium, eos notaret infamia, quæ redundaret in ipſam Eccleſiam.

2 Procedunt hæc, ſive obligatio tendat ad actiones ſui miniſterii peragendas, ſive ad ratiocinia reddenda: quatenus tamen orta eſt ex adminiſtratione rerum ſæcularium, ſive publicarum, ſive privatarum, uti patet ex *cap. unico h. t.* Ubi etiam tutores repelluntur, & curatores, cum ſit eadem in privatis ratio, quæ in publicis. Aliud eſt, ſi concernat adminiſtrationem rerum Eccleſiæ, aut pertinentium ad piam cauſſam, cum ejuſmodi adminiſtratio non ſit aliena ab officio Clericali, nec ſubſit ratio mutandi fori. Pro quo facit *can.* 1. *Diſt.* 86. & *can. Iudicatum Diſt.* 89. Abbas & Innoc. *ad d. c. unicum.*

3 Redditis rationibus, etiamſi adminiſtrans debitor remanſerit, non videtur tamen removendus ab Ordinibus, cum nullo jure ſit cautum, ob debitum privatæ perſonæ induci hoc impedimentum: niſi & ſimul ponatur paupertas, quia non haberet ſuſtentationem congruam, uti requiri dictum ſupra, *tit.* 14. aut debitum tale, cujus nomine lis, aut moleſtia metuatur: tunc enim eadem eſt ratio, quæ in ſuperioribus, ac proinde idem impedimentum.

TITULUS XX.

De corpore vitiatis ordinandis, vel non.

SUMMARIUM.

1. *Corpore vitiatus culpa ſua qualiter fiat irregularis.*
2. *An directè non concurrens ad ſui mutilationem?*
3. *An neque inventus cum uxore alterius?*
4. *Sine vitiati culpa non incurritur irregularitas.*

5. Ex-

5. *Exsectio virilium quatenus causet irregularitatem.*
6. *Qualiter defectus impediens usum Ordinis.*
7. *An & qualiter defectus oculi?*
8. *An claudus removendus ab Ordinibus?*
9. *An surdaster?* 10. *An luscitiosus?*
11. *Removendi leprosi, epileptici, &c.*
12. *An & hermaphroditi?*
13. *Quid si fœminam contingat mutari in marem?*
14. *Dispensat super hoc vitio Pontifex.*

INducit & irregularitatem vitium corporis, consistens in alicujus membri defectu, impediente usum Ordinis, vel inducente notabi-1 lem deformitatem.

Ubi notandum defectum istum causari vel culpa ejus, cui accidit, vel sine ejus culpa, uti à nativitate, morbo, injuria alterius, casu. Priori modo, si abscissio sit membri principalis, quale est, quod habet distinctum ab aliis partibus officium, uti est oculus, manus, auris & similia, sive partis ejus, inducitur irregularitas; sive notabiliter impediat usum Ordinis, aut deformitatem indueat, sive non: dummodo tanta sit, ut per se, & seclusâ omni inadvertentia, fieri non potuerit sine mortali Peccato. Quo modo partem digiti, etiam non necessarii ad usum Ordinis, sibi per indignationem abscindens removetur, *can. Qui partem dist.* 55. Neque enim in eo tam consideratur defectus, quam voluntas ausa sibi ferrum injicere, ut, licet sit abscissio occulta, veluti digiti, 2 pedis, nihilo magis excuset.* Quod si per alium contingat abscindi partem non principalem, non quidem sine culpa passi, sed qui directè non fuerit cooperatus ad sui mutilationem, si sine scandalo possit celebrare, ei est permittendum, veluti si cui in duello pars digiti sit abscissa, *c. 1. h. t.* Longe enim atrocius est, in se ferrum sumere, quam ab alio pati. Nec facit, quod *d. c. 1.* videatur loqui dispensativè: nam hoc ipsum tantum respicit in dignitatem facti, cui se immiscendo partem digiti amisit, quo per pœnitentiam purgato dicitur permittendus ab Episcopo celebrare. Qui directe quidem non concurrit, culpa tamen sua per alium patitur mutilationem membri principalis, licet occultam, neque impedientem usum Ordinis, nec adferentem deformitatem, nihilominus est irregularis, veluti qui à judice sit mutilatus ob crimen, vel ab alio, quem injuste fuerit aggressus.

Quid si à marito turpiter quis inventus cum 3 uxore, passus sit abscisionem? Hunc esse irregularem tenet Hostiens. in *Summa hic n. 6.* & Navarr. *cap. 27. n. 198.* Quæ sententia fundari potest in ratione, quod indirecta voluntas voluntarie se exponentis tali periculo æquiparetur directo affectui, per text. *in cap. 3. hoc t.* in verbis, *qui seipsos abscinderint, vel adfectaverint, ut ab aliis abscinderentur.* Eamdem proba & Covarr. *ad Clem. Si furiosus p. 1. in princ. num. 6.* & est communiter recepta atque ita tuta. De rigore tamen dubitari de ea posset, cum *d. c. 3.* loquatur de eo, qui se abscidit, vel adfectavit: ut abscinderetur, uti & *can. Si quis 7. dist.* 55. Ut videatur requiri propria voluntas vel adfectus. Nemo autem dixerit, eum, qui cum adultera invenitur, adfectare, ut à marito ejus abscindatur secundum ea, quæ dicentur inferius *ad tit. de homicidio.*

Posteriori casu, quando scilicet non sub- 4 est culpa vitiati, distinguendum est, in qualitate defectus. Aut enim defectus talis est, qui impedit usum ordinis, vel omnino, vel saltem, aut non secure, aut sine periculo scandalove fiat, propter deformitatem: vel non impedit, nec scandalum aliquod ponit. Posteriori hoc casu nulla ponitur irregularitas, Navarr. *d. loco num. 199. c. fin. h. t. d. can. qui partem dist.* 55. Ratio est quod non imponatur nisi ex culpa vel causa. Culpa autem hic non est uti præsupponitur non etiam causa, cum non sit impedimentum usus Ordinis, nec indecen- 5 tia ulla subsit. * Hinc cui exsecta sunt genitalia, casu aut per injuriam, aut postulante vi morbi, aut per naturam iis caret, non rejicitur ab Ordinibus. Cum cesset culpa & causa secundum jam dicta. Secus se res habet in eo, qui sibi abscidit vitilia licet causa sedandi motus libidinis. *can. 4 & 5. dist.* 55. Cum eo tamen, qui per simplicitatem putans mereri, se castravit, dispensari mandat Pont. citra tamen altaris ministerium, *c. 4. h. t.* Non est autem necesse in casu abscissorum virilium, citra culpam abscissi, ea in pulverem redacta aut siccata secum portare, ut vulgo putatur secundum *Gl. in*

can. Eunuch. dist. 55. & Nav. *d. c.* 27. *n.* 200.

6 Priori casu, quando scilicet impeditur usus Ordinis, inducitur omnino irregularitas, uti in eo, qui cœcus est, mutus, balbus sive blæsus, cui impedita est lingua [nam si usum ejus habeat commodum, aliud dicendum,] alteta carens manu, aut digito ad celebrandu n necessario, *cap. pen. & fin. h. t.* Quod & procedet, si manus, aut digitus sit adeo debilitatus, ut ejus non sit usus, per *d. c. fin.* ubi vis ponitur in eo, quod sit potens ad frangendam hostiam, qua potentia

7 sublata inducitur contraria dispositio.* Oculi unius amissio, etsi non ponat impedimentum quoad usum, ponit tamen deformitatem, ex qua causatur irregularitas. *can. fin. dist.* 55. Ubi quidam distinguunt inter oculum dextrum & sinistrum, quod scilicet hujus defectus irregularitatem ponat, non etiam illius. Atque hunc tradunt esse stylum Curiæ, cum tamen *d. c. fin.* indistincte loquatur: nisi quod integer usus sinistri causet faciliorem dispensationem, cum faciat actum celebrandi aut legendi Canonem minus deformem; unde & vocatur oculus Canonis, Navarr. *d. num.* 199. Ubi quidam putant Episcopo esse licentiam dispensandi in casu, quo vitium sit exiguum. Deformitatem ponit oculus erutus, carentia nasi, aut partis notabilis, vulnus deforme in facie, pedis carentia.

8 Quid dicendum de claudo? Resp. Corpore quidem esse vitiatum, non tamen taliter, ut sit removendus ab Ordinibus, modo incedat sine baculo ad Missæ officium celebrandum, uti responsum *can. Nullis* 57. *de consecr. dist.* 1.

9 Defectus auriculæ non videtur ponere impedimentum, si cesset scandalum, & possit satis tegi, Navar. *cons.* 5. *h. t.* Surdaster sive difficulter audiens non videtur esse irregularis; secundum Navar. *cons.* 6. *hoc. t.* Surdus tamen omnino non videtur idoneus: quia audire non possit ministrum respondentem, & facile sit oriri confusionem ac scandalum. Nulla est tamen juris super hac re dispositio: nec videtur omnino necessarium, ut Sacerdos audiat ministrum respondentem. Navar. *d. cons.* 6. Vid. *Glos. in can. Hoc quoque de consecr. dist.* 1.

10 Quid juris in luscitioso? Resp. Hoc certam definitionem non habere, sed, ut pleraque alia dubia corporis vitia, arbitrarium esse, & dependere à discretione illius, ad quem cognitio ejus rei spectat, *cap.* 6. *h. t.* Qui si tantam eam videat, ut ob nimiam corporis inclinationem, & oculorum admotionem; ponat difformitatem, non admittet taliter affectum ad Ordines. Quod & dicendum de macula in oculo, si inducat deformitatem, *d. c.* 2. Et in genere notabilis deformitas apparentis partis corporis facit quem ad Ordines non admitti. Nam si ea occulta fuerit non oberit, veluti si quis habeat ampliatos digitos pedis, aut deminutos, atque ita deformes.

Scandalum, & abominatio faciunt remo- 11
veri leprosum, epilepticum, id est laborantem morbo caduco, energumenum, id est à dæmone obsessum, *can. Maritum dist.* 33. Navarr. *in Summa cap.* 27. *n.* 202. abhorrentem bibere vinum, ut sit emovendi periculum, & cui sunt manus tremulæ, ut sit periculum subversionis calicis. Sunt enim vitia hujusmodi, & similia impedientia commodum usum Ordinis: ut irregularitatem inducant omnino, si præcedant ordinationem, si vero subsequantur, tantum ejus Ordinis usum impediant, qui sine periculo & scandalo exerceri non potest, *c.* 2. *inf. de clerico ægros.* ubi Sacerdos, cujus abscissa manus, licet celebrare nequeat, reliquis tamen sacerdotalibus fungitur.

Quæri potest de hermaphrodito, an & qua- 12
tenus sit irregularis. Resp. Si in sexum fœmineum inclinet, non tantum esse irregularem, sed & incapacem characteris, Navar. *d. loco n.* 203. Idem est, si utrumque sexum participet, quia absolute & simpliciter non est vir, quod ejus denominationem absolute non recipiat. Nec obstat, quod hoc casu detur illi optio, cui sexui inservire malit: hoc enim procedit quoad actiones externas & civiles, non etiam quoad Ordinum capacitatem, quæ non pendet ex electione unius, aut alterius sexus, sed ex naturali personæ conditione, qua credimus, non nisi viris licere exercere hoc Sacramentum, secundum dicta supertius *tit.* 11. Si virili sexu prævaleat, dici potest Ordinis capax, quia vir habetur, *l. quæritur D de statu hom.* Non videtur tamen periisque admittendus propter monstrositatem, & ex ea indecentiam, Navar. *d. n.* 203. Quamvis non desint, qui velint ordinari posse, quod hæc mon-

monstrositas sit latens, & talis non impediat, Tolet. *in instit c. 57. n. 15.*

13 Quid si contingat fœminam erumpente natura in virum mutari? Resp. Hoc factum esse colligi ex Plinio, *Natur. hist. l. 7. c. 4.* eamque ideo nec incapacem videri, nec irregularem, cum tota in virum sit mutata, nec aliqua obstet monstrositas. Ut ordinari posse sit dicenda, nisi obstet scandalum.

De significatione mystica vitiorum quorumdam corporis, quæ ab ordinando removent, vide *can. 1. & 2. dist. 49.*

Dispensatio ex communi opinione super hoc
14 vitio spectat ad Rom. Pont. Covarr. *ad d. Clem. Si furiosus p. 1. in prin. n. 7.* non etiam ad Episcopum. Nihil obstante *c. 4. h. t.* cum in eo Episcopus dispenset auctoritate Pont. ut ex ejus electione patet. Est tamen Episcopi arbitrio relictum examen causarum inhabilitatis, deformationis, mutilationis, scandali, causantium irregularitatem, Innoc. *c. 1. h. t. per c. 2. eod. & can. Communiter dist. 33.*

TITULUS XXI.

De Bigamis non ordinandis.

SUMMARIUM.

1. Bigamia spoliat omni privilegio Clericali.
2. Bigamia vera quomodo contrahatur.
3. An & sola culpa, citra immissionem seminis.
4. Non contrahitur per concubinatum.
5. Contrahitur etiam per uxorem, quam habuit ante baptismum, altera postea ducta.
6. Bigamia Interpretativa.
7. Non contrahitur ab eo, qui falsò putat se ducere corruptam.
8. Contrahitur ab eo, qui unam validè duxit, alteram de facto.
9. Et contra qui primam invalidè, alteram validè
10. Item qui duas duxerit de facto & nulliter.
11. An & quando invalidum est matrimonium ex parte consensus.
12. An & vidua ducta nulliter?
13. Bigamia Similitudinaria.
14. Irregularitas hæc est juris humani.
15. Bigami an careant omni privilegio Clericali.
16. Cum Bigamis dispensat Pontifex.
17. Dispensat & Episcopus super bigamia similitudinaria.
18. An & super vera occulta?
19. Bigamia non tollitur per ingressum Religionis.
20. Prælatis Religionis an sit jus dispensandi?
21. Bigamus cur habeatur contrahens cum corrupta, non ipse antea corruptus.

OMni privilegio Clericali nudat bigamia, 1
ut & Ordine insigniri, & in suscepto ministrare impediat, *c. unico eod. in 6.* non ratione peccati, quod per eam minimè incurritur *can. fin. dist. 26.* licet secus somnient quidam hæretici, cum Ecclesia nequidem trigamiam damnet, & Christus semptemviram non damnaverit, *can. Aperiatur cum seq. XXXI. q 1.* sed quod deficiat repræsentatio ministerii unionis inter Christum, per ejus incarnationem, & Ecclesiam contractæ, *c. 5. Glos. V. Sacramentum h. t.*

Bigamia denotat duplices nuptias. Tres e- 2
jus species communiter adsignantur. Prima Propria & vera, quæ contrahitur per nuptias consummatas successive cum diversis, *can. 4. & 5. dist. 26.* Dico, consummatas, quia citra copulam non est carnis divisio in plures, in qua ponitur ratio bigamiæ.

Ubi quæritur, An ad bigamiam requiratur 3
immissio seminis? R. Hoc aliquos negare, adserentes, solam sufficere copulam, ea ratione, quod Ecclesia præsumat ex copula consummatum matrimonium. Quæ ratio ut in foro externo procedat, propter perfectæ copulæ præsumptionem, probabilius tamen; in foro conscientiæ non poni bigamiam licitèque promoveri ad ordines, si res sit occulta, nam aliàs scandalum obstaret. Pro qua parte urget, quod passim dicitur, non nisi per divisionem carnis in plures contrahi bigamiam: quæ divisio non potest fieri nisi per consummationem, non etiam consummatio citra seminis immissionem. Qua ratione *in can. Lex XXVII. q. 2. & in c. 20. inf. de conversi. conjug.* requiritur copula & commistio corporum ad consummationem matrimonii: copula vero non ponitur uti nec commistio, nisi immisso semine, per quod demùm fiunt una caro vir & mulier. Vid. Sanchez. *de matrim. Tract. 7. disp. 83. n. 6.* Steph. de Avila *De censuris Eccles. p. 7. disp. 8. dubio 1. vers. Præterea.*

Dico, per nuptias; quia requiritur adfectu 4
maritali fiat ista divisio in plures. Ut per concubinatum cum diversis non contrahatur bi-

bigamia, quia deficit iste adfectus, *cap. 6. h. t.*

5 Dubitatur, An qui ante baptismum habuit unam uxorem, & alteram postea, sit censendus bigamus? Resp. Reprobata opinione D. Hieronymi, *can. 1. dist. 26.* verius esse, eum propriè dici bigamum, ex sententia D. Augustini, *can. 2. dist. 26. & can. Si quis viduam dist. 34.* quòd baptismus quidem tollat crimina, & inde procedentem irregularitatem, non etiam abroget conjugii legem, nec inde causatum defectum deleat: qui non est minor, si ante baptismum initæ nuptiæ fuerint, cum verè tales sint, ut dicetur inferius, quàm si post. Quò facit, quòd ante baptismum ducens viduam sit bigamus *d. can. si quis viduam*; & quòd ante baptismum corrupta non sit consecranda instar virginis, cum corruptio ista non virginem ponat. Covarr. *ad Clem. si furiosus p. 1. §. 2 n. 3.*

6 Secunda est Interpretativa, ita dicta, quod licet verè non fiat divisio carnis in plures, tamen interpretatione censeatur facta: ut proinde deficiat significatio unionis Christi cum Ecclesia. Unde ducens corruptam ab alio, sive in justo matrimonio, sive extra illud, *can. Maritum 2. dist. 33. can. curandum 9. dist. 34.* ut bigamus censetur irregularis. Dico, ab alio nam à se ante corruptam ducens, nulla adficitur bigamia, quod uxor carnem in plures non diviserit, ut moraliter secundum jura censeatur cum virgine contrahere, copula præcedente per matrimonium subsequens purgata, de quo infra *tit. qui filii sint legit.* Alteri desponsatam necdum ab eo cognitam, ducens, non potest dici duxisse non virginem. Aliud juris in eo, qui quam duxit virginem, postea adulterio maculatam cognovit: adficitur enim hac specie bigamiæ, quòd cum ea unitus sit, quæ carnem suam in plures divisit, ut & ipse in plures divisisse censeatur, in quo consistit ratio hujus bigamiæ. Non facta distinctione inter scientiam & ignorantiam, cum non agatur de vitio, quod causat voluntas, sed de significationis defectu, quem etiam patitur ignorans, imò & demens. Covarr. *d. loco n. 3.* Adeo ut non excuseretur maritus, qui ex præcepto Ecclesiæ uxorem adulteram adfectu maritali tractavit. Hostiens. *hic quæst. 9.* propter indecentiam, quæ inde exoritur, & hic inspicitur.

Q. An contrahat bigamiam; falsò putans se cum corrupta inire matrimonium? Minimè propterea quòd censuræ ex communi opinione non incurrantur sola intentione. Quò facit, quod non sit excommunicatus verberans laicum, quem putat esse Clericum, ut dicetur infra *tit. de sent. excommun.* 7

Item quæritur, An si quis cum una validè contraxerit, cum altera de facto, pertineat ad secundam hanc speciem bigamiæ? Resp. Pertinere, si cum utraque consummaverit, quia, uti dictum, sine copula non ponitur bigamia. Ratio est, quod propter adfectum intentionis cum opere subsecuo sit interpretatio duorum matrimoniorum. Et licet Canon Apostolorum XVI. videatur loqui de eo, qui vera matrimonia contraxit, Canon tamen XVIII. loquitur de eo, qui duxit duas sorores qui non potest contraxisse nisi cum altera veras nuptias. Idem habet *cap. 4. h. t.* quod licet de Clericis tantùm loquatur, non est tamen ratio, nec verbum in illo cap. quo indicetur hoc fieri in specialem pœnam Clericorum; cum in genere loquatur, & ratio sit generalis, ac species facti de presbytero subjungatur, quæ non solet restringere decisionem. Vid. Franc Suarez *de Censuris Disp. 49. Sect. 2.* 8

Quid si quis prius matrimonium invalidum contraxerit, deinde aliud validum? Resp. Videri aliquibus non incurri bigamiam: attamen verum esse, contrahentem ab ea non esse liberum, si quidem & primum consummaverit adfectu maritali; cum arum referat, matrimonium invalidum sequatur, aut præcedat, dummodo sit consummatum, in quo ponitur vis bigamiæ. 9

Quid si quis cum duabus de facto contraxerit nulliter? Resp. Idem dicendum esse, si sit idem adfectus, cum opere subsecuto, quia militat eadem ratio: quæ in casu superiori, in quo indecentia ponit bigamiam, quæ hoc in casu non est minor. Nihil obstat, quod *d. c. 4.* meminerit Pont. Clericorum taliter matrimonia incuntium nam non limitat responsum suum ad Clericos, ut patet in subjecta ratione, quæ consistit in adfectu intentionis cum opere subsecuto, qui non tantum ponit indecentiam in Clericis, verùm, & in laicis. Præterea quâ ratione non requiritur, ut utrumque sit validum, ad ponendam hanc speciem, 10

eadem

eadem non est necessarium, ut aliquid sit validum, cum indecentia & defectus significationis militet quoque in casu. Navar. *conf.* 1, *b. t.* Suarez *d. loco n.* 11. Neque inferri inde potest, ex multiplici concubinatu, aut copula illicita iterata ponendam esse irregularitatem cum in illa desit adfectus intentionis, quem Canon consideravit: & hoc ita, quando matrimonium est invalidum ex causa consanguinitatis, affinitatis, aut simili.

11 Q. An & in casu, quo est invalidum ex parte consensûs? Resp. Velle hoc aliquos, motos eo argumento, quòd ad ponendam hanc speciem Canones requirant adfectum intentionis, qui deest, quando aliquis simulavit consensum, ad consequendam copulam. Verùm jus non tam inspexit consensum interiorem, quàm exteriorem contractum, cum tali adfectu, unde oritur indecentia: ut posità causâ sequatur effectus. Et probatur ex eo quod Sacerdos scienter uxorem secundâ ducens, qui non potest habere verum consensum, tamen hanc irregularitatem incurrat *c.* 4. *& fin. hoc tit.*

12 Quid si cum vidua quis nulliter contraxerit? Resp. Hunc casum videri apertè decisum in *c. fin. hoc t.* ubi Subdiaconus viduam nulliter ducens fit irregularis, tanquâ maritus viduæ propter adfectum intentionis, cum opere subsecuto. Verum Navar. *Conf.* 1. *hoc tit. & in Manuali c.* 27. *n.* 195. vult hoc tantum procedere in Clerico, cujus ibi mentio, non etiam obtinere in laico, quòd nullibi de eo caveatur: & Regula juris dicter, non præstare impedimentum, quod de jure non sortitur effectum, juncto eo quod irregularitas non inducatur, nisi in casibus à jure expressis, *cap. Is qui de Sent. excom. in* 6. Rationem diversitatis inter Clericum & laicum dat, quod ille matrimonium contraxerit spirituale per votum solemni ordini annexum, non etiam hic. Verum probabilior est prior opinio, scilicet induci indistinctè irregularitatem, cum *d. c. fin.* non fundetur in ordinato ducente viduam, propter duplex matrimonium, spirituale scilicet & carnale, propter adfectum intentionis, nam ea species est alterius rationis, & spectat ad bigamiam similitudinariam, de qua mox: sed in eo; quòd taliter contrahens sit tractandus tamquam maritus viduæ, ex eo, quòd ad hanc speciem sufficiat matrimonium, de jure vel de facto cum vidua initum, propter adfectum intentionis cum subsecuto opere. Quæ ratio cùm locum habeat in laico, idem juris in eo ponendum: uti & in ducente corruptam, licet nulliter; ex rationis paritate, quòd & talis sit judicandus maritus corruptæ Covar. *ad d. Clem. Si furiosus p.* 1. §. 2. *num.* 2. Suar. *d loco sect.* 3. *n.* 3. *&* 13.

Tertia est Similitudinaria, ita dicta ratione similitudinis. Eam incurrit sacro Ordine initiatus, aut professus, uxorem ducens, licet virginem. De professo textus est expressus in *can. Quot quot XXVII. q.* 1. quem etiam trahunt ad ordinatum, ex rationis ibi contentæ paritate, quæ consistit in virginitatis pollicitatione, quam & facit ordinatus, ut dicetur infra *lib.* 3. Nec facit, quòd argumentum à simili non procedat ad inducendam irregularitatem; quia hic non proceditur à simili, sed ex illa dispositione juris, quæ dicit pro bigamis habendos, qui virginitatem pollicitam sunt prævaricati, inter quos sunt & ordinati, ut dictum. Adduci eò potest, *cap. sanè inf. de Cleric. conjug.* in quo presbyter conjugatus post pœnitentiam, & vitam laudabilem, officio restitui permittitur per Episcopum: ut præsupponatur irregularitas. Ratio est in duplici matrimonio: altero per solemne votum cum Christo; altero carnali, de facto attentato, licet cum virgine. Est enim votum solemne aliquod matrimonii genus, animæ cum Deo, quod violatur per sequentem copulam habitam adfectu maritali, qui solus inspicitur, & caussat impedimentum; *d. c.* 4. *& fin.* Ut non obstet, quòd tale matrimonium de facto non teneat. In obstrictis simplici castitatis voto, cum de iis nihil exprimatur, non habebit locum idem impedimentum, ex dicta regula, quòd non inducatur irregularitas in casibus jure non expressis: cum & ratio eadem non subsit, fundata in eo, quòd qui matrimonium spirituale contraxit, conetur etiam inire carnale.

13

Ducitur hæc irregularitas ex veteri Testamento, & quæ obtinuit apud ethnicos Covar. *d. loco n.* 1. *Levit.* 21. Est tamen juris humani tantùm, cùm in lege Evangelica eius nulla fiat mentio. Cui non obstat, quòd Apostolus 1. *ad Tim.* 3. voluerit Episcopum esse unius u-

14

xoris virum: neque enim Apostolus facit jus divinum. Peccat tamen contraveniens, cum in ordine, quem recepit, non permaneat quoad executionem, & ordinator ordinandi potestate & officio privetur, *c. 2. h. t.*

15 Quæri posset, An bigami hoc ipso careant omni privilegio Clericali? R. Hoc videri dicendum; per *can. Quisquis dist. 84.* ubi dicitur, *mox nudetur*: & clarius per *c. 1. eod. in 6.* ubi omni privilegio Clericali declarantur nudati: adeò ut tonsuram & habitum deferre Clericalem prohibeantur, sub anathemate. Quæ pœna non tantum habere locum dicenda in veris bigamis, verùm & interpretativis, citra extensionem textus, cum *d. can. Quisquis* etiam de illis agatur, & ad eum se referat, *d. c. 1.* Ut sint cæruti & privilegio fori, quod non competit nisi ferentibus habitum & tonsuram, & Canonis, ut eos percutientes sint immunes ab excommunicatione, *Gloss. in d. can. quisquis & d. c. 1. V. omni privilegio.* Et hoc tantum in Clericis in minoribus positis *Gloss. dictis locis*: nam in sacris positi, donec degradentur non privantur Clericali privilegio, neque habitu & tonsurâ.

16 Nunc inv. stigandum, An & per quem cum bigamis dispensari possit? R. Posse quidem dispensari, *can. quicunque dist. 50* cum sit jure humano inducta ea irregularitas: verùm non nisi per Rom. Pontificem, qui est supra jus ab Ecclesiâ inductum, Covar. *d. loco*, 4. Navarr. *d. loco n.* 197. non etiam per Episcopos, quorum non est immutare jus commune. Non obstat *c. 2. & 4. h. t.* quæ habent, nõ licere contra Apostolum dispensare: nam illis verbis difficultas dispensationis ostenditur, non etiam impossibilitas. Unde non dicitur ibi, *non potest* sed *non licet*; nec hoc, quod numquam liceat, sed quod non pro arbitrio & ex quavis causâ, verum gravissima, urgente, & raro, quia scilicet minùs decens sit tales pro moveri. Nihil etiam facit, quod secundùm *Gloss. d. c. 2. V. dispensare.* non possit Pont. supplere defectum significationis, cum ea non sit necessaria, & sufficiat tolli irregularitatem, ex ejusmodi defectu ortam.

17 Q. An Episcopis liceat dispensare super bigamia quoad minores Ordines? Resp. Quoad veram & interpretativam bigamiam contractam post Ordines jam susceptos, quamvis id aliqui velint etiam de novo suscipiendi, aliqui verò tantùm, ut in iis ministrent, Nav. *d. c. 27. n. 197.* Avila *de Censuris p. 7. disp. 8. dub. 4. concl. 3.* probabilius esse, id non licere Episcopis eo quod bigami omni privilegio Clericali priventur, & hæc potestas simpliciter Episcopis negetur, *c. 4. h. t. & can. non impedit dist. 50.* quodque si denegata simpliciter non fuisset, tamen Episcoporum non sit dispensare super jure communi, nisi in casibus jure expressis Abbas in *c. 2. n. 5. h. t.* At verò super similitudinaria bigamia hoc videtur concessum Episcopis, per textum in *c. 10. infr. Qui Clerici vel voventes matrim. contrah. poss. & c. Sanè inf. de Clericis conjug. & ibid. Gl.* ubi post peractam pœnitentiam, si laudabilis vita rei postulet, Episcopi dispensare possunt. Nihil in contrarium faciente, *c. 2. inf. Qui Cler. vel voventes &c.* ubi ista licentia concedi videtur tantùm in casu, quo Monasterium ingreditur reus: nam ea limitatio tantùm obtinet in casu singulari, de quo ibi, scilicet quando Clericus ordinatus non sponte convertitur, sed cogitur abjurare eam, quam duxit, ut sentit ibi Glossa & Abbas. Et constat ex *d. c. 2.* Episcopũ dispensare posse super simili bigamia cum Religioso, non etiam super propria & interpretativa de qua non agit *d. c. 2.* & alia loca simpliciter eam potestatem Episcopo denegant.

Consequenter quæritur, An possit dispensare Episcopus super vera bigamia occulta, contracta ex accessu ad uxorem adulteram occultam? R. Id videri aliquibus, sed sine fundamento, cum regula generalis negativa sit in contrarium, ut dictum, & nova Concil. Tridentini concessio parum adjuvet, quia tantum concedit Episcopis dispensare super irregularitate, veniente ex occulto delicto, quod non ponit bigamia. Vid. Turrecrem. in *can. Lector. 18. dist. 34.* 18

An per ingressum tollatur hæc irregularitas? R. Ne quidem similitudinariam tolli, cum nullibi sit textus id permittens: sine textu autem ut non inducitur irregularitas, ita nec tollitur, Covarr. *d. loco num.* 6 Imò contrarium potius insinuat textus in *d. c. 2.* dum requirit Episcopi dispensationem in casu ingressus, quo opus non foret, si ingressus sufficeret. 19

An

An Prælatis Religionis competat jus dispensandi cum suis? R. Videri id eis competere si exerceant quasi Episcopalem jurisdictionem, uti Generales, Provinciales, Abbates & hoc quoad similitudinariam, circa quam & datum Episcopis dispensare. Aliis Religionum, licet mendicantium, Præfectis idem competere nullibi expressum: ut jure communi dicendum sit, non competere, nec ordinaria eorum privilegia huiusmodi potestatem concedere. An speciali jure competat, facti est quæstio, super quo cuiusque prælati est in sua Religione inquirere.

Ultimò dubitatur, Quare cum corrupta contrahens censeatur bigamus, non etiam ipse antea corruptus, sive quare magis inquiratur virginitas in sponsa, quàm in sponso? R. Rationem adsignari, quod actus contrahendi matrimonium, non specificetur à seipso, nec cadat super seipsum, sed super alterum conjugem: ut vitium corruptionis non habeat effectum quoad corruptum, quia motus specificatur à terminis. Unde si uxor esset capax irregularitatis: fieret bigamia contrahendo cum corrupto. Potuit Ecclesia moralem rationem considerasse, quod maiorem ponat indecentiam in sponsa, quam in sponso defectus virginitatis. Vid. Avila *de Censuris p. 7. disp. 8. dubio 1. vers. praterea 1.* Suar. *disp. 49. Sect. 3 n. 2.*

TITULUS XXII.

De Clericis peregrinis non ordinandis.

SUMMARIUM.

1. *Ordinandus quisque à suo Episcopo.*
2. *Nisi de consensu sui Episcopi per literas dimissorias.*
3. *An eo casu censeatur & concessa dispensatio super impedimento?*
4. *Ordinatio ubi & qualiter fieri debeat.*
5. *Peregrinus de ordine susceptо probare debet per commendatitias.*

1 NE contingat indignos, aut prohibitos clam alibi subrepere ad Ordines, aut per saltum promoveri, quilibet à suo Episcopo est ordinandus: adeò ut ne quidem tonsura prima dari peregrino possit, *c. fin. de temporib. ordin. in 6.* Ratio generalis constituitur in vitando periculo imminente, quòd in dignos ordinari contingeret, si extra patriam in locis remotis, ubi incogniti, admitti ad Ordines possent, *c. 1. d. tit.* Prohibitio tamen ista dirigitur ibi tantum ad Episcopos Italiæ, ut possit videri non comprehensos esse Episcopos Germaniæ, quod ibidem vult Glos. ex ratione, quòd ad Episcopos Italiæ frequens esset concursus Ultramontanorum, non è converso. Ut non stante eodem in his periculo, nec debeat habere locum dicta decisio. Postea Conc. Trid. *Sess. 23. c. 16. de Reformat.* generaliter prohibuit, ne quis Episcopus peregrinum aut non suum ordinet, quod quisque Episcopus magis sciat suorum qualitates, & in eos inquirere valeat, sive sint Clerici, sive laici. Quod & obtinet in Archiepiscopo, qui non ordinat Suffraganeorum suorum subditos Hostiens. *ad tit. de officio ordin. per can. Salvo cum seq. IX. q. 3.* Subest autem quis Episcopo ratione beneficii, aut originis, vel domicilii, *c. fin. ubi Gl. inf. de Foro compet.* * Facit tamen 2
Episcopi consensus alibi quem promoveri, qui probandus est literis, ut vocant, dimissoriis, quarum forma habetur *Dist. 73.* Conceduntur hæ ab Episcopo suo confirmato, saltem cui est jurisdictio, aut, eo in remotis agente, ab ejus Vicario generali in spiritualibus, aut Sede vacante à Capitulo, *cum nullus 3. de temp. ordin. in 6.* Inferioribus Prælatis non est licentia faciendi ordinari suos, à quo velint, nisi à Sede Apostolica hoc iis specialiter indultum, *Trid. Sess. 23. c 10 de Reformat.* Conceduntur non alias, quàm examinatâ habilitate ejus, qui eas petit, & justâ causâ postulante in literis expressa, *Trid. Sess. 23. c. 3.* Non aliàs autem litteræ hæ Sede vacante à Capitulo concedendæ, quàm post annum vacantis Sedis, si non arctetur necessitate Ordinis recipiendi postulans, *Trid Sess. 7. c. 10. de Reformat.* Vid. Piasec. *Praxis Episcopalis p. 1. art. 2. n. 10.*

Quæritur, An concessa alteri ordinatione, 3
concessa & censeatur dispensatio super impedimento spectans ad committentem? R. Hoc velle Hostiensem, ex ratione, quòd concessa facultate ordinandi, videantur ea concessa quæ ad ordinationem spectant *c. 5. inf. tit. 25.*

Probabilius tamen videri non concessa, eo quòd sublato uno impedimento, non censeatur sublatum aliud, ab eo distinctum, *arg. l. Si domus D. de servit. urban. prad.* & requirens expressam facultatem, uti est dispensare super minoribus in illegitimis. Nam committens id non exprimens vel ignorat defectum, vel non vult committere, Navar. *Cons.* 12. & 3. *de temporib. ordin.*

Debet autem commissa ordinatio fieri ab
4 Episcopo in sua d. œcesi residente, aut pro eo Pontificialia exercente, prævio diligenti examine, *Trid. d. S. ff. 7. c.* 11. Confessarum dimissorialium effectus est, quòd durent, non obstante morte naturali aut civili concedentis, *c. Si super de officio deleg. in 6. & extravag. inter §. ut autem de privileg.* ubi concessa semel licentia non exspirat morte concedentis, Nav. *in can. placuit n.* 34. & 103. *dist.* 6. *de Pœnit.* Piasec. *d. loco n.* 13.

Quantum ad peregrinum in Ordine susceptum ministrare volentem, is non admittetur, nisi Ordinem suum probet per commendatitias: quæ cõmuniter distinguuntur à dimissoriis in eo, quod hæ contineant commissionem ordinandi, illæ autem probent Ordinem susceptum, ut in eo celebrare alibi liceat. Quæ ut operentur, debent esse munitæ quinq; Episcoporum sigillis, saltem in Ultramontanis & remotioris regionis Clericis incognitis, *c.* 2. *h. t.* Aliàs celebrare non sunt permittendi, nisi secretò, si non saltem per testes ordinationem Canonicam probent, *c.* 3. *h. t.* nihil faciente juramento, *c.* 2. *h. t.* Ratio est, ne vel non promoti admittantur, vel per saltem promoti, aut indigni: qua de causa Clerici alieni sine licentia Episcopi loci non sunt instituendi, *c. fin. h. t.*

TITULUS XXIII.

De Officio Archidiaconi.

SUMMARIUM.

1. *Iurisdictio alia voluntaria, alia contentiosa.*
2. *Voluntariam exercet Archidiaconus.*
3. *Archidiaconi officium.*

HActenus de ordinationibus & dignitatibus: sequitur de officijs & jurisdictione; * quæ alia voluntaria, ad quam præcipuè spe- 1
ctant, quæ hoc & sequentibus quatuor Titulis traduntur, alia contentiosa. * Illam sine 2
strepitu peragi solitam habet Aechidiaconus, qui præerat Diaconis olim, ad pauperum ministerium creari solitis, ut patet ex Actis Apostolorum. Verum postea crevit ejus auctoritas ex permissione Episcoporum, vicaria illius opera utentium: unde & Oculus Episcopi dicitur, *c.* 7. *h. t.* & non tantùm in Diaconos, Subdiaconos habet actoritatem, sed & in Presbyteros, licet ordine majores, *d. c.* 7. * Ejus officii est vicarium Episcopi se præsta- 3
re, in cura super Clero, ejus conservatione, restauratione Ecclesiarum & ordinatione, doctrinâ Ecclesiasticorum, visitatione, custodiâ vasorum, *c.* 1. 2. 3. 4. *h. t.* Ut rectè inter officia curam animarum habentia computetur Archidiaconatus, & doctrina major in eo desideretur, ut dictum suprà *tit.* 14. Non committit tamen curam animarum sine licentia Episcopi *c.* 4. *h. t.* Non excommunicat *c.* 5. *eod.* Causæ matrimoniales ejus examini non subsunt, sed Episcopo commissæ per Concil. Trid. *Sess.* 24. *c.* 2. *de Reform.* quo inconsulto non expedit ardua negotia, nec sine ejus conscientia dat dimissorias, *c.* 7. & 8. *h. tit.* In monasteria nihil juris habet, nisi quod illi dederit consuetudo, *c. fin. h. t.* Audit autem jurgia singulorũ in modicis, & curat, ut divinum officium rite decenterque fiat, *c.* 2. *h. t.* Examinat ordinandos, ut dictum suprà *tit.* 12. Abbates, Abbatissas, alioqui in possessionem mittit, *c. pen. eod.*

TITULUS XXIV.

De Officio Archipresbyteri.

SUMMARIUM.

1. *Archipresbyter subjectus Archidiacono.*
2. *Duplex est Vrbanus & Ruralis.*

ARchipresbyter Ordinis consecratione & potestate est major Archidiacono, jurisdictione minor; unde huic jure communi subjectus, *c.* 1. *h. t.* Præest presbyteris in iis, quæ sunt sacerdotalis officii, *c.* 2. & 3. *eod.* ut curam animarum ei incumbere sit certum. Insti- 1

tu-

stitutio eorum, qui à patronis præsentantur, ad eum non spectat jure communi.

Duplex est, alter habens in civitate Episcopali sacerdotalis officii directionem, & venit
2 nomine Decani Urbani *c. 3. eod.* alter, qui extra sedem Episcopalem presbyterorum aliorumque Clericorum, & plebis mores observat, defectus ad Episcopum refert, *c. fin. h. t.* & vocatur Decanus Ruralis.

TITULUS XXV.

De Officio Primicerii.

SUMMARIUM.

1. *Primicerius quis, & unde dictus.*
2. *Ejus officium.*

1 PRimicerii nomen aliqui compositum existimant, quasi primus in cera sive ceratis tabulis, aut scripturâ positus. Quod licet videatur rei respondere, rectius tamen dicerur esse simplex, & denotate primum in aliqua dignitate officio, aut ordine, utcerius tantun sit productio nominis: quod & probat Cujac. *ad tit. Cod. de Primicerio lib.* 12. & Brisson. in *lexico V. Primicerius.* Frequens est hoc verbum in textibus juris civilis. Sic Primicerius defensorum, protectorum, domesticorum, &
2 similium. * Hic denotat primum inter Clericos, & Diaconos, quibus præest in docendo, & quorum curam habet, Deo pro animabus eorum rationem redditurus. Ad eum spectat ordo & modus canendi, de quibus *cap. unico hoc tit. & can. 1. §. ad primicerium Dist. 25.*

TITULUS XXVI.

De Officio Sacristæ.

SUMMARIUM.

SAcris rebus custodiendis præpositus Sacrista, cui incumbit cura sacrorum vasorum, vestimentorum, sacri etiam thesauri (unde & Thesaurarius dicitur) ac luminarium. Subest Archidiacono *cap. 1. hoc tit.*

TITULUS XXVI.

De Officio Custodis

CUstodis officium multa habet communia cum Sacrista, unde plerisque in locis tantum est alter eorum. Huius est pulsu campanarum ad horas Canonicas convocari curare; pallia, linteamina altaris custodire; lampades, cæteraque luminaria debito tempore accendere & extinguere, *c. 1. h. tit.* Quæ aliter atque aliter se habent pro locorum consuetudine, quæ rationabilis juri scripto derogat, uti dictum suprà *tit. de Consuet.* Hujus etiam est decimas, oblationes inter fratres distribuere *c. 2. h. t.* Negligantia ejus corrigitur ab Archidiacono, *d. c. 1.*

TITULUS XXVIII.

De Officio Vicarii.

SUMMRIUM.

1. *Vicarius quis.*
2. *Sunt & Episcopo sui Vicarii.*
3. *Vicarii generalis officium & potestas.*
4. *An beneficia conferre possit.*
5. *An de causis matrimonialibus cognoscat.*
6. *An habens potestatem conferendi beneficia possit destituere.*
7. *Vicarium constituit Episcopus sine Capitulo.*
8. *Vicarius constituendus Clericus, non laicus.*
9. *Sacularis, non regularis.*
10. *Idque vel in causis spiritualibus, vel contentiosis, qui Officialis dicitur.*
11. *Vicario huic est ordinaria jurisdictio.*
12. *Vicarii potestas non est perpetua.*
13. *Episcopo mortuo creandus novus Vicarius, vel continuandus à capitulo.*
14. *Vicaria alia perpetua, qua non nisi una uni concedenda, alia temporalis.*
15. *Vicarius perpetuus constituitur auctoritate Episcopi.*
16. *Non potest alium sibi Vicarium perpetuum subrogare.*
17. *Quo modo destituatur.*
18. *vicarius ad tempus ex quibus causis constituatur.*

19. *An & consuetudo sit justa caussa*
20. *Vicarii hujus officium quando cesset.*

1 VIcarius est, qui vices alienas gerit. Est huic locus in beneficiis Ecclesiasticis, non obstante, quòd quilibet officio per se fungi debeat, *inf. tit. de Cler. non residen.* Sunt enim caussæ, quæ aliud permittunt, uti in. *c.*
2 *Exstirpanda § qui verò inf. de præben.* * Sic Episcopo sunt sui Vicarii, non tantum qui nomen proprium & administrationem certam ex canonum præscripto habent, ut Archidiaconi, Archipresbyteri, quales & Vicarii Episcopi possent appellari, sed ab Episcopo, aut ejus auctoritate constituuntur, & quibus vices suas demandat, ad sublevamen onerum, tam in iis, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, quam contentiosæ.

3 Generaliter constitutus in spiritualibus & temporalibus, dicitur Vicarius Generalis, qui, exceptis iis, quæ sunt Ordinis, nisi sit Episcopus, potest vices Episcopi gerere, modo mandatum speciale non requirant: neque enim in concessione generali ea veniunt, quæ non esset quis in specie concessurus, *c. 3. eod. in* 6. Hinc generaliter mandata caussarũ cognitione, non venire potestatem inquirendi, corrigendi, puniendi excessus, admovendi à beneficiis & administrationibus, dicitur in *c. 2. eod. in* 6. Hinc & beneficia conferendi potestas
4 non est vicario, *d. c.* 3. * Quod intellige de iis, quæ spectant ad liberam Episcopi collationem, non etiam de iis, quæ non sunt liberæ collationis. Potest autem Vicarius à patronis præsentatos instituere, cum illa res contineat nullum vel exiguum præjudicium Episcopi, *c. 1. de Instit. in* 6. Ex eadem ratione & confirmat electos, cum hoc Capitulo Sede vacante liceat, *c. Cum olim* 14. *inf. tit.* 33 *de Majorit. & Obed.* Ex mandato speciali quin possit beneficia conferre non est dubium, cum res talis sit, quæ per alium rectè expediatur.

5 Controvertitur, An caussas congnoscat matrimoniales? R. Hoc aliquos negare, quasi hujusmodi cognitio sit propria Episcopi. Contra tamen velle Abbatem in *c. fin. de Cognat. spirit. per text. ibi* quam opinionem probat. & sequitur Covarr. *de matrim p. 2. cap* 8. § 12. *num.* 2. estque horum opinio probabilior.

Quæritur etiam, An ex mandato speciali habens potestatem conferendi beneficia, possit destituere? R. Non posse, quod mandatum non extendatur ultra, quàm continet, nec insit, uti patet ex eo, quòd multis inferioribus sit potestas conferendi beneficia, quibus non est eadem auferendi. Confessiones excipere, concionari, & similia exequi quin illi liceat, non est dubium.

Vicarium constituere est Episcopi, etiam 7
sine consensu Capituli, ut tradit Hostiens. *hic in Summa sub n.* 4. quem sequitur Abbas in *cap. pen. 4. hoc tit.* addens ita habere consuetudinem, eamque servandam, *c. 6. inf. de his quæ fiunt à Prælato.* * Clericus tamen sit, non 8
conjugatus; habitu Clericali incedens, non laicus: nam si sociantur Pontificibus administratione Ecclesiæ, non debent discrepare professione, aut habitu, nec decet etiam laicos habere auctoritatem statuendi quid in Ecclesia, *can. In novacum seqq.* XVI. *q.* 7. Non implicat tamen laicum esse adsessorem Episcopi, Abbas & Felin. in *c. de His & c. Determinus inf. de Iudic.* * Sit item sæcularis, non 9
regularis, ne hic sæcularibus se immiscat, nisi ex arbitrio Prælati, Guido Papæ *decis.* 563. Exceptum volunt Religiosum mendicantem, ut ne quidem ex consensu Prælati possit adsumi, per *Clement. 5. de Elect.* Sit idoneus ætate, moribus, scientia. * Nec unum tantum Vica- 10
rium creat Episcopus, sed & plures potest, si caussa postulet, quorum unus curet spiritualia qui dicitur Vicarius in spiritualibus, alter præcipuè intendat caussis fori contentiosi, quem vulgò Officialem vocamus, qui sit saltem Doctor aut Licentiatus juris Canonici. *Trid. Sess. 24. c. 16. de Reformat.* Debet autem uterque limites suæ potestatis observare, non egredi, nam alias factum non teneret, *arg. l. Diligenter D. Mãdati.* Rebuff. *in forma Vicar. Episcopi n.* 4.

Est Vicario huic non delegata, ut vult Gof- 11
fredus, *hic in summa n.* 1. sed ordinaria jurisdictio, *Gl. in c.* 2. *eod. in* 6. Ideoque ejus tribunal unum & idem cum tribunali Episcopi. Unde ab eo ad Episcopum non appellari rescriptum, *c.* 2. *de Consuet. in* 6. quatenus tamen est generalis, nam si sit particularis, quem Foraneum vocant, qualis est, cui extra Sedem Episcopalem certa caussarum pars est delegata, tantum delegatam habet jurisdictionem.

Vicarii

12 Vicarii potest as non est perpetua, cum possit ab Episcopo revocari, pro ejus arbitrio, et am tacitè, alium constituendo: imò & in casu, quo juratum de eo non revocando, licet revocans non sit immunis à perjurio, *Glos. in c. fin. de Procur. in 6.* Extinguitur etiam morte Episcopi constituentis: ejus item excommu-
13 nicatione, ut dicetur infrà *tit. seq.* * In casum verò, quo morte extinguitur, est Capituli intra octo dies alium creare, aut eumdem continuare: alias Metropolitanus eum deputabit. Trid. *d. c.* 16 ubi Metropolitanæ Ecclesiæ providere, dicitur spectare ad seniorem Episcopum in casu defectus Capituli.

14 Possunt & Vicarii esse in aliis beneficiis, ita causâ exigente, qui aut perpetuam habeant vicariam, aut etiam temporalem. Perpetua non nisi una uni tribuenda & non habendi beneficium, cum sit instar beneficii *c. 1. & 2. h. t. c. Postulasti 27. sup. de Rescriptis.* Alias incurreret Vicarius pœnas *cap. de Multa inf. de Præben. & c. Execrabilis de Præben. in Extravag. Ioan.* XXII.

15 Constituitur auctoritate Episcopi, à quo & instituitur, in casu, quo habens Canonicatum, dignitatem, aut simile quid, cui adnexa cura animarum, uti utroque perfungi nequeat: atque ita receptum, ut huic deserviat per vicarium, *c. Extirpanda §. qui vero inf. de Præben.* cui tamquam Rectori incumbat cura animarum, & cui ideo sua portio assignanda, cum alteri deserviens de eo satisfit necesse, *c. 1. de Præben. in 6.*

16 Quæritur, An talis Vicarius possit sibi Vicarium perpetuum subrogare? R. Non posse, quia electa industria personæ, quæ non eadem in alio, & an sit examinandum ab Episcopo, cuius est instituere. Nec obstat, quòd procurator lite contestatâ possit alium substituere *c. 1. & 2. de Procurat. in 6.* nam ille est quasi dominus litis factus, nec in eo ita industria personæ inspicitur.

17 Destituitur talis, non ad lubitum eius, cujus vices gerit, aut successoris, nec portione adsignata privari potest, sed per judicem, si ita causa postulet, *cap 3. hoc tit.* Illo, cujus vices gerit, defuncto aut remoto ab officio suo, non finitur jus vicarii: instituturus enim per Episcopum, ab eoque consecutus est jus firmum, ut in eo eadem obtineant, quæ in aliis parochiarum Rectoribus.

Ad tempus constitui vicarium Variæ causæ faciunt, velut negotia, quibus implicantur, uti peregrinatio ad loca pia, *c. fin. de Voto:* ægritudo *inf. de Cler. agrot.* absentia, *c. Relatū. inf. de Cleric. non resid.* aliave justa causa, permittens per substitutum deservire 18

Quæritur, An consuetudo sit justa, permittens per substitutum deservire Ecclesiæ? R. Eam in habente curam animarum non esse justam, cùm requiratur personæ industria: in aliis beneficiatis posse videri justam, quòd officium eorum suppleri per alium: atque ita in multis obtinuisse locis, ut etiam non relicto vicario absentes ex justa causa fructus tamen perciperent, aut saltem partem, tradit Abbas *ad d. §. qui vero num. 31.* Sed per Concilium Trid. hujusmodi consuetudines sunt abrogatæ, quod requirit residentiam, *Sess. 24. cap. 12. de Reformat.* Dedit tamen aliquod absentiæ tempus, de quo libro III. 19

Vicarius hic revocatur ad lubitum eius, qui dedit. Item morte ejusdem, aut eo ab officio remoto cessat vicarii hujus officium, cum ab illo pendeat, cuius vices gerit, *c. 1. eod. in 6.* Abbas *d. §. qui verò n. 19.* 20

TITULUS XXIX

De Officio & Potestate Judicis delegati

SUMMARIUM.

1. *Iudex alius ordinarius, alius delegatus.*
2. *Delegatus differt à iudice dato.*
3. *Quis deleget.*
4. *Delegatus an subdeleget.*
5. *Delegatus summi Pont. rectè subdeleget.*
6. *Delegatus à Legato S. P. an subdeleget.*
7. *Subdelegat, cui potestas ea commissa.*
8. *Item cui delegata causarum universitas.*
9. *Quis delegandus.*
10. *Legato Pontificis an liceat minorem delegare.*
11. *Delegandus non nisi in dignitate positus, Vel ad hoc in Concilio deputatus.*
12. *Et intra diœcesin litigantium, & quando extra eam causa delegari possit.*

13. In

13. *In criminalibus cauſſa appellationis quibus deleganda.*
14. *Delegari an ei poſſit, qui non eſt de jurisdictione delegantis.*
15. *Qua cauſſa delegari poſſit.*
16. *An & cauſſa mixti imperii?*
17. *An qua ſunt meri imperii jure Canonico delegari poſſint.*
18. *Iure illo non dari merũ imperium probatur.*
19. *Delegatio fit vel uni vel pluribus.*
20. *Officium & Poteſtas differunt.*
21. *Delegati officium.*
22. *Poteſtas.*
23. *Poteſtas delegati quando ſuſpendatur.*
24. *Finitur per ſententiam.*
25. *Item morte delegantis re integrâ.*
26. *Deſinit res eſſe integra per ſolam citationem.*
27. *Niſi hac fuerit irrita.*
28. *Res non deſinit eſſe integra per ſubdelegationẽ*
29. *Deſinit verò per ſolã reſcripti præſentationẽ.*
30. *Delegatio facta à dignitate committentis, non finitur ejus morte.*
31. *An delegante excommunicato ceſſet poteſtas delegati?*
32. *Geſta poſt mortem delegãtis quatenus irrita.*
33. *Finitur & poteſtas morte ipſius delegati.*
34. *Licet delegatio ſit facta dignitati & perſonæ.*
35. *An amiſſa dignitate extinguatur delegatio.*
36. *Extinguitur & morte ejus, qui conveniendus.*
37. *Item revocatione delegantis, re integra.*
38. *Lapſu temporis præfixi.*
39. *Relatione cauſſæ ad delegantem.*
40. *Qua objici delegato poſſint.*

SEquentes hujus libri Rubricæ verſantur præcipuè circa forum contentioſum, & continent τὰ πρὸ τοῦ, id eſt præparatoria judiciorum. In quibus primò de Judice quæritur, * qui vel eſt ordinarius, de quo infrà tit. xxxi. vel delegatus, de quo hic: qualis eſt habens juriſdictionem ſibi ab alio mandatam, quam ejus nomine exercet. Ut delegare ſit, poteſtatem, quam quis habet, cauſſas cognoſcendi & judicandi in alium transferre; ſive ea una ſit, ſive plures, ſive etiam cauſſarum univerſitas. Cujuſmodi delegatum officium habet Vicarius Epiſcopi, qui dicitur Officialis: eſt enim illi delegata cauſſarum contentioſarum univerſitas.

Diſtat hic delegatus à judice pedaneo ſive * dato, cujus frequens mentio in jure civili: qui ita dictus quaſi imi ſubſellii judex, ſive quòd de plano ſtans aut ſedens notionem cauſſæ haberet, judicaretque ſecundùm formulam à Prætore ſibi præſcriptam, à qua ne quidẽ latum unguẽ recedere dabatur. Plus eſſe conceſſum delegato, de quo hic, patebit ex dicendis.

Delegatis, ad quem ordinario jure ſpectat cauſſæ definitio, *c. Cum viceſimum 41. h. t. l. 1. Cod. Qui pro ſua jurisdict.* Cujuſmodi eſt ſummus Pontifex. Quivis etiam Princeps in ſua ditione, *l. 5. Cod. de Iudic.* & quilibet Ordinarius. Eſt & delegandi licentia Legatis Rom. Pontificis, *c. 2. eod. in 6.*

Q. An delegatus ſubdeleget? Minimè, *d. l. 4* *5. & c. Cum cauſſam 62. inf. de appell. l. 1. §. 1. l. 3. de Offic. ejus cui mand. eſt jurisd.* cum propriè nihil habeat, alterius fungens officio & vicibus, *d. l. 3.* Cujac. *1. Obſer. cap. 1.* * Excipe Primò § delegatum ſummi Pont, vel Principis, quia talis tantam habet auctoritatem, atque Ordinarius, ratione poteſtatis delegantis, qui eã cenſetur attribuere, conſtituendo eum, quem delegat ſupra eos, quibus eſt ordinaria jurisdictio, *d. l. 5. & d. c. 62. c. Sanè 11. & fin. hoc tit.* niſi ea ſint mandata, quæ ſpectant ad perſonæ induſtriam, aut perſonaliter quis ſit juſſus cognoſcere, qualis tantum partium conſenſu poterit ſubdelegare, *d. c. fin. §. is autem.*

Quæritur verò, An & delegatus à Legato 6 Pontificis ſubdeleget? Reſp. Hoc quidem velle Abbatem, in *c. Cum Bertoldus 8. n. 22. inf. de Sent. & re jud.* quod in provincia ſibi commiſſa vices gerat Pontificis; ut etiam judicem det, *arg. l. Legatus, D. de Officio Proconſ.* ubi hoc Proconſulis legato datum, ut idem videatur admittendum in Legato Pontificis, qui non eſt minor legato Proconſulis, *cap. 2. de Off. Legati in 6.* Cujus opinionem relati ab eo & à Covarr. *lib. 3. V. Reſol. c. 20. n. 11.* ſequuntur. Verùm contraria ſententia probabilior videtur, quòd id privilegium attribuatur delegato ſummi Pontificis & Principis, *d. l. 5. d. c. 62. & d. cap. fin. in prin. hoc tit.* Ut eam opinionem frequentiori conſenſu probatam dicat & ſequatur Covarr. *d. loco*, alios citans, propterea quod Pont. ibi loquatur cum excluſione aliorum, qui non ſunt delegati à Pont. aut

Prin-

Principe, qualis non est delegatus à legato. Nec facit *d. c.* 18. cum in eo tantum narrative proponatur delegatus à legato subdelegasse; & malè, ut istud interpretatur Cujac. *ad d. c.* 62. Non etiam facit *c.* 2. *de offic. legati in* 6. nam ibi æquiparatur legatus Pontificis legatis Proconsulum cæterorumque Præsidum, quod hi Ordinarii reputentur in moderandis provinciis, non etiam quoad alia. Nam legatus Proconsulis utebatur quidem vicaria eius potestate, eam tamen à lege habebat ex nominatione Proconsulis. Cujac. *ad d. l. legatus lib.* 2. *ad edictum Pauli.* Non idem datum Legato Pontificis. Vid. Wamef. *ad d. cap.* 62. *nu.* 10 *& seqq.*

7 Excipe secundò quando subdelegandi potestas est commissa; quo casu non tam delegatus quàm delegans subdelegare videtur, *Glos. fin. in c. Is cui* 11. *eod in* 6. ubi hoc textus insinuat, Costal. *ad l. Cùm essent* 33. *De servit. prædiorum rustic.*

8 Tertio fallit in eo, cui ab inferiore est delegata causarum universitas, quòd talis habeat iuris dictionem ordinariam, & idem cum delegante tribunal: quo modo Officialis Episcopi rectè subdelegat. Costal, *ad l. ult. D. De officio eius cui mand. est jurisd.*

9 Delegandus est idoneus: non suspectus, *c. Cum super* 27. *in fine hoc tit.* quòd non præsumatur ex fide acturus: non excommunicatus, quia non est capax jurisdictionis, ut dicetur, *inf. De sent. excommunic.* non minor XX annis, citra consensum partium, qui faciet delegatum XVIII. annis maiorem justè datum, *d. c. Cùm vicesimum* 41. *hoc tit.* Pontifex vel Princeps consensu partium non indiget; satis enim est, quòd sciat minorem esse, quia cum ei Magistratum dederit, decrevit omnia gerere, *l. Quidam* 57. *D De re judic. ubi* Alexander,

10 Quæritur, An & Legato Pontificis liceat minorem delegare? R. Non videri, quòd in *d. c.* 41. dicatur facta delegatio minori ab alio quam Principe non tenere. Et facit, quod agatur de immutando jure communi, quod non licitè mutat nisi Princeps, non item inferior, *Clem.* 2. *in Princ. De Elect. Glos. in c. statutum* 11. *in Princ. V. Canonicis De rescript. in* 6.

Laicus in spiritualibus non delegatur nec ad ea, quæ sunt ordinis, non Episcopus *cap.*
11 *Aqua* 9. *De consecrat. Eccles.* * Qua in re Bonifacius VIII. decrevit, ut nullus nisi in dignitate positus, aut Ecclesiæ Cathedralis Canonicus delegetur à Sede, *d. c.* 1. *in Princ De rescript. in* 6. Consilium verò Trid. *Sess.* 25. *cap.* 10. *De reform.* voluit certas & insignes personas deputari in singulis Conciliis provincialibus, aut diœcesanis, quæ qualitates habeant, quibus præter Ordinarios locorum, causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes in partibus delegandæ committantur à Legato vel Nuntio, atque etiam à Sede Apostolica. In locum defuncti ex designatis Ordinarii est alium substituere, cum consilio capituli. Designatus si dignitatem mutet, non ideo alius ei substituendus, cum sufficiat eum capacem fuisse tempore designationis. Et ita congregatio Cardinalium respondisse fertur. Episcopum ista designatio non obstringet, cùm & alium rectè deleget. Ratio enim designationis est, quò Pontifex sit remotior, ut justè ignoret singulorum qualitates: qui ideo designandi certi, ne contingat non idoneis causas committi. Episcopus autem cùm adsit, singulorum Clericorum potest nosse qualitates.

Est præterea constitutum, intra diœcesim litigantium judices dentur, ad evitandos sumptus. Nisi fortè inter superiorem & subditum lis agatur, aut contra Episcopum, locive universitatem, aut actor intrare suam diœcesim aut civitatem non audeat, propter inimicitias aut potentiam adversarii: iis enim casibus extra proprium locum p test impetrare causam delegari; facta tamen in impetratione metus mentione, eoque probato, dummodo ultra unam dietam, id est unius diei iter, adversarium à fine suæ diœcesis non extrahat, *d. c.* 11. §. *cùm verò*: quo mutatur quod rescriptum in *cap Nulli* 28. *in Princ. sup. De rescript.* quo permissum erat per litteras Apostolicas aliquem trahere alio, non tamen ultra duas dietas. Facit & eiusmodi metus etiam post rescripti impetrationem peti posse à delegato ut causam alteri subdeleget extra d œcesim: vult enim hoc æquitas & judiciorum securitas, modo tempore impetrationis causa metus non subfuerit. Ant. de Butrio *ad d.* §. *cum verò nu.* 16.

A sententia Episc. vel ipsius in spiritualibus 13
Vicarii generalis, in criminalibus appellationis causam, in casibus; quibus ei locus, si

committi per Sedem contingat in partibus, committenda est non inferioribus judicibus, sed Metropolitano aut ipsius vicario, aut, si ille suspectus aliqua de caussa foret, vel ultra duas dietas legales distet, vel ab ipso appellatum fuerit, uni ex vicinioribus Episcopis, sive illorum Vicariis, *Trid. Sess. 23. cap. 2. De reform.*

24 Q. An possit caussa delegari ei, qui non est de jurisdictione delegantis? R. Ita videri; nihil obstante *l. unica Cod. qui pro sua jurisdict.* cùm tantùm loquatur de caussa aliena non committenda alteri, non etiam de persona aliena, quæ tamen non cogitur parere deleganti, *arg. l. fin. D. De jurisdict.* cum imponè non pareatur præcipienti extra suum territorium.

25 Delegati potest quælibet caussa delegabilis, subjecta jurisdictioni delegantis, non alia, *d. l. unica.*

An & ea, quæ sunt mixti imperii? R. Veteres quosdam id negare; probabilem tamen videri Alciati opinionem contrariam, *l. 2. Paradox. cap. 1. per l. 1. in fine & l. 5. D. De officio ejus, cui mend. est jurisd.* nisi certa lege aut constitutione sint personæ concessa: quod talia personam non egrediantur, *d. l. 1. in princ. ubi* Costal. Ea, quæ meri sunt imperii, delegari non posse jure civili extra dubium est, *d. l. 1.* quòd speciali privilegio aut lege sint concessa, qualia sunt indelegabilia, *d. l. 1.*

27 Quæritur autem, An jure canonico ea, quæ sunt meri imperii delegentur? R. Rem illam esse controversam, & communiter quidem affirmativam esse receptam, ut videre est ex Glos. Abbate & aliis, *ad cap. Quod sedem inf. De officio jud. ordin.* ubi varia in hanc rem citantur loca; contrariam tamen esse probabilem, propterea quod non sit inducenda differentia inter jus civile & Canonicum sine textu, qui hac in parte nullus videtur dari. Ut procedat regula, quod in dubio hæc jura sint concordanda, *arg. c. 1. De novi oper. nunt.* Contrariorum argumentorum solutiones videantur apud Alciatum, *ad d. c. Quod sedem n. 76.* & Covarr. 3. *Variar. Resol. c. 2.* Verum, re penitiùs inspecta, videtur quæstio hæc esse de lana caprina, quandoquidem non subsit materia,

28 quæ in disputationem trahatur, * cum jure Canonico nullum sit merum imperium: spectat enim illud ad jus gladii, cùm dicatur merum esse imperium, habere gladii potestatem ad advertendum in facinorosos homines *l. 3. D. De iurisd.* quæ nulla penes Ecclesiam, *can. inter XXXIII, qu. 2.* Et, si quid meri imperii foret penes illam, ad illud vel præcipue pertineret traditio facta brachio sæculari, cuius usus est in gravioribus criminibus, quàm ut Ecclesiasticis pœnis condignè puniantur, ut dicetur infrà libro V. Est tamen ea jurisdictionis tantùm, & ad potestatem gladii neutiquam pertinet, cùm non mandet aut imperet executionem, sed potius e contrà judex jubeatur tradendo brachio sæculari intercedere, ut citra mortis periculum in reum sententia feratur, *c. Novimus inf. De verb. signif.* & hoc ad evitandam irregularitatem. Nec est, quod quis objiciat, Pontifices aliquot & Prælatos Ecclesiæ exercere & mandare merum imperium: nam hoc non ut tales, sed ut Duces ac comites, Dominosve, ex caussa rerum sibi à Principibus donatarum, quibus eiusmodi jurisdictio cohæret. Quod nō videri usque adeo improbandum, modò ea gubernatio à spirituali procuratione eos non avertat, colligi potest ex iis, quæ dicta sunt suprà *De constitutionib. nu. 16.* Vide Duaren. *lib. 1. De minist. Eccles. c. 4.*

Delegatio fit vel uni tantùm, qui solus cognoscat, *c. 3. h. t.* vel pluribus, qui vel omnes 29
simul caussam cognoscant, & judicent, vel, si omnes interesse non possint, aliis procedere liceat, vel etiam ut omnes cognoscant, aut aliqui ex illis, etiam unus tantum. Primo casu, uno absente, alii procedere nequeunt, quòd omnibus sit caussa commissa, *c. caussam 16. c. Prudentiam 21. in princ. h. t.* Ut nihil faciat, quòd, si omnes præsentes fuissent, & unus dissensisset, reliquis unam sententiam amplectentibus, dictum eorum substitisset. Ratio est, quod is, qui abfuit, si præsens fuisset, potuisset rationibus suis omnes vel aliquos in diversam traxisse sententiam. Secundo casu absentia alicuius, propter impedimentum juris, sive facti, non impediet, quo minus reliqui procedant, ubi tamen constiterit tertium adesse non posse, *d. c. 21. § adiicimus.* Si non impeditus quis simpliciter adesse noluerit, videntur & alii posse procedere: redarguendus tamen contumax, qui mandatum

Apostо-

Apostolicum exequi subterfugit, uti expressum in *d. §. adjicimus*; secundum quem videtur accipiendus textus in *c. Sciscitatus 13. sup. De rescriptis.* Tertio casu quilibet nominatorum rectè cognoscet, idque ex natura disiunctivæ, quæ alterius implemento est contenta.

Quantum ad officium & potestatem delegati, differunt hæc duo, quia potestas latius se extendit, quàm officium, cum quidquid est officii eius, sit & potestatis, non è contra nam multa facere potest, quæ facere non tenetur, & multa permittuntur eius potestati, quæ tamen non subjiciuntur juris necessitati, *l. Non quidquid 40. D. De judic.* * In primis diligenter servabit expressam rescripto delegationis formam, *c Cùm dilecta. 22. sup. De rescript.* finesque mandati non egredietur, quia aliàs actus foret nullus. Quomodo non prorogabit commissionem de persona in personam veluti inter Titium & Sejum cognoscere jussus jurisdictionem suam non extendet ad alios, *c. P. & G. 40. ubi Gl. h. t.* De tempore ad tempus ex partium consensu prorogatio procedit, ut dicetur infrà *sub finem hoc tit.* Quod & admittitur de re ad rem, *Gl. fin. in d. c. 40. per l. De quare 74. §. 1. D. De judic. & c. Cum olim 32. h. t.* Si specialiter rescripto nihil sit mandatum, sequetur jus commune, cui in dubio non censetur Pontifex derogare voluisse, *c. Ex parte 13. h. t.*

Potestas delegati ex delegantis auctoritate est metienda. A summo Pontifice delegatus major est delegato ab inferioribus; vices enim illius gerit, adeò ut Ordinario suo sit major, *c. Statutum 11. De rescriptis in 6.* qui jussus sententiam delegati exequi cogitur, etiam quam videt injustam. *c. Pastoralis 28. §. quia verò h. t.* Citat partes, comparere cogit contumacem, eaque omnia facit, sine quibus mandatam jurisdictionem exequi nequit, quod censeantur delegata, *c. 4. & 5. h. t.* ut quemcumque impedientem punire & coërcere possit, etiam se superiorem, adhibito tamen temperamento dignitatis personarum, *c. 2. eod. in 6.* Absolvit ab excommunicatione, nisi sit reservata Pontifici, aut profecta ab Ordinario, ne ejus infringatur auctoritas: nisi tamen Ordinarius malitiosè recuset absolvere, *d. c. 1. §. sexta.* Ad exequendam sententiam suam usque ad annum jurisdictionem sibi commissam retinet, à die latæ sententiæ, *cap. Quærenti 26. hoc tit.* imo & appellatione interposita, si eâ contingat deseri a die desertionis, Innoc, *d. c. 26. ad V. annum.* Wames. *Cons. de jure Pont. 41. per d. c. 28. §. præterea.* Quæ se non habent eodem modo in delegatis ab inferioribus. Habentes commissam causam universitatis agunt secundùm potestatem sibi concessam, & sententias suas exsequuntur. Abbas, *in c. Si quis clericum inf. De foro compet.*

Hæc ita, quatenus delegati potestas est integra, quam contingit suspendi, vel in totum finiri. Suspenditur, quando de delegatione facta dubitatur; donec enim de ea certò pateat sine effectu est, *c. Cum in jure 31. h. t.* aut quando ut suspectus recusatur: qui nihil attentabit, donec de caussa suspecti cognitio sit habita coram arbitris, quos cogere potest delegatus rem determinare, *c. Suspicionis 39. h. t.* Appellatio à sententia delegati interposita facit interim executionem suspendi, *d. c. 28. §. præterea.*

Finitur in totum; primò, per sententiam, quæ facit delegatum in ea caussa desinere esse judicem *l. Iudex 55. D. De iud.* Functus enim est suo officio, *c. in litteris. 9.* saltem quoad cognitionem; nam quoad executionem durat usque ad annum, ut paulò antè dictum.

Secundo, Morte delegantis, re integra, *c. Licet 30. h. tit.* Integra res est, quando necdum inchoata est jurisdictio: ut non sit nisi nudum præceptũ, exspirans morte mandantis, *l. inter 26. D. mandati.* Si res integra non fuerit, aliud dicendum. *c. Gratum 20. h. tit.* quia licet cesset potestas delegantis, eo tamen superstite inchoata jurisdictio vires suas cepit in delegato, atque ita non extinguitur morte delegantis. Qua in parte distat delegatus à vicario, cujus potestas exspirat morte constituentis, etiam re non integrâ. Cujus ratio est quod vicarius omnino dependeat à constituente, ut non habeat aliam, quâ ipse, jurisdictionem, & repræsentet ejus personam; mortui autem persona cum nulla sit; representari nequit: delegato verò acquiratur firmiter jurisdictio, per hoc, quod delegatione uti cœperit, Covarr. *Pract. Quæst. cap. 4. n. 4.* Rebuff. *in Praxi benef. de forma vicar. Archiepisc. n. 182.* * Res integrâ non est cœpto negotio. Cœptum inter-

intetpretamur non tantum per litis contestationem, verum & per solam citationem, *d. c. 20. & c. fin. tit seq.* Ubi non videtur necesse, citatio innotuerit citato, *d. c. 20. ubi, proposito citationis libello.* Ratio est, quod solius judicis actus sit pensandus ad judicandum, quando res non sit integra. Est autem actus ejus in ipso mandato citationis, quæ & una sufficiet, quod & in una exerceatur actus judicis.

Quid si citatio sit irrita? Res manet integra,
27 quia quod nullum est, nullum operatur effectum, estque pro non facto. Quo modo in *c. pen. inf. De foro compet.* dicitur legitimè citatus frustrà declinare forum ejus, à quo citatur, licet post citationem mutaverit forum; ut aliud sit, si non legitimè. Joan. Andr. *& glossa ad c. cum plures De officio legati in 6.*

An res integra esse desinet per factam subdelegationem? Nequaquam, *c. pen. eod. in 6.*
28 ubi, delegante mortuo, subdelegatio non tenet. Nam licet sit actus jurisdictionis, non est tamen exercitium ejus delegatæ circa negotium commissum.

An per solam rescripti præsentationem censebitur res non integra? Minimè; nam acceptare rescriptum non est incipere jurisdictione uti, sed tantùm præparare se ad utendum
29 *l. 7. D. De inoff. testam.* nec inducit ullum exercitium jurisdictionis, uti desideratur. Singulare est, inquisitionem hæreticæ pravitatis, non finiri morte delegantis, idque in favorem fidei, ut publico bono melius consulatur, *c. Ne aliqui 10. De hæret. in 6.*

30 Hæc ita procedunt, si delegatio sit facta à persona, secus si à dignitate committentis, quæ ut non moritur, ita nec jurisdictio inde profecta, *c. Sigratioſè 5. De rescript. in 6.* veluti si Pont. Romanus committat nomine Sedis.

Quæri potest, An delegante excommuni-
31 cato, utatur sua potestate delegatus? R. Idem hic dicendum esse, quod de morte dictum, scilicet quod re integra superveniens excommunicatio faciat cessare jurisdictionem, utpote necdum firmatam. Firmatur autem recepta; ut non impediatur per inhabilitatem supervenientem deleganti. Quamvis ea res aliter se habeat in vicario, cujus acta irrita sunt, donec excommunicatus manet ille, cujus vices gerit, *c. De off. vicarii in 6.* ex dicta paulo ante ratione.

Ex dictis apparet gesta post mortem dele- 33
gantis re integra irrita esse, utpote facta ab non habente potestatem, *c. licet 30. h. t.* Si tamen mors ignoretur, excusare videtur justa ignorantia, processus tenere. *glossa in d. c. Gratum 20. h. tit. per l. Eius qui 41 D. De rebus cred. & l. Fundi 33. De acquir. possess.*

Tertiò, Finitur morte delegati; quia dele- 33
gatio est facta personæ, quæ ideo cum ea extinguitur: nisi facta sit sub nomine dignitatis, quæ non moritur, *c. Quoniam 14. h. t. ubi Gl. 2.*

Quid si fiat dignitati simul & personæ? R. 34
Verius esse, finire morte, sive in commissione persona præcedat, sive dignitas, quia nomen dignitatis, quod est generale, videtur restrictum per nomen personæ, quod est speciale; solet enim genus per species restringi. Deinde verba debent aliquid operari: si autem successor veniret, nihil operarentur, Henr. Bohic. *in d. c. Quoniam n. 12.* Denique duo ista exprimens, duo requirit, quæ cum non inveniantur in successore, faciet mors contingens deficere commissionem. *Gl. in d. c. 14.* Et hoc, nisi alias commissio foret inutilis, tunc enim spectatur id nomen, sive proprium, sive dignitatis, quo dispositio sit valida, ex ratione, quod in dubio sit interpretatio sumenda, ut actus valeat, *l. Quoties D. De reb. dub.* Abbas in *d. c. 14. nu. 8.*

Alia est quæstio, An sicut morte, ita & a- 35
missa dignitate dicenda sit extincta delegatio? R. Personæ factum non extingui dignitatis amissione, quæ non facit minus integram personam, non habito respectu, cœperit uti, nec ne: secus esse, si facta fuerit dignitati, transit enim ad successorem dignitas, cum commissione ei cohærente. Quod adeò verum est, ut, quamvis non sit integra res, id est cœperit uti commissione dilegatus, nihilominus cesset, & ad successorem in dignitate transeat, quia cum præcisè illi sit facta, pendet ab ea in conversatione. Henr. Bohic. *d. loco n. 10.*

IV. Extinguitur morte ejus, qui convenien- 36
dus, *c. Significavit 36. sup. De rescript. Gl. ad c. Ex litteris 9. h. t.* quia cum sit commissio personalis, non transit personam ejus, contra quem impetrata.

V. Re-

37 V. Revocatione per delegantem, & hoc re integra, neque enim revocari potest re non integra, *c. super 26. §. verum h. t.* quòd in delegatum videatur jurisdictio efficaciter transisse *c. 6. eod. in 6.* Revocati potest & pars, etiam tacitè, alteri scilicet eam committendo, *c. 2. inf. tit. seq.* procedat ista revocatio etiam in casu, quo juratur de non revocando, secundum ea, quæ tractat Glossa in *c. fin. De procurat. in 6.*

38 VI. Lapsu temporis præfixi, *c. 4. h. t.* Ad tempus enim concessa, eo lapso censentur revocata; nisi ante prorogetur jurisdictio per partes, uti fieri potest, *d. c. 4.* Et licet privati judicem non faciant, prorogant tamen jurisdictionem eam habenti, cum tempus sit appositum in favorem partium, ut lites citius finiantur; favori autem suo quisque renuntiat, *l. pen. C. de. pactis.* Nisi prorogatio sit prohibita *l. 1 §. si judex de judic.* Admittit & prorogationem de re ad rem, *Glossa fin. ad c. cum olim & c. P. & G. 40 h. t. per l. de quare 74 §. 1. D. de judic.*

39 VII. Relatione causæ ad delegantem, *c. 5. t. seq.* Hostiens. *hic in summa n. 11.*

40 Ex dictis patet, quæ possint objici delegato, ut quòd non debitè sit delegatus, quòd suspectus, inidoneus, quòd suspensa aut finita sit delegatio.

TITULUS XXX.

De Officio Legati.

SUMMARIUM.

1. *Legati unde dicti, & qui eo nomine veniant.*
2. *Legatus differt à delegato.*
3. *Legati alij à Latere, alij Constituti seu Missi, alij Nati.*
4. *Legatorum officium.*
5. *An consilium convocare possint.*
6. *Legati à Latere potestas.*
7. *Beneficia monocularia an conferre possit?*
8. *An creare canonicum ultranumerarium?*
9. *Confert beneficia extra provinciam existens.*
10. *Etiam cum jus conferendi spectat ad clericos alterius provinciæ.*
11. *Confert & beneficia devoluta.*
12. *Reservat beneficia, exceptis dignitatibus majoribus.*
13. *Restituit natalibus.*
14. *Comparatur Proconsuli.*
15. *Legati missi seu Nuntij potestas.*
16. *Legati potestas quo modo finiatur.*

LEgatos ex eo nomen habere tradit Varro, quia ut publicè mittantur, leguntur. In 1
libris Juris civilis Legati appellantur, qui à Republ. cum mandatis mittuntur ad Principem *l. 2. §. 3. l. si quis 8. & l. Non aliàs 24. D. De iudic.* Venit & Legati nomine vicarius, & is, qui alterius vice fungitur, uti Legatus Proconsulis, *D. de legato Proconsul.* unde legatum alieni muneris vicarium vocat Pap. *l. Vicarius 23. D. de legationib.* & Sic dicitur Legatus Præsidis, Legatus Cæsaris, qui Præsidis nomen sibi vindicat. Hoc quoque in Jure non dissimiliter Legati nomen sumitur vel pro eo, qui mittitur à Pont. ad actum aliquem expediendum, vel pro eo, qui mittitur in provinciam, cum potestate administrandi ea, quæ sunt muneris Apostolici, quo modo capitur hoc Tit. Nam cum Pontificis auctoritatē aut præsentiam in provincijs sæpè postulet negotiorum gravitas & propter distantiam locorum præsentiam sui exhibere nequeat, mittitur cò, qui vices suppleat in causarum determinatione.* Differt à delegato Pont. de quo Tit. proximo actum, cui tantum una aut certæ causæ 2
committuntur Legato verò de omnibus causis ut judici ordinario est cognoscendi auctoritas.

Potestas itaque major illi est, quàm delegato, eaque varia, pro vario Legatorum genere, 3
quod est triplex. Alij enim dicuntur Legati à latere, quales sunt Cardinales, missi à Rom. Pontifice; dicti de Latere, quòd ex ijs, qui ad latus pontifici adsistunt, mittantur. Cardinalibus solis hoc nomen competere benè notat Glos. in *c. penult. h. t.* & ita usum Ecclesiæ habere tradit Speculator. *p. 1. tit. De legato §. 3.* Alij dicuntur Constituti seu missi, qui vocantur Nuntij missi quidem à Rom. Pont. non tamen de numero Cardinalium. Alij Nati, quorum dignitati, quam in Ecclesia obtinent, munus legationis est adnexum. Cuiusmodi in Francia Archiepiscopus Remensis esse colligitur ex *c. Per venerabilem 13 inf. Qui filii sint legit. & c. pen. sup. tit.* in Hispania Tole-

tanus, in Anglia Cantuariensis & Eboracensis, *c. 1. h. t. & c. 1. inf. De appellat.* & alii alibi.

4 Officium Legatorum est, quod in provinciis sibi commissis, ad instar Proconsulum, reputentur ordinarii, evellant, dissipent, ædificent, *d. c. 2. h. t. in 6.* audiant & cognoscant causas non tantùm per appellationem ad se devolutas sed & per querimoniam delatas, non jure metropolitico, quia eatenus non se immiscent Suffraganeorum suorum causis, nisi per appellationem, sed jure Legationis tamquam gerentes vices Pontificis, *d. c. 1. h. tit.* Quòd si querelæ concernant Episcopum, videntur & in prima instantia proponi posse coram Archiepiscopo, qui est superior, & ad quem recursus habetur, Abbas in *d. c. 1.* An omisso medio possit ad legatum appellari, dicetur infra *tit. de appellat.*

Possunt & aliis causis delegare, cum hoc liceat Ordinariis: excessus, delicta corrigere, quæ utilia sunt statuere, etiam perpetuò duratura. Delegatis tamen alicui specialiter causis per Pont. se immiscere prohibentur, *c. 2. h. t.* Possuntque omnia alia, quæ in generali concessione venire solent, non etiam quæ in specie sunt concedenda. Quo modo non conferunt Ecclesias Cathedrales, Regulares, Collegiatas, ad quas electione pervenitur, *c. 4. eod. in 6.* Non dividunt Episcopatus, nec uniunt, nec unum alteri subjiciunt, non transferunt: hæc enim in signum singularis privilegii Pontifici sunt reservata, *c. 3. & 4. eod.*

Quæri potest, An Concilium convocare
5 possit? R. Quantum ad generale, minimè hoc iis licere sine speciali mandato. R. P. *can. Regula dist. 17. ut rectè ibi supplet. Glossa*, cui hoc specialiter reservatum, *can. ideo X. q. 6.* Provincialia videntur convocare posse, cum & Metropolitani ea convocent, ut quod datum minori, non sit denegandum majori. Hostien. *hic in summa.* Abbas *d. c. 4. n. 7.*

Maximæ inter eos potestatis est Legatus à
6 Latere, qui absolvit excommunicatum ex percussione Clerici, etiam extra suam provinciam, *c. pen. hoc tit.* Beneficia confert, prævenindo ordinarios collatores, etiam Ecclesiæ Cathedralis, *c. 1 eod. in 6.* ubi generatim illi conceditur tamquam quædam prærogativa, collatio beneficiorum: ut cum hæc non sint excepta rectè ab eo conferantur, Abbas in *c. dilecto 25. n. 4. inf. De præben.* Quod & procedit in beneficiis patronatus Clerici, *c. dilectus 6. ubi glossa h. t.* qua de re latius *inf. tit. de jure patron.* Ubi necesse est impetrans mentionem faciat beneficii, si quod jam obtinet: alias collatio erit irrita, *c. fin. eod. in 6.*

Quæstionis est, An beneficia monoculatia conferre possit? R. Talia dici, quæ unica spectant ad alicuius collationem, qui ideo
7 monoculatis collator dicitur, & posse, eo non obstante, à Legato conferri, cum, juxta dicta, Legato jus competat, ut possit conferre beneficia, non distinguendo, qualia ea sint. Ut ubi jus non distinguit, nec nos distinguere debeamus. Vide Wames. *Cons. 42. de jure Pont. n. 6. & 7.* Azor. *Instit. moral. tomo 2. l. 5. c. 28. §. Quinto quæritur*, Manualia beneficia, quæ ad nutum superioris adimi queunt, etiam conferri per Legatum posse communius est receptum, cum simpliciter beneficii rationem & naturam habeant, non obstante, quod auferri possint, ut tradit Navar. *de Regularibus Comment. n. 6. vers. 3.*

Item quæritur, An possit legatus creare
8 Canonicum in Ecclesia ultra numerum? R. Si non sit certus numerus à Pont. constitutus, aut ejus auctoritate confirmatus, id licitum esse, etiam contradicentibus Canonicis, cum creare Canonicum absque præbenda non sit contra jus commune. *c. Relatum 8. inf. de præb. & similib.* Et id ipsum competere Legato patet ex. *c. Ei qui 12. de præben. in 6.* Nec facit, quòd possit videri frustra creari talis Canonicus, cum ad vacaturam nihil juris acquirat, quòd tantùm Pontifex concedere potest, ut dicitur *inf. ad tit. de conces. præben.* nam recipit distributiones quotidianas, & obligatur Capitulum ad ei providendum. Abbas *in c. inter cetera n. 6. inf. de præben.* ex ratione *cap. Relatũ 9. ad tit.* Constituto auctoritate Papæ quin præbenda primo vacans sit conferenda tamquam adfecta, extra dubium esse tradit Abbas *d. loco num 7. per c. Si soli de conces. præben. n. 6.*

Dubitatur quoque, An possit Legatus conferre beneficia extra provinciam existens? R.
9 Posse cum ista res spectet ad voluntariam jurisdictionem, minimè turbans alterius jurisdictio-

dictionem. Facit, quod idem sit concessum Episcopis. Innoc. in *c. 5. inf. de conces. præb. & dicetur inf. de præb.*

10 Quid si jus conferendi spectet ad clericos alterius provinciæ? R. Nihilomnius posse; quia quoad hanc rem spectandus potius beneficii locus, quàm eius, ad quem spectat collatio, *arg. c. 3. inf. de foro compet.* Et facit, quòd Episcopus suppleat negligentiam alterius externi ad quem collatio spectat. *Gloss. in Clem. 1. V. locum de supp. neglig. Prælat.*

11 Potest itaque Legatus conferre beneficia vacantia in sua provincia, etiam devoluta ad Ordinarium ex negligentia alterius, quòd eum illo concurrat, & præveniens sit potior. Confert & spectantia ad Pont. aut etiam ad eum devoluta. Abbas *ad c. pen. n 2. inf. de præb. per text. ibi. & Gl in c. 1. h. tit. in 6. V. ampliori*, non tamen eidem reservata, aut vacantia in Curia sine speciali mandato, *c. licet 2. de præben. in 6. Gl. in c. 1. h. t in 6.*

12 Est & concessum Legato reservare beneficia, præter Cathedrales & Regulares, Collegiatasve Ecclesias, earumque dignitates maiores post Episcopos, *c. pen. h. t. in 6.* Non tamen pendente una reservatione, aliam superaddit, *c. 3. eod. tit. in 6.* Estque huius reservationis ea conditio, quòd sortiatur effectum, si durante legatione vacans sit collatum; nam si ita legatione exspirat & reservatio, *d. c. 3.*

13 Potest & Legatus dispensare cum natis extra matrimonium, eosq; restituere natalibus, ut habeantur habiles ad Ordines & beneficia, nam solet ista facultas concedi Legatis.

14 Comparatur autem Legatus proconsuli, *c. 2. eod. in 6.* qua ratione ut iste urbem egressus proconsularibus insignibus uti poterat, *l. 1. D. de officio procons.* ita & hic uti potest insignibus Legatorum propriis. In ingressu in provinciam servabit morem consuetum, ad instar proconsulis, *l. Observare D. d. tit.*

15 Quantum ad Legatum Missum, quem Nũtium vocant, minor illi est potestas, cùm talis non absolvat excommunicatum ob percussionem Clerici, nisi in sua provincia, & quidem subditum, non alienum, *d. c. pen. h. t.* Nisi hæc potestas illi sit concessa à Pontifice, veluti si cum potestate Legati de latere mittatur; tunc enim omnia posse videtur, quæ Legatus de latere: ut etiam beneficia conferre possit, concurrendo cum ordinariis; cum ut non interest, quis sit proconsul, an proconsulari potestate præditus, *l. 1. D. de tutor. & curat. datis &c.* ita nec quis sit Legatus de latere, an Legatus simplex, cum illa potestate.

Finitur Legati potestas lapsu temporis ap- 16
positi. Revocatione, etiam tacita, ut quando negotium alteri committitur, *c. 2. h. t.* Morte Legati, quia est personalis; non item morte Pontificis constituentis, cùm habeatur loco ordinarii, *c. 2. eod. in 6.* Cessat & Legati auctoritas, præsente Pontifice & Legato majori, *c. Volentes 8. h t.* cedit enim minor Magistratus maiori. Denique egrediendo provinciam animo non redeundi, *l. 3. in princ. D. de off. Præsidis.* Videatur Glossa *in c. 3. V. finitur eod. in 6.* Finita autem legatione finiuntur & mandata Legati, re integra, nisi quod statuta ab eo sint perpetua, *c. fin. hoc tit.*

TITULUS XXXI.

De Officio Iudicis ordinarii.

SUMMARIUM.

1. *Iudex ordinarius quis?*
2. *Qui ordinariam potestatem exerceant.*
3. *Officium Episcopi in quibus consistat.*
4. *Ad legem diœcesanam quæ pertinere dicantur*
5. *Quæ ad legem iurisdictionis.*
6. *Episcopus inferiorũ sententias non infringit.*
7. *Quatenus in mores laicorum animadvertat.*
8. *Vacanti Ecclesiæ providet de œconomo*
9. *Episcopi est prædicare, confessiones audire.*
10. *In exemptos iurisdictionem non exercet.*
11. *Iurisdictio Archiepiscopi quatenus se extẽdat*
12. *Summus Pont. omnium iudex est ordinarius*

ORdinarius est, qui propriam exercet ju- 1
risdictionem, competentem sibi ratione dignitatis, ex lege, canone, consuetudine, *c. duo 9. h. t.* In quo distinguitur à delegato, qui fungitur vice delegantis.

Ordinariam potestatem per totum orbem 2
habet Rom. Pontifex: Episcopi, Decani, aliique Prælati tantùm in parte sibi commissa Legatum Apostolicum inter ordinarios computari rescriptum, *c. 2. de off. legati in 6.*

Paro-

Parochialis Ecclesiæ Rector etsi vocetur Prælatus in *c. Tua inf. de clerico ægrot.* potestatem tamen judicis non habet, nec ullum forum contentiosum. Unde non excommunicat, nisi hoc ei tribuerit consuetudo; quomodo accipiendum *c. 3. h. t.*

3 Consistit officium Episcopi in duabus legibus, quibus jura Episcopalia concluduntur de quibus *c. conquerente* 16. & *Gl. in c. Dilectus* 28. *h. t.* quarum altera jurisdictionis, altera di-
4 œcesana dicitur. * Ad hanc spectat convocare Synodum: in signum reverentiæ & obedientiæ, & in honorem Cathedræ recipere duos solidos, qui veniunt nomine Cathedratici, qua de re textus & Gl. X. *q.* 13. Canonicam item portionem mortuariorum & decimationum, procurationes moderatas pro locorum facultatibus ex caussa visitationis exigere, *d. c.* 16. modò ipse Episcopus visitet, nam alias nihil debent qui visitantur, sed visitanti nomine Episcopi tenentur providere de victualibus *c. 6. eod. in 6.* qua de re plurib. infra *ad t. de censib.* petere subsidium moderatum ex manifesta & rationabili caussa, *d. c.* 16. *in fine*, scilicet Episcopatus sit gravatus, si tenues sint reditus, si negotia publica ita postulent, Abbas *d. c.* 16. & *Gl. in d. c. Dilectus* 18. & *can.* 1. X. *q.* 3. Hostiensis *hic vers. sunt autem*. De hac lege diœcesana vide Ren. Choppinum *de sacra Politia lib.* 2. *c.* 7.

5 Ad legem jurisdictionis spectat, audire caussas suorum, non tantùm Clericorum, sed & laicorum, quatenus ad Ecclesiam pertinet eatum cognitio: de moribus & statu subditorum inquirere. Cui rei Prælati ponentes impedimentum, constringendo suos subditos, per juratas promissiones, obligationes, sententias, ne superiori inquirenti pareant, aut statum Ecclesiæ patefaciant, sunt condignè castigandi, *d. c.* 4. *eod. in* 6. *c.* 1. *h. t.* Corrigere, reformare, remota appellatione: non obstante consuetudine, quæ illam indulget, ne impediatur morum correctio, nisi excedatur forma correctionis, *c. irrefragabili* 13. *h. t.* sicut nec obstante consuetudine, qua excessus Canonicorũ corriguntur à Capitulo, prohibebitur eos corrigere, si ad Episcopi jussionem intra terminum ab eo præfixum non corrigantur. Quem novit secretò reum alicujus criminis, non nominatim, sed in genere arguet, auctorem etiam excommunicabit, *c. 2. h. t.* ne alias notet infamia eum, qui publicè habetur bonæ famæ.

Spectat enim ad officium Episcopi instituere, destituere, absolvere, etiam alii mandate 6
absolutionem, *c. fin. h. t.* Non tamen inferiorum sententias censurasve infringet, aut relaxabit, *c. 3. eod.* Sic à Decano excommunicatum Canonicum, ab Abbate incarceratum Monachũ non solvit: multò minùs excommunicatum à Defuncto delegato Papæ; nam hoc solius est Papæ, aut successoris ejus, *c. Pastoralis* 11. §. 1. *h. t.* Vitabit & alibi excommunicatum, *c. ad reprimendam* 8. *h. tit.* Absolutum per desidiam vel malitiam delegati, si in peccato perseveret, potest in excommunicationis sententiam revocare, *c. Significavit* 6. *h. tit.* ne foveantur delicta. Uti & potest absolutione m Pontificis, quam videt subreptitiam, rejicere, *c. ex parte* 5. *hoc titulo*

Advertit quoque in mores laicorum, & de 7
criminibus eorum cognoscit, quatenus ad forum eius pertinent, uti adulterium, hæresis, usura, & alia. Quæ si ita sint gravia ut sufficienter nequeant puniri per censuras Ecclesiasticas, cum gladio non utatur Ecclesia, *can. inter* XXXIII. *q.* 2. Invocabit brachium sæculare, *c.* 1. *h. t.* Quod & invocatur in defensionem Ecclesiarum & pauperum, contra divites & potentiores, si opprimantur. *can.* 2. 3. *pen.* XXIII. *q.* 3.

Incumbit & Episcopo vacanti diutiùs Ec- 8
clesiæ, etiam patronatæ, providere de Oeconomo, *c.* 4. *h. t.* Ipse autem prohibetur bona dignitatum, personatuum, Ecclesiarum vacantium occupare: quorum fructus sunt reservandi futuro successori, nisi aliter ex speciali privilegio aut consuetudine obtineat, *c. fin. eod. in* 6.

Incumbit item Episcopo munus prædican- 9
di, confessiones audiendi; quod tamen subplet per personas idoneas substitutas, *c. inter cætera* 15. *h. t.* in ea parte præcipue, ubi est diversum idioma: ubi etiam permissum constituere vicarium Pontificem, *l. Quoniam* 14. *in fine*. Præcipitur autem Episcopo in casibus, quibus imponenda venit pœna, caveat à quæstu pecuniæ, aut alio gravamine, *d. c. Irrefragabili* 13. *in fine*.

Inex

10 In exemptos, vel Pontificio indulto vel consuetudine, non exercet Episcopus ordinariam jurisdictionem: uti nec in Monachos, cùm subsint correctioni sui Superioris, *can. Abbates 16. XVIII. qu.* 2. nisi extra monasterium delinquant, tunc enim ab Episcopo tamquam Sedis Apostolicæ legato puniri possunt, *Trid. Sess. 6. c. 3. de reform.* aut nisi Prælati correctionem negligant, *c. Quanto 7. h. t.* Ne tamen exemptos hac via libertius delinquere contingat, concessum Episcopis non tamquam Ordinariis, sed delegatis Apostolicæ Sedis, visitare loca exempta, emendare, corrigere, *Trid. Sess. 21. c. 8. de reform.*

11 Archiepiscopi in suos subditos exercent ordinariam quidem jurisdictionem, atque ita in sua diœcesi; ad quos & spectat consecrare Suffraganeos aut eorum consecrationem ex causa alteri committere, *c. Quod sedem 10. h. t.* In totam verò provinciam ordinariam potestatem non exercet Archiepiscopus, nec corrigit subditos suorum Suffraganeorum, cùm in eos nihil juris prætendere possit, nisi ut eorum negligentiam suppleat, vel causa per appellationem ad eum sit devoluta, vel aliud privilegio aut consuetudine fuerit inductum *can. Conquæstus IX. q.* 3. Datur hoc Episcopis, ut in quolibet loco suæ diœcesis non exempto sedere possint pro tribunali, *c. 7. eod. in* 6.

12 Summus Pontifex etiam immediatè & in prima instantia omnium causas cognoscit, *can. Salvo IX. qu.* 3. cum sit omnium Judex ordinarius: communicavit enim tantùm cum aliis potestatem, non etiam sibi eam ademit.

TITULUS XXXIII.

De Officio Judicis.

SUMMARIUM.

1. *Judicis officium nobile & mercenarium.*
2. *Judicis est componere & decidere lites.*
3. *An obligetur imponere pœnam lege præscriptam.*
4. *Diminutio pœnæ non permissa judici.*
5. *An diminui vel remitti pœna per Principem possit.*
6. *Judex in judicando sequetur allegata & probata.*
7. *An iis rejectis possit sequi propriam scientiam & conscientiam?*

POst tradita, quæ sunt Judicum in specie, subjiciuntur quæ sunt officii judicum in genere. Ea vel spectant ipsum judicium, vel extra illud fiunt. Juri item sunt adstricta, & actioni subserviunt qualia dicuntur spectare ad officium judicis mercenarium: vel eo sunt soluta, quippe judicis arbitrio relicta, ex æquitate decidenda, cessante actione, qualia spectant ad nobile officium Judicis, quale pro actione dicitur proponi, *c. 2. h. t.* ut quando restitutio in integrum principaliter postulatur. Spectat eadem cautio damni infecti: uti & supplere ea, quæ desunt Advocatis partium, quatenus juris sunt: nam ea, quæ sunt facti, non supplet judex, ut traditur *tit Cod. Ut quæ desunt Advoc. partium, &c.* Advocatum dare patti, quæ illum habere non potest: qui licet fuerit judicis domesticus, non videtur tamen ideò recusandus ut suspectus, *c. 1. h. t.* Potest etiam judex cogere Advocatum graris præstare patrocinium: si pars in extrema sit necessitate, quia tum denegare patrocinium est quasi occidere, Felio, *d. c. 1. h. t.* 1

Præcipuum officium judicis est, lites componere, cum verecundæ cogitationis sit, eas execrari, *l. item. 14. in fine princ. D de alienat. jud. mutandi: auf. facta.* Si nequeat componere causam audire utrimque, auditam examinare, & secundum æquitatem Canonibus, legibus, consuetudini consonam determinare. A quibus non recedet, cum, ut habetur *can. in istis dist. 4.* non liceat judici de legibus judicare sed secundum ipsas: & *can. Summopere 70. XI. q. 3.* divina & humana lex resolvatur, & secundùm quod ibi constitutum est sententia proferatur. Determinare, inquam, quàm citissimè, id est intra triennium, uti decisum legibus civilibus, & sequuntur Canones, ut dicetur infrà *tit. de judiciis.* 2

Quæritur hic, an obligetur judex ad imponendam pœnam lege præscriptam? R. Posse videri, non teneri, quod leges pœnales non tam contineant verba præceptiva, respectu judicum, quàm potius reorum: imò Ecclesia sanguinis reos defendat, *can. Reos, 7. XXIII. q. 5.* & pro iis intercedendum esse passim habeant sancti Patres, ut videre est ex *can. 1. & seqq.* 3

xxiii. q. 8. Dicendum tamen, omninò obligari judicem ad inferendam pœnam lege præscriptam, sive ipso facto impositam, quia tum non aliud judicis officium, quàm sententiam desuper proferre, & executioni mandare, sive imponendam, quia & tunc obligatur judex illam imponere, & exequi, ne temerè lex mandet, & condemnatio sit frivola. Nec potest dici lex eo casu ferri ad reum, cum magis feratur ad judicem, mandando illi infictionem pœnæ præscriptæ: quæ cum sit justa, servanda à judice, qui justitiæ est minister & executor. Non potest etiam dici, relictum esse arbitrium judici, ratione circumstantiarum: hoc enim, quando lex non expressit certum pœnæ genus, cujusmodi expressio tollit arbitrium, quòd aliàs concessum videtur. Non est tamen exclusum per legem, quin, si circumstantiæ atrox & gravissimum crimen ponant, possit illas specialiter punire judex. Ita enim exigit commune bonum, cui respondet metu pœnæ arcere alios ab insolentiis, & facere, pertimescant prosilire ad similia. *Clem. 1. in fine De offic. jud. ordin.* Vide dicta ad *D. 1. de pœnis n. 9.*

4 Diminutio pœnæ legalis pecuniariæ, parti læsæ, fisco, aliisve applicandæ, est contra obligationem, non tantùm legis, sed & justitiæ, sive ipso facto imposita per legem, sive non, cum jus continuo acquiratur alteri ad talem pœnam consequendam. Quantum ad pœnam vindicativam, licet ejus diminutio non lædat jus tertii privati, lædit tamen jus Reip. cujus bono cedit sumi vindictam à delinquente. Ut nec ea possit videri permissa judici; qui jubetur servare leges. V. Suarez. *de legib. lib. 5. cap. 11.*

Sed hic quæritur, An possit per Principem 5 diminui aut remitti? R. Ita communiter receptum esse, quia sit supra leges, earumque vinculo non teneatur, saltem quoad vim coactivam. Tenetur autem quoad directivam, atque ita non erit immunis à peccato, remittendo sine causa, eò quòd ex remissione aliàs sequatur moralis occasio multiplicationis criminum. Quæ & faciet inferiorem judicem posse diminuere pœnam. Ponit eam ætas, sene tus, puertia, *l. Auxilium 37. §. 1. D. de minorib.* modus peccandi, *l. Absentem 5. in fine D. de pœnis.* In pecuniaria pœna causat diminutionem paupertas, *l. Illicitas §. fin. De off. Præsidis.*

In judicando sequetur, non quod privata suadet scientia, sed quod ex allegatis & probatis constat, sepositio omni affectu pravo, quem caussat odium, vindictæ cupiditas, favor, cujus semiuncia sæpè pluris est, quam deunx juris & æquitatis, prò dolor! sordes, levitas, consanguinitas, & similia recto judicio inimica, *can. Iudicet III. q. 7.* 6

Vulgata & celebris est quæstio, An certò sciens, reum falsis allegationibus onerari ac convinci, possit eum absolvere, an verò debeat condemnare? R. Privatam scientiam, etiam certissimam, non suffragari judici, quominùs allegata & probata sequatur, quæ licet sciat non esse vera, quia tamen publicè pro veris habentur, amplecti debet, *d. l. illicitas §. veritas D. de officio præs.* tamquam sibi cognita, ut personæ publicæ, quam gerit in judicando, & ex qua judicat, non habito respectu ad personam privatam, informatam particulari seu privata scientia, licet certissima. Et ita exigit Reip. bonum, in qua majora mala sequerentur, & magna perturbatio, si illa licentia judici concederetur, cum de privata ejus notitia non possit constare Reipubl. In eam partem adducitur textus in *c. Pastoralis 28. §. quia verò sup. tit. de off. jud. deleg.* ubi inferior jussus superioris sui sententiam exequi eam rectè exquitur, etiamsi sciat injustam in re; quatenus justa est secundum allegata & probata. Nam si nulla foret, aut etiam injusta ex parte allegatorum non est illi necessitas exequendi, & non citra peccatum exequeretur. Hanc materiam latè tractat Covarr. 1. *Var. Resol. cap.* 1. qui istam sententiam non tantum vult obtinere in causa civili, verùm etiam in criminali. Quod tamen dubium videri posset, ex eo, quòd occidere innocentem per se intrinsicè sit malum, atque ideo non licitum. Ut est, judici incumbit laborare, quantum in se est, in liberationem innocentis: imò etiam judicis personam, si commodè potest exuere. Vid. Cujac. 12. *Observ. c.* 19. Navar. *Cons. 4. n. 10 inf. de judic.* qui citat in istam sententiem D. Th. 2. 2. *q. 67. art.* 2. videturque inter Theologos passim recepta.

Adde

Adde his Petr. à Navarra, *De restit. lib. 2. c. 3. n. 152. & seqq.* P. Royzium *decis. Lituan. 3. n. 230.* Sanch. *de matrim. Tract. 7. Disp. 37. n. 13* & quæ scripsimus *ad tit. D. de judic. n. 47. & seqq.*

TITULUS XXXIII.

De Majoritate & Obedientia.

SUMMARIUM.

1. *Majoritas & obedientia quid.*
2. *Qui quibus obedientiam debeant.*
3. *Pœna inobedientis, & ad quos ea spectet.*
4. *Obedientia in quibus consistat.*
5. *Laicus reverentiam debet Clerico.*
6. *Inter Clericos quæ ratione quis & ex qua causa major habeatur.*
7. *Professus nulliter professionem postea ratificans an locum priorem retineat?*
8. *Majorem quem facit prærogativa ordinantis.*
9. *Plurium graduum cumulatio an faciat quem majorem?*

1 EX gradus & ordinis distributione oritur quædam præeminentia, quæ hic dicitur Majoritas, estque prærogativa, qua præstat major minori. Ex ea oritur Obedientia, quam minores debent majoribus, quatenus illicitum nihil præcipiunt, parendum enim Deo magis, quam hominibus, *can. si dominus* 93. *XI. q.* 3. In dubio tamen parendum superiori præcipienti, *can. quid culpatur* XXIII. *q.* 1.* Debetur autem obedientia potius proximo superiori, quàm remotioti, quatenus contra leges superiotis nihil præcipit, *c. inter* 8. *h. t.* Sic Religioso est potius Abbati parendum, quàm Episcopo, & non Episcopi, sed Abbatis jussu ordinandus, *can. Si quis Monachus* 28. *c. Cum pro utilitate* 34 *XVI. q.* 1. Uti nec Clericus Episcopi sine ejus consensu ab Archiepiscopo transferendus, *can. Conquestus* IX *q.* 3.* Inobediens 3 subjacet censuræ Ecclesiasticæ, per quam compellatur *c.* 2. *§.* 9 *h. t.*, quatenus eam inferre superior potest. Hinc Abbatissa subjectas inobedientes non excommunicat, *c dilecta* 12. *h. t.* propterea quòd excommunicatio spectet ad claves, quarum potestas non est fœminis, *c. Nova* 10. *in f. de pœnit.* Suspendit tamen, idque ratione jurisdictionis, quam ei dat consuetudo, arg. *c. dilecti 4. inf. t.* 43. *de arbitr. Gl. c.* 12. *& ibid* Innoc. Minor in majorem nihil attentat: quo modo diœcesano statuto non ligatur Archiepiscopus, etiam existens in diœcesi, ut dictum sup. Tit. 2. neque enim minor majorem judicat, *can. pen. & fin. Dist.* 21.

Obedientia consistit in tribus, videlicet reve- 4
rentia, præcepto, & judicio. Reverentia est in adsurgendo majori, honorificè eum salutando, & aliis, quæ pro more patriæ majoribus & dignioribus exhiberi solent. Judicium & præceptum in eo consistunt, ut minor coram majore compareat, tamquam judice; monitiones, correctiones observet, mandato obtemperet.

Laico majorem & digniorem esse Clericum 5
certum est. Unde & huic ille reverentiam debet, quam & Principes exhibent Episcopis, *c.* 4. & 6 *h. t.* Imò Sacerdotes Regum, aliorumque fidelium patres & magistros censeri habet *can. quis dubitet dist.* 96

Inter Clericos contingit aliquem esse ma- 6
jorem; I. Dignitate & jurisdictione, quo modo Episcopus major est Archidiacono, hic aliis Clericis. Abbas Monachis, *d. c.* 12. II. Ordine, quo modo Sacerdos est major Diacono hic subdiacono, *c. statuimus* 15. *h. t.* III. Antiquitate: sic prius ordinatus est posterius ordinato major, *c.* 1. *h. t.* Ubi nihil faciet nominatio ad Episcopum, seu confirmatio, sed ipsa ordinatio seu consecratio, cujus prioritas constituet antiquiorem, & ex consequenti digniorem. Sic & inter professos antiquior habetur major, eique prærogativa debetur.

Ubi quæri posset, An professus nulliter, postea 7
professionem ratificans retinere rutò possit locum priorem, & fiui privilegiis ei competentibus? R. Hoc velle Navar. *Cons. 27. de regularib.* si ab initio in bona fide fuerit. Videri tamen potiùs, si inde aliquid præjudicii cedat religioni, aut Religiosis, quod sit alicujus momenti, non posse eum in loco suo manere citra dispensationem: si tamen absque nota non posset cedere aliis, quia res est secreta, non teneri abstinere, ratione communis erroris, quem auferre cum nota sua nemo tenetur. Quod multò magis procederet, si fuerit publica, cum ex tempore ratificationis incipiat demùm esse professus, ex eo quoque tempore tantùm habebit privilegia professorum.

8 IV. Prærogativa ordinantis facit quem majorem. Sic ordinatus à summo Pont. dignior est ordinato ab Episcopo ; licet per hoc non eximatur à jurisdictione sui Episcopi, *c. Per tuas 7. h. tit.* Inter hos absolutè major est is, cui non solum debetur obedientia reverentiæ, verum & præcepti, & judicii, quam solemniter promittit Episcopus Archiepiscopo, Abbates, Archidiaconi, & alii in dignitate positi, ipsi Episcopo, etiam cum juramento solenni, quale præstant Pontifici Episcopi, secundum formam *c. Ego 4. inf. De jurejur.* Non habentes dignitatem tantum promittunt manualem suis Prælatis obedientiam, *c. 3. & c. His quæ 11. h. tit.* nisi aliud habeat consuetudo. Si aliqui sint jurisdictione pares, is inter eos major erit, cui ordo est major. Si & in hoc paritas, is qui prius ordinatus, *d. c. 1. ubi* Innoc. *h. tit.* Si in eo quoque paritas fuerit, dignior erit, qui à digniore ordinatus.

9 Quæritur, An plurium graduum cumulatio, quorum nullus per se sufficit ad præeminentiam, faciat aliquem majorem eo, qui habet unum præeminentem? Resp. Non videri, argumento *l. Spadonum 15. §. qui jura D. de excusat. tutor.* ubi variæ species excusationis, si per se sint imperfectæ, non excusant: uti nec hic in re plures gradus in uno non ponent præferentiam, si in alio sit unus excellentior. Unde Episcopus Doctor non præcedet Archiepiscopum non Doctorem, Navarr. *cons. 5. n. 4. & 15. hoc tit.* & Doctor Medicinæ aut Legum non præferendus Doctori Canonum. Felin. in *c. Cleric. n. 3. & ibid.* Abbas *inf. de judiciis.*

TITULUS XXXIV.

De Treuga & Pace.

SUMMARIUM.

1. *Tentanda compositio inter partes litigantes.*
2. *An Judex partes ad hoc cogere possit?*
3. *Tentanda compositio potissimum in bellis, idq; per pacem vel inducias.*
4. *Induciæ aliæ Conventionales, aliæ Canonicæ.*

1 ANte judicii ingressum incumbit Magistratui, maximè Ecclesiastico tentare, si controversiæ quadam compositione possint sopiri. Quæres tendit in bonum publicum, cujus status turbatur litibus, quas ideo quilibet bonus execratur.

2 Quæritur autem, An Judex possit cogere partes ad compositionem? R. Non posse cogere ad transigendum, aut compromittendum, cum hæc res eò tendat, ut quis invitus juri suo cedat. Quod iniquum, unde & meritò id prohibitum judici, *Novel. Vt litigantes & c. 124. in fine.* Nisi lis intricata sit, ut aliter expediri nequeat: & ita passim tradunt Doctores, Abbas *hic in Rubr. & c. cum pridem n. 6. inf. de pactis.* Felin. *hic Rubr.* Jason *ad l. Quidam 21. n. 4. D. Si certum per.* Facit eò textus *in c. fin. sup. tit. 3. De rescriptis.*

3 Recte tamen facit Judex, si annitatur componere partes, præcipuè ubi scandali occasio subest: potissimum in bellis, quæ vel sopiuntur perpetuo per pacem, quâ, remissis injuriis, fœdus æternum sancitur, vel temporaliter per inducias, quæ hic Italico sive barbaro vocabulo Treuga dicuntur, quando ab armis abstinetur.

4 Hæ aliæ sunt Conventionales, quæ mutuo partium pacto initæ strictè sunt observandæ, etiam inter hostes, *can. Noli vers. fides XXIII. q. 1.* Aliæ Canonicæ, ex præcepto Ecclesiæ, quæ certis diebus ab armis abstinere jubet, ut diebus Dominicis, tempore Adventus usque ad octavam Epiphaniæ, tempore Quadragesimæ usque ad octavam Paschæ, *c. 1. h. tit.* Nisi urgeat necessitas, propter ingruentem hostem, *can. Si nulla XXIII q. 8* Præcipit & Ecclesia, ut à certis personis abstineatur, veluti Presbyteris, Monachis, Conversis, rusticis, mercatoribus: item ab animalibus, quorum usus est in arando, *c. 2. hoc tit.* Verum horum observatio à multis retro sæculis fuit neglecta, ut mirum non sit hac temporis iniquitate non servari: ita ut putet Abbas *ad d. c. 2.* non amplius obligare hujusmodi legem Canonicam. Cujus opinio, saltem quoad Ecclesiasticos, minimè procedit, in quos violenta manuum injectio [hodie, prò dolor! frequens, præcipuè inter hæreticos] etiam hodie interdicta manet sub pœna anathematis, ut dicetur infrà, *ad tit. De sent. excommunic.* Nisi tamen se ingerant rebus bellicis, quia privilegium amittit, qui eo abutitur, *can. Vbi ista Dist. 74.* Sævire in fœminas, pueros, semper est fœdum

fœdam habitum, quos & divina lex & vetat occidere: prædæ tamen cedunt, & in servitutem redigantur.

TITULUS XXXV.

De Pactis.

SUMMARIUM.

1. *Pactum quid? Divisio in pacta nuda & non nuda.*
2. *Qui pacisci possint.*
3. *Ex pacto alteri facto an naturalis obligatio oriatur.*
4. *Super quibus rebus pacisci liceat.*
5. *Effectus pactorum.*
6. *An ex pactis nudis jure Canonico detur actio.*

QUod plerumque dubius litis sit eventus, etiam in casu, quo quis bono jure nixus bonam caussam fovet, & expensæ judicii graves sint, ut non immerito partes terreant, frequens est, ut vel ante litis ingressum vel postea pactis transactionibusve rem componant.

1 Pactum est duorum vel plurium in idem placitum consensus, *l. 1. D. h. t.* de quo plura apud interpp. *h. t. & D. ac C. eod.* ubi variæ ejus adferuntur divisiones. Inter quas frequentior est, quod alia sint nuda, consistentia in sola placiti fide sine caussa, de quibus in *l. Iuris gentium 7. §. sed cum D. eod. tit.* Alia non nuda, quæ in proprii nominis contractum transeunt, ut emptio, venditio, locatio, conductio &c. *a. l. 7. §. 1.* vel saltem caussam habent, si nomine careant, cujus ordinis sunt contractus innominati, *d. l. 7. §. 2.*

2 Ineuntur pacta inter eos, quibus est sensus se obligandi: quo modo non ineuntur ab impubere, mente capto, prodigo, quod sensu careant. Alteri ne quidem jure Canonico paciscì quem posse verius est, ut patet ex iis, quæ dicta sunt *D. h. t. nu. 15.*

3 Verum quæstio est, An saltem naturalis obligatio oriatur ex pacto alteri facto? R. Id aliquos velle, ratione consensus, inter quos est Covarr. *ad c. Quamvis p. 2. §. 4. num. 2. hoc tit. in 6.* Contrarium tamen ejus esse verius, scil. ne quidem naturalem oriri obligationem, Quod vel ex eo constare potest, quod pactum requirat consensum duorum, *d. l. 1. D. De pact.* qui hic deest, cum tantum ponatur factum promittentis, non etiam acceptatio ejus, cui fit promissio: quæ non suppletur per tertium, cujus factum lex non habet ratum, *§. alteri Instit. De inutilib. stipul.* Pro hac parte facit textus in *l. Qui absenti 38. D. De acquir. possess.* ubi scribens servo, ut in libertate moretur, non ante censetur dimittere servi possessionem, quam ipse ejus sit factus certior: & ita tenet Abbas *in proœmio Decretal. nu. 25.*

Ineuntur pacta super rebus licitis & hone- 4
stis, etiam spiritualibus, gratuito tamen, ad evitandam simoniam, *c. 4. & 6. in fine h tit.* Turpe judicatur pactum de succedendo post mortem in alicujus Ecclesiam, *c. 5. h. t.* tum quia continet votum captandæ mortis, quod & jura civilia improbum dicunt: tum quia successiones in Ecclesia Dei prohibentur, *can. Apostolica VIII. q. 1.* Uti & turpe judicatur pactum, ut filia dote contenta non habeat regressum ad bona paterna; quod tamen juramento firmatum servari jubetur, *c. 2. hoc tit. in 6.*

Effectus pactorum est, quod etiam nuda 5
sint servanda, cum grave sit fidem tollere, *c. 1. & 3. h. t.* Non datur tamen ex iis actio per jus civile, ne nimis constringatur oris libertas, cum sæpe indeliberate & leviter ejusmodi fiant promissiones, citra animum obligandi. Unde leges maluerunt hujusmodi pactorum implementum relinquere arbitrio paciscentium, quam vinculo juris alligando lites augere.

De jure verò Canonico fuit dubitatum, 6
An eo jure ex nudo pacto actio detur? R. Hoc plerosque velle, per *d. c. 1. hoc tit.* quos citat & sequitur Covarr. *d. §. 4. nu. 24.* Wenceslb. *in Parat D. h. t. n. 9.* propterea quod hoc jure neutiquam judicetur æquum & rationabile, pacta conventa per improbationem adulterari. Probabilius tamen, eo non bostante, nec hoc jure actionem dari, cum id nullibi exprimatur, & ratio eadem obtineat hoc jure, quæ civili: nam & hoc htium frequentiam est exosa, & non minus pleraque habentur dicta leviter, & indeliberate, citra animum obligandi. Alciat. *3. Parad. c. 1.* Nihil obstat, quod *d. c. 13.* dicatur, pacta servanda esse: nam &

Prætor in edicto ait, *Pacta servabo*, quem tamen constat ex iis actionem non dare, sed ea servare, datis exceptionibus, propter naturalem, quæ subest, obligationem. Quod & idem hic dicendum, cum *c. 3. h. t.* dicatur, studiosè agendum esse, ut pacta custodiantur. Idem tenet Cujac. *ad c. 2. vers. Notandum inf. De sponsalib.* dicens eos lavare Peliam, qui contrà volunt. De moribus tamen pactis nudis sua est vis, ad instar stipulationis, atque inter mercatores pactum nudum omnino obligat, inter quos bona fides locum sibi præcipuè vindicat. Tiraq. *De pœnis caus.* 51. *n.* 14. Cætera huc pertinentia repetantur ex *D. h. t.* ubi latè de hac pactorum materia.

TITULUS XXXVI.

De Transactionibus.

SUMMARIUM.

1. *Transactio quid?*
2. *Quis super quibus rebus transigat, & qualiter.*
3. *Cur super dubiis tantum transigatur.*
4. *Effectus transactionis.*

1 TRansactionis nomine latè accepto venit cujusque rei compositio: hic autem strictius sumitur, ut sit rei dubiæ & litis incertæ non gratuita decisio. In quo distinguitur à pacto, quod non est super re dubia, & plerumque gratuitum.

2 Transigit quisquis super re ad se pertinente, honesta tamen & dubia, ratione litis, vel motæ, vel movendæ *l. 2. Cod. h. t.* temporali, non etiam spirituali, propter simoniacam pravitatem, quæ subest, cum transactio non fiat gratis, sed aliquo dato, retento, vel remisso: ut beneficia hac via retineri nequeant, ne quidem medio juramento. *c. Constitutus 4. c. Ex litteris & c. 7. h. t.* Ex quo capite & prohibitum litis expensas pro beneficio factas offerre, in finem, ut adversarius litem cedat. *c. 4. sup. De pactis.* qua de re *inf. tit. De simonia.* Amicabilis tamen compositio admissa, *d. c. 4. & c. Præterea 9. h. t.* Non habet etiam locum in causis matrimonialibus *c. fin. eod.* quæ definienda secundum Canonicas sanctiones, ne contra eas contingat legitimè contracta dissolvi, aut illegitimè irrita sustineri. Super aliis rebus & juribus etiam Ecclesiæ, quin rata sit transactio, non est dubium, *c. 1. & passim h. t.* modo adsensus superioris, ubi ille necessarius, fuerit adhibitus, *c. 2. eod.* Alias non obligaret successorem, *c. Veniens 8. h. t.*

Ideo verò res dubiæ requiruntur, quia transactione aliquid deciditur; ut oporteat aliquid subsit decisioni aptum, cujusmodi est dubium. Quo modo non obtinebit in iis, quæ per sententiam sunt decisa: nisi appellatum fuerit, *d. l. 7. D. hoc tit.* aut judicatum negetur, aut ignoretur. Non etiam habet locum in re decisa juramento, à quo non recedetur: ut res sit certa, atque ita non ponat materiam transactionis.

Effectus ejus est, quòd habeat vim rei judicatæ, non tamen nisi inter partes. Actio autem ex ea non datur, quod nudæ conventionis terminos non egrediatur: qua de re, uti & aliis, quæ huc referri possent, latius dictum *D. h. t.* 4

TITULUS XXXVII.

De Postulando.

SUMMARIUM.

1. *Advocatorum munus publicum & honorificum.*
2. *Qui contra quos postulare prohibeantur.*
3. *Clericis in sacris constitutis causas agere quatenus permissum.*
4. *Item Religiosis.*
5. *Quotam litis pacisci cur non liceat.*

SI ad compositionem partes induci nequeant, ad Judicem itur: ubi etiam per alios causa agitur, uti Advocatos, qui causis agendis quoque studio operantur, *l. 1. §. advocatos D. De extraord. cognit.* & Procuratores.* Illorum dignior est conditio, cùm quæ juris sunt suggerant, & dicantur postulare, quod est suum vel amici desiderium in jure apud judicem exponere, vel alterius desiderio contradicere. Munus hoc publicum est, ad quod non admittitur nisi habilis. Rejicitur mulier, quia munus est virile: infamis, *l. 1. §. ait Prætor D. eod.*

D. eod. quia est honorificum: minor XVII. annis, d. l. 1. §. 3. quòd necdum habeat perfectum judicium, quo opus in postulando. Major XVII. annis cum possit insigniri titulo Jurisconsulti, quidni ad postulandum admittatur? Vid. VVesenb. in *Parat. D. hoc tit.*

Sunt qui etsi ad postulandum admittantur, 2
non impunè tamen contra alios postulant: ut donatarius contra donatorem postulans privatur donatione tanquam ingratus, si malitiosè donatori grave damnum intulerit postulando, per *l. fin. C. De revocan. donat.* Postulans quoque contra testamentum amittit sibi eo relicta. *l. 8. §. meminisse D. De inoffic. testam.* ex ratione *c. Ex eo* 28. *De R. I. in 6.* Clericus contra Ecclesiam, in qua beneficium habet postulans ut ingratus eo privatur, *c. fin. ubi Glos. h. t.* Quod & procedit, si in duabus Ecclesiis beneficia obtinens pro una contra aliam postulet, *arg. d. c. fin.* cum & isto casu Ecclesia, contra quam postulat, censeatur alere ingratum: nisi excuset jussus superioris, propter necessitatem, *l. 5. §. advocatum D. De his quæ ut indignis auferr.*

Clericis in sacro constitutis Ordine causas 3
agere in Curia Ecclesiastica non est turpe: à laica verò arcentur, quod negotiis sæcularibus se non debeant immiscere. Propriam tamen vel suæ Ecclesiæ, miserabiliumve personarum, aut conjunctarum, si urgeat necessitas, causam ibi agere est permissum, *c. 1. & fin. hoc t.* Idem juris est Clericis in minoribus tantùm constituris, si Ecclesiæ expensis sustententer, *d. c. 1.* qui aliàs non prohibentur coram laica Curia postulare, modo caveant à criminalibus causis ingerentibus pœnam sanguinis, quia incurrerent irregularitatem, si sanguinis effusioni postulando causam dederint, qua de re inf. *De homicidio.*

Religiosus nequidem in causa sui monas- 4
terii patrocinium præstat, sine Abbatis sui jussu, *c. 2. h. t.* ne sæcularibus implicatus advocetur à divinis, *inf. Ne Clerici vel monachi sæcul. neg. se immic.*

Est autem advocandi munus liberale, non 5
aversatur tamen salarium; licet paciscì, in casum victoriæ, quotam litis sit turpe judicatum, quod possit hac via invitati advocatus procurare victoriam per fas & nefas, *l. 5. Cod. hoc tit.*

TITULUS XXXVIII.

De Procuratoribus.

SUMMARIUM.

1. *Procuratores qui & eorum officium.*
2. *A quibus, & qualiter constituantur.*
3. *Excommunicatus ad agendum non rectè constituitur.*
4. *An rectè constituatur procurator ab excommunicatis?*
5. *Qui constitui possit, & an minor* XXV. *annis?*
6. *In quibus caussis.*
7. *Non constituitur sine mandato exceptis conjunctis personis.*
8. *Effectus mandati procuratorii.*

PRocuratores sunt, qui aliena negotia man- 1
dato domini administrant, sive in judicio, sive extrà. Negotiorum gestor excluditur, quia agit sine mandato. Officium procuratorum minus est honestum, cum versetur circa ea, quæ sint facti. usus tamen eorum necessarius, ut, qui rebus suis superesse non possunt, aut nolunt, per alios agant & conveniantur, *l. 1. §. penult. D h. t.*

Eos constituit dominus habilis, etiam ab- 2
sens, vel coram, vel per epistolam aut nuntium, *d. l. 1.* quia non desideratur verborum solemnitas. * Non sit tamen excommunicatus, cui 3
non est persona standi in judicio ad agendum, quia eum eo non est communicandum, ut alteri eam personam dare nequeat: adeo ut ne quidem confirmetur datio per obtentam postea absolutionem, quod principium actus (hoc enim inspicitur, ex eo actus judicatur) sit nullum. Innoc. in *cap. fin. num. 4. h. t.* Dixi, ad agendum; nam defensio sui non est tali inhabita *c. Dilecti 8. inf. De except.* * Datus à com- 4
munitate, cujus majores & jurati, per quos regitur, sunt excommunicati, non ideo repellitur, ne utile per inutile vitietur, ut actus universitatis sustineatur, quatenus potest. Nisi tamen majores isti sint expressi in procuratorio, aut alias eorum auctoritate sit facta constitutio, quòd eorum videatur factum; aut ipsa communitas, sciens esse excommunicatos, simul cum iis constituerit, *c. fin. hoc tit.*

quia

quia peccavit se iis sociando contra Canones. Constituit & Procurator procuratorem, si speciale ad hoc mandatum habeat, aut in rem suam datus sit, *c. 1. §. 1. eod. in 6.* & post litem contestatam: fit enim litis dominus per contestationem, *d. c. 1. & l. 8. & 11. Cod. eod.*

5 Procurator constituitur quilibet non impeditus. Jure civili majorem XVII. annis admitti volunt. *per §. eadem lege Instit. Quib. ex caus. manumit. non licet, ubi* Cujac. *& dictum D. h. t. num.* 11. Jure Canonico expressum est, non nisi XXV. annis majorem admitti, *c. 5. in fine eod. in 6.* ut securius aliena tractentur negotia. Constituitur non tantum paterfamilias, sed & filius, etiam patre insscio, *l. tam ex contractibus D. Iudic.* Infamis etsi à postulando rejiciatur, non tamen à procurando, quod munus hoc non tam sit honorificum, quàm vile. Constituitur sive unus, sive plures qui si simul sint constituti, non potest alter sine altero admitti nisi in solidum singuli sint constituti *c. Si duo 6. eod. in 6.*

6 Admittitur procurator in omnibus causis etiam matrimonialibus, & quidem ad matrimonium contrahendum, *c. fin. eod. in 6.* non tamen nisi ex speciali mandato. Exceptis criminalibus, si criminaliter intententur, *c. 5. h. t. & dictum D. eod. num 3. & seqq.*

Non alias aut admittitur in judiciis, nisi
7 mandatum legitime factum ostenderit. Exceptis conjunctis personis, in quibus mandatum non desideratur: quales videntur esse in linea recta omnes in infinitum, secundum text. in *l. Sed & ha 35 D. eod.* in transversa vero qui quartum gradum non excedunt, secundum aliquos; cum tamen in *d. l. 35.* tantùm fiat mentio fratrum & affinium. Ut verius sit, non intelligi alios, quam qui parentum, fratrum, filiorum locum obtinent. Innoc. *& eum secutus* Abbas in *c. Nonnulli 28. §. sunt & alii h. t.* Si de mandato dubitetur, satisdatione de rato oneratur procurator, *l. 1. Cod. h. t.* Procurator rei indistincte compellitur cavere de judicato, nisi ipse reus caverit, qua de re *D. h. t.* latius.

8 Effectus mandati procuratorii est, quod factum procuratoris domino noceat & prosit, quatenus servati sunt fines præscripti: nam gerens ea, quæ speciale mandatum requirunt, non potest petere ea rata haberi, *c. 4. eod. in 6.* uti nec agens post revocationem sibi denuntiatam. *c. 3. & 4. h. t.* Quæ revocatio procedit, etiamsi quis juraverit non revocare procuratorem, secundum *Glos. receptam in c. fin. eod. in 6.* Est & ille effectus, quod procuratori expensæ sint refundendæ, quas nomine causæ commissæ utiliter fecerit, *c. 6. hoc tit.* Cætera videantur *D. hoc tit.*

TITULUS XXXIX.

De Syndico.

SUMMARIUM.

1. *Syndicus quis, & in quo à procuratore differat.*
2. *Syndicus constitui in monasteriis etiam extraneus potest.*

SYndici sunt actores universitatum, collegiorum, societatum, corporum, per quos quod communiter fieri, agereve oportet, agitur, fit, *c. 1. D. Quod cujusque univers. nom. &c.* quo nomine veniunt & defensores Civitatum. *l. fin. §. defensores D. De munerib.* Differt à procuratore Syndicus, quod ille constituatur à privatis, hic vero à Republ. aut corpore: uti & in eo, quod ad Syndicum constituendum possit cogi Resp. aut corpus, *d. l. 1. §. quibus*, non etiam privatus ad dandum procuratorem, *c. 2. sup. tit. prox.* Sit de collegio, à quo constituitur, an extraneus non refert. *In Monasteriis potius extraneus est accipiendus, quam Religiosus, quem à fori strepitu abstinere, & à divinis non avocari est convenientius, *c. 1. h. t.* De rato cavere non tenetur, modo constet de decreto, *l. 6. in fine D. Quod cuinsque univers.* Acta ejus à collegio probanda, nisi gesta sint post revocationem, ad instar procuratoris. 1 2

TITULUS XL.

De his, quæ vi metusve causa fiunt

SUMMARIUM.

1. *Restitutio ad quid necessaria.*
2. *Per vim aut metum gesta quatenus non excludant consensum.*

3. Con-

3. *Contractus metu initi tenent, sed datur restitutio.*
4. *Quid veniat restituendum.*
5. *Iuramentum super actu per metum extorto an obliget?*
6. *An justus metus requiratur ad relaxationem talis juramenti?*
7. *Matrimonium metu initum, & votum metu emissum non tenet.*
8. *Vt neque absolutio à sententia excommunicationis metu extorta.*
9. *An neque testamenti factio coacta?*
10. *Requisita ad restitutionem ex causa metus. l. Vt propter metum quid sit datum &c.*
11. *Secundò, ut sit metus gravis.*
12. *III. Præsens. 13. IV. Incussus injustè.*
14. *V. incussus ab extrinseco.*
15. *Judicis est arbitrari, num sit sufficiens metus.*
16. *Metus etiam liberis, uxori, fratribus &c. illatus facit locum restitutioni.*
17. *Communicans cum excommunicato ob justum metum an excusetur.*
18. *Metus reverentialis non censetur justus.*
19. *Restitutionem non admittunt baptismus & Ordo.*
20. *Ordinatus per justum metum an teneatur ad continentiam?*

1 ANtequam ad judicium eatur, agitur interdum de restitutione, qua actio summo jure extincta recuperatur, aut nata quoad effectum impeditur; oppositâ actori exceptione. * Ejusmodi inter alia sunt gesta per
2 vim & metum, quæ non excludunt consensum; quem si excluderent, esset propter coactionem, quam non ponit simpliciter metus, cum concurrat voluntas: nam & qui coactè vult, equidem vult, *l. Si mulier 21. §. fin D. h. t.* Unde coacta voluntas dicitur voluntas, & summo jure obligare, ut traditur passim *D. & Cod. eod tit.* Et hoc, quatenus non agitur de vi præcisa & absoluta, quæ facit omninò abesse animum parentis, cùm principium sit ab extrinseco, passo non concurrente; unde vocatur majoris rei impetus, cui resisti non potest, *l. 2. D. h. tit.* sed de conditionali tantum & compulsiva, cujus hic mentio, quæ ponit metum, qui non excludit voluntatem, sed, ut dictum, eam admittit. Licet enim ab extrinseco impulsio fiat, passum tamen adjuvat, consentiendo in minus malum, ut evitetur majus, *can Meritò xv. q. 5.*

Tenent itaque contractus metu initi, sive 3
bonæ fidei sint, sive stricti juris; sive inciderit in contractum, sive causam dederit: quæ distinctio nullibi in Jure expressa, ut latius probarum *D. h. t.* Quia tamen excluso metu cessasset voluntas, ex æquitate indulgetur restitutio, per quam datur actio in rem, vel in personam, ad restituendum id, quod ablatum; aut exceptio, si necdum completum sit negotium. *l. 9. §. sed quod & l. 10. D. eod.* Sic coactus metu renuntiare beneficio, illud repetere non impeditur, *c. 2. 3. 4. hoc. tit.* Non competit tantùm contra eum, qui vim intulit, sed & possessorem, penes quem est res metu ablata *l. Item 14. §. in hac, D. hoc tit. Glos. in d. c. 2. h. t.*

Venit autem restituendum simplum ejus, 4
quod datum, aut ablatum. nisi is, qui metum intulit, per contumaciam non parens judicis, rem restitui jubentis, arbitrio in quadruplum damnari mereatur, idque intra annum tantùm: est enim eatenus hæc actio prætoria pœnalis, quæ annum non excedit, *Instit. de perpet. & temp act.* Rerum, quæ amissæ, aut ablatæ per metum, taxatio judicis arbitrio est permissa; & secundum juramentum partis cui metus illatus, condemnatio, *c. fin. h. t.*

Quæritur verò An juramentum super actu 5
per metum extorto obliget? R. Omnino obligare, quod sit superre, quæ servari potest citra detrimentum animæ jurantis, quale servandum, *c. Si vero 8. inf. de jurejur.* Deinde si non valeret juramentum, esset vel ratione contractus, vel ratione metus. Prius dici nequit, quia etiam actui à jure improbato accedens juramentum tenet, *c. Quamvis de pactis in 6.* Non etiam posterius, quia ut patet ex *d. c.* & metus non impedit vinculum juramenti. Quòd & patet ex *c. 3. h. tit.* ubi jurata renuntiatio dicitur servanda. Ab utroque non potest dici provenire, quia nullum jus irritans invenitur, imò potius contra invenitur non irritans, *d. c. Quamvis* Præterea quod juramentum injustè extortum obliget, si servari possit, est, quia obligatio Deo quæritur, *d. c. 8.* ideoque servandum, ne divinum ejus nomen in vanum sumi videatur. Cessat tamen metus faciliorem absolutionem & relaxatio-

nem juramenti, *d. c. Si vero* 8. Nihil obstante, quod dolus irritum faciat contractum bonæ fidei, quem caussavit; quia is aufert caussam consensus, non etiam metus, ut latius dictum *D. h. t.*

6 Q. An ad relaxationis justitiam requiratur justus metus? R. Ita videri passim per multa jura quæ gravem metum desiderant, ut relaxatio fiat, *c. 3. 4. & fin. h. tit. d. c. Si vero* 8 *&c. Verum* 15. *inf. de jurejur.* Et probatur ratione, quia ad rescindendum contractum requiritur gravis metus; ut idem in relaxando juramento videatur necessarius. Ita tradit Felin. in *c.* 2 n. 3. *inf. de jurejur.* & in foro exteriori ita videtur servandum. In foro tamen conscientiæ, cum teneatur ad restitutionem accepti per metum, licet non justum, ille, qui metum intulit, propterea quod turpiter acceperit, & cum injuria jurantis, absolutionem esse concedendam rectè tradit Abbas *d. c.* 13. *num.* 3. quem sequitur Covarr. in *c. Peccatum p.* 2. § 3. *n.* 7 quòd licet jus civile non det rescissionem nisi gestorum per metum gravem, non probet tamen gesta per metum minus gravem, sed tantum, ne humana commercia passim impedirentur, & multitudo litium in Rep. caussaretur, deneget restitutionem Non obstat *c. 3. h. t.* ubi videtur non posse repetere, si juraverit, licet metu inductus; nam ibi agitur agitur ante petitam absolutionem per superiorem, illa enim facit justam esse repetitionem, secundùm alia loca, & patet ex eo, quòd qui coactus juramento renuntiavit beneficio, non impediatur repetere, *c. 2. & 4. h. tit.* Vid. Sanchez *de matrim. Tract.* 4. *disp.* 20. *q.* 2. Suarez. *lib.* 2. *de juram. cap.* 41. *n.* 18.

7 Quod dictum est, metum non impedire obligationem, patitur exceptionem in matrimonio, in quo requiritur summa libertas, ut metus interveniens actum omnino impediat, qua de re latius infrà libro IV. De voto idem dicendum, cum & hoc desideret summam libertatem. Ratio utriusque ulterior videtur, quod matrimonium, metum initum, si validum foret, à judice dissolvi non posset, ut & obligatio voti per metum emissi. Sanchez *De matrim. Tract.* 7. *disp.* 29. *n.* 5.

8 Absolutionis beneficium ab excommunicationis sententia, vel quamcumque revocationem illius, aut suspensionis, aut interdicti, vi vel metu extortam, auctoritate omninò vacuari rescriptum est *c. unico eod. in* 6. ubi excommunicationis sententiæ subjacere dicuntur vi aut metu absolutionem aut revocationem extorquentes.

Volunt & testamenti factionem coactum esse irritam, *arg. l. Qui testamento* 20. *in fine* 9
D. Qui testam. fac. poss. ubi testis coacti testimonium tenet, nec salvat testamentum, quod multo magis dicendum in testatore coacto. Jas. in *Rub. C. Si quis aliquem testari prohib.* Diss. Memoch *De arbitr. jud. quæst. lib.* 2. *casu* 395. *n.* 7. Faehin. 10. *c.* 15. Tutoris auctoritatem metu expressam inutilem esse responsum *l.* 1. *de auctorit. tutor.* & prorogatam in aliquem jurisdictionem invitâ parte nullam esse, habet *l.* 2. *in prine D. de judic. Vide Glos. in cap.* 2. *& 6. hoc tit.*

Cæterum ut quæ de irritando actu per metum inito sunt dicta, procedant, oportet Primò 10
metus sit illatus ab eo, cui datum, factum, promissum, aut ab alio in eum finem, ut daretur, fieret, promitteretur, *l. Item* 14. *§. in hac actione D. h. t.* cum satis sit propter metū esse datum, factum, promissum. Quod quis, sibi metuēs, alteri auxilii gratia promiserit, aut dat, ad metum non pertinet, nec ideo restitutio petetur, quod vis non sit submissa per eum, cui datum, neque ab alio eum in finem, ut eleganter respondisse dicitur Pomponius in *l. Metum* 9. *§.* 1. *D. eod.*

Secundò, Sit metus gravis alicujus mali, 11
cadens in virum constantem, *l.* 5. *&* 6. *D. h. t.* eum movens, ut potius eligat quod offertur, quàm gravius, quod intentatur, incurrat: cujusmodi est metus mortis, mutilationis, gravis cruciatus corporis, servitutis, carceris, stupri, amissionis bonorum, gravis infamiæ, *c.* 1. 2. 6 *h. t. l.* 3. 4. 8. *& pen. D. eod* Ratio est, quòd talis metus si non tollat consensum, impediat tamen requisitam libertatem consensus: quam cum non impediat levior metus, licet gravioti malo anteponatur, non faciet tamen restitutionem indulgeri *d. c.* 6. *h. t.*

III. Si metus præsens, non suspicio tantum 12
inferendi, quæ sæpe vana est. Quo modo minæ non ponent justum metum, qui non ex jactationibus, sed facti atrocitate probatur, *l.* 1. 6. *&* 7. *hoc tit. & l.* 7. *C. eod.* Justa tamen & probabilis suspicio metus habetur pro metu,

tu, *l.7.§.1. Quod falsò tut. auctore gest. esse dic. D. Peckius De testam. conjug. lib.1.cap.9.n.4.* Sic minæ incussæ ab eo, qui solet eas exequi, justum ponunt metum, *arg l.7.§. hoc tamen, D. ad L. Iul majest.*

13 IV. Sit incussus injustè; quia si justè incutiatur, est quod actum ponat irritandum. Hinc damnatus, si eligat ducere meretricem, aut turpem personam, ut liberetur, tenet matrimonium, quia non potest dici subesse justus metus, cum damnatus sua sponte elegerit hunc modum, ad evitandam mortem. Idem est si promittatur impunitas, sub conditione ducendi aliquam, quod offeratur modus evadendi periculum instans. Sic & tempestatis caussa vovens tenetur, quia non tam ab alio, quàm à se impellitur, Vid. Suarez *De voto lib.1.c.7.*

14 V. Sit incussus ab extrinseco; quia s. ab intrinseco procedat, uti à morbo caussante mortis metum, non potest dici injuriosus, cum à natura procedat. Hinc ex adsertione Medici, ob humoris abundantiam quæ mortem caussaret, ducens uxorem, non potest dici impulsus à causa injuriosa, tenebitque matrimonium.

15 Hac in re plurimum valet judicis arbitrium, *l.3. D. Ex quibus caus. majores, &c.* qui perpendet ex circumstantiis & subjecti qualitate, an metus sit sufficiens: neque enim quivis eodem judicandus ordine, cum puero sit gravior metus, quam viro; fœminæ, quàm masculo, *arg can. Indignantur* XXXII. *q.6.& c. Licet inf. De homicidio.*

16 In se, an in liberis quis metuat, non interesse habetur in *d.l 8. in fine D.h.tit.* quod pro affectu in liberos magis terreantur parentes. Quod & de uxore dicendum, cum habeatur una persona cum viro: item de parentibus, Innoc. *ad c. Cum locum n.1. inf. de sponsalib.* uti & de fratribus, ac consanguineis, aliisque, quorum personis rationabiliter quis timet, ne offendantur, per *c.sciant.12. De elect. in 6.* Quo modo Felinus, in *c. Ecclesiam S. Mariæ n. 99. de Constitut.* dicit resignationem factam ob metum consanguinei resignantis illatam, esse illi restituendam.

17 Nullus metus, etiam gravissimus, à peccato excusabit, *c. Sacris, 5. h. tit.*

Hinc quæritur, An communicans cum excommunicato excusetur propter justum metum? R. Non videri, eò quòd subsit peccatum, ad quod nullo metu quis induci debet. Nisi fortè metus tollat actus communicandi malitiam, veluti si de vita agatur, nisi communicet. Neque enim pura Ecclesiastica lex per se obligat cum mortis periculo, secundum omnes: per accidens tamen posset obligare, ratione concurrentis juris naturalis aut divini, obligantis cum vitæ discrimine. Quo modo si communicatio pareret scandalum, aut in contemptum clavium pareretur, aut in ipso crimine, aut in divinis, minimè excusabit eum, qui caussa metus incussi, etiam gravissimi, obsequitur. Ratio non est in præcepto humano de non communicando, sed in vi præcepti divini tunc currentis, quod mandat evitari scandala, tueri religionis æstimationem, reprimere contemptum clavium; ut actui illi subsit intrinseca malitia. Et hoc in casu accipiendus Pont. in *d.c.5. h.t.* non etiam generaliter, licet generaliter loquatur. Covarr. *ad c. Alma p.1.§. 2.n.9.& seqq.* Adde Tiraq. *De pœnis caus.* 36. & Suarez *de Censuris disp.4 sect.3.n.12.*

18 Metum reverentialem uxoris erga maritum, liberorum erga patrem, non censeri justum, colligi potest ex dictis, & patet ex *l. Si patre D. de ritu nupt.* nisi alia accedat violentiæ incussio, *l.1.§. qui onerandæ, D. Quarum rer. actio non &c.* Covarr. *De matrim. p.2.c.3.§.6. Vide dicta D.h.t.n.21.*

19 Finaliter notandum est, esse quædam, quæ posito etiam justissimo metu, non admittunt tamen ullam restitutionem, ut Baptismus & Ordo: nam cum metus non tollat voluntatem, non impedit etiam characteris impressionem, *c.3. inf. de Baptismo.*

20 Ubi quæri posset, An ordinatus per justum metum teneatur ad continentiam? R. Hoc posse videri; Primò, qui characterem recipiat, cui adnexa est castitas, quæ tamquam accessorium sequitur Ordinem, tamquam principale. Secundò, quia baptizatus licet coactè, teneatur tamen legibus Ecclesiæ, *can. de Iudæis dist.* 41. ex vi characteris impressi, quem comitantur Ecclesiasticæ leges, uti & comitatur castitas Ordinis characterem, Dicendum tamen, non teneri talem ad continentiam. Ratio est, quod Ordo sacer non obliget ex natura rei ad castitatem, sed ratione voti, ex

Ecclesiæ constitutione adjuncti. Votum autem hoc, sive expressum sive tacitum, irritum facit justus metus, *c. 1 h.t.* Nihil facit, quod Ordini sit adjunctum continentiæ votum, quia hoc non jure divino, sed humano, ut dicetur inf. *ad tit. de Clericis conjug.* Ut per metum, qui humana rescindit, impediatur ejus obligatio.

Nihil obstat prius argumentum, cum tantum procedat, quando est eadem ratio principalis & accessorii: quæ hic non est eadem, cum ad characteris impressionem sufficiat quæcunque voluntas, ad votum autem continentiæ libera desideretur, *d. c. 1.* Nihil etiam obstat secundum; quia baptismus continet professionem religionis, ad quam nascitur obligatio ex mera natura Sacramenti, posita qualicunq; voluntate, ut eam metus irritare nequeat tamquam juri divino adnexam. In voto autem aliud est, quod ex institutione Ecclesiæ adest, quæ requirit libertatem omnimodam. Ita Glos. *d. c. 3. V. Conditionaliter* Nav. *Cons. 3 n. 8. & cons. 4. n. 8. & seqq. h.t.* ubi illam tradit esse communem opinionem. Quo modo talis poterit ad nuptias transire, non requisita ulla dispensatione Pontificia: nisi tamen, cessante metu, approbaverit susceptum Ordinem, sive verbo sive facto, etiam semel eo usus citra coactionem, quia actum ratificando facit eum voluntarium, cogiturq; continere, quatenus non subest error. Navarr. *d. Cons. 4 n. 8 & 9.*

TITULUS XLI.

De Restitutionibus in integrum.

SUMMARIUM.

1. *Restitutio in integrum quid, & ex qua causa fiat.*
2. *Ecclesia, exemplo minorum, restituitur.*
3. *Restitutio contra quem petatur.*
4. *An detur minori læso in renuntiatione beneficii?*
5. *An si beneficium alteri sit collatum?*
6. *Restitutio coram quo judice petenda.*
7. *Quo modo & intra quod tempus.*
8. *Non nisi semel super eadem repeti potest.*
9. *Effectus impetratæ restitutionis.*

1 RESTitutio est causæ redintegratio: estque extraordinarium remedium, quo læsus in jus pristinum restituitur ex justa causa, quam dat metus, dolus adversarii, absentia, aliave similis; modo causa probetur: quamvis si non plenè probetur, concedatur nihilominus in causa favorabili, *c. 4. h.t.* uti est matrimonium. Ponit & justam causam ætas minor, quatenus per eam causata læsio, ut traditur *Cod. De in integr. restitut. minor. & D. De minorib.* * Minorum jure gaudet Ecclesia, si vendendo, locando læsa fuerit: restituitur enim, salvo tamen pretio emptori aut conductori, & sumptibus, si quos fecit, *c. 1. hoc tit.* Item si consitendo fuerit læsa, *c. 2. eod. in. 6.* aut omittendo probationem necessariam, *c. 3. h.t.* Non obstante termino juris exclusivo. Procedit ea restitutio etiam contra sententiam Papæ, *c. 5. h. tit. arg. l. Minor 18. §. 5. D. De Minorib. &c.* Non obstante facto Prælati, quo Ecclesia læsa fuit, nec negligentia procuratoris, qui jura Ecclesiæ non produxit, *c. 2. h.t.* 2 3

Petitur contra quemcumque, à quo læsio contigit, adeo ut Ecclesia contra Ecclesiam eam petat, *d. c. 3. h.t. & l. Si minor 24. De minorib.* Non obstante, quòd privilegiatus non utatur suo privilegio contra privilegiatum, & possessori habeatur potior: hoc enim verum est, quando utrimque est par causa; hic autem est impar, cum alter de damno vitando agat, alter lucrum captet. 3

Quæritur autem, An detur restitutio in integrum minori læso in renuntiatione beneficii R. Ita rectè dici, & velle Covar. *lib. 1. Var. Resol. cap. 5. nu. 3.* nixum tam multorum auctoritate, quàm ratione; quia minores læsos jura passim volunt restitui, nusquam excepta læsione, quæ circa beneficium contigit. Cui non obstat, quod in beneficiis habeatur major, ut constituere possit procuratorem, *c. fin. De judic. in 6.* minor autem quà minor, non etiam quà major, restituatur: nam non ideo minor esse, ejusque beneficiis uti desinit, cum concessio unius beneficii non debeat causare detrimentum: quoad aliud, quod hic foret. Vid. Gomes. *ad Reg. De triennali poss. qu. 15.* 4

Quæstio major est, An restitutio procedat, si beneficium alteri sit collatum? R. Posse videtur non procedere per *l. Quod si minor 24. §. Scævola De minorib.* ubi non succurritur 5

minori,

minori, nisi re integra, hoc autem casu non integra res. Vult tamen Covar. *d. loco*, nihilominus restitutionem competere, ex regula generali, quòd minori læso sit salva restitutio. Non obstat *d. §. Scævola*, quia agit in casu, quo agitur de lucro captando, scilicet acquirenda hæreditate repudiata, non etiam de damno vitando, uti hac in quæstione, Gomes. *d. q. 15. Vid.* Molina *de just. & jure, Disp. 573. vers. utrum autem.*

6 Restitutionis petitio proponenda est coram adversarii ordinario; *l. 2. C. Vbi & apud quem restit. peti deb.* Sequitur enim actor forum rei. Sit tamen eo major, contra ejus sententiam imploratur, *d. l. Minor 12. D. de minorib.* quia minori in majorem cum non sit jurisdictio minùs conveniens per illum hujus sententias rescindi.

Clericus contra laicum acturus, eam petere debet coram laico, nam & ipse forum rei sequitur, nisi agatur causa Ecclesiastica, quæ tractanda coram suo judice, ut dicetur infra *de foro compet.* Coram arbitro non rectè proponitur, *l. 1. C. Vbi & apud quem restit.* cum jurisdictionem non habeat. Non potest etiam coram delegato proponi, nisi specialiter demandetur, aut in commisso negotio incidat, *c. pen. h. t.* aut datus sit ad universitatem causarum, qualis habetur instar ordinarii, aut datus à Pontifice, cui est jus pinguius, ut dictum supra, *Tit. 29.*

Rectè ut censeatur petita: petenda est libello, *c. 5. h. t.* Citanda pars ne causa, quæ alios tangit, temerè iis inconsultis mutetur, *c. quod omnes de R. I in 6.* Proponenda intra quadriennium, *l. fin. C. de temporib. in integ. rest.* Quod & Ecclesiæ currit, numerandum à die læsionis, *Clement. un. h. t.* minori ab inchoato anno XXVI. *d. l. fin.* Postea frustra petitur, nisi rationabile quid subsit, quod aliud suadeat, *c. 2. eod. in 6 ubi Glos.* Restitutioni ex causa metus, aut doli brevius tempus præscriptum, illi scilicet anni, huic biennii, ut patet ex Tit. *D. & Cod. de his quæ vi & dolo.*

7 Non solet autem restitutio super aliqua repeti nisi semel: nam rejecta iterato cum effectu non petitur, *c. fin. h. t.* cum bis super eadem re nemo experiatur, & videatur deesse justa causa, nisi tamen nova emerserit.

Effectus petitæ contra sententiam restitu- 8
tionis est, ut executio ejus suspendatur; nisi subsit malitia in detrimentum alterius, *c. 6. h. t.* Probata causa læsionis facit causam redintegrari illi, qui se læsum probavit, non tamen ultrà quà læsus est, *Clem. un. h. t.*

TITULUS XLII.

De alienatione judicij mutandi causa facta.

SUMMARIUM.

1. *Quid hoc casu obtineat jure D. & Cod.*
2. *Alienatio hujusmodi non nocet impetrationi rescripti.*
3. *Cessiones in Clericos fieri prohibentur.*

LÆditur & pars alienatione rei judicii mu- 1
tandi causa, aut in personam potentiorem, ut agere volenti durior sit ejus persecutio. Cui rei occurritur jure Digest. concessa actione in factum quanti interest, jure Codicis in rem contra possessorem. * Statuitur hoc tit. alie- 2
nationem ejusmodi in fraudem rescripti impetrati non obesse, quòminus cogatur possessor, in quem alienatio est facta, comparere ex vi ipsius rescripti, *c. 1. h. t.* ubi appellatio à diversa parte nulhus dicitur esse momenti. * Pro- 3
hibentur etiam cessiones in Clericos, ne fori mutatione durior fiat adversarii conditio *c. 2. h. t.*

TITULUS XLIII.

De Arbitris.

SUMMARIUM.

1. *Arbitrorum duo genera.*
2. *In arbitrum qui compromittant.*
3. *In quos compromittatur.*
4. *Compromittatur in unum vel plures.*
5. *Arbitri inter se discordes non eligunt tertium*
6. *Licet sint concordes in eligendo tertium.*
7. *Super quibus rebus compromittatur, vel non.*
8. *Arbitrium suscipere est voluntatis susceptum implere est necessitatis.*
9. *Ex arbitrio an & qua actio competat.*

10. *Arbitris dissentientibus quæ sententia prævaleat.*
11. *Ab arbitro non appellatur : nec reconventio apud arbitrum proponitur.*

1 MInori strepitu & sumptu per arbitros privatim solent controversiæ componi, sive ante litis ingressum, sive etiam postea, quæ eatenus sistitur. Horum duo sunt genera : aliud eorum, qui secundùm juris ordinē procedunt, de quibus hic, qui proprie Arbitri dicuntur; aliud eorum, quos Arbitratores vulgò vocant, sive Amicabiles Compositores, qui non ad lites, sed ad actus extrajudiciales adhibentur, *l. societatem 76. §. Arbitrorum D. pro socio.*

2 In arbitrum compromittit quilibet habens rerum suarum administrationem liberam. Non procurator, nisi speciale habeas mandatum, aut liberam administrationem, ut colligere est ex *c. per tuas 9. juncta Gl. h. t. & arg. l. Procurator 38. D. de procuratorib.*

3 Compromittitur in quemlibet, quem nec status, nec ætas removet. Quo modo non compromittitur in servum, qui tamen liber factus rectè ex partium consensu sententiam dicit, *l sed si 9, D. eod.* Non in mulierem, quia arbitrari est civile munus, *l. fin. C. eod.* Si tamen jurisdictionem habeat, in eam compromitti potest, *c. 4 h. t.* cum cui licet quod plus est, etiam sit permittendum, quod est minus. Non in minorem annis XVIII. *l. Quidam 57. D. de re judic.* nisi ex arbitrio Principis, *arg. c cum vigesimum 45. jup. de off. jud. deleg* cum ex lege Julia non liceat compromittere in minorem XX. annis *l. cum lege 41. D. h. t.* Non laicum in causa spirituali, qui spiritualibus se non immiscet, *c. contigit 8. h. t.* Auctoritate tamen delegati in Clericum & laicum compromissum validum est, *d. c. per tuas 9, h. t.* cum censeatur causa per Clericum tractari tamquam magis dignum ejusque auctoritate niti compromissum, *Glossa ad d. c. 8.*

4 Compromittitur non tantùm in unum, sed & in plures, convenientius numero impares, ne contingat arbitrium per paritatem impediri, *c. 1. h. t. l. item si unus 17. §. principaliter D. eod.*

5 * Certi autem adsumendi, nec danda licentia arbitris inter se discordibus tertium eligendi, *c. innotuit 12. h. t.* Possent enim vel ipsi arbitri inter se dissentire in eligendo, aut etiam ab iis electus minùs placere partibus, ut res sit futura sine exitu, *l. non distinguemus 32. §. quæsitum D. h. t.* nisi nominata sit persona tertia in casum dissensus. *Gl. d. l. 17. §. si in duos*, quia cessat litium incertitudinis.

6 Quid si arbitri isto casu sint concordes in eligendo tertium ? R. Nihil magis tenere arbitrium, quippe ab initio nullum, ut non convalescat ex post facto, secundum *l. quod ab initio D. de R. I. & ita tenet Gl.* Abbas Innoc. *d. c. 12.* Objicitur textus in *c. pen. h. t.* verum ibi non agitur nisi de concessa ista licentia judici, à quo nominatur rectè tertius, cum possit judex arbitros dissentientes cogere, ut tertium eligant, ne causa maneat indecisa, *d. l. 17. §. principaliter*, juxta quam intelligendum, *c. cum speciali 61. inf. de appellat. &c. suspicionis 39. sup. de off. jud. deleg.*

7 Compromittatur super quavis causa, nisi in alicujus præjudicium tendat. Quo modo non compromittit Ecclesia exempta super exemptione, sine licentia Rom. Pontificis, cujus vertitur præjudicium, *c. 5. h. t.* Excipitur & causa criminalis, quia crimina non privato arbitrio remittenda, sed vindicanda condignè per publicam auctoritatem, *c. pen. in fin. sup. t. 41. de integ. restit.* Item libertatis, *d. l. 32. §. Iulianus D. h. t.* quia requirit majorem judicem Matrimonialis, ne contingat matrimonia dissolvi, aut conciliari contra Canones, *d. c. pen. in fine*, Beneficialis, ne sine Canonica institutione aperiatur via ad beneficia, contra *c. 1. de R. I. in 6.* Excipitur & res judicata ne publico judicio prævaleat arbitrium privatum, *c. Exposita 11. h. t.*

8 Arbitrium suscipere nemo cogitur, siquidem sit extra jurisdictionis necessitatem & mandato proximè accedat : susceptum tamen est implendum, *l. 3. §. 1. D. eod.*

9 Non erat autem olim ex arbitrio actio, nisi stipulatio interveniisset de standō arbitrio, sub certa pœna, quæ petebatur : vel si simpliciter convenisset sententiæ stari, incerti erat actio, *l. idem 27. in fine D. eod.* Postea ex sententia arbitri homologata, ut vocant, id est vel expresè vel tacitè per silentium decem dierum comprobata, actio data & exceptio, *l. pen. Cod. eod.* Quod jure Canonico obtinet, *d. c. h. t.* qua-

quatenus arbitrium non continet peccatum per partes non remissibile, *c. 2. eod.* & servati finis ac forma compromissi. Quo modo, uno ex arbitris adsumptis mortuo ante sententiam, ab aliis ea prolata non tenebit, *c. ex parte* 10. *h. t.* Uti nec tenebit, altero compromittentium mortuo: neque enim in hæredem extenditur, nisi aliud sit cautum, *c. fin. h. t.* Quamvis unius ex tribus contumacia dictam ab aliis sententiam non faciat inutilem, *c. fin. eod. in 6.* ne malitia unius actum impediat nisi tamen cautum sit, ut omnes adsint, & per omnes sententia proferatur, *Gl. in d. c. fin. eod. in 6.*

Si contingat arbitros dissentire, ea sententia prævalebit, quam plures dixerint, & si omnes discordent, minor prævalebit, quod in eam consenserint omnes, *c. 1. eod. in 6.* 10

Non appellatur ab arbitrio. *l. 1. c. eod.* quòd jurisdictione careat. An verò reductio ab arbitri sententia peti possit, dictum *D. eod. n. 31.* Non proponitur etiam coram arbitris reconventio, cum de his tantùm, super quibus in eos compromissum exstitit, arbitrentur, nisi forte ita cohæreant, ut causa sine iis expediri commodè nequeat, *c. 6. h. t.* ut supplet ibi Glossa.

HENRICI ZOESII II. C.
IN LIB. SECUNDUM
DECRETALIVM
GREGORII IX. P. M.
COMMENTARIUS.

TITULUS PRIMUS.
De Judiciis.

SUMMARIUM.

1. *Ordinis ratio.*
2. *Iudicium quid, & quotuplex.*
3. *Citatio etiam in summario judicio necessaria.*
4. *Iudicium constituunt Iudex, Actor, Reus.*
5. *Iudicem qualem esse oporteat.*
6. *An minor possit esse judex.*
7. *An fœmina, servus, & filius in causa patris.*
8. *Actor & reus quis.*
9. *Minor & Religiosus personam standi in judicio non habent.*
10. *Iudicii partes.*
11. *Iudicis officium.*
12. *Iudicium civile intra triennium terminandum, criminale intra biennium.*
13. *Etiam jure Canonico.*
14. *Intellectus* c. penult. h. t.
15. *Iudicis potestas.*

EXpositis præparatoriis quibusdam judiciorum, sub finem libri primi, hoc libro secundo principaliter, quæ ad ipsa judicia spectant, exsequitur Pont. methodo pulchertima, recedens ab ordine juris civilis, in quo post personas agitur de rebus, aut natura prioribus, * Ratio hujus ordinis est, quòd actiones judiciales forma fiant digniores, magisque universales. Universalia autem præmittit verò Pont. primò universalem de judiciis tractatu: quæ inventa, ne quis propriâ auctoritate jus sibi diceret, & ultionem sumeret, sed legitimè per judicem obtineret, ad hoc enim inductum esse Magistratum tradit I. C. in *l. 2. § post originem D. de orig. juris.* 1

Dictum judicium quasi jurisdictio, *Forus inf. de V. S* Estque legitima rei controversæ inter litigantes coram judice disceptatio. 2

Va-

Varia ejus est divisio. Secundum materiam aliud est Civile, aliud Criminale: aliud Ecclesiasticum, quod vertitur super re aut forum Ecclesiæ spectante, aliud Laicum, in quo res temporalis tractatur. Hoc coram laico vertitur, non istud: neque enim laicorum est tractare Ecclesiastica, *c. 2. h. t.* Atque ita in *c. 3. eod.* caussa juris patronatus dicitur tractanda à judice Ecclesiastico. Aliud item Petitorium, quo agitur de proprietate, aliud Possessorium, in quo quæritur de possessione. Secundùm formam aliud est Ordinarium, in quo servatur solemnis procedendi modus, aliud Summarium, in quo de plano, sine strepitu aut figura judicii, proceditur, & præter citationem ac necessarias probationes, reliqua juris solemnia omittuntur, *Clem. sæpe de verb. signif.* ut in causa electionis, postulationis, provisionis dignitatum, aliorumque beneficiorum, ne Ecclesia diu ministris careat, & ne ministri Ecclesiarum diu stipendiis priventur: item matrimoniorum, ne mutuo corporis usu cum periculo incontinentiæ, diu fraudentur conjuges: usurarum, ut citissimè restituantur, *Clem. dispendiosa h. t.* * Citatio non magis omitti 3
potest in summario, quàm ordinario, cum spectat ad juris sui defensionem quæ est naturalis. *d. Clem. sæpe & Clem. Pastoralis de jure jur.* ut ne quidem Princeps eam remittat. Unde contra non citatum sententia lata non valet, etiamsi tendat in ejus favorem, quòd ejus omissio contineat defectum substantialem, qui facit actum nulla sui parte valere, Gail. 1. *obs. c. 75. n. 9.* Vant. *De nullitatibus proces. Tit. de nullit. ex defectu citat. n. 10.*

Judicium, constituunt tres personæ Judex, 4
Actor, Reus, Judex est, ad quem vel jure dignitatis spectat causæ cognitio, qualis dicitur Ordinarius; vel ex commissione, qualis dicitur delegatus, de quo supra *lib. 1. Tit. 2.* * Judex vir bonus sit oportet, prudens, à vi- 5
tiis alienus: quod enim scelus damnet indulgens sibi, & qui exercebit justitiæ munus, ipse iniquitatis famulus? Sit & Jurisconsultus, aut saltem Icto Assessore utatur: item sit competens, de quo Tit. seq.

Qu. An & & minor possit esse Judex? R. Vi- 6
deri quidem posse minorem XX. annis, modò sit major XVIII. *l. quidem 57. D. de re judic.* ubi hoc exprimi videtur. Verùm dicendum, non posse secundum *c. cum vigesimum 41. sup. de officio jud. deleg.* nisi ex partium consensu admatur, & sit major annis XVIII. Atque ita accipienda *d. l.* juxta *d. c. 4.* Potest tamen Princeps minorem judicem dare, & minoris magistratum habentis sententia tenet, propterea quòd Princeps, qui magistratum dedit, omnia cum gerere decreverit, *d. l. 57.* ubi Alex. *& dixi D. h. t. n. 20. & 21.*

Non sit improbatus natura, moribus, legi- 7
bus. Qua ratione fœmina, quæ officiis virilibus non fungitur, judicio regulariter non præponitur, *c. 4. sup. de arbit.* uti nec servus, *l. cum Prætor 12. §. non autem D. h. t.* Dicta tamen à servo judice sententia, qui publice liber habebatur, tenet, propter errorem communem, qui titulo subnixus jus facit. *l. Barbarius D. de officio Præt.* Non laicus in spiritualibus, quæ non tractanda à laico, *c. 3. h. t.* Filius in privata patris causa non videtur prohibitus esse judex, *l. in privatis 77. D. h. t.* licet non sit satis honestum, & detur adversario justa recusandi causa, secundum *l. 10. D de jurisd.* Costal. *ibid.* & Cujac. 3. *ad African.*

Actor est, qui actionem intendat, & prior 1
ad judicium provocat, *l. in tribus 13. l. inter 62. D. eod.* Reus, à quo petitur, & qui causam dicit à re dictus, quam debet, & plerumque debitorem significat, interdum & creditorem, *instit. de duobus reis.* Oportet autem partes 2
sint habiles & majores: * nam contra minores 3
non tenet judicium, cum iis desit persona legitima standi in judicio: qualis nec est Religioso sine consensu Superioris sui, *c. causam 9. h. t.* à quo possit actus judiciarius irritari. Lata tamen sententia pro minori, aut Religioso agente sine consensu Superioris, tenet, *l. non eò minus 14. C de procurat.* Interdum sine reo judicium peragatur, eo absente per contumaciam, *c. novit inf. tit. 14.* Interdum etiam sine actore, quando agitur via denuntiationis Evangelicæ, aut inquisitionis, *cap. Novit 13. hoc tit.*

Judicii partes sunt duæ: contestatio, quæ 11
est principium sive ingressus litis, & sententia, quæ eam finit. Cætera aut sunt præparatoria, ut citatio, libelli oblatio; aut media, ut probationes; aut consequentia, ut executio.

Incumbit judici causas examinare & judi-

cata

care, quatenus cognitio ad eum spectat. Nam sunt, quæ non nisi à Pont. judicandæ, veluti si agatur de privilegiis Sedis Apostolicæ, *c. cum venissent 12. h. t.* Finire controversias quam citissimè, debita observata solemnitate, ne lites fiant immortales, & partes gravibus impensis onerentur.

12 Jure civili intra triennium causa civilis est terminanda, addita pœna in eos, per quos stabit, quò minus terminetur. Præterea eo decurso finitur instantia, quæ agere pergenti renovanda, cum omnibus iis, quæ ad litis ordinationem pertinent, *l. properandum 13. §. 1. C. h. t.* Illis tamen salvis, quæ concernunt litis decisionem, cujus ordinis sunt acta probatoria, quæ & alio in judicio vim habent, *l. pen in fin. C. de receptis arbitr. l. ult. C. de testib.* Quæ decisio cum præcipuè sit fundata in publica utilitate, non admittit partium prorogationem, quia juri publico privata pacta non prævalent Vid. Natta *ad Clem. sæpè nu. 71. de verb. signif.* Causa criminalis intra biennium à lite contestata finienda, *l. 3. C. ut intra certum tempus crim. q. term.* Ratio videtur esse, quod publicæ causæ privatis suns potiores, aut potius quod triste sit longo tempore in reatu hærere. Quo modo ejus pœna sublevanda dicitur, qui longo tempore fuit in reatu, *l. si diutino D. de pœnis.* Si interea temporis per partes in compromissum itum fuerit, dictum tempus non videtur labi, *arg. Clem. quamdiu de appell. auth. si tamen C. de temporib. appellat.*

Est autem controversum, An ista dispositio juris civilis obtineat jure Canonico? R. Esse qui negent, per text. in *c. pen. h. t.* ubi etiam decurso triennio jubetur nihilominus delegatus causam cognoscere. Abbas & alii *ad d. c. pen.* Verius tamen est, non esse differentiam inter hæc jura quoad hanc materiam, cum per Canones nullibi sit contrarium dispositum, & ratio abbreviandarum l'tium etiam hoc jure militet, *c. finem s. inf. t. 14. de dolo & contum.*

14 Covarr. *ad c. quamvis p. 2. §. 11. n. 10.* * Nihil facit, *d. c. penult.* cum in illo tantum agatur de jurisdictionis perpetuatione, qua per lapsum triennii delegatus non privatur? neque enim finitur nisi modis, de quibus suprà *tit. de off. & potest. jud. deleg.* Ut causam cognoscere deinceps non impediatur, nova nimirum inchoata instantia, quod & insinuat Innoc. *d. c. pen.* In quo non eadem maneat instantia, an vero sit diversa, non decernitur; ut res illa determinanda veniat secundum jus civile; *arg. c. 1. de novi operis nuntiat.* Quò facit Concil. Trid. quod intra biennium, à die motæ litis, si judicium terminatum non fuerit, dat licentiam adeundi judicem superiorem, *Sess. 24. de reformat. c. 20.* Quod ipsum rectè dicitur procedere tantùm in casu, quo stat per judicem, quòd minùs causa definiatur, non etiam si ob causæ qualitatem, aut partium cavillationem, ne puniatur, qui non deliquit, & commodum reportent, qui cavillationibus suis tempus protraxerint, *d. c. penult. h. t.* Et ita resolvisse dicitur Congregatio Card. sacri Concil. Interpretum.

Permissa omnia ea Judici, sine quibus com- 15
missa jurisdictio commodè exerceri nequit: quo modo citat partes, cogit comparere, respondere, contumaces excommunicationi subjicit, *c. 1. h. t.* Personaliter tamen ut quis compareat jubere non potest, nisi ex speciali Pont. mandato, aut causa exigente præsentiam, ut quia criminalis, aut quia agitur de veritate dicenda, *c. 1. eod. in 6.* & alias *de quibus Gloss. in c. Pastoralis 14. h. tit.* Facta quoque per principales personas proponenda, *d. c. 14* Mulierum testimonium si necessarium fuerit, non ipsæ vocandæ coram judice, sed ad eas mittendus, qui depositionem excipiat, *c. eod. in 6.* Prætorea punit convictum coram se Clericum, non etiam coram laico tamquam non suo judice, *c. 4. h. t.* suspendendo, interdicendo, deponendo, trahendo brachio sæculari, non tamen pro quibusvis criminibus, *d. c. 4. in fine*, & non alias, quàm si sit incorrigibilis, *c. cum non ab homine 10. h. t.* qua de re latius infrà, *ad tit. de pœnis.*

TITULUS II.

De foro competenti.

SUMMARIUM.

1. *Citatio, Principium instituendi judicii, alia est verbalis, alia realis.*
2. *Forum competens quid?*
3. *Citatus coram judice incompetente impunè non comparet.*

4. *Reo dicente se Clericum cujus sit cognitio.*
5. *Sortitur quis forum ratione domicilii.*
6. *Ratione rei sitæ.*
7. *Ratione contractus.*
8. *Ratione causæ.*
9. *In causa possessoria rei Ecclesiasticæ an laicus sit judex competens.*
10. *Item ratione delicti.*
11. *Ratione privilegii.*
12. *Clericus coram quo judice conveniendus, etiam in criminalibus.*
13. *Laicus judicans Clericum excommunicatus ipso jure.*
14. *An & conveniens Clericum coram laico?*
15. *Causa civilis Clerici an laico rectè delegetur*
16. *Causas spirituales laico S. P. rectè delegat.*
17. *Non etiam Episcopus aut alius Prælatus.*
18. *Laicus delinquens unà cum Clerico non gaudet privilegio fori.*
19. *Clericus de causis temporalibus laicorum quando cognoscere possit.*
20. *Clericus foro suo renuntiare non potest.*
21. *Ne quidem adito juramento.*
22. *Clericus renuntians, aut prorogans forum suum quas pœnas incurrat.*
23. *Pœnæ illæ non incurruntur solâ citatione.*
24. *Clericus nequidem ratione rei sortitur forum laici.*
25. *An neque ratione tutelæ aut curæ?*
26. 27. *Clericus laici hæres ubi conveniendus.*
28. *In causa evictionis rei laico venditæ ejus judicem sequitur.*
29. *Clericatus superveniens judicio inchoato non nocet.*
30. *Suscipiens Ordines post delictum an exemptus à foro laici?*
31. *Exemptio Clericorum à jurisdictione an sit juris divini.*
32. *An Papa potuerit Clericos in temporalibus eximere à jurisdictione Principum?*

1 PRincipium instituendi judicii est Citatio, qua quis in judicium vocatur juris experiundi causa. Omitti ea non potest, ut dictum Tit. superiori, quia aliàs judicium non procederet, cum nemo inauditus sit damnandus. Alia est verbalis, quæ fit per apparitorem, aut, literas, vel edicto publico, *c. fin. inf. tit* 15. Alia realis, quæ fit per apprehensionem personæ, ex mandato judicis, *l. fin. C. de exhiben. reis*, & quidem rei non actoris; est enim judiciorum communis forma, ut instituantur in foro rei, *l.* 2. *C. de jurisd.* quod sequitur actor, *c.* 5. *hor tit.*

Forum est exercendorum judiciorum locus, sive sedes jurisdictionis. Competens forum est ordinaria jurisdictionis sedes, cui reus est subjectus; & quidem immediatè: nam, proximo judice omisso, non rectè trahitur reus ad ulteriorem. Quomodo Archiepiscopus non est competens judex in prima instantia subditorum suis Suffraganeis, *c.* 1. *eod. in* 6. Excipitur Rom. Pont. ad quem immediatè & in prima instantia quis rectè vocatur, quòd illi sit jurisdictio immediatè in omnes Christianos, etiam in prima instantia; nisi subsit justa & necessaria causa revocandi domum, uti ratione legationis. *c. fin. h. t.* nisi tamen in loco legationis contractus sit initus, *l.* 2. §. *omnes D. de jud.* qua de re Covar. *Pract. quæst. c.* 5. * Coram incompetente judice citatus impunè non comparet, *l. fin. D. de jurisd.* cum extra territorium jus dicenti impunè non pareatur; nisi ad hoc, ut de jurisdictione cognoscatur, *l.* 5. *de jud.* Si tamen non sit notorium, vocatum non esse de territorio vocantis *Clem. Pastoralis* §. *illud de sent. excom.* nam quæ sunt certa, non sunt amplius certioranda. 2

Q. An reo se dicente Clericum, cognitio ejus spectet ad laicum? R. potius ad Clericum spectare, cum sit causa Ecclesiastica, non tractanda à laico, *c.* 2. *sup. de jud.* Interim laicus judex etsi supersedere debeat in causa cognoscenda, *c.* 3. *inf. de ordine cognit.* incarceratum tamen non relaxabit, cum judicio pendente nihil sit innovandum, Innoc. in *c. ut famæ inf. de sent. excom.* Vide Covarr. *Pract quæst. c.* 33. Barbosa *ad l. Titia* 35. *n.* 23. *& n.* 42. *D. soluto matrim. & Remiss. ad Conc. Trid. Sess.* 23. *c.* 6. *de reformat. V. Tonsuram deferens.* 3

Sortitur quis forum ratione domicilii, quod certum alibi fixit, inde non recessurus, si nihil avocet, *l. Cives* 7. *C. de incolis lib.* 10. Quo modo incolæ ibi conveniuntur, ubi habitant, quatenus ibi quærent: nam domicilium habitationis saltem [originis enim semper manet, cum sit naturale, *l. de origine C. de municip. lib.* 10.] pro lubitu mutari potest, aliò transferendo rerum suarum ac fortunarum summam, *l. do-*

l. domicilium D. ad municipal. Hæres sequitur domicilium defuncti, ejusque forum, *l. Hæres absens 19. D. de iudic.*

6 Sunt autem causæ, ex quibus conveniendi alibi aliquem est licentia. Primò, Ratione rei, de qua quæstio: ut enim in personam agens, illam sequitur, ita agens in rem, eam, ubi sita est, petit, *l. 3. Cod. Vbi in rem actio exer. deb.* ubi dictum agi in possessorem, qui judicium non subterfugiet, laudando suum auctorem, quatenus habet rei restituendæ facultatem: nam alias laudando suum auctorem, judicium reale non sustineret *l. 1. C. h. t.* Res sit mobilis, an immobilis, non refert, *l. quod legatur 38. D. de iudic.* Ubi excipitur Clericus, qui ratione rei non rectè convenitur coram laico, ut patebit ex iis, quæ inferius dicentur.

7 Secundò, ratione contractus? censentur enim contrahentes loci legibus se accomodasse, nisi conventum fuerit de solutione alibi facienda, *c. Delicti inf. tit. 17.* quòd videantur ibi contraxisse, *l. contraxisse 21. D. de oblig & act.* Si tamen ibi inveniatur reus, *arg. ad l. Hæres in prin. D. de jud.* Et ita accipiendum vulgare axioma, quod habet, Ibi reum conveniendum esse, ubi res est. Quod si non compareat in loco contractus, citari à judice istius loci potest; non quidem in eum effectum, ut persona ejus adficiatur [neq; enim subjectus est alieno judici, ut excommunicari ab eo nequeat tamquam contumax: concernit enim excommunicatio personam subjectam, Innoc. *in c. licet 10. h. t.*] sed, si non compareat, ut decernatur missio in possessionem bonorum ibi existentium. Quod si nulla ibi sint, decernetur missio in possessionem bonorum alibi existentium, cujus executio fiet per judicem loci, *c. 1. §. contrahentes eod. in 6.* Covar. *Pract. q. c. 10. n. 3.* Sic etsi agatur contra Clericum à judice domicilii, habentem alibi beneficium, cujus crimen exposcit privationem. Judex domicilii sententiam quidem feret tamquam in subditum, executio tamen privationis faciendæ per judicem loci, ubi situm beneficium, *c. postulasti 14. hoc tit.*

8 III. Ratione causæ: quo modo causa Ecclesiastica, qualis est beneficiorum, matrimoniorum, decimarum, & similium, coram judice Ecclesiastico est terminanda, *c. 1. inf. qui filii sint legit.* Eodem & spectat causa juramenti, ad cujus observationem etiam laicus coram Clerico convenitur, *c. 3. eod. in 6.* Feudalis causa, etiam Clerico vasallo existente, coram Domino feudi, licet laico tractanda, *c. 6. & 7. h. t.* ubi agitur de controversia feudi adversus Præpositum, & dicitur ea tractanda vel ab Ecclesia, si feudum ab ea dependeat, vel ab Imperatore, si juris sit Imperialis, & hoc quoad causas debiti officii, & amissionis feudi, non ultra. Est enim feudum res Domini, cujus interest bonum habere vasallum, qui & eatenus est quasi superior.

Valde controvertitur, An causa possessoria 9
rei spiritualis possit tractari per judicem laicum? R. De rigore juris non posse: consuetudine tamen contrarium invaluisse, quæ quatenus nihil proprietatis est admixtum, tolerari posse videtur, quod magis ad causam temporalem, quam spiritualem videatur pertinere. Covar. *Pract. qq. c. 35.* Guido Papæ *q. 1.* Fachin. *l. 8. Contr. c. 1. & dixi ad D. tit. de jud. n. 8.*

IV. Ratione delicti, in cujus enim territo- 10
rio quis deliquit, ibi & exspectat judicium, *c. fin. h. t.* qui tamen non minus alibi apprehendi & puniri potest, *l. un. C. Vbi de crim. agi opor.* ne crimina maneant impunita. In gravioribus solet reus alibi captus remitti ad petitionem Judicis loci, ubi deliquit, tum ut quod exemplo nocitum, pœna emendetur, tum quia facilior ibi probatio. Covar. *Pract. qq. c. 10. n. 1.* Malefactores Ecclesiarum etiam laici possunt & coram Judice Ecclesiastico conveniri, *c. 8. h. t.* uti & usurpantes jura Ecclesiastica, *c. conquestus 16. h. t.*

V. Ratione privilegii personæ concessi. Sic 11
miles coram magistro militiæ convenitur, *tit. C. in quibus caus. milit. fori præscript. uti non poss.* Illustres coram Principe, *l. fin. C. Vbi Senat. vel clariss. &c.* Studiosi etsi domicilium non habeant in loco studii, quoad contractus tamen & delicta coram suo Rectore conveniuntur, *Auth. Habita Cod. Ne filius pro patre.* ubi ea de re pluribus actum. Uxorem mariti privilegium eximit à jurisdictione sui Judicis, *l. pen. D. de iurisd.*

Clerisus Ecclesiasticum habet suum judi- 12
cem, etiam in criminalibus, *Auth. Statuimus C. de Episc. & Cleric.* ut sententia laici minimè ligetur, etiam in liquidis, *cap. 2. eod. in 6.* Imò laicus Clericum judicare præsumens

excommunicatur, *c. 7. sup. de arbitris.* Ratio in eo est, quòd, cum Clerici sint correctores morum, non æquè possint instruere, corrigere eos, quibus subjecti essent, & quia laicos non deceat tractare spiritualia, Unde *c. 2. sup. tit.* 1. decernitur, ne laicis committantur spiritualia negotia.

Q. An ipso jure excommunicatio infligatur?
13 R. Glos. in *d. c. 2. h. t.* velle, tantùm esse ferendæ sententiæ: sed contra dicendum, esse sententiæ latæ, propter verbum, *sequestratus sit*, quod est executivum. Ita tenet Glossa in *c. 2. de hæret. in* 6. quam sequitur Abbas *in d. c. 2. in fine h. t.*

Vocans coram laico judice Clericum laicus
14 non videtur excommunicatione notari, cùm ejus mentio non fiat in *d. c. 2.* nec alibi inveniatur expressum, nisi in laico judicante Clericum, & Clerico vocante Clericum ad judicia publica, id est coram laico, *c. si diligenti 12. h. t.* quod non est extendendum ad laicos, cum pœnam contineat. Non fert tamen impunè laicus Clericum conveniens coram judice laico, cum causa cadat, judicatum non teneat, judex judicandi potestate privetur, *Aut statui ut eod. de Episc. & Cleric.*

Quòd vero ad civilia negotia attinet, ea laicis delegari posse vult Glos *in d. c. 2.* & Felinus
15 *ibid. n. 1. alios citans per c. Exposita 11 sup. de arbitris*, ubi in laicum fuit compromissum. Et hoc, quatenus singularis causa committitur, non etiam universitas causarum: videretur enim commissa ordinaria jurisdictio, secundùm dicta superius, *tit. de officio jud. deleg.* qualis non potest committi laico. Ratio diversitatis est, quia hoc casu suo nomine exerceret jurisdictionem in Clericos, quod non decet, illo vero nomine delegantis tantùm, cùm proprium nihil habeat.

De eo dubitatum, An possit Pont. laico de-
16 legare causas spirituales? R. Non tantum civiles eum rectè delegare, sed etiam spirituales, *Gl. in can. prater §. ad hoc V. duci. dist. 32.* quæ vult etiam posse committi laico per Pont. ut excommunicet, Abbas *ad c. Ecclesia 10. n. 5.* & Felin. *ibid. n. 6. sup. de constit.* Non obstante *c. 2. sup. de judiciis, & aliis locis*; cum loquantur de communi & ordinario jure, supra quod est Pontifex. Et hoc ita quoad delegatam jurisdictionem, & in aliquo casu particulari: nam ordinarium regimen Ecclesiæ non potest Regibus aut laicis committi; nec fieri potest, ut ex vi Regiæ potestatis Rex Clerico jus dicat, cum jure divino sit statutum, ut per Episcopos gubernetur Ecclesia. Ut contrarium cohonestari non possit una dispensatione, citra eversionem ordinarii Ecclesiæ regiminis, cum nequeat habere justam & rationabilem causam. Quod vitium non subest, quando causa aliqua delegatur; hoc enim non divino jure prohibitum, cum delegatus fungatur vice delegantis, penes quem manet jurisdictio Ecclesiastica.

Episcopi aut alterius Prælati commissio
17 non habet eumdem effectum, cum non possit mutare ea, quæ sunt juris publici. Pollet tamen videri tenere commissio causæ spiritualis facta Clerico simul & laico, *arg. c. pertuas 9. sub de arbitris*, quod Clerici, ut dignioris, auctoritate nitatur judicium. Verum non procedit hoc argumentum, cum arbitrium, non det aliquam jurisdictionem, ut dat delegatio.

Exempti itaque Clerici à laicorum jurisdic-
18 tione, non tantùm in civilibus, sed & criminalibus. Ubi quæret aliquis, An prosit ea exemptio laico qui simul cum Clerico delinquit? R. Neutiquam prodesse, cum in qualibet persona ponatur delictum distinctum, *l. 1. C. De condict. furt.* Et facit eodem optimè textus in *l. si quis uxori 52. in princ. & §. 1. De furtis.* ubi cum uxore alicujus subtrahens res mariti furti tenetur, licet uxor non teneatur. Adidem etiam facit textus in *l. Mulieri 74. D. de condit. & demonst.* Videatur Gomez. 3. *Var. cap* 10. *n.* 6. Covar. *Pract. quæst. c* 34 Fachin 9. *Controv. c.* 31.

Temporales laicorum causæ coram suo judice sunt agitandæ, neutiquam coram Cle-
19 rico; nisi hoc admittat consuetudo, aut judex sit negligens in exhibendâ justitia, *c. licet 10. & 11. h. t.* cujus defectum supplet Clericus. Miserabilis quoque persona rectè ad Ecclesiam confugit, pro consequenda justitia, *c. ex parte 13. h. t.* Non aliàs tamen, laico Judice negligente, adeundus est Clericus, quàm si superior laicus desit: neque enim censetur deficere justitiæ exhibitio, quamdiu à superiore potest corrigi negligentia inferioris, *d. c. 10.* Defectus judicis spiritualis non potest corrigi, vel suppleri per laicum, *c. qualiter 17. sup. de judic.*

iaait. cui ne quidem in habitu est potestas in Clericos. Denegante tamen Clerico justitiam facere, videtur quid posse laicus, non per modum jurisdictionis, sed extrajudicialiter in officii sui consequentiam: quo modo accipiendus *can. Filii* xvi. *q.* 7.

20 Quæritur, An liceat Clerico renuntiare beneficio fori? Laico quidem id est permissum, *l. pen. Cod. De pactis*, quod juri pro se introducto quilibet rectè renuntiet: at Clerico minimè, qui nec tacitè nec expressè potest in se prorogare jurisdictionem laici. *Si diligenti 12. h. t.* Neque enim privilegium hoc datum tum personæ, quàm toti ordini, cui injuria irrogaretur, si Clericus, qui laico est dignior, ab eo judicaretur. Ut hoc privilegium sit juris publici, cui minimè renuntiatur; & cessat decisio *d. l. pen.* Innoc. & Felin. *ad d. c.* 12. Nihil facit textus in *c. Dilecti* 17. *h. t.* nam ibi non renuntiatur privilegio ordinis, de quo hic sed tantum singulari privilegio certo loco concesso, ne scilicet possint conveniri citra mare: cujus derogatio, cùm non concernat aliquod ordinis detrimentum, est servanda.

21 Quod adeo procedit, ut juramentum subjunctum prorogationi fori in laicos per Clericum, eam minimè justificet, cum juramentum illicitum non sit obligatorium, *c.* 1. *inf. De juram. ubi de eare latius.* Est autem hæc in materia illicitum, cum tendat in alterius detrimentum, ordinis, uti dictum, Clericalis. Quo modo & in *d. c.* 12. *circa fin.* dicitur tale juramentum licitè servari non posse, quod sit contra Canonica statuta.

22 Renuntians foro suo Clericus, aut vocans Clericum coram judice laico, perdit causam, & à communione habetur extraneus: quibus verbis non tam excommunicatio fertur, quam ferri mandatur, secundum Abbatem, *ad. d. c.* 12. *nu.* 5. *l.* 21. & 22. Præterea purgans se coram judice laico in criminali negotio locum amittit, etiamsi pro eo sententia feratur: in civili verò perdit quod evicit, si locum obtinere maluerit, *d. c.* 12. *in fine.* Quæ pœna non videtur ipso jure infligi, sed per Judicem infligenda, secundum *Glos. ad d. c.* 12. *V. causam perdant*; quòd verbum, *perdant*, non tam sit præsentis, quàm futuri temporis. Et facit, quòd in dubio mitior in pœnis sit adsumenda pars. Huc rectè adducitur textus in *c. Gravem* 18. *inf. De excessib. Prælat.* ubi apertè requiritur sententia judicis.

Per solam citationem hæc pœna non videtur 23
incurri, cum textus *d. c.* 12. habeat, *ad judicia pertrahant*, quod requirit litis contestationem, & effectum citationis: ut antè pœnitere liceat, *arg. Quamvis D. De in jus vocando.* Antè enim non tam quis petiit, quàm petere voluit.

Procedunt dicta non tantum si agatur in 24
personam, verum & si in rem. Nam licet potius res videatur conveniri, quam persona, *l. Imperatores* D. *De publicanis & vectig.* persona tamen ad judicium cogitur, & posset damnari ad restitutionem per laicum, contra *d. c.* 12. Felin. in *c. Qualiter* 17. *nu.* 8 *sup. tit.* 1. quamvis contrarium in plerisque locis habeat praxis. Vide dicta ad *tit. D. De judic. nu.* 79. Excipitur causa feudalis, uti dictum paulò superius, coram domino aut ejus Curia tractanda.

Quæritur hic, An Clericus possit conveniri 25
coram laico ex causa tutelæ, aut curæ? R. Id posse videri, quòd non tam personæ causa cõveniatur, quàm officii, Gail, 1. *Obser. c.* 37. *nu.* 7. *vers. Sexto*, Verum non respondet verbis *d. c.* 12. quæ Clericos conveniri coram laico omnino prohibent, quod indignum sit, eos à laico damnari. Quæ indignitas & isto casu obtinet, cùm licet officii nomine, personalis tamen actionis causa Clericus coram laico conveniatur, quod isto cap. est prohibitum. Ut stante ratione prohibitionis, etiam ipsa prohibitio obtineat, ne sit imperfecta. Quod & de jure procedet in iis, qui habent officia in Principum aula, de praxi tamen non servari tradit Covarr. *Pract. Quæst. c.* 33. *nu.* 6. dicens eos privari officiis, & stipendiis, si declinaverint forum sæculare, quod & tradit Clarus *§. fin. q.* 36. *nu.* 25.

Quæsitum & illud, An Clericus laici hæ- 26
res, ut talis conveniatur coram laico? R. Judicium inchoatum per defunctum coram laico, ibidem à Clerico successore perficiendum esse; ex eo, quod proprium privilegium non excusset hæredem, *l. Hæres absens* 19. *in princ.* D. *De judic.* & quod de jure communi ibi sit judicium perficiendum, ubi inchoatum. Quam sententiam, ut communem & veram, tenet. Covarr. *Pract. qq. c.* 8. *nu.* 3. quamvis contravelit Abbas in *c. Quia nu.* 11. & 12. *sup. tit.* 1. Felin ibid.

ibid. num. 3. in fine. Scilicet quòd instantia inchoata non transeat in hæredem Clericum, communi regula, quòd Clericus non debeat conveniri coram laico. Verum prior opinio vera est.

27 Quid si necdum judicium sit inchoatum coram laico, sed post inchoetur? Sunt qui velint etiam tunc Clericum esse conveniendum coram laico: ex eo, quod nō debeat qualitas obligationis mutari ex persona hæredis, qui defunctum repræsentat; & quod excusetur proprio privilegio, *d. l. 19. in princ. & ibi* Barbosa *n.* 104. *pluribus seqq.* quam opinionem tenet Vasq. *De success. tom. 1. §. 22. n. 7.* Verius tamē hoc in casu Clericum esse conveniendum coram suo judice, per *d. c. 12.* cùm lis contra Clericum inchoetur, ex caussa quidem defuncti, nomine tamen proprio se defendentem, cujus ideo inspicienda qualitas. Nihil obstat *d. l. 19.* quia loquitur de privilegio particulari, non de eo, quod jure competit, Covarr. *d. c. 8. n. 4.* Abbas & Felin. *de loco*, Gail 1. *d. Obser. c. 37. n. 8.* Et est communis hæc opinio.

28 Est & quæstio, An Clericus in caussa evictionis rei laico venditæ comparere debeat coram ejus judice? R. Debere, cum non agatur primario contra Clericum, sed contra laicum emptorem, ad cujus defensionem teneatur venditor, etiam Clericus. Quò facit, quòd in *l. Venditor 49. in princ. D. De judic.* non obstante privilegio sui judicis, cogatur venditor sequi forum emptoris hac in caussa. Si tamen primò conveniatur Clericus, est coram suo judice vocandus, Covarr. *d. loco, n 3.* Fachin. *lib. 2. c. 35.* Gail. *d. loco nu. 7.*

29 Movetur quoque dubium, An Clericatus superveniens faciat judicium inchoatum coram laico cessare? R. Non videri, per rextum in *c. pen. h. t.* ubi sola citatio facit nihil prodesse mutationem domicilii citato, quò minus compareat coram judice citante, cum ibi judicium semel acceptum, ibi finiri debeat, *l. Vbi 31. D. De judiciis.* Nihil faciente privilegio superveniente, cùm illud non faciat mutari statum caussæ, *l. pen. D. De jurisdict. l. 7. D. De judic.* Quo facit, quòd dictum paulò ante, Clericum hæredem laici teneri perficere judicium coram laico incæptum. Et ita in civili caussa procedere plerique tradunt, Specul. *de Reo §. 1. num. 4.* Abbas *d. c. pen. in fin.*

Quid si post delictum suscipiat Ordines? R. Plerosque velle, non esse judici laico facultatem coercendi talem reum, tamquam exemptum ab ejus jurisdictione, *arg. l. Quicumque, §. reus De re milit.* Nisi tamen in fraudem legis hoc egerit, quæ illi prodesse non debet. Quo casu minime æquum, eum liberari à foro judicis sæcularis, *arg. l. Hos accusare in fine princ. 1. D. De accus.* Et hoc, etiamsi necdum fuerit inchoatum judicium, ne per eam liberatus reus à sæculari potestate delictum impunè ferat. Fraus præsumitur ex eo, quod accusatus aut denuntiatus, aut infamatus ordinari se fecerit, aut Religionem ingressus. Quo tamen casu non posse per judicem sæcularem puniri reum, nisi quoad bona, tradit communiter teneri Covarr. *Pract. q. c. 31* non etiam in corpore. Fraus si nulla appareat, liberari jurisdictione sæculari per privilegium superveniens, per *l. Non distinguemus 32. §. sacerdotio, D. De receptis arbit.* Fraudem non subesse mutationi status, volunt præsumi ex voto Religionis, aut Ordinis antè emisso, idque probari sufficienter juramento rei, propterea quòd in his, quæ in animo consistunt, probatio sufficiens censeatur ea, quæ fit proprio juramento: qua tamen de re aliqui non immerito dubitant, quòd facile sit jurare reo in sui liberationem, cum detrimento publico. Ut Chassan. *ad Consuet. Burg. Rub. 1. §. 5. fallent 14. nu. 57.* Jul. Clarus *§ fin. q. 98. nu. 4.* dicant hanc rem non prodesse, quod, licet distinctus ad Clericatum habeatur pro Clerico, ex quo tamen nondum receptus in Clericos, non possit dici reus esse extra jurisdictionem sæcularis judicis.

Controversa admodum quæstio est, An exemptio Clericorum à jurisdictione Laicorum sit juris divini, aut humani? R. Non paucos contendere, indistincte esse juris divini, quos citat Vivius *lib. 3. Commun. opin. V. Clericus à potestate* & Covarr. *Pract. qq. c. 33. nu. 1.* Alios è contra, esse juris humani, quos citat idem Covarr. *d. loco n. 2.* ipse mediam viam eligens, adserensque, divini juris esse in iis, quæ sunt spiritualia, quod potestas circa ea à Deo commissa sit iis, penes quos est potestas spiritualis. Quam non esse penes Reges, aut

eorum

eorum subordinatam potestati, ex eo patet, quod potestas spiritualis & temporalis distinguantur, *can. Cum ad verum, & can. Duo sunt Dist. 96.* Ut necesse sit eam circa distinctas versari materias, & unamquamque sibi propriam vindicare, atque intra eam se continere, tamquam proprium objectum. Spiritualis potestatis proprium objectum sunt res spirituales, quales sunt Clerici: temporalis autem res temporales. Probat hanc partem Joannes Papa, *can. Si Imperator d. Dist. 96. Habet.* inquit *hæc privilegia suæ potestatis* [Imperator] *ut ejus beneficiis non ingratus contra dispositionem cœlestis ordinis nil usurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ Ecclesia disponenda sunt, pertinere, nos ad sæculi potestates.* Idem patet ex aliis Canonibus, *can. Certum. can. Imperium. can. Quoniam Dist. 10. cap. Ecclesia sup. De constitut. & c. Sollicita De majorit. & obed.* Humani verò juris in iis, quæ circa temporalia & criminalia versantur, qualia in primitiva Ecclesia subjecta fuisse jurisdictioni Principum certum est, & constat sufficienter ex Covar. *d. l.*

32 Ubi quæsitum, An Papa potuerit, & conveniens fuerit eximi Clericos in rebus & causis temporalibus à jurisdictione Principum? R. Potuisse, & conveniens fuisse. Prior pars probatur ex indirecta potestate, quam in temporalibus habere Pontificem probatum suprà, *tit. De constitut. n. 19.* & patet ex c. 2 *sup. De majorit. & obed.* ubi Innoc. III. adserit, etiam invito Imperatore, potuisse Pontificem Clericos eximere à jurisdictione laicorum. Estque ea communis Canonistarum sententia in *d. c Ecclesia sup. de constit.* pro qua faciunt varia loca *c. fin. inf. de reb Eccl. alienan. vel non c. fin. de censib. in 6. & passim de immunit. Eccles.* Vid. Suarez *de defens. Fidei Cathol. lib. 4. c. 3. n. 11. & seqq.* Posterior pars ex eo probatur, quod Clerici sint res sacræ, ex vi consecrationis aut destinationis ad officium sacrum; atque ita dicens sit, eos cum rebus suis subesse potestati iis respondenti; spirituali scilicet. Indecens enim foret, ut, qui judicibus temporalibus tamquam patres spirituales præsunt, ab iisdem in temporalibus judicentur & puniantur. Ab Imperatore, aut Principe potuisse eos eximi, nec justitiæ, nec rationi repugnat, cum tendat in favorem fidei & religionis; nullique noceat, nisi ipsimet Principi concedenti privilegium; qui potest sibi præjudicare: ubi alterius non subest nocumentum, uti hoc in casu non subest. Exemptioni isti per laicos præjudicari non potest: uti nec per consuetudinem, nisi fortè non subsit damnum ordinis. Videtur tamen Pont. ei derogare posse, cum ejus sit tollere legem, qui possit. Quâ ratione ipse temperavit aliquatenus hanc exceptionem in Clericis conjugatis, ut dicetur infrà *tit. De Cler. coniug.* Et concilium Trid. *Sess. 23. cap. 6. De reformat.* non alias fori privilegium Clericis primæ tonsuræ permisit, quam si majores XIV. annis beneficium obtinerent, aut si Clericalem habitum, & tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inservirent, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola vel Universitate de licentia Episcopi versarentur, quasi in via ad alios Ordines suscipiendos.

Exempti itaque Clerici à jurisdictione laicorum, subditi suo Episcopo; sine cujus venia ne quidem alterius personæ Ecclesiasticæ jurisdictionem in se prorogant *c. Significasti 18. h. t. & c. 1. eod. in eod. 6.* idque ratione beneficii aut Ordinis ab eo collati.

TITULUS III.

De Libelli oblatione.

SUMMARIUM.

1. *Libellus quis, & cui edendus.*
2. *Qualiter concipiendus.*
3. *Causa petendi in actione reali & personali.*
4. *Actionis nomen an exprimendum?*
5. *Conclusio necessaria in civilibus, non in criminalibus.*
6. *Libellus quousque emendari & mutari possit remissivè.*
7. *Anni, mensis, diei editio an & quatenus facienda.*

COnstituto foro, proponitur petitio per actionem, vel voce, uti in summariis & extraordinariis, in quibus procedituri de plano & simpliciter, quæ actis inseritur, ut postea de ea constet, *Clem. Sæpè de verb. Signif.* vel scripto, ut in ordinariis *c. 1. h. t.* * dicitur que Libellus, 1 qui est scriptura actoris petitionem, ejusque causam continens.

Eden-

Edendus est & judici, qui juxta illum decernat citationem, atque eatenus est citatione prior & reo, & eatenus est citatione posterior. Edere est exhibere, dictare, copiam inspiciendi, describendi dare, *l.* 1. D. *De edendo*. Libelli partes duæ sunt præcipuæ petitio, &
2 ejus caussa, *c.* 3. *h. t.*

Concipiendus est idoneè, ut demonstret futuræ litis speciem, & melius intelligat reus, quid, quale, quantum petatur; cedendum sit, nec ne; quid respondendum ad petitionem actoris. In libello criminali nomen accusati & accusatoris, item dilecti locus, annus, mensis, designanda, *l.* 3. D. *De accusat.* In civili, *Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quò* exprimendum: scilicet in personam, an in rem agatur, universalem an particularem, mobilem an immobilem: tota an pars petatur, & ubi sita, *l. Si in rem* 6. D. *De rei vindic. c.* 2. *h. t.* Alio enim modo universalis, alio particularis petitur. Illam universaliter petere sufficit; veluti, *Peto hæreditatem mihi relictam, Peto rationem tutelæ me pupillo gestæ.* In hac res per circumstantias est describenda, ut sciatur, quid petatur, *d. c.* 2. Alias esset incertus libellus super quo non rectè fertur sententia, §. *curare* 32. *Instit. De actionib.*

3 Est & differentia inter actionem in rem & actionem in personam. Non in illa caussam propinquam, scilicet dominium, allegare satis est: in hac etiam remota alleganda, hoc est non tantum dicendum, quòd reus sit obligatus, verum & addendum, quo ex contractu. Rationem differentiæ ponunt, quòd in illa censeatur caussa remota expressa, eò quod res non nisi una ex caussa possit haberi. *l.* 3. §. *ex pluribus* D. *De acquir. possess.* Quod aliter se habet in personali, cum ex pluribus caussis quid possit deberi, ut incertum esse queat, qua ex caussa agatur, *l. Et an eadem* 14. D. *De except. rei judic.* Gail. 1. *Obser.* 61. *num.* 1. *& seqq.*
4

Actionis nomen non esse necessario exprimendum, patet ex *c.* 6. *sup De iudic.* modo jus petendi & caussa ex conceptione libelli & conclusione colligi possit. Jure civili volunt opus esse expressione, per *l.* 1. D. *De edendo*, & *l.* 3. *C. eod.* Potest tamen non malè cum Azune, *ad d. tit. Cod.* teneri nec hoc jure necessarium esse, cum nihil referat, proprio nomine quid exprimatur, an demonstretur per æquipollens *l. Certum* 6. *C. De reb. cred.* Gail. *d. loco.*

In civilibus conclusione est opus, non etiam in criminalibus. In illis enim agitur, ut parti quid fiat, vel detur, quod exprimendum, quid, quale, quantum sit: in his vero conclusio dependet ex lege, vel judicis arbitrio, ut frustrà per actorem exprimeretur; nisi tamen pœna parti veniret applicanda Gail. *d. locon.* 10.

Emendari posse libellum usq; ad sententiam & mutari etiam post lites contestationem, non tamen permanente eadem instantia, dictum D. *eod. num.* 10. *& seqq.*

Dictum autem supra, esse designandum annum & mensem; nam diei & Consulis editio ad partis instructionem non est necessaria. cui sufficit vidisse intentionem actoris, idque ut evitetur subornatio, hac in re obvia *l.* 1. §. *editiones* D. *d. tit.* Ad fidem vero faciendam est necessaria *l.* 4. *C. De divers. rescript.* In criminalibus quoque dies & hora omittuntur, *l.* 3. *in princ.* D. *De accusat.* nisi ex eo contingat reo læsio, propter indirectam probationem negationis. Clarus §. *fin. qu.* 12. *num.* 13. Dies, quo solutio facienda, necessario est exprimenda, quod sit pars stipulationis, *d.* §. *editionis.*

TITULUS IV.

De mutuis petitionibus,

SUMMARIUM.

1. *Mutua petitio sive reconventio coram eodem judice, etiam alias incompetente, instituenda.*
2. *Non coram arbitro.*
3. *Reconvenire quis possit; & An excommunicatus;*
4. *Clericus coram laico an reconveniri possit?*
5. *Reconventio in quibus caussis locum habeat.*
6. *An in criminalibus?*
7. *An in caussa spoliationis?*
8. *Non obtinet in caussa appellationis.*
9. *Non etiam, si in una parte debitum illiquidum sit.*
10. *Reconventio quo tempore proponenda.*

INtellectâ actoris petitione, si quid vicissim putet sibi deberi reus, id proponere potest 1

recon-

reconveniendo actorem, per mutuam, ut hic vocat Pont. petitionem, aut, ut I. C. mutuas actiones, *l. Si idem* 11. §. 1. D. *De jurisdict.* coram eodem Judice, sive ordinario; sive delegato, *c.* 1. & 2. *h. t.* etiam prorogato, quia retinet plenam jurisdictionem. Judicem hunc, licet sibi incompetentem, non detrectat actor: cujus enim in agendo quis observat arbitrum, eum contra se habere judicem non debet dedignari, *l. Cum Papinianus* 14. & *Auth. Et consequenter Cod. De sent. & interloc. omnib. jud.* idque ut facilius & citius lites dirimantur; quod publico bono respondet. Qua de causa si alter minorem quantitatem petierit, quæ sit intra jurisdictionem judicantis, alter verò majorem, quæ modum excedat, tractanda nihilominus causa coram eodem judice, *d. l. Si idem* §. 1. *De jurisd.*

2 Coram arbitro non habet locum mutua petitio, sive reconventio, ut vocant, quòd compromissi terminos non egrediatur, *c.* 6. *sup. De arbitris.* V. Maranta *De ord. judic. p.* 4. *dist.* 6. *n.* 12. ubi distinguit inter arbitrum voluntarium & arbitrum juris.

3 Reconveniente quilibet per quemcunque conventus eundem suum actorem potest. An igitur & excommunicatus? R. Permitti quidem excommunicato sui defensionem, quæ naturalis est, ut negari ne queat; quo modo excipere potest & appellare, *c.* 5. *ubi Gl. inf. De except.* ita postulante æquitate, ne contingat condemnari absolvendum: actionem tamen ei non concedi, ne quis, quam cogatur cum eo communicare, in animæ suæ detrimentum, *c. Exceptionem inf. De except.* Ad actionem autem spectat reconventio, ut hæc ei non sit permissa, *d. c.* 5. *in fine, ubi Gl.*

4 Verum acriter disputatur, An Clericus rectè reconveniatur coram laico? R. Ita communis obtinuisse, per *d. l. Cum Papinianus*: & quod civili & Canonico jure sit permissa reconventio sine distinctione judicis, laicus sit, an Clericus, ordinarius an delegatus, etiamsi causæ per reconventionem propositæ non sit competens, *d. l.* 11. §. 1. Non facta etiam distinctione inter personas reconvenientes & reconventas, laici sint, an Clerici. Et facit, quòd etiam eo casu militet naturalis causa defensionis, qua jus reconveniendi in genere nitì creditur; & quòd isto in casu iniquum sit, non licere reo, quod licet actori. Bart. in *d. l. Cum Papinianus n.* 19. *Gl. in c.* 1. & *ibi* Innoc. *sup. tit.* 2. *De foro comp.* Felin. in *c.* 4. *n.* 8 *sup. tit.* 1. *De judic.* Posset tamen alicui contrarium non improbabiliter videri, per textum in *c. Si diligenti* 12. *sup. tit.* 2. quod non vult Clericos, sive volentes sive invitos, subire judicia sæcularia, ne quidem ex pacto per juramentum vallato. Alii tamen, qui opinionem communem tuentur, ibi tantum volunt prohiberi prorogationem jurisdictionis laicæ per hominem, quando hoc principaliter agitur; non etiam quando ex consequenti per legem inducitur prorogatio. Et hoc, si agatur de re profana, de qua in abstracto judicare potest laicus: nam si spiritualis esset, reconventio non permitteretur, *Gl. c* 1 *hoc tit.* Wamesl. *Cons. de jure Pont.* 71. *n.* 3. Vid. dicta *ad tit.* D. *De judic. n* 89. & *tit. De re judic. n* 34. & *seqq.*

Habet locum in omnibus causis, etiam habentibus diversas qualitates: quo modo & agenti super feudo coram Feudali Curia proponi potest de pecunia aliunde debita. Wamesl. *d. Cons.* 71. *n.* 5. 5

An & in criminalibus? R. Non habere, quod non relatione criminis, sed purgatione quis fiat innocens, *can.* 1. 2. & *Prius III. q.* 11 nisi agatur civiliter, *l. Si ambo* §. 1. D. *De compens.* Deinde non potest proponi nisi spectans ad reconvenientem, cui quæri posset, hic autem ei non potest quæri, cum pœna Reip. cedat. Quò facit, quod dictum alibi, compensationem non opponi in criminalibus, *tit.* D. *De compens. n.* 8. & *De re judic. n.* 37. 6

Conventus super spoliatione videtur non posse reconvenire nisi super spoliatione, ex ratione, quod spoliatus ante omnia sit restituendus, *c. fin. inf. De ord. cognit.* hac de re latius infrà *tit.* 13. *De restitut. spoliat.* Deinde reconventio locum habet in causis, quæ habent actionis faciem & formam, qualem non habet causa spolii. 7

Q. An obtineat in causa appellationis? R. Non obtinere; quia aut reus appellat, & frustrà reconvenit actor, cui debetur; aut appellat actor, & reconventione non indiget reus victor. Adde, quod judex appellationis non habeat jurisdictionem nisi in causa appellationis. 8

Quid si ab una parte non sit liquidum debitum 9

bitum, ab altera verò liquidum? Videtur dicendum, non admitti magis reconventionem, quàm admittitur compensatio, cum qua habet adfinitatem: & in plerisque identitatem: quæ requirit utrimque debitum ejusdem ordinis liquidum. Unde & hoc in casu utraque caussa sit liquida necesse est, aut illiquida; quia alias alteri, cujus caussa est liquida, fieret injusta, quod ejus decisio retardaretur, propter causam ab altero propositam, quæ longiorem requirit indaginem.

10 Proponenda reconventio tempori, scilicet vel ante litem contestatam; quo modo Tit. hic præponitur ei, qui est de litis contestatione: vel paulo post *d. Auth. Et consequenter, Clem. Sæpe De verb. signif.* ut simul commodius cognosci, & una sententia, saltem prolatione [sunt enim realiter duæ] terminari possit conventionis & reconventionis caussa, *c. 1. h. tit.* Unde est, quòd conventio & reconventio pari passu ambulare dicantur; ita ut, si in illa remota sit appellatio, etiam in hac remota censeatur, *c. 2. hoc tit.* ne quod uni licet, alteri denegetur. Si detrectaverit actor respondere reconventioni, compelletur per judicem, denegata actione, & audientia non accommodatâ, aliave viâ. Si judex, non habitâ ratione reconventionis, in causa processerit, reo licitum est appellare, *l. 1. in fine, Quæ sent. sine appellat. rescind.* Quòd si ab initio non fuerit reconventio proposita, sed serius, non terminabitur simul ejus caussa; idque ne caussæ conventionis decisio producatur in damnum actoris. Quod sibi imputet reus, qui tempori, ut oportebat, juxta *d. Clem. Sæpè*, sibi non providerit, Abbas *d. c. In.* 19. S. c &, si conventionis caussa summariè absolvi possit, caussa reconventionis, quæ summariè pertractari non potest, non remorabitur ejus decisionem.

TITULUS V.

De Litis contestatione.

SUMMARIUM.

1. *Litis contestatio necessaria in judiciis ordinariis.*
2. *Non in summariis.*
3. *An neque in ordinariis ex consensu partium.*
4. *In caussa appellationis quatenus necessaria.*
5. *Litis contestatio quo modo inducatur.*
6. *Litis contestatio quid?*
7. *Litis contestationem non inducit confessio.*
8. *Impedit eamdem protestatio.*

1 INitium judicii est à litis contestatione; antequam non tam petit actor, quam petere vult, Gail. 1. *Obser. c.* 74. * Quæque ita necessaria, ut omissa sententiam faciat nullam, *c. 1. h. t. l. Prolatam C. De sent. & interloc. omnium judic.* quasi latam super re in judicium non deducta. Quod primò procedit in judiciis ordinariis. * Nam in summariis, in iisque, quibus 2 summariè caussæ pertractantur, litis contestatio non requiritur, *per text. expressum in d. Clem. Sæpè De V. S.* uti nec alia solemnia, quæ tamen servari possunt, partibus non contradicentibus.

Ubi quæri posset, An similiter in ordinariis ex consensu partium possint omitti solemnitates? R. Minimè; quia non possunt partes immutari jus commune. Nihil obstante, quòd ex eorum consensu possit observari solemnitas & in summariis: nam, ut rectè ait *Glos. fin. in d. Clem. Sæpè, quam ibid. probat Zabarella*, per hoc redditur ad jus commune: in nostro autem casu ab eo receditur; cum facilius res ad naturam suam redeat, & formæ suæ reddatur, *l. Si unus* 27. *§. pactus in fin. D. De pactis.*

Secundò procedit in prima instantia: nam appellationis caussa non est præcisè necessaria 4 non tantum absente altera parte, *c. Per tuas sub inf. De appellat.* sed etiam præsente utraque, si non petatur ab altera partium, Covar. *ad c. Raynaldus* 18. §. 2. *n.* 1. *in fine* x: *De testam.* & in prima instantia sit lis contestata, Gail. 1. *Obs.* 76. *n.* 5. Wames. *Cons.* 47. *in prine, hoc t. & ad d. c. Per tuas, n.* 4. & 6. Si agitur judicio ordinario; nam si summario, ut in prima instantia potest omitti contestatio, ita & in secunda, cum sit ejusdem naturæ & qualitatis. In supremis Curiis valere nihilominus processum & sententiam, omissa litis contestatione, tradit Gail. *d. lib.* 1, *cap.* 75. *n.* 5. & 11. & *d. c.* 76. *in fine*, Wames. *d. Cons.* 74. *in fine.*

5 Ut inducatur litis contestatio, non sufficit simplex citatio, quamvis ea faciat rem non esse integram, *Clem. 2. Vt lite pendente, &c.* interrumpat præscriptionem, modò in termino citationis compareat actor; alias sine effectu foret, Jason, *ad Rubr. De in jus vocando n. 4.* Non etiam opus est formâ solemni, per interpositas stipulationes, pro more pristino: sed sufficit per actorem & reum declaretur voluntas lite contendendi. Quæ colligitur ex eo, quod reus ad petitionem actoris contradictorie respondeat, coram judice, qui per narrationem negotii causam audire incipiat, quam audit, qui alteram tantum partem audit; ut
6 nuda postulatio non sufficiat, *l. 1. C. hoc tit.* * Ut litis contestatio sit rei ad principalem actoris petitionem responsio animo contestandi litem, Dico, principalem; nam responsio ad positionem non facit litem contestatam, quia positiones principalis negotii decisionem non concernunt.

7 Sic neque litis contestationem inducit confessio, cùm hæc contradictionem non habeat, *l. Si reus 73. D. De procurat.* Felin. *ad c. 1. n. 5. hoc tit.* Ut nec contradicit excipiens, *c. 2. eod in 6.* cum qui excipit neque neget, neque affirmet, *c. 6 inf. De except* Felin. *in d. c. 1. nu. 6.*

8 Impedit & litit contestationem protestatio de non contestando, subjecta per reum responsioni suæ; quæ reo permissa, quia ipsi utile non contestari litem. Si tamen perseveret fallaciter in sua protestatione, potest à judice cogi contestari litem. Hac de re latius *Cod. eod.*

TITULUS VI.

Ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitivam.

SUMMARIUM.

1. *Testes ante litem contestatam cur non recipiantur.*
2. *Exceptio quoad exceptiones dilatorias & peremptorias litis finita.*
3. *Testium receptio admissa ob metum mortis vel absentia diuturnæ.*
4. *Ob periculum oblivionis.*
5. *In causa inquisitionis, & ad perpetuam rei memoriam.*
6. *In causa electionis & matrimonii.*

ANte litis contestationem, quæ est solemnis judicii fundamentum, & ante quam incertum, an lis sit futura, nec testium receptio locum habet, nec definitiva ferenda sententia; cum super quo testes recipiantur, aut sententia feratur, nihil sit, actore non tam petente, quàm petere volente, *l. Amplius D. Rem ratam haberi.* * Super exceptionibus tamen dilatoriis testes rectè recipiuntur, cum tendant ad dilationem litis, ideoque ante proponendæ, ut dicetur infrà *tit. De except.* Idem juris in peremptoriis, quæ dicuntur litis finitæ, & ingressum ejus impediunt, de quibus *c. 1. De litis contest. in 6.* 1 2

Excipiuntur quoque testes super principali, quando de morte testium, vel diutina eorum absentia timetur, ne probationis copia fortuitò eripiatur; absente scilicet parte adversâ, sive contumaciter, sive etiam sine malitia, ut convenire nequeat. Quo casu actor intra annum, ex quo convenire reum potuit, in jus eum vocare debet, aut saltem receptionem hujusmodi testium ei denuntiare: aliàs attestationes receptæ non valituræ. Et hoc ne hac ratione forte per fraudem reo eripiatur conditio objiciendi quid contra testes, *c. fin. in princ. h. t.* 3

Item dicendum, si sit periculum oblivionis ex causa moræ aut subornationis, *arg. l. 3. §. duæ D. De Carbon. edicto.*

Quid si postea comparuerit reus, vivis adhuc testibus, an eorum examen erit repetendum? R. Ita videri per *c. Præsentata, 50. inf. De test. ib. & l. fin. C. eod. tit.* ubi testes per arbitrum recepti denuo sunt examinandi, si ita pars velit, nisi sint mortui. 4

In causa quoque inquisitionis super excessibus, non attenta contestatione, qua non est opus, testes audiuntur. Uti & quando producuntur ad perpetuam rei memoriam, *d. c. fin. §. sunt & alii &c. Significavit 41. inf. De testib.* facta tamen denuntiatione ei, cui inde periculum esse posset. Contra contumacem agitur missione in bona, de qua infra *tit. 14.* Quæ si minus sit commoda, judex excommunicatione uti potest, *c. 1. & 3. h. t.* 5

6 In causſa tamen electionis, matrimonii, ne Eccleſia patiatur detrimentum propter moram, aut alteri conjugi detur occaſio fornicationis, teſtes recipiuntur etiam ante conteſtationem, & ſi de cauſſa liqueat, ad definitivam proceditur, *d. c. fin. §. porrò.* Quod ſi nulla ſubſit contumacia, ſed aliunde cauſſetur abſentia, tunc in cauſſa electionis exſpectandus electus ad ſex menſes, n ſi aliud ſuadeant circumſtantiæ. In cauſſa confirmationis exſpectandus confirmatus uſque ad tempus definitum per Canones, quod Gloſſa, in *d. §. porro V. Canonibus*, vult eſſe ſex menſium. In contractu matrimonii exſpectare alter debet, donec de morte abſentis probabiliter quid intelligatur, idque ne contingat, propter abſentiam non malitioſam, aliquem cadere juſtis exceptionibus. Et licet parti poſſet eſſe durum, ſe continere, ſine ſua culpa, non deeſt tamen cauſſa, *d. §. porrò in fine.* Alii caſus, quibus ante conteſtationem teſtes admittuntur, videantur in *Gloſ. 1. ad c. 5 h. t.* Facienda autem his caſibus teſtium receptio coram illo, ad quem diſcuſſio futuræ litis ſpectat. Vid. Gothofr. *ad l. In lege Aquilia* 40. *D. Ad L. Aquil.* Myns. *cent. 4. Obſer.* 71. *& 72.*

TITULUS VII.

De juramento calumniæ.

SUMMARIUM.

1. *Juramentum hoc quando præſtandum.*
2. *Quoties.* 3. *A quibus.*
4. *In quibus cauſſis.*
5. *An & in cauſſa criminali?*
6. *Quid contineat.*
7. *Advocati quid jurent.*
8. *Juramenti hujus neceſſitas & effectus.*

VT litigantes à calumnioſa litium perſecutione avertantur, exigitur ab iis juramentum calumniæ: quæ hic ſumitur pro calumnioſa alicujus in judicio vexatione, *l. Si calumnietur*, 233. *D. De V. S.*

Præſtandum hoc juramentum in exordio li-
1 tis, c. 1. *eod. in 6.* publicè coram judice, niſi aliud poſtulet perſonarum qualitas, aut ſexus verecundia. Omiſſum tamen in exordio, in qualibet litis parte exigi poteſt, prout judici videbitur, *&c. 1. in prin.* * Præſtari autem ſemel ſufficit, quia extenditur ad omnia ſubſequenta, *Auth. Hoc ſacramento C. De jurejur. propter utilum.* Si tamen ſuſpicetur judex agi quid malitioſè, juramentum malitiæ exigere poteſt, etiam ſæpius, *c. 2. in fine eod. in 6.* cum hoc non concernat totam litem, ſed tantum articulum, cui adhibetur, ultra quem non extenditur.

Subeundum non ab aliis, quàm qui in lite ſunt, ſiquidem agatur de debito litis proceſſu, quem turbare malis artibus non cenſentur, niſi qui in lite ſunt. Ut præſtare iſtud cogatur actor & reus hæres item eorum, *l. 1. in prin. C. h. t.* ſive per ſe, ſive per alium, uti procuratorem ex ſpeciali mandato. Eſt enim hoc juramentum crudelitatis, quod etiam per alium præſtatur, in animam tamen jurantis, *c. 3. h. t.* niſi agatur de proprio facto, *d. c. 2. §. 1.* Tutor, curator pro minoribus in animam ſuam jurant, quòd cauſſam eorum habeant ſatis perſpectam, *Auth. Principales in fine C. h. t.* uti ſyndicus, œconomus, adminiſtrator xenodochiorum, *d. c. 4 & 6. h. t.* Ab hujuſmodi juramenti præſtatione ne quidem Clerici ſunt immunes, non obſtante conſuetudine, *c. 5 h. t.* qui tamen non ſunt cogendi per ſe præſtare, cum poſſint alteri committere: & per ſe præſtare volentes non aliàs admittentur, quàm conſulto ſuo Prælato; Epiſcopi conſulto ſummo Pontifice, *c. 1. h. t.*

Subeundum eſt in omni cauſſa, etiam appel-
4 lationis, per quam nova inſtantia inchoatur, *c. 2. in prin. eod. in 6.* & ſpirituali, quòd & in ea calumniari contingat, *c. 1. eod. in 6.* per quod corrigitur, *c. 2. h. t.*

An & in criminali? R. Id aliquos velle, per *l.*
5 *1 & 2 Cod. h. t.* ubi dicitur eſſe præſtandum in omnibus cauſſis: & per *d. c. 1 h. t.* in cujus fine videtur inſinuari, in quacunque cauſſa, ſive civili ſive criminali, eſſe ſubeundum: verioremtamen videri Martini ſententiam, quam probat & ſequitur Cujac. *ad Novel. 49 & c. 1. h. tit.* in criminali ſcilicet non rectè exigi, quatenus criminaliter intentatur; tum propter obvium perjurium, tum quod in ea ſufficiat inſcriptio: ſi verò civiliter intentetur, juramentum hoc exigi poſſe. Quam ſententiam firmat Cujac. per *Novel. Leonis 97. & 107.* Sichard. *ad l. 1. cod. d. t.*

Tria

6 Tria hoc Juramentum continet. I Quod litem movendi aut contradicendi justam causam habere se putant partes. II. Quod nullam exigent probationem calumniosam, protrahendæ litis ergo. III. Quod nihil promiserint, dederint, daturi, promissuri sint, per se aut per alios, ad corrumpendum judicem, *d. auth. Principales C. h. t.*

Advocati in ingressu cujusque judicii jurant,
7 se non nisi quod justum in caussa esse perspexerint, clientibus suis procuraturos, ab ea verò recessuros, ubi eam iniquam viderint, *l. Rem non novam* 14. §. *patroni C. de jud.* Causam minùs probabilem vel ab initio non suscipere, vel susceptam deserere non coguntur, cum non semper id, quod probabilius apparet, sit & verius, & contingat judicem in id, quod minùs est probabile, inclinari. Receptum autem moribus, ut non in cujusque judicii ingressu, sed initio muneris, dum ad sumuntur, juramentum hoc præstent patroni.

Subeundi hujus juramenti ea est necessitas
8 ut remitti à partibus nequeat: liceat tacitè omissum non vitiet processum, c. 1. §. 1. *eod. in* 6. Recusans actor præstare, causâ cadit, reus pro confesso habetur, *d. l. §. quod si actor*, quòd non videatur justa causa nixus. Præstiti effectus est, quod præstans excusetur à præsumpta calumnia, nisi aliud appareat: cedit enim veritati præsumptio.

TITULUS VIII.

De Dilationibus.

SUMMARIUM.

1. *Dilationes aliæ Legales, aliæ Conventionales, aliæ Arbitrariæ.*
2. *Item aliæ Citatoriæ, aliæ Deliberatoriæ, aliæ Probatoriæ.*
3. *Probatoriis quot tempus præfixum.*
4. *Dilationes quot dentur actori & reo.*
5. *Dilationum effectus.*

UT diliberatè petitis respondeatùr, Dilationes sunt inductæ, quæ sunt adsignatio temporis, intra quod actus judicialis expedi-

endus. * Quædam sunt Legales, à lege da- 1
tæ: quædam Conventionales, ex consensu partium concessæ: quædam Arbitrariæ, quæ arbitrio judicis dantur, causa cognita, pro personæ, causæ, temporis conditione, *l. Numquam* 71. D. *de jud.* * Aliæ item initio litis sive an- 2
te litem contestatam dantur, ut citatoriæ: quæ vocato dantur ad comparendum termino adsignato, etiam interdum peremptorio, ita dicto, quòd perimat disceptationem, id est, ultra non patiatur adversarium tergiversari, *l. Et tertium* 70. *D. de jud.* Non sit tamen nimis brevis, præcipuè in rebus Ecclesiasticis, c. 1. *h. t.* Deliberatoriæ, quæ sunt viginti dierum, *Auth. Offeratur C. de litis contest.* ut deliberet reus. Hæ denegantur, si ex literis citatoriis plenè potuit reus instrui, *c.* 2. 3. *h. t.* In medio sive post litem contestatam dantur Probatoriæ, ad allegatorum & exceptionum probationem. * quarum spatium lex ita est 3
moderata, si ex ea provincia, in qua lis agitur, sint producendi testes; aut instrumenta, non ampliùs quam tres menses indulgeantur, si ex aliena, continenti tamen, non ultra sex; si ex Ultramarina, non ultra novem. Quod tempus non excedit judex, quamvis diminuat ex causa. Potest tamen iterato dare hoc spatium ex causa urgenti, ut habet textus in *l.* 1. *Cod. h. t. & in l.* 7. D. *de feriis.* Post judicium datur decendium, sive decem dierum dilatio ad appellandum, appellationisque actus exercendos, *de quibus inf. tit. de appellat.*

In criminalibus causis duæ dilationes acto- 4
ri reo tres dari possunt, caussa cognita. In civilibus autem una tantùm danda, *l. fin. D. h. t.* nisi aliud urgens causa velit, *d. l.* 7. Ratio diversi juris est, quòd causæ criminales sint gravioris momenti, in quibus contingeret facilè lædi innocentiam. Dantur verò plures dilationes reo, quàm actori, quia favorabilior, ut ejus innocentia faciliùs defendatur.

Effectus dilationis est, quòd stante tempo- 5
re dato, quod est continuum, officium judicis cesset super isto articulo, *l.* 3. *C. h. t.* Dies pro termino adsignatus totus cedit illi, cui adsignatus: datus enim in commodum alicujus non debet restringi in ejus odium. Unde ultimo etiam momento rectè comparet, §. *omnis stipulatio* 2. *Inst. De V. O.*

TITULUS IX.

De Feriis.

SUMMARIUM.

1. *Feria alia Solemnes & Ordinaria, alia Repentina & Extraordinaria.*
2. *Festis diebus ab omni opere servili cessandum.*
3. *Liberalia opera iis diebus non prohibentur.*
4. *An scribere die festo liceat?*
5. *An pingere?*
6. *An iter facere?*
7. *An saltus, actusve musicos exercere?*
8. *An venari & piscari?*
9. *Actus bellandi an licitus die festo?*
10. *Militia & studium quatenus æquiparentur.*
11. *Intellectus* l. Divus D. de Feriis & dilationibus.
12. *Opera quædam non servilia prohibita exerceri diebus festis, ut mercatus.*
13. *Ut qua concernunt processus judiciales.*
14. *Citatio facta die feriato ad non feriatum est nulla.*
15. *Item facta die non feriato ad feriatum.*
16. *Citatus an tunc teneatur comparere die proximo non feriato?*
17. *Citatio pro die feriato causa hominum tenet.*
18. *An appellationem interponere die festo liceat?*
19. *Arbiter an procedere eo die possit;*
20. *Executio an die festo licitè fiat?*
21. *Actus voluntaria jurisdictionis non prohibiti die festo.*
22. *Iuramentum judiciale prohibitum die festo.*
23. *An & extrajudiciale?*
24. *Excessus hujusmodi præcepti quale peccatum esset.*
25. *Obligatio illius durat toto die, & quomodo dies computetur.*
26. *Opera naturalia hac prohibitione non continentur.*
27. *Excusat ab observatione hujus præcepti primo, Necessitas privata, publica, proximi.*
28. *Secundo, Opera pietatis; licet de se servilia.*
29. *Tertio, Materia levitas vel opus modici temporis.*
30. *Quantum temporis spatium censeatur modicum.*
31. *IV. Excusat consuetudo.*
32. *V. Dispensatio superioris.*
33. *An feriis renuntiari possit?*

AD dilationes spectant Feriæ, à feriendis hostiis nuncupatæ: * quæ aliæ sunt Solemnes & Ordinariæ, aliæ Repentinæ & Extraordinariæ, Priores vel in cultum divinum sunt institutæ, ut sunt dies Dominici & Festi, tempus Quadragesimale, vel in usum humanum, ad fructuum collectionem: quibus id commune, ut iis cessent judicia privata & publica, nemoque in jus vocari possit.

Festis diebus hoc singulare est, quod ab omni opere servili Christianos vacare oporteat c. 1. h. t. quale est opus mechanicum & corporale non solum ex parte instrumenti, sed etiam ex proximo effectu, ad quem natura sua vel ex 2 suæ institutionis ordinatum, ut suere, texere, fodere, & similia.

Liberalia opera non veniunt sub prohibitione istius præcepti: ut etiam tota die iis inhærere liceat, citra peccatum, modò secundum Ecclesiæ præceptum audiatur Missa; non distinguendo, subsit lucri causa nec ne, quia ea non mutat rationem præcepti. Quo modo tota die dans operam studiis, non tantùm Theologicis, in quibus minus dubium, sed etiam Juris, Medicinæ, Matheseos, & aliis non peccat; quamvis aliqui contra velint, ut videre est apud Abbatem, in d. c. 1. n. 4. h. t. cum studium ordinetur tantùm ad mentem illuminandam & perficiendam, & nihil habeat servile. Non rectè objicies, ea ratione licere etiam addiscere mechanicas artes die festo, quod intellectum perficiant: nam instructio in iis fit per exteriores actus serviles. Hinc licitum est docere die festo quamcunque scientiam & artem, prout ad mentem instruendam pertinet, sive voce, sive scripto, quia hoc totum est liberale.

Q. An liceat scribere die festo? Resp. Scripturam esse potiùs mentis opus, cum sit quædam locutio permanens, atque ita non tam servile, quàm liberale opus: non tantum, si quis proprios conceptus exprimat, sed & alienos excipiat, uti discipulus magistri, etiam mercede media; Navarr. in *Summa cap.* 13. n. 12. & 14. quia hujusmodi merces non facit mutari conditionem rei, ut fiat servilis, quæ ex se est liberalis. Quod videtur etiam di-

cen-

endum in nuda transcriptione instrumenti alicujus, cum nihilominus sit mentis opus: quamvis ea de re quidam dubitent, & aliud velit Navarr. *d. loco num.* 14. Cujus opinio posset procedere in isto hominum genere, quos publica potestas aut propria voluntas ad hoc occupationis genus destinavit, ut servitent communi, quales sunt servi ac cæteri opifices: Nihil facit, quòd imprimere libros sit servile; quia id non sit per modum locutionis & expressionis conceptuum mentis, uti scriptio, sed per actionem merè mechanicam; componendo ac disponendo literas singulas, easque imprimendo, quod mechanicum & servile, atque ita illicitum die festo.

5 Quid de actu pingendi dicendum? Posset videri, non esse servilem magis, quàm scribendi, cum sit opus mentis, ad ejus informationem ordinatum: enarrat enim quodammodo pictura historias, atque ita die festo licere videtur. Tutius tamen inter servilia ponitur, die festo prohibita, sive pretio, sive liberaliter fiat, quia hoc non variat rationem operis servilis: quale est actus ille, continens opus corporale terminatum ad materiam extrinsecam, dirigibile per artem mechanicam; ad instar artis sculpendi & conflandi imagines, quam constat esse mechanicam, & die festo illicitam. Neque enim magis, quam illa, exprimit conceptus mentis, & non tendit per se, ut illam instruat: atque ita non est opus doctrinæ & disciplinæ, uti est scriptura.

6 Iter facere inter servilia non ponitur & die festo citra peccatum licet; cum animum non impediat, quò minus Deo vacet, audita tamen Missa. Nisi circumstantiæ quid servile includant: quo modo etsi licitum sit curru vehi, non licet tamen, citra præcepti violationem, unà res transvehere, quia id ipsum
7 est servile. * Simile judicium est de saltu, & actibus musicis vocum, instrumentorum, qui inter artes liberales ponuntur, atque ita non prohibiti: quamvis finis, qui non facit opus servile, sit malus, qui non ad hujus, sed ad alterius præcepti violationem pertinet.

8 Q. An liceat venari, piscari die festo? Resp. Navarrum, *d. cap.* 13, *num.* 21. *vers.* 6. negare opus esse servile piscari, atque ita die festo licitam videri venationem etiam quæstus causa. Verum patet ex *cap.* 3. *h. t.* piscationem die festo illicitam esse, cum ibi permittatur ex necessitate, ut aliàs non sit permissa: piscationi autem similis est venatio, Ratio est, quia non fit sine opere corporali, eoque gravi, ut inter illicita die festo opera possit poni; nisi moderata sit, & gratia recreationis vitandique otii eam excuset. Videtur & consuetudo excusationem aliquam dare, quæ ut potest legem humanam remittere, ita & opera, lege humana prohibita, licita facere.

Quid de actu bellandi dicendum? Videtur 9
opus actualis militiæ, & pugnæ de se servile esse, sive bellum sit justum, sive injustum, cum hoc non variet rationem prohibitionis: quia licet regimen militiæ sit potius opus mentis, quam corporis, ipse tamen actualis congressus potius est corporis actus, haberque multa servilia. Ut nihil faciat, quod exerceatur etiam ab ingenuis & nobilibus, habeatque adjunctam nobilitatem, nam ea procedit nisi ex fine remoto, quia scilicet tendit ad Reipubl. defensionem per ostentationem vitium, & indicium præstantis animi, unde quædam nobilitas & fama acquiritur, cum proximus sit in actuali usu corporis, de se servili, non liberali.

Nihil facit, quod Imper. in *l. Advocati Cod.* 10
De advoc. diverf. jud. militiam & studium in honore comparet: nam ista comparatio non est in omnibus, & neutiquam in intrinsecis conditionibus, sed tantum quoad utilitatem & necessitatem eorum in bonum publicum.

Nihil etiam facit, quod I. C. in *l. Divus* 11
D. h. t. dicat, ea, quæ ad militarem disciplinam pertinent, diebus etiam feriatis esse peragenda: nam loquitur de quibusdam exercitationibus & demonstrationibus militaribus, quæ de consuetudine ex moralis necessitatis ratione fieri solent etiam feriato die magis commodè, quam aliis; & præterea habent parum aut nihil servilis operis. Posset etiam ista lex accipi de bello defensivo, quod licitum quocumque die facit necessitas, *can. Si nulla* XXIII. *q.* 8. Quamvis & aggressivum licitum faciat occasio comparandi victoriam, quæ

quæ semel amissa non facilè redit, *arg. c. 3. h. tit.* ubi occasio facit licitum, quod alias illicitum.

12 Sunt & quædam opera non servilia prohibita, de quibus in *c. 1. h. t.* Primò, Mercatus; quo nomine venit contractus emptionis, locationis, permutationis. Præcipuè prohibitæ sunt publicæ nundinæ, cum magno hominum concursu fieri solitæ. Idem est judicium de privatis nundinis. Fiunt tamen publicæ etiam die festo plerisque in locis. Fiunt & elocationes rerum dierus festis, quas consuetudo videtur excusare. Sunt tamen evendæ, quantum fieri potest, & moderandæ, ut non introducantur, & introducta non extendantur.

13 Secundò, prohibentur ea, quæ concernunt judiciales processus, *c. fin. h. t.* veluti citare, in processu procedere, testes examinare, sententiam ferre, quia spectant hæc ad strepitum judicialem, *d. c. fin.* prohibitum.

14 Ubi quæritur, An citatio die festo facta sit valida? Resp. Citationem die festo intimatam, licet pro die feriato, esse omninò nullam, cum *d. c. fin.* non tantum prohibeat actus judiciales, ad quos illa spectat, sed etiam annullet, sive decretum emanarit à judice die festo, & omninò nulliter, sive etiam validè die profesto: nam vitium commissum est in citationis intimatione, quæ eam annullat. * Similiter nulla est citatio pro die festo, ut scilicet tunc quis compareat & respondeat, etiamsi intimatio facta sit die non feriato; quia canon vult actus judiciales cessare diebus festis, ne homines à divinis avocentur. 15

16 Ubi quæsitum, An citatus ad diem feriarum teneatur comparere die sequenti non feriato? Resp. Si expresse & formaliter quis citatus fuerit pro die festo, veluti D. Joannis, omninò nullum & invalidum esse actum, & ne quidem teneri citatum comparere die proximè sequenti non feriato, quod directè sit contra præceptum de observatione festorum, ut nihil operetur, & nullum producat effectum. Si non exprimatur dies festus, sed certus dies mensis, in quem forte festum incidit non videri esse actum contra legem, ideoque non irritum, & obligari citatum parere, ut potest, scilicet proximo die habili. Unde moris est in citatione addere, *Si juridica dies fuerit, alias prima die juridica &c.* Citatio facta usque ad diem festum justa est, cum tantum contineat prorogationem temporis, intra quod compareat reus, Abbas *in d. c. fin.*

Et hæc ita quoad ferias in honorem Dei inductas: nam quoad inductas causa hominum, 17
volunt valere citationem factam pro feriato tempore, licet non cogatur comparere citatus. Si tamen compareat, & sententia feratur, ea valebit, *l. 1. D h. t.* 21

An die festo liceat appellationē interponere? 18
R. Posset videri, appellationis interjectionem spectare ad strepitum judicialem, sicut spectat prosecutio, ideoq; esse prohibitam uti hæc est prohibita. Facit, quòd nullibi jus Canonicum talem det licentiam, & quod videatur venire sub generali præcepto de observatione festorum. Communiter tamen videtur contrarium receptum, Glos. *in d. c. fin. & in l. 1. Cod. h. t.* Abbas *d. c. fin. n* 13. qui volunt omni tempore appellationem interponi posse. Verum loca ab illis allegata non probant hoc ipsum. Ut ista opinio procedat præcipuè in casu necessitatis, qua alias periret occasio ejus interponendæ, per lapsum temporis præfiniti, quod est continuum: merito enim tunc conceditur, cum spectet ad defensionem naturalem. 22

Quid de arbitro dicendum? Resp. Nec 19
posse arbitrum verum procedere, aut sententiam ferre die festo; cum ille procedat modo judiciali, qui prohibitus in die festo: quo modo expressum est in *l. 7. Cod. h. t.* nec apud arbitros esse ullam cognitionem jurgiorum die feriato. Arbitrator tamen cum sit tantum amicabilis conciliator pacis, non impeditur ab exercendo suo munere, Abbas *d. c. fin. n.* 10. Advocatum posse die festo judicem informare citra noxam, est verius, cum nec sit actus judicialis nec servilis.

Dubitatur & de executione sententiæ an- 20
te latæ, an ea prohibita die festo? Resp. Abbatem *in c. fin. n. 22. sup. de judic.* tenere, executionem esse omninò validam, ex eo, quod non sit actus judicialis, atque ita non contenta sub prohibitione de qua *c. fin. h. t.* Verius eam esse prohibitam & irritam, juxta *d. c. fin.* quod licet non loquatur de executione expressè, tamen cum sententiam ferri prohibeat, etiam executionem fieri prohibet: præcipuè cum & jure

jure civili executio sit prohibita, *l. 2. & l. fin. Cod. h. t.* per quod rectè explicatur Canonicum, ubi agitur favor religionis. Et facit ratio eadem, cum major sit partium & populi turbatio in executione, quàm in sententiæ prolatione.

21 Quantum ad actus voluntariæ jurisdictionis, illi non sunt prohibiti, cum *d. c. fin.* tantum prohibeantur actus judiciales, & qui eò pertinent, propter strepitum judicialem à divino cultu avertentem, quem non requirunt dicti actus, ut validi sint dicendi. Unde emancipationes, manumissiones rectè illis diebus fiunt, uti & super iis acta fieri permittuntur; *l. Actus C. h. t.*

22 Tertiò prohibitum est juramentum, *d. c. 1. h. t.* tam super spiritualibus quàm temporalibus, propter textus istius generalitatem, quem limitare ad causas temporales, est sine fundamento, nec fert eam limitationem duplex exceptio indistinctè proposita, *nisi pro pace, vel alia necessitate.* Et hoc omninò verùm est quoad juramentum judiciale.

23 Quæsitum est An extrajudiciale sit licitum die festo? R. Posse videri, nec hoc esse licitum; nam aliàs superflua subjungeretur specialiter prohibitio juramenti, cum illa sit contenta in prohibitione actuum judicialium. Deinde excipitur ibi juramentum pro pace, quod solet fieri extra judicium in quacumq; conventione: ut necesse sit poni regulam. Sed in contrarium facit quod sic juramentum, alioqui licitum ex objecto, fine, & aliis circumstantiis; ex eo solùm poneret speciale peccatum, quòd in festo fiat, quod est contra omnem usum & sensum Ecclesiæ, & contra rationem, cùm nulla sit causa omnia juramenta prohibendi. Dicendum, non esse prohibita ibi sola juramenta judicialia, nec tamen omnia extrajudicialia: sed & quibus contractus & conventa, quæ ibi veniunt nomine mercatus, firmantur. Nam cum textus in *d. c. 1.* duo prohibeat, & addat juramentum, quò illa solent firmari, eatenus etiam illud prohiberi, dicendum, non item generaliter. Et facit eò exceptio subjuncta, *nisi pro pace.* quale juramentum non est judiciale, sed pertinens ad juramenta conventionum & humanarum obligationum. Ideo autem istud excipitur specialiter, quia pium opus est, pacem procurare, ut in diebus etiam festis debeat esse licitum. Notanda autem est differentia inter prohibitionem quoad contractus & actus judiciales, eoque spectantes, nam hi omninò sunt irriti *d. c. fin. in fine*, non etiam isti à quibus lex vult quidem abstinendum esse, non tamen eos irritos declarat.

Obligatio hujus prohibitionis, quia materiam gravem continet, ordinatur ad gravissimũ finem, qui est cultus divinus. Ut ponat reatum mortalem ejus transgressio, licet in individuo possit esse venialis, ex levitate meteriæ; aut excusari ex conscientia erronea probabili, aut etiam inadvertentia simplici. 24

Durat autem istius præcepti obligatio toto tempore diei civilis XXIV. horarum, qui variè computatur. In lege veteri à vespera usque ad vesperam, quo se refert, *c. 1. h. t.* de cujus intellectu disputatur, ut videre est apud Covarr. 4. *Var. Resol. c. 19. n. 9.* Hodie juxta regulatem Ecclesiæ usum, à media nocte usque ad mediam noctem, secundum morem Romanum, *l. More*, 8. *D. h. t.* Ubi Gloss. tradit apud aliquos ab occasu ad occasum, aut ab ortu ad ortum computari. Posset & in Ecclesia dari præceptum vocandi in festo pro dimidio tantùm die, ut ab ortu Solis usque ad meridiem, quòd ista determinatio nunc sit de jure Ecclesiastico, neque enim hodie obligat lex antiqua. 25

Hæc de præcepto observandi ferias. Sub quo non veniunt opera naturalia, edere, bibere, & alia, quæ corpus humanum vitare non potest, etiam in diebus festis, ut indui, exui, & similia, quòd non sint servilia, cum per artem non dirigantur. Sunt autem causæ excusantes ab ejus observatione. 26

1. Necessitas imminens, quæ prævenire non potuit, ut propriæ conservationis vel sustentationis vitæ & familiæ; quia intentio Ecclesiæ non est obligare cum tanto gravamine. Facit enim necessitas licitum, quòd aliàs illicitum, cum legem non habeat *c. quod non est inf. De R. I.* Sic excusantur pauperes operantes die festo, qui aliàs se suamque familiam sustentare non possent. Caveant tamen secretò & sine scandalo id agant, & sit necessitas certa. Agricolæ quoque, ingruente pluviâ, licitè laborant, ut segetes tueantur; uti & si festo die colendi terram occasio se offerat. 27

quæ aliis non data, ne occasione momenti pereat commoditas, cœlesti provisione concessa, ut ait Imp. *l. 3. Cod. h. t.* Ea de causa etiam indulgetur alcciorum capturæ intendere die festo, si ejus rei alias non facilis offeratur occasio, *c. 3. h. t.* Excusat multò magis necessitas Reipubl. cui potiùs subveniendum quam propriæ. Item necessitas proximi etiam privata, non tantùm si agatur de vita ejus, sed & si de facultatibus conservandis. Sic licitè chirurgus alicujus venam secat, si valetudo postulet: licitè ad extinguendum ignem, qui domum alterius attigit, die festo subvenitur; cum inducta pro caritate, non debeant contra caritatem militare. Pauperi & inopi rectè succurritur per opus servile, si necessitas instet pro illo die, non aliàs.

28 II Dant omninò excusationem opera pietatis in divinum cultum tendentia, licet de se servilia, uti campanas pulsare, onera deferre, tabulatum in usum istius diei efficere, viam, templa, altaria ornare. Consulendum tamen pridie hæc fiant, si sit commoditas. Præcipuè actio mundandi templum scopis, vestiendi parietes aulæis & tapetis, non reservanda in diem festum; neque enim deerit culpa, saltem venialis, nisi contemptus letalem ponat. Quæ omnia probantur *arg. c. 1. h. t. & c. fin. ibi, nisi necessitas urgeat, vel pietas aliud suadeat.*

29 III. Excusat etiam, saltem à mortali, materiæ levitas, & opus parvi temporis. Sic excusant plerique tondentem barbam ab omni peccato, si pridie non licuit, vel saltem à letali. Distinctis tamen vicibus eodem die exercens servilia parvo tempore, quæ conjunctim ponunt tempus notabile, non est extra culpam letalem; quòd tempora illa parva in unum coalescant, & notabile tempus ponant, in festi violationem. Dico, eodem die; nam si diversis diebus, modica illa tempora non coalescant, propterea quod cujuslibet diei obligatio eo transacto cesset, ut continuatio fieri nequeat; uti nec si eodem die plures modico tempore operentur; quia neque modica illa singulorum tempora possunt dici coalescere, cum cujuslibet culpa non excedat venialem, quæ non potest transire in letalem. Nam tunc veluti una poneretur ex pluribus aggregatis. Quod dici non potest, cum non sciatur, in cujus persona ponenda sit; non enim magis in unius, quàm alterius: omnes autem ea constringere nequeat.

Disputatur, Quantum temporis spatium censeatur modicum? R. Esse, qui tradant, modicum esse, quod non attingit tertiam diei partem. Verùm ea sententia non nititur probabili ratione, & præjudicat multum isti præcepto. Probabilior est eorum opinio, qui ad horam restringunt, quòd respectu totius diei vicesimæ partis non possit dici nimia nec excedere modicum tempus: ut per consequens non ponat letalem culpam. Videtur tamen tempus minus hora ponere violationem festi, nec vacare gravi culpa quam in re arbitrio judicis standum.

IV. Facit & consuetudo, aliqua esse exempta ab istius præcepti prohibitione: illa enim legi humanæ derogat, eam limitat, interpretatur. Sic actio coquendi & præparandi cibos ex se est servilis, & sub præcepto illo continetur, saltem quoad ea, quæ pridie fieri commodè possunt, eoque videtur facere, quod habetur Exodi *c. 12. Dies prima erit sancta atque solemnis, & dies septima eadem festivitate venerabilis, nihil operis facientis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent*: ex consuetudine tamen populi Christiani etiam quos ea exempta, vel altem ista exemptio consuetudine aucta. Nam ad ordinarium victum [cujus præparatio numquam inhibita ab Ecclesia] non erant necessarii pastilli, & alii cibi artificiosi, qui magno constant labore, per consuetudinem tamen permittuntur, & præparatio ciborum ad omnes has delitias ampliata, quamvis coarctanda sit ad ea, que convenienter pridie fieri nequeunt.

Eximit denique dispensatio superioris ab observatione præcepti, qualis est Pontifex, Episcopus, aut ordinarius Episcopalem habens jurisdictionem: imò & Pastor loci, in Episcopi absentia, aut si non potest facilè ad superiorem recurri. Subsit tamen causa rationabilis, quia non facilè recedendum à jure semel posito, nec in eo dispensandum. Nec rectè objicies, causam necessariam per se excusare, ut inutilis sit dispensatio: nam non omnis causa per se sufficit ad tollendam obligationem, sed tunc demùm, cum tanta est necessitas, ut constet clarè legem non obligare, Navarr. in *Summa c. 17.*

Dicta

Dicta de observatione festorum non concernunt tantum festa, quæ ubiq; observanda, sed etiam, quæ in loco singulari, sive statutis Episcopalibus, sive etiam consuetudine inducta. An autem induci possint per laicorum statuta, dictum suprà, *Tit. de Constitut. num. 30.*

Posterioris generis feriæ imponuntur à Principe, ex occurrente causa victoriæ, natæ prolis, unde & vocantur Imperiales, quòd ipse solus eas indicat, *l. 2. C. h. t.*

33 Q. An feriis renuntiari, per partes possit? R. Solemnibus in honorem Dei inductis non renuntiari, uti nec repentinis, inductæ enim sunt in honorem & favorem superioris, nemo autem nisi favori suo renuntiat, *l. penult. C. De pactis.* Ut renuntiatio ista procedat in feriis messium, vindemiarum, *c. ult. h. t.* quòd in favorem privatorum principaliter sint inductæ quæ competunt non rusticis tantum, sed & non rusticis, & otiosis, cum *l. 1. De h. t.* indistinctè loquatur, ut notat tibi Glossa.

TITULUS X.

De Ordine cognitionum.

SUMMARIUM.

1. *Causa criminalis præjudicat civili.*
2. *Possessoria causa præmittenda causæ proprietatis.*
3. *Præjudicialis suspendit decisionem principalis.*

ORdine decinceps res cognoscenda, qui exigit causas præponderantes præcognosci. * Hinc causa criminalis præmittitur civili, 1
nisi plus periculi sit in civili, *l. fin. C. de ord. judicior.* Potest tamen & simul utraque disceptari & dirimi, si simul utraque proponatur, *l. 3. C. d. tit.* * Possessorium potius est petitorio, ut dicetur infra Tit. XII. etiamsi agatur de crimine, 2
l. 1. C. De appellat. quòd plus periculi sit in possessione, quia interim, dum de crimine agitur, careret dejectus in sui detrimentum, & periculum esset, ne ad manus venirent partes, possessionis obtinendæ causa, propter ejus commoda. Unde spoliatus ante omnia restituendus, nec audiendus, spoliator ante restitutionem, nisi per modum exceptionis spoliationem objiciat, *c. 2. & fin. h. t. & inf. tit. 13. de restit. spoliat.*

Præjudicialis quoque causa suspendit principalis causæ decisionem. Sic hæreditatis petitio cessat, donec causa status aut nativitatis objecta sit decisa, *c. 3. h. t.* Et lis super matrimonio suspenditur, donec consanguinitatis liquidetur objectio, *c. 1. h. t.* Hujus enim decisio illi præjudicium facit, *l. 2. C. h. t.* Exceptio quoque testibus objecta prius excutienda, quam testimonium earum accipiatur. Tractanda autem quæstio præjudicialis coram eodem judice, li- 4
cet aliàs non competente, *l. 1. C. de ord. judic.* Nisi tamen fuerit causa alterius fori, quæ ne quidem incidenter à laico definienda, *c. Lator inf. qui filii sint legit. & c. pen. h. t.* ubi hæreditatis quæstio coram laico pendens non impedit quæstionem matrimonii remitti ad Ecclesiasticum.

TITULUS XI.

De plus petitionibus.

SUMMARIUM.

1. *Plus petere quot modis quis dicatur.*
2. *Pœna plus petentis.*

PLus justo nihil debet continere libellus. * Plus justo continere est quatuor modis, scilicet re, loco, tempore, causa, quos explicat *cap. 1. h. t. circa finem.* * Pœna plus petentis esse dicitur, quòd re causâ plus petens 2
in expensas tenearur reo, loco verò ad interesse: tempore plus petenti induciæ duplicentur, nec alter cogatur litem excipere, nisi expensis sibi solutis. Videantur dicta *Instit. de actionib. §. plus autem & tit. C. de plus petitionib.*

TITULUS XII.

De causa possessionis & proprietatis.

SUMMARIUM.

1. *Possessio quid?*
2. *Alia est Civilis, alia Naturalis.*

3. *Quo modo acquiratur, retineatur, amittatur.*
4. *Possessionis causa præmittenda causa proprietatis?*
5. *Iudicium petitorium ubi instituendum.*
6. *Petitorium cum possessorio an cumulari possit?*
7. *Vtraque causa an & quando una sententia sit terminanda.*
8. *Iudicio petitorio inchoato, actor ad possessorium an redire possit?*

1 ORdo cognitionis postulat, ut de possessione prius statuatur, quam ad proprietatem eatur. * Possessio est rei corporalis detentio; animo adfectioneve possidendi. Dicitur, rei corporalis, quia incorporalia propriè non possidentur. Cujusmodi est beneficium, cujus tamen dicitur esse quædam possessio; vel fictitia, quæ acquiritur per investituram, extra locum beneficii, vel corporalis seu actualis, de qua infra *tit. de institutionib.* commodius dicetur. Dicitur, animo possidendi, quia aliàs non tam possessio, quàm detentio erit, qualem habent inquilinus, colonus, commodatarius.

2 Duplex autem est: alia Civilis, quæ constat jure & animo domini, qualem habet, qui credit se à verò domino & justo titulo rem habere, cum habeat à non domino: alia Naturalis, quæ adfectione quidem Domini caret, non tamen adfectione possidendi, qualem habet creditor in re pignorata. Prior est juris & facti, cum non consistat sine jure & animo Domini, nec sine corpore, quod possidetur. Posterior est potius facti, quàm juris, cum destituatur animo & adfectu Domini, consistat verò in corpore, *l. Nemo* 10. *C. De adquir. possess.*

3 Adquiritur animo & corpore, id est corporali apprehensione. Retinetur etiam per alios solo animo; faciliorenim est retentio, quàm adquisitio. Amittitur solo quoque animo, quamvis non sit perfecta amissio, nisi & corpore deseratur, *l. quemadmod.* 8. *D. de adquir. poss. l. Ferè* 153. *De R. I.* ubi ut in adquirendo, ita & in amittendo requiritur animus & corpus. Plura videantur ad *Tit. D. de acquir. & amit. poss.*

4 Quod ad Tit. hunc & materiam hujus loci attinet, possessionis cognitio præmittenda cognitioni proprietatis, ut sciatur, quis petitoris onera sustineat, quis commodo possessionis fruatur, *l. inter* 62. *de judic. l.* 3. *C. de interdict.* Aliàs incertum foret, quis à quo petere debeat.

Constituta possessione, is, qui succubuit, petitorium intentat coram eodem judice, *c.* 1. *h. t.* secundum præscriptum juris civilis, *l. Ordinarii C. De rei vindic.* quia continentia causæ non est dividenda; quatenus tamen judex est capax. Quo modo hodie, licet causa possessionis super beneficiis coram laicis tractetur, proprietatis tamen causa coram Ecclesiastico est ventilanda. Obtinens in petitorio reo adjudicatam possessionem ab eodem avocat: prævalet enim possessioni proprietas tantum in exsequendo, *cap.* 6. *h. t.* Beneficii tamen collatio facta ab eo, qui tempore collationis erat in possessione conferendi, non invalidatur ab eo, quòd postea in causa proprietatis collator succumbat, *c. pen. h. t.* cum res inter alios acta aliis non præjudicet. Vide Covarr. *Pract. qq. c.* 14

Quæritur autem, Utrum petitorium & possessorium simul in judicio proponi possint? Ubi prænotandum, ad possessionis jura defendenda inventa esse interdicta, quæ, omissis aliis minus huic loco servientibus divisionibus de quibus. *Instit. de interd.* alia sunt adipiscendæ possessionis, ad consequendam possessionem numquam habitam; alia recuperandæ, ad amissam recipiendam; alia retinendæ, ut ea, quæ habetur, pacifice & sine turbatione retineatur, *Instit. d. tit. & Cod. eod.* Quantum ad propositam quæstionem, plerique contendunt, cumulationem possessorii adipiscendæ vel recuperandæ cum petitorio procedere, ut scilicet possit quis contendere, se esse Dominum rei, & in possessione inique turbari ab adversario, vel agere ad eam sibi cedendam, *c.* 3. 4. 6. *h. t.* non etiam possessorium retinendæ. Verius tamen, & hic videri cumulationem admittendam, cum Pontifex *in d. c.* 4. & 6. indistinctè loquatur de proposito possessorio cum petitorio, nec subsit ulla repugnantia, cum possessorio retinendæ agens, etsi sibi adroget possessionem, non tamen agens petitorio eam adversario concedat, ne quidem, tacite cum possit petitorium intentari in eum, qui detinet tantum, modo restituendæ rei habeat facultatem

l. Offi-

l. Officium 9. D. De rei vindic. Nec obſtat, quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus: hoc enim verum, niſi ſpoliatus utriuſque probationem ſuſcipiat, ut ſaltem in altero triumphare poſſit, *c. 3. h. t.* Sed & jure civili idem non malè procedere dicetur; quia illud litium abbreviationem & diminutionem deſiderat, *l. 3. C. De interd. & aliis ſimilib.* quæ cum dicunt, poſſeſſionis cauſſam prius decidendam eſſe, non negant utramque ſimul ſuſcipi poſſe: neque enim hoc caſu eadem res eſt; cum nihil habeat commune poſſeſſio cum proprietate, *l. Naturaliter 12. §. nihil De adquir. poſſeſſ.* Vide dicta plenius de hac quæſtione *ad Tit. D. De interd. nu. 7 & 8.*

7 Eſt autem utraque cauſſa ſimul in judicio propoſita, unâ ſententiâ terminanda, *cap. 5. h. t.* cum ſimul de utraque actum, ad evitandas expenſas. Niſi judici videatur conſultius ſuſpendere petitorii deciſionem. *c. 2. h. t.* quia de proprietate non ſatis conſtet. *c. Ex conqueſtione 10. inf. tit. ſeq.* Quo caſu cauſæ petitorii nullum ſit præjudicium, quo minus ea poſtea decidatur: niſi tale ſit poſſeſſorium, cui proprietatis cauſſa conjuncta, quæ & ſimul deciſa cenſetur, *lib. 2. §. quadam D. De interd.* Quando autem una ſententia utraque cauſſa terminanda, prius pronuntiandum de poſſeſſorio quàm petitorio, cum poſſeſſorii ea natura ſit, ut præmitti debeat, *d. l 2. & l. Ordinarii C. De rei vindic.* In executione tamen (ſi fortè alteri parti adjudicetur proprietas) prævalebit cauſſa petitorii, *d. c. 3.* quia potentior, cum dominium ſit potentius poſſeſſione, eamque ad ſe trahat. Ut in dolo verſari videatur volens ſibi reſtitui poſſeſſionem, in qua ſuperavit, quam mox reſtituere cogatur adverſario victori in cauſſa Dominii. Quod non male etiam procedere dicitur in poſſeſſorio recuperandæ, cum petitorii cauſſa hujuſmodi poſſeſſorio etiam ſit potentior.

8 Quæritur & hic, An inchoato judicio petitorio, ſi ejus videat difficilem pronuntiationem, redire poſſit actor ad poſſeſſorium? R. Poſſe, *per text. d. c. 5. h. t.* cum res facilè ad naturam ſuam redeat, ut hic: ordinariè enim poſſeſſorium petitorio præmittunt. idque antequam in cauſa concludatur, *d. cap. 5.* Per hoc enim renuntiatur ulterioribus probationibus & cauſſa eſt pænè deciſa. Nihil obſtat *Auth. Qui ſemel C. Quomodo & quando judex ſent prof deb.* quia tantum agit de eo, qui tergiverſandi animo conatur in cauſſa ſemel ſuſcepta non procedere: hic autem juſta cauſſa ſubeſt, ut ſcilicet ſaltem poſſeſſio probetur, & cauſſa ſuſcepta non tam extinguatur aut deſeratur, quam tantum ſuſpendatur, *l. Cum fundum §. fin. D. De vi & vi arm.* Quod an procedat in poſſeſſorio retinendæ, quæritur. Et pluribus videtur non obtinere, propter text. in *d. c. 5. h. t.* ubi tantum fit mentio recuperandæ & adipiſcendæ. Quia tamen & hic eadem ratio, quæ in nominatis *d. c. 5.* cum poſſeſſioni non videatur renuntiaſſe, qui petitorium intentavit, putant idem hic obtinere. Non obſtante *d. c. 5.* quod licet tantum mentionem faciat adipiſcendæ & recuperandæ; non excludit tamen putant retinendæ, eò quòd de illis tantum fuerit conſultus Pont. Idem de hoc reſponſurus, ſi interrogatus fuiſſet. Videantur Interpp. ad *d. l. Naturaliter §. nihil & ibi* Cujac, *D. De adquir. poſſ. & quæ diximus ad d. tit. D. de vi & vi arm. n. 13. & 14.*

TITULUS XIII.

De reſtitutione ſpoliatorum.

SUMMARIUM.

1. *Spoliatus quis dicatur.*
2. *Spoliatus reſtituendus ex ſola allegatione ſpoliationis.*
3. *Modo probet ſe poſſedisſe tempore ſpoliationis.*
4. *Petitio reſtitutionis ex cauſſa ſpolii adverſus quem locum habeat.*
5. *An contra tertium bonæ fidei poſſeſſorem, ex remedio* can. Redintegranda?
6. *Cui competat.*
7. *Contra quem.*
8. *Quid veniat in hanc reſtitutionem.*
9. *Reſtitutio hæc locum non habet in cauſſa matrimoniali.*
10. *Exceptio ſpolii an removeat agentem per modum reconventionis.*
11. *Intellectus* c. fin. De ord. cognit.
12. *Spoliato agenti an rectè objiciatur exceptio Dominii?*
13. *An hæc exceptio jure Canonico prædonem notorium ſpoliatum removeat?*

1 SI spoliationis incidat quæstio, ante omnia restitutio facienda. * Spoliatus hic dicitur, qui vi vel clam possessione rerum dejectus, *D. Quod vi aut clam.* Quòd & de eo intelligitur, qui à judice spoliatus, juris ordine prætermisso, *c. Conquerente 7. h. t.* aut ab eo, qui rescriptum aut sententiam obtinuerat, ejus propria auctoritate est dejectus, *l. 6. C. Unde vi.*

2 In petenda restitutione, præter spoliationis allegationem, nihil aliud est adferendum, *cap. 5. h. t.* Nec remorabitur eam objecta exceptio Dominii per reum, etiam oblata probatione in continenti, *c. 1. h. t.* qua de re plenius infrà, aut exceptio institutionis Canonicæ, *d. c. 5.* aut criminis, *c. 6. h. t.* Est enim hoc casu actor reo favorabilior, idque in odium & pœnam ejus, qui contra juris prohibitionem jus sibi dicere attentavit. Necesse tamen, actor intentionem suam legitimè probet, ut consequatur effectum.

3 Ubi Primò requiritur, probet possessionem se habuisse tempore spoliationis, *l. 1. V. dejecisse & D. De vi & vi arm. c. Ex parte 14. h. t.* eamque legitimam. Alias conquerens de spolio non audietur. Sic non sufficit ad probandam uxoris possessionem, quòd in domum fuerit introducta ante annos pubertatis, cum res sit inhabilis possideri, & ita decisum *d. c. 14.* Nec laicus beneficio se spoliatum rectè conqueritur, quod possidere nequit, *c. Causam 7. inf. t. 26. De præscript.* Parochialis juris possessio non probatur ex eo, quòd excommunicatio lata ab actore sit servata, *c. Olim 17. h. t.* quòd argumentum hoc sit insufficiens, cum potuerit timore potius, quàm obedientiæ aut subjectionis caussa fuisse servata.

4 Secundò requiritur, ut spolium sit factum ab eo, in quem agitur, aut alio ejus mandato vel ratihabitione, *c. Cum ad sedem 15. h. t.* In eum, qui non spoliavit, minimè intentatur, *l. Cum à te 7. De vi & vi arm.* ne quidè si mala fide possideat, inspecto saltem jure civili, quia non intulit vim, qua nititur interdictum. Unde vi, quòd est restitutorium. Qua in re jure Canonico quid emendatum, quo in possidentem scienter rem à spoliatore agi potest condictione ex *d. c. Cum ad sedem & c. Sæpe 18. h. t.* quod videatur talis succedere in vitium sui auctoris; & non multum interest, quoad animæ periculum, injustè & scienter rem alienam detinere aut invadere. Multò minus jure civili competet contra tertium bonæ fidei possessorem. Concepta enim isto jure interdicta in personam, non competunt adversus tertios possessores, quia personalia personas non egrediuntur.

Q. autem, An jure Canonico competat contra tertium possessorem bonæ fidei? R. Videri receptum communius, competere condictionem ex remedio *can. Redintegranda 11 q. 1.* propter generalitatem verborum illius canonis, in quo dicitur quilibet spoliatus restituendus, frustrà temporis, aut alia quacunque conditione objecta. Sed contrarium est verius, per *d. c. 15. & 18.* in quibus hoc remedium datur ôtra possessorem, qui scienter alienam possessionem tenet, & est successor in vitium: ut aliter res se habere sit dicenda in eo, qui est bonæ fidei possessor, qui non successit in vitium alterius. Ut ratione, qua nituntur prædicta duo capitula, non militante in bonæ fidei possessore, nec debeat obtinere eorum decisio. Cumque sint posteriora dicto *can. Redintegranda*, dicendum, per ista hujus restringi generalitatem. Reliqua repete ex dictis ad *l. D. De vi & vi arm. n. 12.*

Competit hæc restitutionis petitio spoliato, sive per se, sive per alium hæredi item ejus, qui fungitur vice defuncti. Possessio sit civilis, an naturalis tantum, non distinguitur: unde & fructuatio competit, *l. 3. §. in id D. d. tit.* cum naturaliter possidere dicatur, *l. Naturaliter 11. in princ. D. De adquir. possess.* Uti nec distinguitur, justa sit, an injusta possessio, cum & prædo restituendus veniat, *l. 1. §. qui à me 30. D. De vi & vi arm.* Excommunicatus non auditur, cum agere illi non detur.

Datur contra spoliantem, sive per se, sive per alium mandando, ratum habendo, cum in maleficiis ratihabitio sit pro mandato, *d. l. 1. §. dejecisse 12. & §. sed etsi quod 14.* non in tertium possessorem, uti jam dictum.

Venit restitutio ablati, & omnis damni per spoliatorem dati, *d. l. 1. §. rectissimè 34. & c. Gravis, 11. h. t.* ne qua injuria fiat spoliato, & ex sua injuria spolianti quid adcrescat. Non interest, res sint salvæ, nec ne: satis enim, ejus facto spoliato damnum esse datum. Non ultrà tamen quis restituendus, quàm est spoliatus: neque enim restitui commodè id potest, quo

quis

quis non destitutus. Hinc spoliatum se dicens uxore ante consummationem, non rectè petet restitutionem ad copulam, quam non habuit: quo tamen casu superest illi actio ex vi contractus matrimonialis.

9 Cæterum quæ de restitutione ante omnia facienda dicta sunt, patiuntur exceptionem in caussa matrimoniali. Agens enim recuperandæ uxoris rejicitur per objectionem consanguinitatis, præcipuè in gradibus divinâ lege prohibitis, cujus prompta offertur probatio, *l. Litteras 13. h. t.* Alias, si non sint paratæ probationes, non differenda restitutio, maximè si consummatum fuerit matrimonium, *c. Ex conquæstione 10. h. t.* Facit & Fornicatio spoliati ei denegari restitutionem, cum præbeat justam divortii caussam. Item magna sævitia viri in uxorem, si nequeat sufficiens securitas mulieri dari, *d. c. 13. in fine &c. Extransmissa 8. h. t.*

10 Quæstionis est, An exceptio spolii removeat agentem per modum reconventionis? R. Inspecto jure civili minimè removeri, ut patet ex *l. 7. c. Ad L. Iud. de vi*, quod ultimum vitium sit primo purgandum, & quod peccaverit secundus spoliator contra prohibitionem juris, sibi propria auctoritate jus dicendo, in cujus odiũ & pœnam indistinctè audientia denegatur. Jure tamen Canonico ejusmodi exceptio videtur obstare spoliato agenti, cum non continuo & ante omnia restituatur, sed audiatur reus objiciens spolii exceptionem, per expressum tex. in *c. fin. sup. De ord. cognit.* ubi dicitur audiendus
11 reus super quæstione spoliationis. * Quod aliqui accipiunt, quando spoliatio hinc inde est facta circa res diversas, non etiã circa rem eamdem. Qui intellectus non videtur posse subsistere, cum *d. c. fin.* simpliciter loquatur, & spoliatio circa res diversas non debeat posse excludere una aliam, aut impedire restitutionem per compensationem, quæ non habet locum nisi in quantitatibus. Unde verius accipitur *d. c. fin.* de spoliatione circa unam & eamdem rem; ut primus spoliator agens contra secundum sit indignus privilegio restitutionis, juxta vulgare dictum. Qui paratus est in alium dicere, ipse omni vitio careat.

Neutiquam audietur super spoliatione, qui alienam ingressus possessionem postea à domino adveniente est repulsus, cum non tam sit spoliatus, quàm impeditus, ne spoliet, *c. Olim 12. h. t.* quod cuilibet licet, cum defensionem rerum suarum natura permittat. Et hoc, si in continenti fiat; nam alias non tam ad defensionem spectabit, quàm vindictam sapiet, *l. 3. §. eum igitur D. De vi & vi arm.* Nihil juvabit spoliantem, quod post spoliationem beneficio renuntiarit spoliatus, aut illud ejuraverit: præsumitur enim renuntiatio facta potius metu, quàm liberè, *d. c. 2. h. t.* Ante spoliationem facta renuntiatio facit cessare præsumptionem metus, nisi aliud probetur, *d. c. 2.* 12
& 3. h. t.

Alia quæstio est, An spoliato agenti rectè objiciatur dominii exceptio? R. Si jus civile inspicias, videri, non rejici spoliatum per exceptionem dominii per varia juris loca, quæ volunt spoliatum ante omnia restituendum esse, *l. 7. c. Ad L. Iul. de vi, l. 4. C. Vnde vi*, & similia. Verum ea loca loquuntur quidem indistinctè de spoliato restituendo; accipi tamen possunt & commodè de spoliato, qui non est certus prædo, & spoliante, domino quidem, sed de cujus dominio non patet. Unde si de dominio spoliantis certo constet, simul & spoliatum esse notorium prædonem, contrà dicendum erit, cum non voluerit lex prædonem adficere præmio, qui pœna dignior. Atque ita hanc partem tenet Covarr. 4. *Decretal. p. 2. c. 7 §. 5. nu. 12.* quam latius probavimus *D. De vi & vi arm. nu. 17. & seqq.*

Tantum hic repetenda venit quæstio, ut propria hujus loci, An jure Canonico exceptio dominii notorium prædonem spoliatum removeat? R. Prima facie videri non removere. Pro quo primò facit, quòd spoliatus etiam prædo ante omnia sit restituendus de rigore juris, *c. 1 h. t.* Non facta distinctione, an contra dominum, an contra tertium spoliantem. Secundò, quòd restitutionis petitio ex caussa spoliationis ita sit privilegiata, ut actor non cogatur respondere spoliatori ante restitutionem, *c. 3. sup. De ord. cognit.* Ex quibus & aliis est collecta regula & recepta, spoliatum ante omnia esse restituendum. Tertiò videtur facere textus in *c. Porro inf. De divort.* ubi etiam posita publica & notoria 13

paren-

parentela, dicitur tamen vir non posse expellere uxorem suam absque judicio Ecclesiæ, jubeturque recipere eam temerè expulsam.

His tamen non obstantibus, dicendum nihilominus cessare restitutionem. Quam sententiam quidam probare nituntur *c. Litteras 13. h. t.* ubi oblata in continenti probatione caussæ, ob quam quis alterum conjugem spoliavit, non datur plena restitutio. Verùm iste textus parum facit, cum loquatur in casu speciali, quo agitur de vitando peccato incestus, à quo conscium impedimenti non salvaret mandatum judicis, ut patet ex ipso textu: ut cum decisio ista sit singularis, non veniat extendenda. Rectius aliquin probationem posterioris opinionis adducunt *cap. fin. eod. in 6.* ubi possessor spoliatus ab eo, pro quo est jus commune, nequaquam dicitur restituendus; non alia ratione, quam quod clarũ sit, eum injustè possidere, spoliantẽ verò esse dominum. Nec est, quod quis dicat ibi agi de caussa beneficiali, in qua, si de jure spoliantis pateat, ideo denegari restitutionem, ne detur vitiosus ingressus; cùm & in beneficiis supra dicta regula, de restituendo ante omnia spoliato, obtineat, si non constet de jure, uti patet expressè ex *cap. 5. h. t.* & tradit Covar. *ad 4. Decretal. p. 2. c. 7. §. 5. nu. 12. &* 13. Facit pro ista parte ratio, quod, cum constet de jure proprietatis, non sit attendenda caussa possessionis: hæc enim licet in pronuntiatione sit præmittenda, illa tamen in executione prævalet, *c. 7. sup. tit. prox.* Ut frustraneum foret concedere restitutionem prædoni contra dominum, cui mox rem restituere cogeretur, *d. c. 6.* Facit eo textus in *l. Bona fides D. Depositi*, ubi licet deposita res sit restituenda ipsi deponenti, dominus tamen comparens præferendus, quod justior ejus sit caussa.

Nihil obstat regula primo & secundo loco allata, quia rectè accipitur in casu, quo non concurrit dominus cum notorio prædone.

Non obstat tertium; nam aliqui respondent in isto cap. ideirco juberi restitutionem, quod dimissio conjugis sit facta contra Ecclesiæ prohibitionem: sed minus accommodè, cum & sit contra juris prohibitionem per vim rem licet suam alteri auferre & in odium spoliationis videatur lex mandasse restitutionem spoliantis. Dicendum itaque, in isto textu agi de dissolvendo matrimonii vinculo, ad quod nullum notorium potest sufficere, ne quid temerè fiat etiam in notorio, sed exspectandum est judicium Ecclesiæ. Ut rectè ibi temerè dimissam recipere cogatur, & superinductam dimittere & hoc tantùm quoad cohabitationem, & similia, quæ peccati nihil involvunt, non etiam quoad opus carnis, quia peccatum poneret ejus restitutio in scientem impedimentum, quem neutiquam excuset justus judicis, *d. c. Litteras 13. h. t.* Quod autem in *d. c. Porro* caussa dissolvendi vinculi matrimonialis restitutionem causset, patet ex eo quòd aliàs restitutio denegetur, si prompta offeratur probatio caussæ dissolutionis, ut in *d. c. 13.* ex ratione, quod frustrà restitui se petat, quæ restituta dimitti potest. Ut idem sit statuendum hac in quæstione, Vid. Menoch. *De recuper. possess. remed. 1. nu. 111.* & Sanchez, *De matrim. Tract. 10. Disp. 12. nu. 38.*

TITULUS XIV.

De Dolo & contumacia.

SUMMARIUM.

1. *Contumacia quid, & quis contumax?*
2. *Pœna rei contumacis ante litem contestatam.*
3. *Post litem contestatam.*
4. *Contumax appellans non auditur.*
5. *Actor contumax qualiter puniatur.*
6. *Sententia contra contumacem lata in beneficialibus an transeat in rem judicatam.*

QUòd si pars judicium subterfugit per dolum aut contumaciam, non foret hoc impunè. Dolus hic non omnis accipitur, sed quatenus contumaciæ adjunctus. * Quæ est inobedientia ejus, qui tribus edictis propositis, aut uno peremptorio pro tribus aut literis denuntiationibusve evocatus, præsentiam sui coram judice facere contemnit, *l. Contumacia 53. §. 1. D. De re jud.* Habetur & contumax, qui acceptâ citatione in judicium venire sine justa caussa recusat, aut dolo facit, quo minus citatio ad eum perveniat: nam qui dolo facit, ut aliquid non habeat, quòd eum habere oporteret, pro eo habetur, ac si acceperit *l. ad ea 157. D. De R. I.* Ut & ille, qui sine licentia

centia judicis à judicio abit, *c. 4. ubi Glos. 1. h. t.* Dolo cessante nemo dicendus contumax, *d. l. 53. §. pœnam* : cessante enim culpâ cessat & pœna.

2 Contumaciæ autem sunt variæ pœnæ : aliæ ante litem contestatam, aliæ post eam; aliæ actoris, aliæ rei. Reo contumace ante litem contestatam, judex, cognita summatiè contumaciæ caussa, mittit actorem in bona rei, *d. c. 4.* qua de re *Tit. seq.* ut adfectus tædio ablatæ possessionis veniat responsurus. Quod si rei potentia aut dolus actorem à possessione excludat, ne sua illi malitia prosit elapso anno actor constituetur verus possessor, *c. penult. h. t.* Si tamen reus intra annum caveat stare juri, extra pœnam erit : & hoc de benignitate Canonica, quæ in personis & negotiis Ecclesiasticis rigorem non ita servat, *c. 1. h. t.* Utitur & judex sequestratione rerum, & condemnat contumacem in expensas, *c. 2. h. t.* Suspendit etiam ab officio, *c. Veritatis 8. h. t.* aut excommunicat, *c. 3 sup. tit. 6. Vt lite non contest.*

3 Post litem contestatam reo contumacitet agente, sententia ferri poterit, si actor legitimè intentionem suam probet, rei absentiam supplente divina præsentia, *l. Properandum 13. §. fin. autem C. De jud. & d. c. 4. h. t.* Idque in odium contumaciæ, cum alias contra absentem indefensum sententia lata non teneat, *l. 1. c. De sent. & interlocut. om. jud.* * Contumax appellans non auditur, cum non nisi de se queri possit, *d. §. fin. autem vid. Glos. fin. in Clem. 1. h. t.* Si agatur via inquisitionis, ad testes & sententiam proceditur contra contumacem, & ad pœnam, quatenus absenti infligi potest; cujusmodi est depositio, ne per contumaciam contingat delictorum impunitas, *d. c. 8. h. t.*

5 Cum actore absente per contumaciam, quia gravior est, durius agitur. Admittitur enim reus etiam ante contestationem ad intentionis suæ probationem per testes, aut alia documenta : per quæ si de caussa liqueat, absolvi poterit, *c. 3. h. t.* ita ut denuo agere volentem exceptione rei judicatæ repellat. Potest & reus damnari actore absente, si hujus caussa inveniatur melior, *d. l. 13. §. & si quidem C. De judic.* Alias ab instantia tantum absolvetur, salvo actori jure agendi ex alia instantia, solutis tamen prius expensis, *c. 1. eod. in 6. d. §. & si quidem.* Et hoc intra annum; intra quem non comparens actor videtur ab omni actione cadere, *Novel. de litigios. 112. in fine.*

Quantum ad sententiam latam contra absentem & contumacem in beneficialibus, ea 6
non videtur transire in rem judicatam, quoad superiorem, quo minus possit & partium juribus inquirere, *c. 7. h. t.* Idque ex misericordia : solet enim in iis juris rigor non ita attendi, si justitia non periclitetur, *d. c. 1. h. t.*

TITULUS XV.

De eo qui mittitur in possessionem caussâ rei servandæ.

SUMMARIUM.

1. *Missio in bona ex primo decreto quid operetur.*
2. *Quid ex secundo decreto.*
3. *Effectus hujusmodi missionis.*
4. *Non habet locum in beneficiis.*

COntumacia fugientis ac latitantis missionem in bona decerni facit. Ea duplex 1
est. * Prior ex primo decreto, qua missus nec dominium, nec veram possessionem rei acquirit, sed tantum detentionem, *c. fin. §. in aliis sup. Vt lite non contest.* Quod non tantum verum est in actione personali, sed & reali; nam nec in hac ex primo decreto acquiritur possessio, saltem incommutabiliter, quòd ea reo intra annum comparenti, & cautionem præstanti, sit restituenda, *c. 1. & 2. h. t.* Quod & dicendum, si sistere se, aut cautionem offerre impediatur, aut oblata non acceptetur, *d. c. 2.* ne pœna sit, ubi culpa non est. Ita ut ne quidem ad expensas teneatur, quòd iis caussam non dederit, aut tertii injuria. Quas etiam evitabit, & in pristinum statum restituetur, qui probet se contumacem non fuisse, *c. 1. hoc tit.*

Posterior est ex secundo decreto, per 2
quam actor fit verus possessor, servata reo legitima defensione super dominio, donec præscriptione aut aliàs excludatur, *Glos. d. §. in aliis.* Opus est hoc decreto in personalibus, non etiam in realibus : in his enim lapsus anni sufficit ad veram possessionem, *d. c. 1. h. t.* Ratio

differentiæ est, quia in his actor intendit rem suam esse, & proeo præsumi facit rei contumaciam: in illis verò tantum rem sibi deberi, unde opus alio decreto ad consequendam veram possessionem rei alienæ.

Tempus secundi decreti interponendi ponunt in arbitrio judicis, quod nullibi illud sit expressum. Non solet tamen judex anni tempus prævenire.

3 Prodest hæc missio non tantum missis, sed & non missis, qui debiti caussam prætendunt, si degentes in eadem provincia intra biennium, absentes intra quadriennium comparent, de debito probent, expensas factas prorata persolvant, *l. fin. C. De bonis auctorit. jud. possid. & dixi hac de re ad tit.* D. *De reb. auct. jud. possid. nu. 9. Vid. latius* Wesenb. D. *De damno infecto.* Si rei potentia aut dolus incluserit actorem à possessione ex primo decreto, ne suus dolus illi prosit, lapso anno actor nihilominus constituetur verus possessor, *c. pen. h. t.*

4 Non in omnibus autem huic missioni locus est: non in beneficiis, ne ad ea detur ingressus vitiosus, contra *cap. 1. De R. I. in 6.* Unde in iis diligenter examinato negotio procedendum ad sententiam, *c. 1. h. t. in 6.* Aliud est, si agatur de proprietate Ecclesiarum; tunc enim habebit locum missio, ut patet ex *c. 2. h. t.* & tradit *Gloss. in c. 1. V. vitiosus eod. in 6.*

TITULUS XVI.

Ut lite pendente innovetur.

SUMMARIUM.

1. *Lis pendere quando dicatur.*
2. *Lite pendente cur nihil innovandum, & ejus rei exempla.*
3. *Attentatum quo modo revocandum.*
4. *Alienatio necessaria non revocatur.*

QUod dictum, ratione contumaciæ decerni missionem in possessionem, non est extendendum, ut contra regulam juris aliquid innovetur lite pendente. * Lis pendere dicitur, simul atque citatio debitè est facta, qua plene instrui potuit reus, *Clement. 2. h. t.* Ut appareat, aliud esse, litem pendere, aliud litem esse contestatam.

Ideo autem lite pendente omnia in eodem statu sunt relinquenda, quo erant tempore litis inchoatæ, secundum, *c. 1. hoc tit.* ne quis conqueratur, se injustè privatum suo jure & in sui dispendium quid attentatum in re controversa. Quo modo possessio rei controversæ manet penes reum, donec lis decidatur, etiamsi ex caussa adulterii agatur ad thori separationem, *c. 2. h. t.* Privilegium impetratum lite pendente, non facta ejus mentione, vitiosus caret, *c. fin h. t.* Rescriptum, quo quid innovatur pendente lite, habetur subreptitium, quia non præsumitur Pont. cuiquam jus suum velle auferre, nisi hoc expressérit. Hinc & subrogationes in locum defuncti, aut alterius ex litigatoribus resignantis, non tenent, cum contineant odiosas litium prorogationes, *c. 1. & 2. eod. in 6.* Ad defensionem tamen litis illi, quorum interest, admittuntur, & hoc juxta statum, in quo litem inveniunt, *d. c. in fine*, Vid. Rebuff. in *Praxi benef. De subrogat.*

Attentatum si quid fuerit, sive alienando, sive alio modo, est revocandum. Imò is, in quem alienatio facta, non ignarus caussæ, rem restituit, pretio amisso, quod non ceditur alienanti, qui & alterum tantum fisco insuper tenetur, *l. fin. C. De litigiosis.* Ignorantia emptoris dat ei licentiam pretii repetendi; cui & tertia pretii pars, à venditore, aut alio alienatore, decipiente superadditur, reliquis duabus in fiscum relatis, *d. l. fin. §. 1.* Quod si res alienata restitui nequeat, æquivalens substituendum, *c. 3. & 4. h. t.* Si verò hujusmodi res fuerit sacta obnoxia religioni, non rescindirur quidem alienatio in religionis favorem; quia tamen dedicans contumeliosus in Deum extitit, falsâ religionis specie in alterius injuriam eum honorans, duplum alteri rependere jubetur, *l. fin. D. de litigiosis.*

Patiuntur dicta exceptionem in alienatione necessaria, sub nomine dotis, donationis propter nuptias, transactionis, legati, fideicommissi, divisionis hæreditatis, *l. fin. in fine C. de litig.* Ponit enim necessitas alienationem extra vitium.

TITU-

TITULUS XVII.

De Sequestratione possessionum & fructuum.

SUMMARIUM.

1 *Sequestratio regulariter prohibita.*
2. *Sequester quis dicatur.*
3. *Rei sequestratæ possessio an transeat in sequestrum?*

1 EX eo, quòd lite pendente nihil sit innovandum, sequitur, sequestrationem possessionis & fructuum regulariter esse inhibitam, *l. unicaC. De prohib. sequestrat. pec.* Continet enim innovationem, & est instar spoliationis; cum sit rei litigiosæ à possessore separatio, & in manus tertii, securitatis ergò, depositio, *l. Licet. 17. D. Depositi.* Quod accipiendum non de voluntaria sequestratione; ea enim cum fiat partium consensu, nihil vitii habet: sed de necessaria & judiciali, quæ fit auctoritate Judicis, parte invita ideoque odiosa & prohibita. *d. l. un.* Nisi aliud causa suaserit, veluti si dissipet possessor fructus. *c. 2. & 3. h. t.* si rem mobilem possidens de fuga sit suspectus, aut rei translatione, cujus difficilis futura sit recuperatio, aliisve casibus, de quibus *Glos. fin. d. c. 2. h. t.* *Sequester dicitur, 2
apud quem res controversa deponitur; ita dictus, quod ejus fidem utraque pars vel judex sequatur, *l. Sequester 110. D. De verb. signif.*

Quæsitum est, An possessio rei sequestratæ transeat in sequestrum? R. Id aliquos admittere in ea, quæ est voluntaria, non etiam in necessaria; ex ratione, quod actus voluntarius sit potentior necessario. Verius tamen neutrà transire possessionem, nisi hoc sit actum, *l. Interesse 39. D. De acquir. possess.* secundum quam accipienda *d. l. Licet D. depositi.* Facit ratio, quod nunquam transeat possessio per traditionem sine titulo, quæ alias censetur potius facta custodiæ causâ, *l. Propriè D. eod.* Non est autem sequestratio titulus sufficiens. Facit etiam, quod non sit verisimile possessorem commodum possessionis velle amittere. Vid. Zibarel. *ad Clem 1. nu. 25. h. t.* Coras. 3. *Meseell. c. 2. nu. 11. & seqq. & dicta ad tit.* D. *Depositi nu. 35.* An præbendas conferat sequester, dicetur infrà, *tit. De præbendis.*

TITULUS XVIII.

De Confessis.

SUMMARIUM.

1. 8. *confessa habentur pro veritate, & confessus pro judicato.*
2. *Confessus de se non interrogandus de socio.*
3. *Confessio debet fieri præsente adversario, & ex certa causa.*
4. *Debet esse certa & absque errore.*
5. *Facienda super re princi; ali.*
6. *Confessio procuratoris an præjudicet domino.*
7. *Confessio an revocari possit?*
9. *Ad confessionem an requiratur sententia?*
10. *Confessio in criminalibus quid operetur.*
11. *Confessio extrajudicialis qualiter probet?*
12. *Confessio liberatoria quid operetur, parte absente.*
13. *Confessio extrajudicialis geminata an plenè probet?*

DEfinitis iis, quæ circa causam incidere 1
solent, venitur ad principalem intentionem libello contentam: quæ probanda ab actore, nisi per rei confessionem (de qua ideo præmittitur) relevetur ab onere probandi.

Confessio alia est Judicialis, quæ fit in judicio, alia Extrajudicialis. Illius effectus est, quòd confessa habeantur pro veritate, quoad ipsum confitentem, eumque faciat pro judicato haberi, *c. 2. h. t. l. 1. C. eod.* quasi damnatum sua sententia, *l. 1. 3. D. eod.* cum nemo præsumatur contra se temerè confiteri. Dico, quoad confitentem: quia alii per alium non præjudicatur confitendo, *l. Non debet, 74. D. De reg. juris*; nisi causam à confitente habeat, quia videtur causa confitentem concernere, 2
*Quo modo socius criminis, de se confessus, super aliorum conscientiis non est interrogandus, nisi in crimine excepto, uti Majestatis, *c. 1. h. t.* Nec confessus audiendus super aliis, quod res ea periculo non vacet, ut patet ex *l. fin. Cod. De accusat.* cum posset aliquis alienam salutem in dubium deducere, de sua desperans. Si tamen socius infamiâ laboret, ei injungenda purgatio, *d. c. 1. in fine.* Et hoc quoad judicialem factam coram judice competente;

petente: nam alias non excederet vires extrajudicialis, quæ plenè non probat.

Fiat præsente adversario, ejusve procuratore,
3 *l. Certum 6. § si quis absente h. t.* quia ut judicatū non tenet, nisi inter præsentes, ita nec confessio, *l. De unoquoque 47. D. De re judic.* Vide Tessaur. *Decis. 109.* Gabriel *lib. 1. Commun. Opin. tit. De confessis concl. 1.* Fiat & ex certa causa, quod alias non videatur facta ex certa scientia, sed ex abrupto potius. Felin. in *c. Si cautio. n. 10. inf. De fide instr.* Unde etiā volunt causam habeat abjectam. Sit profecta à majore xxv. annis, sanè mētis Minori læso salva est restitutio, *d. l. 6. § penult.* Ejus qui mente caret, confessio nulla est; uti pupilli extra auctoritatem tutoris. * Sit quo-
4 que certa; judicatum enim debet esse certum. Unde reus urgendus, ut certum confiteatur. Absit error, saltem facti; cum non fateatur, qui errat, *l. 2. & pen. D. h. t.* Nihil faciente juramento, quod sequitur naturam actus. Error juris non videtur excusare confitentem, *d. l. 2.* quòd non sit justus, secundum ea, quæ traduntur, *tit. D. & Cod. De juris & facti ignor.* saltem quoad lucrum capiendum: aliud in damno vi-
5 tando. * Sic super re principali, non etiam super uno ex pluribus articulis, quos solet actor ponere, ut explicat Glossa in *c. 1. eod. in 6.* Neque enim relevatur ab onere probandi actor, nisi quoad ea, quæ confessus est reus.

Ubi quæri solet, An procuratoris confes-
6 sio præjudicet domino? R. Posse videri non præjudicare, ne alteri per alterum adferatur iniqua conditio, *l. Si fine 9. § si defensor D. De interrog. act. & melior tex. in d. l. Certum 6. § sed an D. h. t.* ubi non sufficit procuratores tutores fateri; ex ratione, quòd viderentur donare, perdere rem domini. Et hoc volunt communiter, quando voluntarie confitetur; si enim per viam contentiosæ jurisdictionis, dicunt communiter præjudicari domino per confessionem procuratoris, quod est necessitate officii debeat respondere ad exhibitas partis adversæ positiones: pro qua sententia est *c. fin. h. t.* ubi confessio œconomi nocet, si ante finitum negotium non doceatur error. Eodem facit, quod sententia contra procuratorem lata noceat domino, *l. Plautius 61. D. De procurat.* Ut & contumacia procuratoris domino, si sciens eam non purgaverit, adferat præjudicium, *c. 1. in fine sup. tit. 6.* Abbas in *d. 1. nu. 29.* Specul. *De confessionib. §. Postremo n. 2.* Jos. Ludovicus *Decis. Lucen. 5. n. 30.*

Alia est quæstio, An revocari confessio pos-
sit? R. Si acceptata fuerit à parte, & interve-
lum intercesserit, & præcipuè si geminata, non posse revocari, quòd geminatio faciat præsumi confessionem fuisse deliberatam: u prætextu erroris aut allegatæ falsitatis revocari eam nolit Roman. *Consil. 134. per l. Obsistas Cod. De plus petit.* Posse tamen videri, nihil impedire geminationem, quin revocari possit, probato errore, quem geminatio non excludit. Et quamvis faciat præsumi pro confessione, ea tamen præsumptio est juris tantum, non etiam juris & de jure, non excludens probationem in contrarium. Quo facit, quod dictum, *D. De pactis*, pacta etiam geminata actionem non producere, propterea quòd geminatio non faciat cessare levitatem. Et hoc, sive sit confessio ipsius partis, sive Advocati ejus, procuratoris ve, ne quis nihil debeat, aut insons damnetur. Quo facit, quòd habet Aut. Gabriel *1. Commun. Opin. tit. De confess. concl. 5.* æquius esse, posse revocari confessionem deliberatè factam, si de errore probetur. Iaf. in *l. Error 19. C. De juris & facti ignor.* etiamsi jurata fuerit: nam qui errat perjurus deci nequit, *can. Homines xxii. q. 2.*

Hæc de judiciali confessione, cujus effectum diximus esse, quod faciat confitentem haberi pro judicato, id est confessionem habere vim judicati, *l. 1. D. h. t.* ut nullæ dicantur esse partes judicantis in confessum, *l. Proinde 25. in fine D. A. L. Aquil.*

An ergo non requiritur sententia? R. Judi-
cialem confessionem omnino requirere sententiam, ut patet ex *l. 3. D. eod. tit.* Judicium enim semel cœptum sententia dirimendum, & Judex super re, de qua cognovit, pronuntiare debet, *l. De quare 74. D. De re judic.* Nec facit, quod confessus pro judicato habeatur; hoc enim ideo tantum, quia non est opus probationibus aut ulteriori inquisitione; quod nemo censeatur temere contra se confiteri. Uti nec obstat, quod dicitur, nullas esse partes judicantis in confitentem, cùm hoc non excludat condemnationem, juxta *d. l. 3. & 5. D. hoc tit.*

Ju-

10 In criminali negotio confessiones reorum pro exploratis haberi non oportet facinoribus, si nulla alia probatio religionem cognoscentis instruat, *l. 1. §. divus* D. *de quæstionibus.* Posset enim confessio potiùs tædio vitæ aut desperatione emissa esse, quàm conscientia criminis, *d. l. 1. §. si quis ultrò.* Et in hac necessariam esse sententiam, sive præcedat confessio litem, sive sequatur, verum est, *l. 5. D. de custodia reor*, cùm ad pœnam etiam ipso jure inflictam nemo teneatur ante sententiam, ut habet receptissima opinio.

11 Ad extrajudicialem quod attinet, ei non adest vis plenæ probationis: ut non faciat haberi pro judicato confitentem, *l. 1. C. h. t.* cùm non præsumatur facta deliberatè. Semiplenæ tamen probationis loco communiter volunt haberi, si coram parte fiat, & ab ea acceptetur, quamvis acceptationem non esse necessariam non pauci velint, ut videre est apud Gabriel. *d. loco concl.* 2. & Mascard. *de probat. concl.* 346. Vid. Præses Everardi *Cons.* 131. *n.* 1. Absente verò parte facta nullas vires habet.

12 Unde quæsitum, An liberatoria confessio quid operetur, parte absente? Resp. Non videri plenè probare, cùm non sit nisi confessio extrajudicialis, cui non adest vis plenæ probationis etiamsi per duos testes probetur; cùm testes non faciant eam judicialem, aut habere majorem vim, sed tantùm probent emissam. Præterea hujusmodi confessio continet speciem quamdam donationis, quæ non est firma, antequam acceptata fuerit, ut dicetur infra *tit de donat.* ante enim liberum est promittenti recedere: ut etiam videatur liberum revocare ejusmodi confessionem Gabriel, *d. loco concl. 1. num. 23.* Tessaur. *Decis.* 109. Si tamen confessio talis facta fuerit coram quinque testibus rogatis, fide dignis, effectum habebit & probabit sufficienter, *l. Testium* 18. *Cod. de testib. junctâ Nov. l. de testib.* 90. §. 2. Jure Canonico probatam duobus testibus vult præjudicare confitenti, Covarr. *ad c. quamvis p. 2. §. 4. n.* 1. quasi eo jure alteri per alterum acquiri possit; cujus contrarium est verius, ut traditum *d.* De *verb. oblig. n.* 69. Uti & verius, eo jure non dari actionem ex nudo pacto, ut dictum supra de pactis.

13 Quæsitum & illud, An geminata confessio extrajudicialis probet plenè? Resp. Hoc plerosque velle; uti & actionem producere, ut videre est apud Gabriel *d. loco concl. 3.* Marantam *p. 6. de confess. n. 15.* Præs. Everardi *d. cons. 131. n. 1. vers. quarto*, propterea quod ejusmodi geminatio faciat eam esse ad instar judicialis. Moventur *arg. l. si mulier 12. Cod.* Ads. C. *Vellei, an.* ubi mulier post biennium iterato cavens non utitur Vellejano. Facit & pro iis textus in *l. Odiosas Cod. de plus petit.* atque ita tradit Jason. *in l. Sed si 11. § si cum n. 4. D. de jurejur. alios citans.* Posset tamen contrarium videri alicui probabilius argumento eorum, quæ alibi dicta sunt de nudo pacto, illud scilicet geminatum non producere actionem, quòd geminatio non debeat esse loco plenæ probationis, & actione producere, cum nullibi hoc jure probetur, vel loca allegata in alio casu loquantur, scilicet quo quis confessioni suæ vult contravenire, aut exceptionem contra eam proponere, idque ibi certis requisitis. Ut soli geminationi dari nequeat, ut ne quis ex ea conveniatur, cum geminata confessio nihil plus vitium contineat; quam prima & simplex confessio. Verùm communis opinio videtur esse in contrarium, ut & possit videri in praxi sequenda. Gabriel. *d. concl. 3.* Jos. Ludovicus, *decis. 9. n. 4.*

An verò defuncti confessio quid operetur, & quibus ea prosit aut obsit, repetere licebit ex dictis ad D. *eod. tit. n. 8. & seqq.*

TITULUS XIX.

De Probationibus.

SUMMARIUM.

1. *Probatio quid?*
2. *Alia est Artificialis, alia Inartificialis.*
3. *Alia plena, alia semiplena.*
4. *An alia juris, alia facti?*
5. *Probandi onus cui incumbat.*
6. *Probatio facienda post litem contestatam.*
7. *Negans probatione non oneratur.*
8. *Ordo in probando quis servandus.*
9. *Probationem quisque secum adferre debet, non desumere ab adversario.*
10. *Probationis effectus.*
11. *Probatio semiplena quam fidem faciat.*

petente: nam alias non excederet vires extrajudicialis, quæ plenè non probat.

Fiat præsente adversario, ejusve procuratore,
3 *l. Certum 6. § si quis absente h. t.* quia ut judicatū non tenet, nisi inter præsentes, ita nec confessio, *l. De unoquoque 47. D. De re judic.* Vide Tessaur. *Decis. 109.* Gabriel *lib. 1. Commun. Opin. tit. De confessis concl. 1.* Fiat & ex certa causa, quod alias non videatur facta ex certa scientia, sed ex abrupto potius. Felin. in *c. Si cautio. n. 10. inf. De fide instr.* Unde etiā volunt causam habeat abjectam. Sit profecta à majore xxv. annis, sanè mētis Minori læso salva est restitutio, *d. l. 6. § penult.* Ejus qui mente caret, confessio nulla est; uti pupilli extra auctoritatem tutoris. * Sit quo-
4 que certa; judicatum enim debet esse certum. Unde reus urgendus, ut certum confiteatur. Absit error, saltem facti; cum non fateatur, qui errat, *l. 2. & pen. D. h. t.* Nihil faciente juramento, quod sequitur naturam actus. Error juris non videtur excusare confitentem, *d. l. 2.* quòd non sit justus, secundum ea, quæ traduntur, *tit. D. & Cod. De juris & facti ignor.* saltem quoad lucrum capiendum: aliud in damno vi-
5 tando. * Sic super re principali, non etiam super uno ex pluribus articulis, quos solet actor ponere, ut explicat Glossa in *c. 1. eod. in 6.* Neque enim relevatur ab onere probandi actor, nisi quoad ea, quæ confessus est reus.

Ubi quæri solet, An procuratoris confes-
6 sio præjudicet domino? R. Posse videri non præjudicare, ne alteri per alterum adferatur iniqua conditio, *l. Si fine 9. § si defensor D. De interrog. act. & melior tex. in d. l. Certum 6. § sed an D. h. t.* ubi non sufficit procuratores tutores fateri; ex ratione, quòd viderentur donare, perdere rem domini. Et hoc volunt communiter, quando voluntarie confitetur; si enim per viam contentiosæ jurisdictionis, dicunt communiter præjudicari domino per confessionem procuratoris, quod est necessitate officii debeat respondere ad exhibitas partis adversæ positiones: pro qua sententia est *c. fin. h. t.* ubi confessio œconomi nocet, si ante finitum negotium non doceatur error. Eodem facit, quod sententia contra procuratorem lata noceat domino, *l. Plautius 61. D. De procurat.* Ut & contumacia procuratoris domino, si sciens eam non purgaverit, adferat præjudicium, *c. 1. in fine sup. tit. 6.* Abbas in *d. 1. nu. 29.* Specul. *De confessionib. §. Postremo n. 2.* Jos. Ludovicus *Decis. Lucen. 5. n. 30.*

Alia est quæstio, An revocari confessio pos-
sit? R. Si acceptata fuerit à parte, & interve-
lum intercesserit, & præcipuè si geminata, non posse revocari, quòd geminatio faciat præsumi confessionem fuisse deliberatam: u prætextu erroris aut allegatæ falsitatis revocari eam nolit Roman. *Consil. 134. per l. Obsistas Cod. De plus petit.* Posse tamen videri, nihil impedire geminationem, quin revocari possit, probato errore, quem geminatio non excludit. Et quamvis faciat præsumi pro confessione, ea tamen præsumptio est juris tantum, non etiam juris & de jure, non excludens probationem in contrarium. Quo facit, quod dictum, *D. De pactis*, pacta etiam geminata actionem non producere, propterea quòd geminatio non faciat cessare levitatem. Et hoc, sive sit confessio ipsius partis, sive Advocati ejus, procuratoris ve, ne quis nihil debeat, aut insons damnetur. Quo facit, quòd habet Aut. Gabriel *1. Commun. Opin. tit. De confess. concl. 5.* æquius esse, posse revocari confessionem deliberatè factam, si de errore probetur. Iaf. in *l. Error 19. C. De juris & facti ignor.* etiamsi jurata fuerit: nam qui errat perjurus deci nequit, *can. Homines xxii. q. 2.*

Hæc de judiciali confessione, cujus effectum diximus esse, quod faciat confitentem haberi pro judicato, id est confessionem habere vim judicati, *l. 1. D. h. t.* ut nullæ dicantur esse partes judicantis in confessum, *l. Proinde 25. in fine D. A. L. Aquil.*

An ergo non requiritur sententia? R. Judi-
cialem confessionem omnino requirere sententiam, ut patet ex *l. 3. D. eod. tit.* Judicium enim semel cœptum sententia dirimendum, & Judex super re, de qua cognovit, pronuntiare debet, *l. De quare 74. D. De re judic.* Nec facit, quod confessus pro judicato habeatur; hoc enim ideo tantum, quia non est opus probationibus aut ulteriori inquisitione; quod nemo censeatur temere contra se confiteri. Uti nec obstat, quod dicitur, nullas esse partes judicantis in confitentem, cùm hoc non excludat condemnationem, juxta *d. l. 3. & 5. D. hoc tit.*

Ju-

10 In criminali negotio confessiones reorum pro exploratis haberi non oportet facinoribus, si nulla alia probatio religionem cognoscentis instruat, *l. 1. §. divus* D. *de quæstionibus.* Posset enim confessio potiùs tædio vitæ aut desperatione emissa esse, quàm conscientia criminis, *d. l. 1. §. si quis ultrò.* Et in hac necessariam esse sententiam, sive præcedat confessio litem, sive sequatur, verum est, *l. 5. D. de custodia reor*, cùm ad pœnam etiam ipso jure inflictam nemo teneatur ante sententiam, ut habet receptissima opinio.

11 Ad extrajudicialem quod attinet, ei non adest vis plenæ probationis: ut non faciat haberi pro judicato confitentem, *l. 1. C. h. t.* cùm non præsumatur facta deliberatè. Semiplenæ tamen probationis loco communiter volunt haberi, si coram parte fiat, & ab ea acceptetur, quamvis acceptationem non esse necessariam non pauci velint, ut videre est apud Gabriel. *d. loco concl.* 2. & Mascard. *de probat. concl.* 346. Vid. Præses Everardi *Cons.* 131. *n.* 1. Absente verò parte facta nullas vires habet.

12 Unde quæsitum, An liberatoria confessio quid operetur, parte absente? Resp. Non videri plenè probare, cùm non sit nisi confessio extrajudicialis, cui non adest vis plenæ probationis etiamsi per duos testes probetur; cùm testes non faciant eam judicialem, aut habere majorem vim, sed tantùm probent emissam. Præterea hujusmodi confessio continet speciem quamdam donationis, quæ non est firma, antequam acceptata fuerit, ut dicetur infra *tit de donat.* ante enim liberum est promittenti recedere: ut etiam videatur liberum revocare ejusmodi confessionem Gabriel, *d. loco concl. 1. num. 23.* Tessaur. *Decis.* 109. Si tamen confessio talis facta fuerit coram quinque testibus rogatis, fide dignis, effectum habebit & probabit sufficienter, *l. Testium* 18. *Cod. de testib. junctâ Nov. l. de testib.* 90. §. 2. Jure Canonico probatam duobus testibus vult præjudicare confitenti, Covarr. *ad c. quamvis p. 2. §. 4. n.* 1. quasi eo jure alteri per alterum acquiri possit; cujus contrarium est verius, ut traditum *d.* De *verb. oblig. n.* 69. Uti & verius, eo jure non dari actionem ex nudo pacto, ut dictum supra de pactis.

13 Quæsitum & illud, An geminata confessio extrajudicialis probet plenè? Resp. Hoc plerosque velle; uti & actionem producere, ut videre est apud Gabriel *d. loco concl. 3.* Marantam *p. 6. de confess. n. 15.* Præs. Everardi *d. cons. 131. n. 1. vers. quarto*, propterea quod ejusmodi geminatio faciat eam esse ad instar judicialis. Moventur *arg. l. si mulier 12. Cod.* Ads. C. *Vellei, an.* ubi mulier post biennium iterato cavens non utitur Vellejano. Facit & pro iis textus in *l. Odiosas Cod. de plus petit.* atque ita tradit Jason. *in l. Sed si 11. § si cum n. 4. D. de jurejur. alios citans.* Posset tamen contrarium videri alicui probabilius argumento eorum, quæ alibi dicta sunt de nudo pacto, illud scilicet geminatum non producere actionem, quòd geminatio non debeat esse loco plenæ probationis, & actione producere, cum nullibi hoc jure probetur, vel loca allegata in alio casu loquantur, scilicet quo quis confessioni suæ vult contravenire, aut exceptionem contra eam proponere, idque ibi certis requisitis. Ut soli geminationi dari nequeat, ut ne quis ex ea conveniatur, cum geminata confessio nihil plus vitium contineat; quam prima & simplex confessio. Verùm communis opinio videtur esse in contrarium, ut & possit videri in praxi sequenda. Gabriel. *d. concl. 3.* Jos. Ludovicus, *decis. 9. n. 4.*

An verò defuncti confessio quid operetur, & quibus ea prosit aut obsit, repetere licebit ex dictis ad D. *eod. tit. n. 8. & seqq.*

TITULUS XIX.

De Probationibus.

SUMMARIUM.

1. *Probatio quid?*
2. *Alia est Artificialis, alia Inartificialis.*
3. *Alia plena, alia semiplena.*
4. *An alia juris, alia facti?*
5. *Probandi onus cui incumbat.*
6. *Probatio facienda post litem contestatam.*
7. *Negans probatione non oneratur.*
8. *Ordo in probando quis servandus.*
9. *Probationem quisque secum adferre debet, non desumere ab adversario.*
10. *Probationis effectus.*
11. *Probatio semiplena quam fidem faciat.*

1 SI non confiteatur reus, probatione est opus cum inanis sit actio, nisi indubitata probationis fide liqueat vera esse, quæ adducūtur. Aliàs jus quidem non deficeret, sed probatio, *l. duo 30. D. de testam. 1. tut.* Agitur autem primò de probatione in genere, quæ est rei dubiæ, vel non apertæ, per argumenta facta fides.

2 Aliam ponunt Artificialem, ex ipsa causa adsumptam, unde & Insitam vocant, cujus ordinis est præsumptio ex facti circumstantiis producta: aliam Inartificialem, quæ extrinsecus & extra causam adsumitur, unde Adsumpta & Extranea dicitur, cujus ordinis sunt testes, tabulæ, instrumenta. * Aliam item Plenam, per quam tanta fides fit judici, 3 ut plenè instructus sententiam ferre possit, *l. scriptum 11. C. h. t.* Ejus ordinis præcipue sunt testes, instrumenta publica, legitima indicia, sive præsumptiones. *l. fin. C. h. t.* aliam Semiplenam, quæ plenam fidem non facit, & opinionem potius quàm fidem gignit, aut causam certam ponit: est tamen adminiculum quoddam probationis, cujus ordinis est testis unus, vel plures singulares, instrumentum 4 privatum, fama. * Faciunt & probationem aliam juris, aliam facti: minùs rectè, cum ea, quæ juris sunt, per se nota & certa, ut probatione non egeant, facta autem sint incerta, ideoque probanda, *l. sive 16. C. h. t.*

Facienda probatio ab eo, qui allegat, sive 5 is actor sit, sive reus, *l. 1. C. h. t.* Actorem regulariter tenet onus probandi, non etiam reum, nisi excipiendo actoris vices subeat, aut aliàs onus probandi in eum rejiciatur, ut in casu, *l. 3. & l. cum de indebito D. eod.* In communibus judiciis uterque probat, & si pariter probent, absolvitur reus, nisi actoris partem foveat causa favorabilis, *c. 3. h. t.* Superat, qui probat antiquiorem possessionem, *c. 9. h. t.* uti communiter is, pro quo stat firmior probatio, *c. 4. h. t.* * Negant probatione non oneratur, *l. Actor* 6 *23. h. t.* cum negationis, ut non entis, nullæ sint differentiæ, nulla propria, secundùm quæ probatio desumitur. Nisi talis sit, quæ affirmationem includat, ut in casu *c. super jup. de renuntiat. & l. 8. D. eod.* aut negativa juris, ut in casu *l. 5. D eod.* Indirectè quoque negativa probatur, loco, tempore limitata, *l. optimam vers. nisi is Cod. de contrah. & commit. stipulat.* Vid. Osasc. *Decis. 174. n. 5.* Menoch. *lib. 2. Presumpt. 50. n. 8.* Gabriel. *Commun. concl. lib. 1. tit. de probat concl. 6.*

Facienda probatio post litem contestatam; 7 ante enim nihil est, super quo adhibeatur, nisi valetudo, aut longa absentia testium instans, aliud exigat qua de re *sup. tit. 6.*

Servandus autem ordo in probando. Primò 8 enim intentionem suam probat actor, tum reus in sua exceptione auditur *l. exceptionem 15. Cod. 2.* Deficiēte actore in sua probatione, reus absolvitur, saltem ab instantia, etiamsi nihil præstiterit, *l. 4. C. de edendo.* Qui si fretus suo jure velit, non audito actore, exceptionem suam probare, non prohibetur, eum juri suo quisque renuntiet. In quo si deficiat, non ideo condēnabitur, quia per hoc non firmatur actoris intentio, quæ nihilominus illi probanda est. Allegans tamen solutionem, si eam non probet, non potest non videri firmasse intentionem actoris, si non probet solutionem à se factam, quia eam allegans videtur se agnovisse debitorem. Cujac. *in Rasit. Cod. eod. in princ.*

Adfert autem quisque probationem secum, 9 neutiquam eam desumit à domo adversarii, cum contra se nemo cogatur adferre documenta, *c. 1. h. t. & l. Nimis 7. C. de testib.* Debet enim actor venire instructus ad judicium; nisi sint communia, aut publica, aut descripta ab aliquibus ex officio. Sic apud Romanos argentarii, nummularii, mensales, coguntur edere rationes, *l. quadam §. 2. l. Argentarius 10. in princ. D. de edendo.* Excipitur & fiscus, cui civiliter agenti reus exhibere suas rationes cogitur, ut ex iis firmet suam intentionem, *l. 2. §. divus cum seqq. D. de jure fisci.* Usurarius quoque, si de usuris restituendis agatur, rationes suas edere jubetur. *Clem. 1. §. 1 de usuris.* Denique instrumentum, quo reus usurus pro se, necessariò actori edit, ut ejus inquiratur veritas. Quo modo actor omnino tenetur reo convento edere instrumenta ad fundandam suam defensionem, & actoris excludendam intentionem, *l. 5. & fin. Cod. de edendo.*

Effectus probationis est quod plena, certa, liquida (maximè in capitalibus, in quibus requiruntur probationes luce meridiana clariores, *l. fin. C. h. t.*) non impertinens, libello respon-

respondens saltem qualitate, faciat secundum se ferri sententiam, *l. scriptum 11. cum seq. C. h. t.* Ut purgatio non sit admittenda, *c. Ad nostram 12. h. t.* cui tum demum locus quando suspectus est reus criminis, quod non probatum, *c. 1. sup. De confess.* Quando sit plena censenda, & quantum adhibendum fidei testibus, arbitrio judicis relinquendum; facti enim ea res est.

11 Semiplenæ probationis non est magnus effectus, unde & probationis simpliciter prolatæ nomine non venit. Præstat tamen aliqualem fidem, cum faciat deferri juramentum necessarium. Sufficit interdum ad torturam, uti dictum D. *de quæstionib.* Onus probationis interdum in adversarium retorquet. Facit & ei, contra quem militat, juramentum purgationis injungi, *d. c. 1.*

Mandat autem Pont. *c. Quoniam 11. h. t.* ut judex habeat Notarium, aut duos idoneos viros, qui acta judicialia describant, ut emergente difficultate de iis constare possit; habentur enim legitima ea documenta.

TITULUS XX.

De Testibus.

SUMMARIUM.

1. *Testes qui & quales esse debeant.*
2. *Testis, qui fuerit de familia actoris, an repellendus?*
3. *Testes domestici qui habeantur.*
4. *Testis idoneus nemo in propria causa.*
5. *Consanguinei in causa consanguinitatis audiuntur.*
6. *Testimonium dicere cogi potest, qui juravit non dicere.*
7. *Minores & servi quatenus audiendi.*
8. *Mulier etiam in criminali causa auditur.*
9. *An & jure Canonico?*
10. *Socii criminis rejiciuntur à testimonio.*
11. 13. *Infames, damnati judicio publico.*
12. *Criminosi convicti, aut confessi.*
14. *Inimici capitales.*
15. *Laicus contra Clericum an & quatenus admittendus.*
16. *Item excommunicati, Monachi, Sacerdotes.*
17. *Forma producendorum testium.*
18. *Citanda pars adversa.*
19. *Testes qualiter examinandi.*
20. *Debent esse jurati: & an juramentum hoc remitti possit?*
21. *Ratio dictorum à testibus petenda.*
22. *Productio quarta qualiter admittenda.*
23. *Productio nova non admittenda post publicata testimonia, aut articulos directò contrarios.*
24. *Idq; quoad eosdem articulos, non etiam novum à veteri dependentem.*
25. *Articulus novus quis dicatur.*
26. *Casus directò contrarii qui.*
27. *Testes novi in causa appellationis an produci possint.*
28. *Renuntiatione facta qualiter productio ulterior concedatur.*
29. *Testes post publicationem quando reprobari possint.*
30. *Testes de novo quando producendi.*
31. *Testium publicatio.*
32. *Testium fides unde colligenda.*
33. *Testes regulariter quot probent.*
34. *Testis unus non probat.*
35. *Semiplenè quando probet.*
36. *Apparitori ratione officii sui cur credatur.*
37. *Testes plures singulares quo modo & quando probent.*
38. *Quid sit tales diversimodè deponant?*
39. *Testes dissidentes conciliandi.*
40. *Testi contraria deponenti aut varianti non creditur.*
41. *Testis dictum suum revocare an possit etiam ex intervallo?*
42. *Priori, an posteriori dicto sit habenda fides?*
43. *Testi corrupto non habenda fides?*
44. *Testis uno in judicio productus an fidem faciat in alio?*

INter præcipuas probationis species sunt testes, qui sunt personæ ad fidem alicujus rei 1
adstruendam adhibitæ. Habiles sint & idonei oportet, ætate, moribus, conditione; extra suspicionem quòd gratiæ ac potentatui sint posthabituri suam ædem; pretio non conducti, *c. 1. h. t. l. 5. C. eod.* Qua in re multum valet judicis arbitrium. Hinc non recte evocantur domestici, aut de familia actoris, *l. 2. C. h. t.*

Quid si de familia actoris fuerit tempore 2
actus, super quo adhibetur? R. Si tempore depo-

depositionis sit extra ejus familiam, non esse illum repellendum, *l. 1. §. item Mummio 12. D. de quæst.* Bart. *ad d. l. 1. §. si servus*, Castr. *ad l. 2. n. 2. h. t.* Wamesius *Cons. 109. n. 11.* quia cessat affectus, qui præsumitur impedire existentem in familia, quò minus veritatem adsequatur judex: nisi tamen cum fraude sit expulsus, ut testimonium perhiberet, quæ fraus colligetur etiam ex eo, quòd postea recipiatur. E contra si tempore dicendi testimonii sit de familia, qui tempore actus non fuerat, repellitur.

3 Domestici habentur, qui una habitant, ut uxor, liberi, famuli. Liberi etiam non cohabitantes de familia habentur: imò & extra potestatem positos repellit affectus, quò minus pro parente audiantur, *c. super eo 22. h. t.* qui & fratrem pro fratre rejicit. V. Menoch *Arbit. 2. casu 104.* Facit enim ille supprimi veritatem. Ex qua ratione & Advocatus in causa, quam defendit, non est idoneus testis. *arg. l fin. C h. t. & c 3. eod. in 6.* unde in locum delegati judicis, si necessario in testimonium sit adhibendus, alius subrogatur, *c. dilecto 40. h. t.* * Hinc & in propria causa nemo idoneus, *l. omnibus 10. C. h. t. l. nullus* 10. D. *eod.* Excipe causam denuntiationis, in qua denuntians pro teste auditur, *c. 4. h. t.* Excipe & legatarios, & fidei commissarios, de quibus *Instit. de testam. ordin.* In causa quoque universitatis aut Ecclesiæ auditur is, qui est de Ecclesia, aut universitate, cum aliud sit universitas, aliud singuli de universitate, & res universitatis non sint res singulorum, *§. universitatis Instit. de rer. divis.* Ut nemo illorum, qui de collegio vel universitate sunt, possit dici in propria causa testificari, nisi causam ipsam procurent, aut singulos negotium concernat, *c. Insuper 6. & c. cum nuntius 12. h. t.* * In causa consanguinitatis consanguinei audiuntur, quòd eam præsumantur magis scire: *c. 5. h. t.* Imo & ipsius matris attestantis de consanguinitate dicto statur ante contractum matrimonium, non tamen contractum dissolvitur ex ejus solius dicto, sed plurimum testimonium audiendum, *d. c. 22.* neque enim tam facile dissolvitur, atque impeditur matrimonium.

6 Qui juravit non dicere testimonium, non ideo repellendus, sed cogendus illud dicere, *c. intimavit 18. h. t.* cum hujusmodi juramentum non teneat, ne occultetur veritas, *c. constitutus 45 h. t.*

Ætas facit rejici impuberes, propter judicii defectum. Minores audiuntur in causa civili, non etiam in criminali, nisi sint majores XX. annis, *l. in testimonium 20. D. h. t.* Servum rejicit conditio, qui tamen liber factus super iis, quæ vidit in servitute, rectè deponit, cum sensum habuerit, *l. Notionem 99. §. 2. D. de V. S.* nisi lex tempore actus requirat habilitatem, uti in testamentis. * Mulier ne quidem in causa criminali rejicitur de jure civili, ut patet ex *l. 3. §. lege Iulia D. h. t.* ubi tantum ea rejicitur de jure civili, quæ corpore quæstum fecit, ut exclusio singularis casus faciat in aliis eam admitti, *can. ex eo XV. q. 3.*

Q. An jure Canonico rejiciatur in criminalibus? Resp. Id plerosque velle; per *c. Fons in fine de verb. sig. & per text. in can. mulierem XXXIII. q. 5.* nisi de crimine agatur civiliter, Abbas in *c. 3. n. 2. h. t. Glos. 1. ibid.* & Hostiens. *in Summa eod. tit. n. 2.* aut sit crimen exceptum, ex ratione, quod varia sit & mutabilis. Quæ ratio non aliud convincit, quàm non facilè esse habendam fidem dicto mulieris, non etiam omninò repellendam esse, cum id non exprimatur in jure Canonico, & diversum non statuatur à jure civili. Nisi fortè sit meretrix, quæ dicitur etiam audienda in crimine simoniæ, *c. Tanta 7. inf. de simonia*, quasi alias non sit audienda, propter civilitatem: quæ cum non obtineat in mulieribus honestis, non rectè traxeris ad eas istam decisionem. Communis tamen opinio habet, eam rejici à criminalibus criminaliter intentatis, ex ratione, quod in iis desideretur probatio omni exceptione major.

Rejiciuntur & criminis socii, *c. veniens 10. & c. Personas 20. h. t. & dictum sup. tit. 18.* propterea quòd qui sibi non pepercit, multò minus aliis sit pariturus. Excepto crimine læsæ majestatis, *cap. 1. sup. de confess.* Ubi & rectè addideris crimen sortilegii. Excipitur & crimen simoniæ, *c. 1. eod. in 6.* si agatur civiliter.

Rejiciuntur præterea infames, quibus actus legitimi sunt interdicti, *c. licet 47. h. t.* Sic rejiciuntur hæretici, apostatæ, Judæi, pagani, si testentur contra orthodoxos, *can. pagani cum*

seqq.

seqq. 2. q. 7. quòd non ferantur bono zelo; quamvis è contra Christiani adversus Judæos audiantur, *c. Iudæi* 12. *h. t.* cùm nihil indecentiæ ea res habeat. Neophitus, qui recens ad fidem est conversus, non videtur rejiciendus testis in Christianos, ut rectè tradit contra Felinum Covarr. *ad Clem. Si furiosus p. 2. §. 2. num.* 8.

12 Facit & crimen aliquos removeri à testimonio, quod periculo non vacet, tales admittere, *can. Neganda* 111. q. 11. modò convicti sint, aut confessi, & non emendati. *c Super eo* 13. & *c. Testimonium* 54. *h. t.* Non emendati, testimonium non reprobatur, etiam in causa criminali, si civiliter agatur, non si criminaliter, *d. c.* 54. nisi tamen eum comitetur infamia, aut reatum perjurii incurrerit, quem non aufert pœnitentia. *d. c.* 54. *ubi Gl.*

Quod dictum de infami, accipiendum de
13 damnato judicio publico, secundum leges civiles, *d. l.* 3. §. *lege Iulia.* non etiam privato, Duar. 2. *disput. c.* 23. Possunt tamen & ex alia causa infames à judice rejici: cujus est etiam integræ fidei hominis testimonium perpendere, *l. Quæsitum* 13. *D. eod.* Jure canonico infames simpliciter removeri videntur, cùm eo requiratur, testes sint fide digni, & omni exceptione majores. *c. licet* 47. *h. t.* quales non sunt infames, etiam ex judicio privato.

14 Inimicitiæ capitales quin faciant reprobari posse testem, non est dubium, cùm non præsumatur quid ex fide dicturus; si tamen probentur. *l. Si quis* 17. *C. h. t.*

15 Laicus in criminalibus contra Clericum ideo non admittitur, quòd non tam caritate, quàm pravitate moveri putetur; nisi forte suam suorumque injuriam persequatur, *can.* 1. 2. 3. *II. q.* 7. & tunc ut accuset, non etiam testetur, *c. De cætero* 14. *h. t. In* causis civilibus laici non reprobantur contra Clericos: imò & fœminæ admittuntur in causa impedimenti, quo arguitur teneri electus, *c. tam literis* 33. *h. t.*

16 Excommunicati quin removeantur extra dubium est, quòd non habeant licentiam cum alijs communicandi. Monachi & Sacerdotes, etsi pro negotijs sæcularibus aut instrumentis conficiendis non sint rogandi, si tamen interfuerint, fidem faciunt, *can. fin. XIV. q.* 2.

Ad formam productionis testium requiri- 17
tur eorum citatio: qui si non compareant cogi possunt, *inf. tit. seq.* Producendi regulariter post litem contestatam, excepto casu, de quo *inf. tit.* 6. Coram judice, nisi aliud exigat personæ qualitas, aut sexus verecundia, absentia aliudve impedimentum: tunc enim aut mittenda persona discreta, quæ testimonium excipiat, *c.* 8. *h. t.* aut, si distent, judici loci examen committendum. Moris est committere Notario causæ, quod permittitur *Clem.* 1. *de offic. deleg.* * Ubi 18
necessario citanda pars adversa, si fortè quid habeat, quod testibus objiciat, eosque reprobet, *c.* 2. *h. t.* Ubi rursus alteri parti licitum est, per testes novos refutare eos, qui alios refutarunt. Ultrà refutatio nō est permissa: & hoc est, quod dicitur, probatorios & reprobatorios probatoriorum probare licere, non etiam reprobatoriorum *c. Licet* 49. *h. t. &. c.* 2. *eod. in* 6. ne res in infinitum abeat.

Testibus si nihil à parte objectum fuerit, 19
aut contumaciter pars non comparuerit, judex ad examen procedet. Examinabit autem singulos secreto clam p[illegible]ibus, Notario dicta eorum adnotante; [illegible]o prius ab ijs juramento de dicenda ve[illegible]mni favore, odio & commodo sepositō, *c. 5. h. t.* neque enim injurato testi creditur, etiam Religioso, *c. Tuis* 39. *c. Nuper* 51. *h. t.*

Q. An juramentum hoc sit de substantia? 20
R. Ita velle Abbatem *ad d. c.* 39. *h. t.* verius tamen non esse, cum possit remitti; non tamen nisi utriusque partis consensu, quod utriusque subsit interesse. Judicis consensu opus non videtur, cum causa sit privata, tantùm concernens partium commodum, quæ possunt jus suum remittere: quo modo & textus isti nullam faciunt mentionem judicis. Non rectè objicitur, quòd juramentum calumniæ nequeat à partibus remitti, ut dictum *sup. tit.* 7. nam ejus remissio invitaret proximè ad delinquendum, non etiam hujus juramenti. Præterea illud concernit magis favorem publicum, ut judicia sincerè procedant, & lites non protrahantur calumniosè, hoc vero potiùs favorem partium, ut facilius remitti possit. Abbas *d. c.* 59. *n.* 6. Filin. *ibid.*

Examen fit super articulis, id est capitulis ipsius negotij controversi ab actore prolatis.

Addere poterit reus interrogatoria, ut facilius appareat subornatio, si qua subsit *c. 2. eod. in 6.*

21 * In depositione testium illud vel maximè curandum, ut ratio dictorum peratur, quia aliàs dicta fidem non facerent, *l. Sola C. h. t.* quatenus tamen agitur de re perceptibili intellectu, *Gl. in d. l. Sola*: secus si agatur de re perceptibili sensu exteriori, ut visu, auditu, & quidem proprio, non alieno.

Examinatis ab actore productis testibus: 22 reus suos produxit, post iterum actor: quarta productio non est admissa, nisi cum solemnitate legali, *c. in causis 15. c. Significaverunt 38. h. t.* scilicet ut postulans præstet juramentum, quòd neque per se, neque per alium testificata, subtraxerit; vel didicerit, nec per dolum aut artem aliquam quartam productionem exposcat; sed quia, quos producere desiderat prius habere nequiverit, *c. pen. h. t. & Nov. De testib. 90 §. quia verò.*

23 Non est etiam productio admissa post publicationem testificatorum, quòd facilè sit subornatis testibus dicta invertere, *c. cum venisset 25. & 26. h. t.* Quòd & verum est, quando aliquis testificata adversæ partis didicit, ex eadē ratione. * Et hoc quoad eosdem articulos, aut directò iis contrarios, *c. fraternitatis 17.*

24 *h. t.* nam quoad novum articulum, qui tamen ex veteri dependeat, rectè audiuntur testes, cùm numquam super eo fiat auditi aut producti, ut cesset subornationis metus. Dico, ex veteri dependeat, nam aliàs frustrà super eo producerentur testes, ad causæ promotionem, *c. cum Joannes 10. inf. tit. 22. De fide instr.* cum ad causam non pertineat.

25 Quæritur, Quis hac in parte dicendus novus articulus à veteri dependens? R. Eum esse, qui facti quidem necessitate sub priori concluditur, non tamen necessitate probationis, hoc est, qui ad factū quidem pertinet, probatio tamen nulla super eo producta. Exemplum est in *d. c. 10. inf. tit. 22.* ubi victor damnatus ad rei venditæ restitutionem auditur postea probare volens tum fuisse venditionem conditionalem, quia super conditione nullus erat auditus testis, sed tantùm super venditione, Felin. *ad d. c. Fraternitatis 17. n. 11. & ibi* Joan. Andreas.

26 Alia quæstio est, Qui sint dicendi casus directò contrarij? R. Eos, qui directò oppugnant id, super quo testes auditi V. M. Testes sunt auditi super contractu inito, quem asseverarunt initum esse certo loco: non producentur postea testes novi, qui deponant eo loci reum non fuisse, publicatis nimirum testimonijs. Super exceptione tamen audiri possunt; veluti si actor probavit se dominum, audietur reus producens testes super præscriptione completa, *l. Emptor C. De præscript. long. temp. l. Siquidem C. De except. l. Exceptionem C. De probat.* Est enim articulus iste novus, ut non sit deneganda productio, etiam post dicta testificata. Et hoc ita in prima instantia.

Quæritur autem, An in causa appellationis super iisdē articulis possint produci novi testes? R. Hanc rem controverti inter interpretes juris Canonici & civilis: & hos quidem id admittere, ex eo; quòd *d. Nov. de testib. 90. §. quia verò*, tum loquatur de prima instantia, non verò de causa appellationis, illos verò negare, quod non minor sit metus subornationis in causa appellationis, post publicata testimonia, in secunda instantia, quam in prima, ut posita eadem ratione prohibitionis, etiam hic locum habere debeat prohibitio. Et horum opinio verior est, nam textu aperto in *Clem. 2. h. t.* ubi ut propter metum subornationis in prima instantia non producuntur testes post publicata testimonia super ijsdem aut directè contrarijs articulis, ita necesse secunda ex eodem metu. Nec dicendum cum Felino, *d. c. 17. n. 3.* quando altero jure quid dubium est, tunc sequendum esse aliud, quo res decisa; nam hic neutro jure res dubia: non Canonico, quia clarè decisa *d. Clem. 2.* non civili, quia decisa quoad primam instantiam: ut succedat argumentum, *l. non possunt D. de legib.* eadem ratione, quæ anima est legis, militante.

Nec est, quod aliqui I. C. nixi *l. Per hanc C. De temporib. appellat.* aliud velint, quod per eam detur licentia utendi novis adsertionibus rectè enim capiuntur de capitulis nondum probatis, secundum *l. 6. § 2. Cod. de appellat.* sive non tam probandi per testes, quàm alio modo non obnoxio subornationi. Nihil etiam facit, quod causa appellationis sit alia à prima instantia: nam hoc verum, si instantiam inspiciamus, non etiam respectu ejus, quod in judicium est deductum, cum attestationes in uno judicio faciant fidem in alio, *c. Causam 11. h. t.* ut

h.t. ut inferius dicetur. Videatur hac de re plenius Covarr. *Pract. quæst. c.* 18. *n.* 6. *Glos. in d. Clem.* 2. *& d. c.* 17. *ubi* Abbas & Felin.

28 Itaque post publicata vel cognita dicta testium, non conceditur ulterior productio, ex causa jam dicta, super istis articulis. Facit & renuntiatio, quo minus productio concedatur: nisi sit quoad certos articulos, nam tunc non impedit, quo minus super aliis fiat productio, *c. Causam* 19. *h.t.*

29 Sunt autem causæ, quæ post publicationem depositionum admittunt objectionem in personas testium, si postea demum sit cognitum, quod objicere quis vult, aut ante sit protestatus de iis reprobandis, præmisso juramento, quod non agat idipsum ex malitia, *c. Præsentium* 31. *h.t.*

30 Attestationes receptæ in judicio summario, licet publicatæ, non impediunt, quo minus in judicio ordinario iidem, vel alii de novo examinentur, *c. veniens* 38. *h.t.* Coram arbitro quoque deposita non faciunt fidem in ordinario, sed de novo sunt testes producendi, non obstante publicatione attestationum, nisi vel ipse, contra quem sunt producti, iis stare velit, aut testes sint mortui. *c. Præsentata* 50. *h.t.* Sunt & de novo examinandi testes, si antea super quibusdam capitulis male aut minus exacte examinati dicantur, *c. Per tuas* 48. *h.t.* Guido Papæ *decis.* 72. *n.* 3. *& ibid.* Ant. Rambaudus *in addit.* Causa matrimonialis post publicationem alios produci testes postulat, quia non transit in rem judicatam, & ne peccatum foveatur, Abbas in *c. Lator* 7. *inf. de jure. & rejudic. & in c.* 6 *sup. de probat.*

31 Ubi ulteriori productioni omnis via est clausa, post examinata testium dicta. Judex ea publicat; imo petentibus partibus publicare debet: recusare enim esset præripere reo defensionis facultatem, Felin. *in c. Cum* 1. *& A.* 22. *n.* 2. *inf. De sent. & rejud.* *Quibus quantum tribuat ex statu, dignitate, aliisq; testium circumstantiis perpendet, *c. Licet* 23. *h.t. l.* 3 §. 2. *l. Quæsitum* 13. *D. eod.* Nam vilitas testis fidem ejus minuere solet: uti & diminuit, si dubitanter loquatur, veluti per verbum, *Credo, Videtur*; nisi alia adsint, quæ firment depositionem.

33 Ad minimum duorum testimonium desideratur, quod & regulariter sufficit, *l. Ubi* 12. *D. eod.* Interdum tamen & plurium exigitur, ut in testamentis, & in casu *l. Testium* 18. *C. h.t. & l. Antiquæ C. Ad S.C. Velleian*, & aliis variis casibus.

Unus neutiquam audiendus, & minimè 34
probat, etiamsi præfidali præfulgeat auctoritate, *l.* 9. *in fine C. h.t.* aut judex sit, *c. cum à nobis* 28. *h.t.* etiamsi super actu proprio deponat, nullum inde consecuturus commodum. Covarr. *Pract. quæst. c.* 33. *n.* 3. Facilis enim est lapsus unius. Adeo ut ne quidem Princeps generaliter statuere possit, ut unius testimonio stetur, quia repugnat præcepto divino, *c. Licet* 35
23. *h.t.* cui non prævalet lex humana, *can. sunt quidam XXV. q.* 1. *Facit tamen unius dictum semiplenam probationem, si sit omni exceptione major, & extra omnem suspicionem, non etiam aliàs, ut rectè tenet Jason, in *l. Admonendi n.* 166. *D. de jurejur.* & eo tantum casu deferendum juramentum necessarium in supplementum, ut dicetur *infra Tit.* 25.

Apparitori tamen adserenti citationem à se 36
peractum creditur: facit enim electa personæ fides cuilibet de officii sui actu legitimè exhibito adserenti fidem haberi, Gail. 1. *Obser. c.* 54. *n.* 4.

Plures testes singulares majorem vim non 37
habent, quàm unus, *c. Licet* 9. *sup. De probat.* quales sunt, qui in actibus singularibus sunt singulares, & non concordant. Et hoc, quando super uno actu specifico non iterabili diversimodè testantur, veluti si unus dicat, per Mævium occisum esse Titium in foro, alter verò in extrema civitate, plene de homicidio probatum dici nequit, quia testes non concordent, cum duobus locis non potuerit contigisse cædes. Et hoc extra controversiam est.

Dubitatur, quid dicendum, si diversimodè deponant de actu iterabili sive generico? Resp. Non paucis videri, non rejici tales depositiones, propterea quod, licet sint singulares, ad eumdem tamen finem tendant, & ex multis singularibus actibus totum probetur. Covar. *alios citans* 3. *Variar. cap* 3. *num.* 8. Menoch. *De arbitrar. 2. casu* 235. *num.* 23. Sic usurarium 38
volunt probari per plures singulares attestationes de receptis usuris, & hoc, ut in genere quis censeatur usurarius, non etiam ut singuli actus censeantur probati. Dubitari tamē de ista sententia posset, cum actus specificus tantum

uno teste singulari probetur, arque ita non sufficienti, qui cum altero similiter specifico, uno tantum teste probato, non ponit plenam probationem, ut videre est apud Gutierez, 3. *Pract. qu* 12. Priorem tamen partem, ut communem, plures tenent, Pacianus *De probat. lib.* 1. *c.* 14. Cravetta *De antiq. temp. lib.* 4. *c.* 4. *nu.* 1. Gabriel, *Com. Conclus. lib.* 1. *De testib. concl.* 2. *n.* 20. Gail. 2. *Obser. c.* 66. *n.* 12. Wamesius, *cons. de jure Pont.* 150. *n.* 9. & alii.

39 Si dissideant testes, sive ab una parte, sive à diversis hinc inde, judicis est eos, si possibile est, conciliare, *c. cum tu* 16. *ubi Gl. h. t.* Si utrimque testes contraria deponentes fuerint pares numero, videtur standum esse dignioribus, & verosimilia deponentibus, magis affirmativè & præcisè, ac majori certitudine. Si in his sit paritas, præferendi testes rei, quòd promptiora sint jura ad absolvendum, quam condemnandum, *c. ex literis* 3. *sup. tit. prox.* Nisi favorabilis causa militet ex parte actoris, uti est liberabilis, matrimonialis, & eam concernens, uti dotis, donationis propter nuptias, testamenti *c. fin. inf. tit.* 27. *De sent. & re jud. Gl. in d. c.* 3.

40 Contraria deponenti non statur: uti nec varianti, quatenus variatio respicit substantiam rei, super qua testis producitur. Circa accessoria toleratur, nec ita per omnia fidem derogat.

41 Baldus in *l. Eos* 27. D. *Ad L. Corn. de falsis.* * In continenti revocans dictum suum præsumitur errasse. Quod & dicendum videtur, si ex intervallo dictum corrigere velit, errorem allegans & ostendens, eritq; extra falsi pœnam, ultimumque dictum habebitur validum & legitimum, *c.* 7. *tit. seq.* neq; enim falsi pœna tenet innocentem, qualē isto casu ponit error, *Gl. in c. fin. de jurejur. in* 6. Ex intervallo, citra erroris probationem contraria respondentem receptum pejerare, & falsi reum esse, falsiq; pœna teneri. Bart. *in d. l. Eos D. ad L. Corn. de falsis.*

42 Dubium tamen est, An priori dicto, an posteriori sit habenda fides? R. Posse videri neutri fidem esse habendam, propter testis vacillationem, quæ facit eum non respondisse verosimilia. Eò facit, *c.* 7. *inf. De testib. cogendis*, ubi non reprobantur testimonia in continenti correcta. Dicendum tamen, si utrumque sit judiciale juramento firmatum, prius prævalere illique stari. Pro qua parte facit textus in *c. sicut* 9. *h. t.* uti testi, adserenti se eorruptum deposuisse falsum, non statur, nisi aliunde probetur ejus adsertio. Facit & ratio, quia non debet esse in manu testis, per falsi machinationem, parti, pro qua deposuit, præjudicare rei posterior falsitas non debeat derogare fidem testi in priori testimonio, & jus alteri quæsitum auferre, Covarr. 2. *Variar. resol. c.* 13. *nu.* 2. Clarus. §. *fin. qu.* 53. *n.* 13. Deinde subsequens qualitas testis futuris quidem nocet, non etiam præteritis. Et hoc ita in paritate qualitatis depositionem. Nihil obstat *d. c.* 7. quia vult ultimum testimonium non esse validum, tamquam perjuri. Quod si alterum judiciale fuerit, alterum extrajudiciale, illud videtur prævalere tamquam magis qualificatum & deliberatum. Gail. 1. *Obser. c.* 109. *n.* 7. Cepel. Tholos. *Decis.* 81. Vide Fachin. *lib.* 3. *c.* 84. & 85.

Testi corrupto neutiquam habenda fides: imò, probata corruptione, sententia est revocanda, *d. c. Sicut* 9. *h. t.* tamquam lata ex falso testimonio, puniendusq; testis tamquam perjurus etiam ab ipsomet judice, coram quo productus, cujus forum sortitur, ratione delicti. Ratio est, quod judicii auctoritas in tuto sit collocanda, quàm maximè debilitaret impunitas perjurii in ipsis subselliis commissi. Adeò ut cessat exceptio quævis, & fori privilegium, *l. Nullam* 14. *Cod. h. t.* ubi adserit Glossa, etiam Clericos posse puniri à laico, coram quo perjurium commiserunt. Cautè tamen, admissa ejus opinione, agendum, si pœna veniat corporalis infligenda, quam laicus Ecclesiastico judici relinquet: cui & videtur exactio pœnæ pecuniariæ relinquenda, propter textum in *c. Si diligenti sup. De foro compet.* Videatur ea de materia latè Covar. *Pract. qu c.* 18. *n.* 8.

Cæterum testimonium testis uno in judicio etiam in alio fidem faciet, in eadem causa & inter easdem personas, *c. causam* 11. *h. t.* Idem non tribuitur testimonio recepto in judicio summario, ut fidem faciat in plenario, *c. veniens* 38. *h. t.* uti nec recepto coram arbitro: sed iterum est examinandus testis, si pars velit, nisi mortuus sit, quia cum examinari nequeat, præsumitur pro ejus dicto, *l. fin. Cod. h. t.*

* *

TITU-

TITULUS XXI.

De Testibus cogendis.

SUMMARIUM.

1. *Testes sunt citandi, & cogi possunt dicere testimonium.*
2. *Etiam in caussa criminali.*
3. *Non obstante juramento ipsius testis, quod contra reum non deponet.*
4. *Non cogendi parentes & liberi adversus se invicem.*
5. *Non etiam socer, gener, vitricus, privignus, &c.*
6. *An neque frater pro vel contra fratrem?*
7. *Adfines an cogi possint.*
8. *Vxor an cogi possit deponere contra sororium sui mariti?*
9. *Cogi non possunt valetudinarii, senes &c.*
10. *Non Clerici in caussis criminalibus.*
11. *Non Sacerdotes super auditis in confessione.*

1 AD formam productionis testium requiritur eorum citatio: qui si non compareant, aut se subtrahant, odio, gratia, timore, compelli de rigore juris possunt ferre testimonium, *c.1. & 6. h.t.* vel multæ indictione, vel pignoris ablatione, vel per censuram Ecclesiasticam, suspensionem, depositionem, excommunicationem, *c.2. & 5. h.t.* Hostien. in *Summa nu. 5.* Est enim testimonii dictio juris publici, ad cujus executionem cogi quis potest, cum publicè interest sciri & non occultari veritatem. Sunt tamen primò monendi, *c.3. h.t.*

2 Quæritur, An & cogi possint in caussa criminali? R. In pecuniariis testes cogi posse, *l. Si quando penult. in princ. C. h.t.* ex ratione, quod reprehensione non careat in iis celare veritatem, *can. Quisquis* xi. q. 3. Econtra extra reprehensionem esse videtur, non patefacere crimen alterius, & laudabile, subvenire existenti in periculo. *Glos. in c. pen. h.t. per text. ib.* Verius tamen & in caussa criminali aliquem cogi posse ad dicendum testimonium, etiamsi agatur de sanguine, cum Reip. interest crimina sciri ne

3 maneant impunita. * Ubi nihil obstabit juramentum, quo quis se obstrinxit reo, quod contra eum non deponet: est enim tale juramentum injustum, quia tendit tam in detrimentum publicum, quam privatum partis, cui instrumenta subtrahuntur, *c.4. & 5. h.t.* Facit, quod veritatem occultans metu potestatis, peccet graviter, cum magis timeat hominem, quàm Deum, *d. can. Quisquis*: quod indistinctè dictum obtinebit quoque in criminalibus.

Nihil obstat *d.c. pen. quo movetur Glos. ibi.* ubi dicuntur cogendi testes præterquam in criminalibus: nam in eo agitur de lite inchoata per procuratorem, per quem non tractatur caussa criminalis, quæ per partes præsentes agitanda est; ut, quatenus illæ non comparent, super crimine nihil sit movendum per procuratorem. Cujac. *ad d.c. penult.*

Excipiuntur parentes & liberi, qui non tan- 4
tum inviti non coguntur invicem adversus se dicere testimonium, sed ne quidem volentes admittuntur, *l. Parentes 6. C. De testib.* adeo ut ne quidem filius contra patrem etiam volentem audiendus sit, cum lex non distinguat, sed simpliciter audiri nolit. Quod singulari ratione pietatis statutum in liberis, quorum lex mentionem facit, non etiam filiorum tantum, cum & reliquos descendentes pietas hæc teneat. Ex parte parentis est caritas erga liberos, quæ non permittit adversus eos audiri. Quo minus hi pro se testentur nihil impedit, nisi quod adfectus judicetur impediturus veritatem. Statur tamen dicto parentum quoad possessionem status, ingenuitatis, ætatis, *l. Etiam* D. *De probat. l. 1. §. Iulianus* D. De *liber. agnos.* quod ea res iis maximè sit cognita. An verò pater possit esse testis inter duos filios, inter quos lis est, dictum ad *tit.* D. *De testib. nu. 10.*

Ex eadem ratione non cogitur dicere testi- 5
monium socer, gener, vitricus privignus, sobrinus, sobrina, sobrino natus, sobrina nata, & illi, qui propiore sunt gradu, libertus, liberta, patronus, patrona, vir & uxor, adversum se mutuò, *l. 4. D. De testib.*

Frater in caussa civili pro & contra fratrem 6
videtur admitti, cum fraternitas integritati testimonii non obstet, *Gl. fin. in d. l. Parentes*, nisi obstet domesticitas, aut intensa familiaritas. In caussa criminali non tantum non cogitur, & non audiendus, sed & instituens capitale crimen, exilii pœna plectendus dicitur,

l. Si magnum 13. *C. de his qui accus. non poss.* Excipiunt causam hæreseos, Abbas in *c. Litteras* 14. *nu.* 8. *inf. tit.* 23. *De præsump per can. Legi* XXIII. *q.* 8. Quod & videtur posse dici in causa sortilegii, in qua etiam patrem contra filium, & è diverso, audiri volunt, quod anima sit corpore pretiosior, si admonitione privata corrigi nequeat, quod crimen hæreseos communiter conjunctum habet. In causa Majestatis non revelans crimen filii non punitur, ne videatur filium offerre ad supplicium, *l. Miles* 5. *desertorem D. De re milit.* Occidens tamen talem filium, præmio adficiendus dicitur, *l. Minimè* 35. *D. De religios. & sumptib. fun.* si aliter averti ab instituto nequiverit.

7 Q An & adfines ultra eos, qui sunt in linea recta, sint ponendi inter eos, qui cogi non possunt? R. Nõ fieri mentionem in Jure nisi exceptionis adfinium in linea recta, *l.* 4. *&* 5. *D. De testib.* propter pietatem, & majorem conjunctionem, quam ut contrario testimonio sit violanda in criminalibus, aut famosis. Ut exceptio ista non sit extendenda, cum regula in non exceptis maneat firma. Facit, quod si & in aliis adfinibus habuisset locum exceptio, non debuisset specialiter excipi sponsus filiæ in *d. l.* 5. Nihil facit, quod in *d. l.* 1. fiat mentio sobrini & sobrinæ; quia ea nomina sunt consanguinitatis, non adfinitatis, ut patet ex *tit. D. Degrad. & adfinib.* Et ratio est, quod in adfinibus reliquis non sit tanta conjunctio. Nihil facit *can. Absens* III. *q.* 9. nam ibi adfines accipiendi juxta *can. Si testes* 6. *Lege Iuliâ public. jud.* IV. *q.* 3 ubi tantum fit mentio adfinium in linea recta, ne alias textus à textu discordet. Ita tenet Gabriel. alios citans. *tit. De testib. concl.* 15. Admittendo tamen generaliter, adfines cogi non posse, non alias hoc procedet, quàm si aliter haberi veritas possit, ne ex privilegio personarum quarumdam contingat præjudicium fieri publico. Abbas in *c.* 1 *nu.* 14. *h. t.* Capel. Tolos. *Decis.* 413. *nu.* 3.

8 An ergo cogi poterit uxor viri contra sororium sui mariti deponere? R. Nihil videri implicare, quo minus sit cogenda, cum secundum dicta non computetur inter privilegiatas personas, & ne quidem sit adfinis, ut patet ex *c. Non debet inf. De consanguinit.* Nec facit, quod jure pristino talis conjunctio posuerit secundum adfinitatis genus; cùm in locis juris Canonici, præcipuè *d. can. Absens*, veniat nomen adfinis intelligendum propriè, juxta *d. l. Lege Iuliâ*, non etiam impropriè; & jure civili istud improprium genus non sit cognitum. Facit ratio, quod tum adfectus desierit, & nulla aut exigua sit conjunctio, ut ea nequeat dici violari.

Excipiuntur & valetudinarii, senes, milites, Reipubl. causâ absentes, & alii, *l. Invitis* 18. *&* 19. *D. De testib.* non simpliciter, sed ne evocentur, propter impotentiam aut occupationem. 9 * Clerici in causis criminalibus non coguntur, propter periculum irregularitatis, *inf. De homicidio.* 10 * Sacerdos super eo, quod in confessione sacramentali audivit, in testem non adducitur, quia non tamquam homo istud scit, sed ut Dei Vicarius: imò ne quidem læsæ Majestatis crimen sibi confessum revelat sine scelere personam indicando. Gail. 1. *Obser.* 100. *nu.* 8. & rogatus rectè negat se scire, sub restrictione mentali [ut tibi dicam] quia ut homo & testis ignorat factum, super quo interrogatur, nec licet ei revelare, propter sigillum confessionis, *c. Omnis utriusque sexus inf. De pœnit. & remiss. c. Si sacerdos, De Off. jud. ordin & ibid.* Abbas, Navar. *ad can. Humanarum* XXII. *qu.* 5. Vasallus etiam excipitur in causa domini, contra quem non deponit, *c.* 1. *§. item si delator*, 2. *Feud. tit.* 24 *& c. Ex parte cum c. seq. sup.* D. *De postulan.* Coactus tamen officii nomine est extra pœnam, *arg. l.* 5. *§. advocatum* D. *De his quæ ut indignis auf.*

TITULUS XXII.

De fide instrumentorum.

SUMMARIUM.

1. *Instrumentum quid, & unde dictum.*
2. *Aliud est Publicum, aliud Privatum.*
3. *Solemnitates requisitæ ad instrumentum publicum.*
4. *Effectus hujusmodi instrumenti est fidem facere.*
5. *Protocollo an sit habenda fides?*
6. *Ei standum, licet contrarietur instrumento.*
7. *Instrumentum factum à Notario putativo an probet?*

8. *Instrumentum privatum probat contra scribentem regulariter.*
9. *Pro scribente quando probet.*
10. *Libri mercatorum qualiter probent.*
11. *Instrumentum negatum quo modo probandum.*
12. *Ex duobus instrumentis eodem die confectis quodnam præferendum?*
13. *Instrumentum cancellatum, rasum, &c.*
14. *In parte falsum an totum rejiciatur?*

1 Est & Instrumentis sua probandi vis non minor, quam testibus *l. In exercendis 15. C. hoc tit.* Etymologia nominis ex eo desumpta, quod causam instruant, generalior est, etiam aliis competens, *l. 1. D. h. t.* Hic sumitur pro ea instructione causæ, quæ fit per scripturam, ad alicujus rei probationem.

2 Instrumentum aliud Publicum, auctoritate publica factum; cujus ea auctoritas, ut secundum modum, quo juxta leges aut consuetudinem factum est, publicam mereatur fidem tamquam id, quòd ritè & legitimè factum, ut sunnt tabulæ testamentorum, donationum, mandatorum, item acta judiciaria; *c. Quoniam 11. sup. De probat.* & aliæ id genus scripturæ à tabellione legitimè confectæ. Aliud Privatum, quod sola scribentium aut contrahentium auctoritate subsistit. Ejus ordinis sunt chirographa debitorum, apochæ creditorum, antapochæ, codices rationum, epistolæ, & similes scripturæ, *l. Plures C. h. t.* Fiunt instrumenta supra quavis materia.

3 Ad eorum quæ publica sunt, solemnitatem aliqui requirunt, præmittatur divini Numinis invocatio: qua tamen omissa non vitiari instrumentum tradit Abbas *c 1. nu. 3. h. t.* cùm non detur textus id exprimens, quod & tradit Covarr. *Pract. qq. c. 20. nu. 1.* Adjiciatur & annus regnantis Principis, indictio: quorum etiam adjectionem necessariam non esse putat idem Covarr. *1. Variar. Resol. cap. 12. in fine.* Annus Domini, mensis, dies, locus contractus necessario sunt adjiciendi. Sunt & necessarii testes, Covarr. *d. c. 20. nu. 2. & 3.* Ipsi instrumento inscribendi, regulariter duo, per quos, si dubium exoriatur, possit constare de veritate. Subscriptio tamen eorum non semper necessaria est. Notarii verò subscriptio est necessaria, eaque sufficit, etiamsi ab alio instrumentum sit conscriptum, vel è protocollo translatum, modò rei gestæ interfuerit. Covarr. *Pract. qq. c. 21. nu. 1.* Gail. 2. *Obser. 41. nu. 3.*

Effectus instrumenti est, quod fidem faciat; & quidem plenam, si publicum fuerit: facit enim auctoritas publica de ejus præsumi veritate & solemnitate, *l. Optimam 24. C. De contrah. & commit. stipul.* Si tamen sit authenticum vel originale, ut vulgò vocant; nam exemplo (quod est scriptura ex authentico transumpta, copiam sive sumptum vulgò vocant) non est eadem vis, *l. 2. D. h. t.* nisi auctoritate judicis traductio sit facta, *c. fin. h. t.* Covarr. *d. c. 21. nu. 3.* ubi quæ ad hanc transumptionem necessaria sunt tradit. 4

Q. An protocollo sit habenda fides? R. Et fidem haberi; cum inde extractum instrumentum citra controversiam probet, *c. penult. hoc tit.* ubi etiam post mortem Notarii extractum ex ejus protocollo fidem facit: ut multo magis ipsum protocollum probet, cùm propter quod unumquodque est tale, ipsum sit magis tale; quatenus tamen in eo contractus perfectè continetur, nam aliàs vitibus carebit. Sumitur autem Protocollum, pro memoriali tabellionis scriptura domi adservata, in qua gesti negotii annotatio obiter continetur. Viglius *ad §. nihil Instit. de testam ordin.* Covarr. *Pract. qq. c. 19. nu. 20.* 5

Quid si contrarietur protocollum instrumento? R. Videri potius standum esse protocollo, quòd, uti dictum, ex eo attrahatur instrumentum, vel litteræ in forma secundùm illud expediantur: ut potius illi, tamquam priori & continenti primam contractus conceptionem, sit standum. Quò facit, quòd, quando de instrumenti fide dubitatur, ad protocollum recurri soleat. Felin. in *c. Quoniam 11. nu. 10. sup. De probat.* Pet. Gregor. *Syntag. 47. c. 42. nu. 9.* 6

Quid si factum fuerit instrumentum à Notario putativo? R. Si titulum habeat [ut si creatus fuerit Notarius, licet aliàs inhabilis] sustineri ejus acta, propter potestatem recep-

acceptam, & errorem communem, qui jus facit, *arg. l. Barbarius* D. De *officio Prator.* Secus, si titulum sui officii sibi collatum non habeat, quia non est, in quo fundetur error. Abbas in *c. Sicut, nu. fin. inf Ne Clerici vel monachi*, Donec autem non probatur defectus tituli, pro eo præsumendum Covar. *d. c.* 19. *nu.* 9. Vid. D. Wames. De *jure Pont. Conf.* 128. *nu.* 4. *& Conf.* 130. *nu.* 3.

8 Privato instrumento non adest vis plena probandi. Contra scribentem quidem regulariter valet, si de scriptura constet, *l. Publica* 26. *§. fin.* D. *Depositi*; & caussa debiti sit adjecta, *c. Si cautio* 14. *h. t.* quæ facit indebiti probationem incumbere scribenti; cum alias ab actore debitum esset probandum, nisi circumstantiæ pro eo faciant præsumi contra scribentem, utputa, conjunctio sanguinis, juncto modo & genere promissi, *l. Utrum* 74. D. De *donat. inter vir. & uxor.* Quòd si ad caussam præcedentem referatur, certum est, quòd effectum habebit, cum non possit dici caussa deesse, *l. Triticum* 49. D. *de V. O.* Liberatoriam confessionem sine caussa valere volunt, ut quando quis profiteatur sibi solutum; idque favore liberationis, *l. Tale pactum* 40. D. De *pactis.* In ultima quòque voluntate confessio sine caussa emissa valere videtur, cum inducat legatum, si verba admittant, *l. Lucius* 84. *§. quisquis* 10. D. De *legatis* 2.

9 Pro scribente nullam fidem facit, nisi trium testium signis sit roboratum, *l. Scripturas C. Qui pot. in pignore hab.* Si agatur cum imperito litterarum, quinque testes desiderantur, quando contractus libram auri excedit, *Nov. de instrum. cautela* 73. *§. oportet.* Alias privata scriptura non proderit scribenti, nec alteri oberit, etiam accuratissima, *l. Rationes* 6. *C. De probat.* Hinc testamento, licet sancte & religiosè confici solito à morituris, quo scriptum, quid sibi debitum à quopiam, non stabitur, sine alia probatione, *d. l.* 6.

10 Libri mercatorum, quibus inscribunt sibi debita, etiamsi privata tantum sint instrumenta, ut excedere non debeant privati instrumenti vim, atque ita nec facere fidem pro ipsis mercatoribus scribentibus; de consuetudine tamen & inter mercatores plene probant, accedente juramento scribentis, cujus fama est illæsa, & semotis iis, quæ possent notare fidem librorum. Unde non excluditur arbitrium Judicis, qui ex aliis advertat, quantum fidei iis libris habeat. Vid. Menoch. 2. *Arbitrar. casu* 91. 92. 93. Gail. 2. *Obser. c.* 20. *&* 44. ubi etiam post mortem scribentis id vult obtinere, quod non sit verisimile, mortuum reliquisse falsam scripturam; de quo tamen posset dubitari.

Quid si quis instrumentum à se conscriptum neget? R. Probari posse per collationem cum scriptura alterius instrumenti publici, imo & privati, saltem jure veteri: quod hodie non aliàs obtinet, quàm si habeat trũ testium subscriptionem, quorum duo saltem recognoscant eam manum, aut subscripsisse convincantur, *Comparationes* 20 *C. h. t.* aut privata scriptura sine testium subscriptione proferatur ex archivis publicis; aut sit scriptura, qua adversarius utitur, cum videatur probare ejus fidem, quà suam firmat intentionem, *Nov. De his qui ingrediuntur &c.* 49. *§. illud.*

Quid si duo instrumenta eodem die sint confecta? R. Si de prioritate eorum non appareat, neutrum valere, propter incertitudinem, *arg. l. Duo Titi* D. *de test. tut. Gl. in lfin. Cod De edicto* D. *Ard. tollen.* Peck. *act. in pari n. 1. de R. l. in 6.* Nisi pro uno faciat favor caussæ, veluti dotis, cujus continet hypothecam; alterum vero contineat hypothecam respectu mutui. Sic & dotis caussa erit potior si cum fisco concurrat in tali casu. Barbosa ad *l. p. 2. nu. 1. D. Soluto matrim. per l. In ambiguis* 85. *de R. I.* ubi Decius *nu. 1. &* 2. Quod si alterum instrumentum habeat horam appositam, nihil faciet alterius privilegium: nam horam certam habens melius probat eo, quod horam certam non habet; ut non attento privilegio sit præferendum, nisi adversarius contrarium probet, ut rectè tradit Menoch. 2. *Arbitrar. casu.* 48. *nu.* 25.

Hæc quoad instrumenti vim, & effectum: quem derogant cancellatio, inductio, rasio, innovatio, *l. Si chirographum*, 24. D. *De probat.* nisi tali sit parte, qua non faciat instrumentum suspectum, *c. 3. h. t.*

Q. In parte falsum an totum rejiciatur? R. Totum reddi suspectum, *arg. can. Pura* 11. *q.* 3. ubi tota testimonii fides irrita partis mendacio declaratur. Quod omnino verum est,

si

si sint connexa capitula, vel unum alterius sit accessorium, cum falsitas unius omnia adficiat, *can. Si ad scripturas Dist. 9.* Ut producenti quoad reliqua incumbat probatio, esse vera. Si fuerint separata capitula & diversa, dicunt alii non haberi suspecta, ne utile vitietur per inutile; de quo tamen dubitat Glos. *d. can. Si ad scripturas*, & vult totum rejici. Vid. Menoch. *De præsumpt. lib. 5. Præs. 21.* & Fachin. *lib. 9. cap. 79.*

15 Ab una parte contractu prolata, indistincte rejiciuntur, si inter se conciliari nequeant, quod imputet ipse sibi producens, *l. Scriptura 14. Cod. hoc tit.* Si hinc inde producantur contraria, publica prævalebunt privatis, quia potiora, *l. Cum atate 14. D. De probat.* nisi & privata habeant subscriptionem trium testium probatæ fidei. *l. Scripturas Cod. Qui pot. in pign. hab.*

16 Q. An contra instrumenta admittantur testes? R. Admitti, ut & alias legitimas probationes, *c. Cum à nobis 28. sup. De testib.* Distinguendum autem esse inter testes inscriptos ipsi instrumento, & extraneos. Nam primo casu omnes contradicentes instrumento ipsum reprobum reddunt. Ratio est, quod instrumentum per testium fidem firmetur; ut, ista deficiente, deficiat & instrumentum. Aliqui si contradicant, & tot testes integri pro instrumento stent, ut, remota vel adjuncta Notarii persona, contradicentes vel superent, vel adæquent, videtur potius standum esse instrumento, quàm testibus, propter Notarii fidem: pro quo, si sit bonæ famæ, est præsumtio juris, propter publicum officium, quod bene & fideliter id exercuerit. Specul. *De instrument. edit. §. 8. num. 16.* Nisi tamen sit testis necessarius, qui scriptum in instrumento negat se deposuisse, uti in testamento, si unus ex septem contradicat testamento; tunc enim videtur illud vacillare, quod non constet sua solemnitate necessario requisita. Quod si testes dicant, se non esse memores eorum, quæ instrumento sunt inscripta, non potest dici vacillare ejus fides, cum nihil contra illud dicatur. Secundo casu certum est, per unum extraneum, deponentem contra instrumentum, istud non everti, quod ejus fides validior sit, quàm ut per unum testem invalidetur. Per duos omni exceptione majores, contra instrumentum deponentes, illud invalidari, aliquorum est opinio. Quibus obstat, quod instrumentum duobus testibus firmetur; ut, stante paritate, potius pro illo sit præsumendum, atque ita necessario plures requirantur. Si tamen testes instrumento descripti sint defuncti, volunt quidam, testamento fidem derogari, cum tamen Notarius duobus æquivaleat, *cap. Quoniam 11. sup. De probat.* Ut, cum adhuc maneat paritas, pro instrumento videatur judicandum. Alii arbitrio judicis eam rem videntur relinquere, qui, quantum fidei habeat testibus, ex circumstantiis judicet. Vid. Covarr. 2. *Var. Resol. cap. 13.* Menoch. 2. *Arbitrar. casu 105.* Amissio instrumenti non obest creditori, si aliàs de debito constet, *l. 1. & 4. C. h. t.* quia tantum est loco probationis quæ suppleri potest.

TITULUS XXIII.

De Præsumptionibus.

SUMMARIUM.

1. *Præsumptio quid?*
2. *Alia est legis, alia hominis: & illa vel juris & de jure, vel juris tantum.*
3. *Præsumptio hominis, qua dicatur, & an detur.*
4. *Præsumptio est loco probationis.*
5. *An admittat probationem in contrarium?*
6. *Confessio adversa partis an prævaleat præsumptioni?*
7. *An & notorium?*
8. *An & juramentum ejus, cui obstat præsumtio?*
9. *Præsumptio an impediat appellationem?*
10. *An operetur in foro conscientiæ?*
11. *Ex præsumptione an sententia ferri possit?*
12. *Ex præsumptione in causa criminali qua pœna inferri possit.*

PRæsumptio spectat ad probationis genus, 1
quod ex facto, de quo agitur, vel ex circumstantiis antecedentibus vel insequentibus colligitur, ut pertineat ad speciem probationis artificialis. * Est autem conjectura ex aliquo verisimili signo ad probandum adsumpta,

sumpta. Distinguitur à Fictione, quæ licet naturam imitetur, §. *Minorem, Instit. De adopt.* veritati tamen non consonat, eum quod impossibile est, in specie lex fingat, ita postulante æquitate, ut videre est in jure postliminii, & lege Cornelia, quoad captum reversum aut mortuum.

2 Præsumptionem aliam faciunt legis, aliam hominis. Legis iterum, aliam juris & de jure, aliam juris tantum. Hæc est dispositio legis, ex aliquo signo sive judicio quid præsumentis. Exemplum est in *cap. Adferte 2. & passim hoc tit. & in l. Filium* D. *De his qui sunt sui vel al. jur.* ubi præsumitur filius, qui ex uxore, cum qua maritus assiduè conversatus est, natus. Illa est dispositio legis, ex aliquo signo quid præsumentis, & super præsumpto tamquam comperto jus statuentis. Dicitur, juris; quia à lege est inducta. Dicitur, de jure; quia super tali præsumptione lex firmum jus statuit, habendo eam quasi pro veritate. Alciatus *De præsumpt. p. 2. nu. 2.* Exemplum est, secundum jus vetus, in *cap. Is qui fidem 15. inf. De sponsalib. & in l. fin. Cod. De jure delib.*

3 Præsumptionem hominis eam dicunt, quæ lege quidem non est expressa, est tamen justa & rationi respondens: eamque aut violentam faciunt, quæ urgenti conjectura nititur; aut probabilem, quæ probabili. Posset tamen dici, non dari præsumptionem hominis, quæ si bona sit, lege non nitatur; præsumit enim homo, lege id approbante; Alioquin non præsumptio, sed temerarium foret judicium, ut in *cap. 2. inf. De R. I.* & referretur ad eam præsumptionis speciem, quam levem & temerariam ponunt: quæ merito rejicienda, cum nulla nitatur ratione, & peccatum sit, temerè quid præsumere. Quo facit, quod Abbas in *c. Accedens 23. nu 7. inf. De accusat.* dum ponit præsumptionem juris & hominis, dicat illam non ita fallere, ut hæc fallit, Sarmient. *Select. Interpp. lib. 1. c. 1. nu. 9.* Ponunt tamen Interpretes & præsumptionem hominis. Præses Everardi in *loco à verisimili nu. 18.* qui describit eam esse cujus effectus non est jure expressus, sed judicis arbitrio dimissus. Exemplum ponit in *cap. 2. hoc tit.* in quo tamen agitur de præsumptione naturali & civili. Vid. Farinac. *Praxis Crimin. p. 1. qu. 36. num. 98. & 99.*

Quæri potest, An præsumptio sit ipsa probationis? R. Proprie quidem probationem non esse, cum probatio vera percipiatur sensu corporeo, veluti quod testes viderint hominem occidi, audiverint, interfuerint; præsumptio verò per discursum rationis colligitur ex facti circumstantiis. Est tamen loco probationis, ejusque effectum habet, à probandi onere relevat, idque in adversarium rejicit; cum sint, probare, & habere pro se præsumptionem. Quod non tantum verum est in præsumptione juris & de jure, sed & juris tantum, uti, aliis allegatis, probat Alciat. *De Præsumpt. p. 3. num. 2. & 3.* & videtur probari *l. Quicumque, Cod. De apochis lib. 10.* ubi requiritur probatio, & sufficit præsumptio juris, *c. Illud 11. cum seqq. hoc tit.* quæ facit rem videri probatam. Ut autem est in arbitrio judicis, quantum testibus fidei habeat, ita & perscrutari, an conjecturæ hujusmodi sint, ut ad credendum induci possit. Menoch. 1. *Præsumpt. q. 36. & 2. Arbitrar. casu 115. in fine*, propterea quod in facto consistant, in quo requiritur arbitrium judicis & quidem discretum.

Illud etiam quæritur, An præsumptio admittat probationem in contrarium? R. Extra dubium esse, eam, quæ hominis est [si aliqua est dicenda & probanda] admittere; cum vera probatio eam admittat, cujus instar non videtur esse ista præsumptio. Idem dicendum in ea, quæ juris est, quod tantum facit præsumi pro veritate, ad instar alterius probationis, qua non est fortior: ut cum ista admittat probationem in contrarium, etiam illa debeat admittere, secundum rationem ab æquiparatis. Quo facit, quod *l. fin. Cod. Si minor se majorem dix.* veritati per probationem patefactæ cedere dicatur. Sic licet quis præsumatur bonus, & non necessisse à modestia & innocentia vitæ, admittitur tamen probatio in contrarium, *c. 3. ubi Glos. & Innoc. hoc tit.* Necesse autem probatio sit plena, *l. ult. in fine*, D. *Quod metus caus. gest. erit.* aliàs prævaleret præsumptio, quæ plenæ probationi æquivalet. Ea, quæ est juris & de jure, nullam admittit probationem in contrarium, cum lex tale præsumptum tamquam compertum habeat, *d. c. Is qui fidem*; ut amplius

amplius non veniat dubitandum, aut inquirendum.

Q. 3. An confessio adversæ partis contra eam admittatur ; R. Ex communi opinione admitti & prævalere, saltem judicialem. Pro quo facit bona ratio, quod ne quidem talis præsumptio ponat veritatem, sed pro ea tantum habeatur, versetur que circa dubium : confessio autem adversæ partis habeatur vera, cum nemo præsumatur contra se temerè confiteri, nullaque sit melior & efficacior probatio, quam proprii oris confessio. Præses *d. loco nu.* 20. qui hoc limitat, nisi subjecta materia aliud suadeat, *per text. in c. Super eo, 5. inf. De eo qui cognovit consang.* qui vult in caussa matrimoniali non stari confessioni litigantis. Quæ limitatio non procedit simpliciter ; nam confessioni ejus, qui contendit matrimonium esse validum, quidni stabitur ? cum nemo sine caussa sibi judicandus contradicere ; nisi sit præsumptio collusionis qua de re infra lib. IV. Covarr. *De sponsal. p. 1. §. 1. nu. 3. & 4.* Extrajudicialis confessio non videtur habere eamdem vim, cum non sit tam certa, secundum dicta superius *Tit. 18.* nec æquivaleat plenæ probationi, etsi in judicio per partes probetur ; tunc enim non tam in confessione, quam in testibus vis poneretur, quos non admitti contra istam præsumptionem dictum est paullò antè. Alciat. *De Præsumption. p. 2. num. 6. & 7.*

Q. IV. An notorium prævaleat dictæ præ- 7
sumptioni ? R. Hoc omnino dicendum esse, eum adveniente veritate cessat dubium circa quòd versatur præsumptio. Præses *d. nu.* 20. & hoc ita in notorio permanente, quod ponit rei evidentiam fortiorem ista præsumptione. Aliud dicendum de notorio transeunte, quod probandum per testes, quibus ista præsumptio est efficacior & prævalet. Alciat. *d. l. num 19.*

Q. V. An juramentum ejus, cui obstet præ- 8
sumptio, eidem prævaleat ? R. non deferri à judice eo casu juramentum, ut patet ex *c. Cod. De non numer. pecunia. l. In contract. 14. §. illo;* cum non deferatur, nisi ubi caussa dubia : hæc autem non est dubia, sed certa potius habetur.

Q. VI. An impediat appellationem ? R. Rectè dici, appellationi interpositæ per eum, contra quem militat, non esse deferendum, propterea quod, cum præsumptio ista habeatur pro veritate, & rejiciat probationem in contrarium, non possit videri appellatio justa, cui ideo temere deferetur. 9

Q. VII. An operetur in foro conscientiæ ? 10
R. Non operari, quod versetur circa dubium casum ; in conscientia autem omnia sint certa. Menoch. 1. *Præsumpt. c. 8.* Quo modo hæres, omisso inventario, non tenetur in foro conscientiæ ultra vires hæreditatis, uti dictum D. *De jure deliber. nu. 14.* Sic & dispositio Trid. *Sess 18. de Regul. c. 19.* quoad professionem invalidam, cui intra quinquennium non est reclamatum, validandam, super præsumptione fundatur. Ut in conscientia non obliger, si mens professi non fuit, professionem ratificare tacendo. Navarr. *Comment. de Regularib. 4. nu. penult.*

Q. VIII. An sententia ex præsumptione fer- 11
ri possit ? R. Omninò posse, non tantùm ex ea, quæ est juris & de jure, qualis habetur instar plenæ probationis & pro veritate, ita ut probationem in contrarium non admittat, secundum dicta paullò antè, sed etiam ex ea, quæ est juris tantum ; nam & hæc probationis vim habet, quatenus non evertitur contraria probatione. Unde ut ex probatione plena sententia fertur, ita & ex præsumptione, quæ est instar probationis plenæ. Hominis præsumptio, si lege non nitatur, non est magnæ efficaciæ : arbitrio tamen judicis relinquunt, quantum ei fidei habeat Menoch. 1. *Præsump. q. 49.* Et hoc ita in caussa civili : ubi quidam volunt, sententiam latam ex præsumptione juris non transire in rem judicatam, & retractari posse per contrarias probationes postea adductas, quasi latam prætextu falsorum instrumentorum, juxta *l. 2. Cod. Si ex falsis instrum.* Præsumptionibus non est danda eadem vis, si postea contrariæ supervenient, quod par in parem non habeat imperium. Potest tamen interim mandari executioni sententia, ut patet ex *c. 6. inf. de frigidis & malef.* Præsumptio juris & de jure, quia fortior est, præsumptionem juris superat. Menoch. 1. *præsumpt. q. 95.*

32 Postremo celebris est quæstio. An in causa criminali ex præsumptione possit inferri pœna ordinaria? R. Ita dicendum videri, quatenus habetur pro liquida probatione, qualis deo videratur in criminalibus, & judicem omnino inducit, ut credat. Nam cum delictum habeatur probatum, quidni sequetur ordinaria pœna? per textum satis expressum in *l. si quis 34. Cod. Ad L. Iul. de adult.* ubi ex indiciis quis convincitur adulterii commissi, dicturque veluti convictus & confessus severè puniendus. Quod omnino procedit in præsumptione juris & de jure, quæ habetur certissima. Videtur & idem dicendum de ea, quæ juris tantum, si fuerit indubitata, *per l. fin. Cod. de probat.* ex dicta ratione; præcipuè quando agitur de delictis occultis, & quæ sunt difficilis probationis, ne alias seddatur res improbabilis. Hinc ex actu propinquo adulterio dicitur adulter manifestus, *c. Litteris 12. h. t.* Quod si non sint certa indicia, sed iis subsit dubitatio, non videtur judex procedere posse ad condemnationem, sed absolvere debere reum. Ut media via, scilicet ut mitius puniatur, habere locum non possit, ne vel innocens oneretur, vel nocenti justa delicti pœna non irrogetur. Solet tamen in causa hæreseos suspecto abjuratio injungi, & alia cautio adhiberi, ut possit constare de veritate, *c. Litteras 24. h. tit* Non obstat *l. Absentem D. De pœnis*, quæ vult aliquem non esse damnandum ex suspicionibus; quia illæ continent tantum levia signa. Non obstat etiam *c. 2. h. t.* nam in eo non agitur nisi civiliter ad prolis restitutionem, & super ea tantum judicatur, nulla facta mentione criminalis judicii. Vid. Sarmientus *l. Select. interp. c. 1.* Praxi communi receptum videtur, pœnam delicti tantùm præsumptivè probati mitigandam esse, quòd, licet non omninò videatur reus innocens, non pateat tamen de crimine per veram probationem, qua de re Menoch. *d. lib. 1. c. 97.* & latissimè Zarbosa *ad l. 2. in princ. nu. 76. & seqq. Soluto matrim.*

TITULUS XXIV.

De jurejurando.

SUMMARIUM.

1. *Juramentum unde dictum, & quid.*
2. *Jurandi usus an licitus Christianis?*
3. *Explicatus locus* Matthæi 5.
4. *Juramentum rectè exigitur.*
5. *Ad juramenti honestatem requiritur in primis persona capacitas, & pubertas.*
6. *Impubes ne quidem si velit admittendus.*
7. *A juramento rejiciuntur infames.*
8. *Clericis, Sacerdotibus, Episcopis quatenus jurare licitum.*
9. *Secundò, requiritur intentio jurandi.*
10. *Juramentum an teneat, si quis nolit obligari.*
11. III. *Comites tres, Veritas, justitia, judicium.*
12. *Juramentum an exigere liceat ab eo, qui putatur pejeraturus.*
13. IV. *Requiritur forma debita.*
14. *Jurandi formulæ variæ.*
15. *Verbis*, In fide mea, & Per fidem meam, Per fidem Regiam, *&c. non inesse vim juramenti.*
16. *Vt neque his*, Certò, Certissimè, Verè, *&c.*
17. *Homagium an significet juramentum?*
18. *Juramentum præstandum per solius Dei invocationem, non per creaturas.*
19. *Non juratur per Iovem Herculem, Iunonem.*
20. *Christianus jurans per falsos Deos an teneatur?*
21. *Intellectus* can. Ecce XXII. q. 5.
22. *Intellectus* c. Etsi Christus 26. h. t.
23. *Ethnicus per falsos Deos jurans an teneatur?*
24. *Ab Ethnico taliter juraturo an liceat exigere juramentum?*
25. *Solemnitas & ritus præstandi juramenti.*
26. *Juramentum per execrationem.*
27. *Per adjurationem.*
28. *Juramentum aliud Sacrum, aliud Temporale.*
29. *Item aliud Adsertorium, aliud Promissorium.*
30. *In Adsertorio præditos tres comites, Veritatem, judicium & justitiam requiri dicitur.*
31. *Juramentum hoc quis deferat.*
32. *An deferat minor curatorem habens?*
33. *Juramentum hoc aliud Voluntarium, aliud judiciale, aliud Necessarium.*
34. *Necessitas illud præstandi.*
35. *Ab actore nihil probante an deferri possit?*
36. *Delic-*

36. *Delatum an possit recusari ab eo, qui malit probare :*
37. *An per procuratorem rectè præstetur?*
38. *Materia hujus iuramenti sunt causa civiles.*
39. *In criminalibus non est deferendum.*
40. *Continet speciem transactionis.*
41. *Excepto juramento necessario, & exacto super testamento, non visis tabulis.*
42. *Periurus an teneatur ad restitutionem deferenti.*
43. *Promissorium iuramentum in quibus locum habeat.*
44. *Comites similiter tres requirit.*
45. *Illicita iuramenta quæ?*
46. *An peccatum veniale faciat illud illicitum.*
47. *Intellectus* c. Cum quidam 12. §. illi verò h. tit.
48. *Actus indifferens an sit materia peccati?*
49. *Iuramentum de non mutuando, non fide iubendo an sit obligatorium?*
50. *Iuramentum impediens maius bonum an valeat?*
51. *Iuramentum de non accusando uxorem super crimine non obligat.*
52. *An neque de non accusando super adulterio?*
53. *Iuramentum de usuris solvendis ratione mutui obligat.*
54. *Licet contineat clausulam de non repetendo.*
55. *Obligat & exactum de non petenda relaxatione.*
56. *An additum pacto commissorio in pignoribus?*
57. *An posterius contra prius teneat?*
58. *An actus posterior contra prius iuramentum?*
59. *juratam alienationem fundi dotalis an mulier revocare possit?*
60. *Iuramentum actus lege humana prohibitos non confirmat.*
61. *Neque actum in commodum privatum lege prohibitum.*
62. *An neque actum in favorem debitoris lege prohibitum?*
63. *Iuramentum metu extortum an servandum.*
64. *Relaxatus è carcere sub juramento de redeundo an redire teneatur?*
65. *juramentum dolo vel errore extortum quatenus obliget.*
66. *Dolus & metus quoad effectum qualiter æquiparentur.*
67. *Ex causa lasionis enormissima an liceat contravenire juramento?*
68. 71. *juramenti effectus.*
69. *Materiæ levitas in juramento adsertorio non excusat peierantem à peccato mortali.*
70. *An neque in iuramento promissorio?*
72. *Qui inravit solvere an compensare possit?*
73. *jurans rem semel promissam an commutare possit?*
74. *Iuramentum per procuratorem præstitum an obliget.*
75. *Iuramenti obligatio an transeat ad hæredes?*
76. *Ex iuramento promissorio an detur actio?*
77. *Iuramenti obligatio quando cesset.*
78. *Cessat & remissione eius, cui iuratum.*
79. *Item per relaxationem superioris.*
80. *An relaxet potestas civilis?*
81. *Irritatio juramenti ad quos spectet.*
82. *Interpretatio iuramenti quomodo facienda.*
83. *juramentum strictè interpretandum.*
84. *juramentum dolosum & simulatum an obliget?*
85. *jurandi verbis amphibologicis & restrictione mentali an & quatenus uti liceat.*

INter alia expediendarum litium remedia non est leve Juramentum, *l. 1. D. eod.* quod 1
non nisi ex sincera fide videatur procedere ut rectè dicat Cicero 3. *D. offic.* nullum vinculum ad adstringendum esse majus juramento. *Derivant illud à verbo, *Iuro*, quod à *Iure* deductum volunt, quod divino firmatur testimonio, quasi jure suo pro vero sit habendum. Unde & appellatur Jusjurandum, quod Cicero *d. loco*, vocat sanctam & religiosam adfirmationem, sub ea negationem comprehendens: alii invocationem divini numinis, in alicujus rei testimonium: alii actum invocandi seu adducendi Deum in testem, sive enuntiationem, quæ cum divino testimonio profertur, Non malè, cum Jurare sit Deum in testem advocare.

Ubi primò occurrit quæstio, An jurandi usus sit honestus & licitus Christianis? Resp. 2
Fuisse hæreticos, & etiamnum esse, inter quos sunt hodie Anabaptistæ, dicentes, jurandi usum esse interdictum Christianis, nixos illo dicto Christi, *Matthæi 5. Ego autem dico vobis, non jurare omninò. Sit sermo vester. Est,*

est, Non, non, quod his abundantius est, à malo est: & D. Jacobi *Epist. suæ c. 5.* qui repetens ea Christi verba subjungit, *Vt non sub judicio decidatis.* Et posset videri per se malum esse, jurare per Deum, quòd nomen ejus videatur adsumi in vanum. Catholicam tamen & veram esse sententiam, ejus usum minimè esse prohibitum Christianis, ut patet ex variis Scripturæ exemplis, & ex secundo præcepto Decalogi, quo non prohibetur simpliciter adsumi nomen Dei in testimonium, sed in vanum; & subjungitur, *Non enim insontem habebit eum Dominus, quis adsumpserit nomen Domini Dei sui frustrà.* Facit, quod David & reliqui Prophetæ utantur frequenter his verbis. *Vivit Dominus*, quæ continent speciem juramenti. Et *Psal. 62 Laudabuntur omnes, qui jurant in eo.* Possent plura loca adduci, sed hæc sufficiant iis, qui bonæ mentis sunt, aliis nulla sufficiunt. Respondet isti sententiæ Ecclesiæ consuetudo, subnixa Sanctorum exemplis, & ratione, quòd, cum juramentum sit invocatio divini numinis, si ex vera fide procedat, tacitam contineat fidei confessionem, quod scilicet Deus sit pura veritas: ut non possit dici continere intrinsecam malitiam ex parte objecti.

3 Nihil obstat locus *Matth. 5.* neque enim accipiendus de absoluta jurandi prohibitione, sed de frequentia: ut verba illa sint potius consilii, quàm præcepti, propter periculum, quod est in frequentia, secundum *Eccles. c. 23. Iurationi non adsuescat os tuum: & Vir multum jurans replebitur iniquitate.* Nec est, quod quis verba ista urgeat. *Quod his adundantius, à malo est.* Notandum enim, quòd Christus non dicat, *malum*, sed *à malo est*, id est ab infirmitate jurare cogentis. Quo modo explicat illa verba Pont. *in c. Etsi 26. h. t.* Unde & D. Augustinus prædicta Christi verba accepit de adsiduitate, per quam facilè in perjuria incidimus, & in graves blasphemias, quibus Deo quid denegatur ipsi competens, aut adtribuitur non competens. Covarr. *De pactis p. 1. §. 7. n. 11.* quales sunt in usu apud vulgum, præcipuè apud sceleratos. Sic & per membra Christi jurare dicitur blasphemia, *can. Si quis per capillum XXII. q. 1.* si nimirum id fiat per contumeliam. Ut alias nihil illicitum contineat jurare, quod vel ex dicto loco Matthæi patet, ubi inquit Salvator, *Non perjurabis, reddes autem Domino juramenta tua.* E hoc exigente necessitatis causa, veluti cum quis videt homines ad credendum, quod sibi utile est, pigros, nisi juramento firmetur, Sic D. Paulum pro auditorum diffidentia juratse, testatur ejus Epistolæ: qui ad Hebr. 6. *Omnis*, inquit, *controversiæ finis est juramentum.*

Undè patet, etiam nihil continere iniquitatis, exigere juramentum, cum correlativi videantur, præstare & exigere, concurrentibus iisdem conditionibus. Sic rectè præcipiunt Judices reis vel testibus juridicè interrogatis, verum jurent. Et rectè privatus, in contractus aut alicujus promissi confirmationem, aut in bonum finem, exigit juramentum, veluti rixam sedandam, subveniendum proximo in necessitate existenti. Sic & humanæ leges, tam Canonicæ quam civiles, variis casibus imponunt necessitatem præstandi juramenti, ubi id Reip. bono aut ejus membris convenit. Potest enim Magistratus ad publicum bonum præcipere actus honestos, inter quos est juramentum. Ejus ordinis est juramentum fidelitatis, obedientiæ, *c. Ea te, 22. h. t.* Atque ita, secundùm hanc interpretationem jurare est licitum, neutiquam per sacram Scripturam inhibitum, quatenus continet tres comites de quibus mox infra dicemus: & ita accipienda sunt loca à Gratiano in contrarium allata. *XXII. qu. 1. & 2.* Vide Less. *De just. & jure lib. 2. c. 42. Dubit. 3.*

Finis juramenti est confirmatio veritatis; quod ut honestè fiat, & finem suum consequi possit, aliquia requiruntur.

Primò in persona capacitas, quam dabit rationis usus, qui ex natura rei facit omnes capaces juramenti: non determinandus ex certa ætate, quòd non sit idem tempus omnibus perveniendi ad usum rationis, sed prudenter in singulis conjectandus. Præscripta à jure pubertas, saltem antequam possit cogi quis jurare judicio, *can. Parvuli & can. Pueri XXII. q. 5.* quòd careat discretione, ut debita cum reverentia quis non sit juraturus.

Quæritur, An, si velit, possit jurare impubes in judicio? R. Id aliquos velle, propter d. *can. Pueri*, ubi dicuntur non cogendi, quasi si libere velint, non prohibeantur: sed aliud videtur ratio, quia non sunt in rationabili ætate. Et idip-

ipsum apertè innuit textus in *can. 1. IV. q. 3.* Certe extra judicium juramentum impuberis servandum, cum perjurium dicatur committere posse, *c. 1. inf. De delictis pueror.*

7 Non omnes puberes ad juramentum admittendi. Rejiciuntur perjuri, infames, *d. can. Parvuli & can. Si quis convictus* XXII. *q.* 5. qui tamen non videntur tam se subtrahere debere, si rogentur, quàm repelli à judice; cum passim dicant Canones, *non recipiantur, removeantur, sint repellendi.* qualia verba non tam spectant ad sententiam latam, quam ferendam, ut juramentum ab iis emissum teneat, argumento ejus quod dicitur *c. 1. De except. in 6.* excommunicati; donec à judice rejiciatur, acta tenere.

8 Sacerdotibus non est inhibitum jurare, si magna causa postulet. Sic pro fide, pace, obedientia, Ecclesiæ immunitate jurare possunt, & si agatur præjudicium alterius, ut hoc avertatur. In propria etiam causa litigantes licite substituere alium possunt. Coram laicis, tamquam suis superioribus, Clericis jurare inhibitum sine licentia sui Episcopi, *can. Nullus* XXII. *q.* 5. Et hoc in judicio, nam extra judicium non requirunt eam licentiam, *c. Ex rescripto 9. h. t.* Ratio est indecentia status clericalis, cui magis præjudicatur, juramentum exigendo in judicio, quàm præstando illud extra judicium. Episcopis non nisi in arduis causis juramenta offerenda, ut pro fide, in abjuratione erroris, causa purgationis, *can. 1. 3. can Habet, cum similib. II. q. 5.* ad præstandam obedientiam Papæ, *c. Ego h. t.* de calumnia, *inf. De juram. propter calum. dando.*

9 Secundo, requiritur voluntaria & deliberata intentio jurandi: nam ut juramentum inducat obligationem, ab intentione procedat necesse est, quia non esset juramentum. Ubi videtur sufficere ea deliberatio, quæ ad peccandum mortaliter sufficit. Quæ & sufficiet ad obligationem, etiamsi eam non intendat jurans, cum juramentum per se & natura sua producat obligationem, supposita materia capaci. Sic in voto satis est, velle vovere, ut quis teneatur, etiamsi non cogitet de obligatione & implemento, quia hæc virtute in voto includuntur.

10 Quid si quis nolit obligari juramento? R. Posset videri, non tenere juramentum, nec obligari jurantem, quod homo non obligetur nisi ex propria voluntate, quæ cum hic desit, non potest oriri obligatio. Probabilius tamen, juramentum tenere, eo quod, licet sit in potestate hominis, jurare vel non, non tamen ex juramento præstito obligari. Applicata enim causa ex voluntate sequitur ejus effectus, quem vult applicans causare.

Tertiò, desideratur ad honestatem juramenti, tres habeat comites, Veritatem scilicet, Justitiam & Judicium. Constat ex textu *can. 2.* XXII. *q. 2.* & D. Hieron. *ibid. can. 7. q. 1. Iurabant, Vivit Dominus, in veritate, justitia & judicio.* Veritas, ut in juramento adsertorio id, quod adseritur, sit verum, saltem secundum prudentem non levem conjecturam: in promissorio, ut & animus adsit implendi promissi, & ipsum impleatur; ex fine juramenti, qui est confirmatio veritatis, quem deesse faceret defectus hujus comitis. Neq; enim foret parva Deo injuria, eum, qui infallibilis est veritas, vocari in testem rei falsæ. Unde rectè Ps. 14. laudatur ille, qui jurat proximo suo, & non decipit. Justitia, ut sit licitum & decens, & res sit honesta, quia turpia sub obligationem non veniunt, *c. Non est obligatorium* 58. *De R. I. in 6.* Ex parte materiæ tendat ad bonum, sub ratione debiti, in comparatione ad proximum; à malo declinet, id est non contineat damnum vel præjudicium proximi. Quò facient ea, quæ dicentur de materiæ honestate. Judicium, ut præstetur maturè, cum debita ac prudenti deliberatione. Est enim ad omnem virtutis actum, ut studiosè fiat, necessarium prudentiæ judicium; quæ est auriga moralium virtutum. Hæc conditio latius patet ut etiam duas priores suo ambitu concludat; cum nihil possit fieri cum prudenti judicio, absolutè loquendo, nisi quod & vere & juste fit. Unde, ut sit distinctio, hæc conditio referenda ad necessitatem, aut gravem utilitatem, quæ juramenti præstationem postulet: hæc enim accedens ad veritatem & justitiam facit compleri legitimam & honestam jurandi causam, sine qua juramentum futurum vanum & otiosum, & contra reverentiam Deo debitam. Quanta autem debeat esse necessitas & utilitas, discretioni judicis committendum. 11

His tres comites faciunt juramentum rectè præ-

præstari & exigi, defectus verò non ponet extra peccatum exigentem: nam si non præstatur extra peccatum, quidni etiam sine eo non exigitur, cum ad peccandum inducens non sit extra labem tam quam illi dans causam?

12 Ubi quæsitum, Anne ergo non liceat petere juramentum ab eo, quem scis falsum juraturum? Resp. Omninò illicitum esse, exigere juramentum ab eo, qui illud nequit præstare sine injustitia aut turpitudine: nam petere à tali est inducere ad peccandum; inducens autem ratione cooperationis quidni peccare dicendus? Idem est, si sine mendacio, aut falsitate, aut morali ejus periculo præstari nequeat, *can. Si quis pejeraverit & can. Si quis convictus* XXII. *q.* 5. Tota difficultas est, an super materia licita rectè exigatur ab eo, qui putatur pejeraturus? Et sunt affirmantes, id non licere privatæ personæ, *can. Qui exigit* XXII. *q.* 5. ubi dicitur homicida esse, ad jurandum inducere eum, quem scit pejeraturum, cum præbeat occasionem ruinæ; publicæ autem personæ, id est judici id licere propter functionem publicam, D. Thom. 2. 2. *q.* 98 *art.* 4. Navarr. *in Manuali cap.* 12. *n.* 20. Posset tamen non malè videri, nec privatum peccare petendo tale juramentum, si non inducat determinatè ad jurandum id, quod falsum est, & subsit justa causa petendi: veluti si cogat necessitas aut utilitas aliqua, ad quam aliquis jus habet, quo merito uti potest, nec tenetur alteri id cedere, qui reddetur promptior ad occultanda delicta aut debita; & sic reportaret commodum ex sua malitia, quod non est permittendum. Nec vis faciendo in eo, quod alter jurare offerat; nam & deferri sine noxa potest non offerenti, modo non petatur determinatè id, quod falsum est, ut jam dictum, & justa subsit causa: cessat enim tunc inductio ad perjurium, cum peratur juratio veritatis; ut negotium alterius saltem sit juramento confirmatum, ad exigendum id, quod prætenditur. Nec potest dici exigens consentire in perjurium, cum permissivè tantùm se habeat, uti potest, utendo jure proprio in necessitate, in nullo lædens ordinem caritatis, quæ non mandat vitare peccatum alterius, cum magna rei suæ jactura, quando ille sua culpa & voluntate peccat. Quò facit argumentum ejus qui ab usurario mutuum petit sub usuris, ad subveniendum suæ necessitati, quarum solutionem juratam non recusat, ut inferius dicetur. Vid. Covar. ad *c. Quamvis de pactis in* 6. *p.* 1. §. 6. *n.* 3. Les. *De just. & jure, lib.* 2. *c.* 42. *Dubit.* 10.

Quarto necesse, fiat debita forma: quæ ex natura rei non requirit necessario verba, cum possit & per alia æquipollentia exteriora suppleri: ut in muto, quem posse juramentum indicare per signa non est dubitandum, cum illi non sit alius modus. Ut idem sit in aliis, quamvis loqui possint, sæpè tamen non expediat. Covarr. *ad d. cap. Quamvis in princ. n.* 4. Suarez, *De juram. c.* 11. *n.* 4. Imo & sola mente juratur in conscientia quis obstringitur. In foro tamen exteriori est valde consentaneum rationi & convenientius, ut qui loqui potest præsens præsenti juret per verba.

Varias verborum jurandi formulas apud veteres fuisse, notius est, quàm ut hic referri debeat. Apud Christianos non aliàs ritè fit juramentum, quàm si contineat invocationem divinam, veluti, *Per Deum juro, Testem Deum invoco.* Solum verbum *Juro* videtur sufficere ad juramentum ex vi verbi: in usu tamen consideranda est intentio, & circumstantiæ, quæ alienant verborum vim; ipsum verò non est necessarium, cum & sine eo verè juretur. D. Paulus, dicendo, *Deus sit mihi testis*, verè juravit, quia sufficienter expressit invocationem Dei istis verbis. Vid. Suarez *d. lib.* 1. *De juram. c.* 13. *n.* 9. *& seq.*

Q. An verba, *In fide mea*, vel *Per fidem meam* contineant juramentum? Resp. Hoc aliquos velle, inter quos est Felin. *ad c. Querelam 7. his & ibid* Abbas *in fine, & per eos relat.* And. Gail. 2. *Obser.* 59. quasi proferens intelligatur affirmare per fidem Christi. Nituntur *c. ad aures sup. De his quæ vi metusve caus. & c. fin. inf. Ne Prælati vices suas &c. & can. Iuramenti* XXII. *q.* 5. quibus & aliis locis videtur affirmatio per fidem æquiparari juramento. Verius tamen prolationi talium verborum non inesse juramentum, inspecto ordinario & morali modo talia verba proferentium; nisi additio faciat aliud judicari, veluti, *In fide Christi, In fide Christiana.* Clarum etenim est, neutiquam contineri juramentum hac formula, *Per fidem Regiam, per fidem Nobilis, Per fidem boni viri*, intelligi-

telligitur enim fides humana, quæ non ponit juramentum etiam in casu, quo dicitur, *in fide bona*, nam & humana fides bona est.

Non obstant loca in contrarium allata; nam in iis vel agitur de fide Christiana interposita, de qua etiam agi *d. can. ad aures*. verisimile cum agatur ibi de fide præstita à Clericis quos præsumit Pont. religioso modo fidem dedisse, vel non patet ex eorum verbis, adsertionem per fidem firmatam esse loco juramenti, secundum *d. c. fin.* Quod ad *d. can. juramenti*. hic compatando juramentum & simplicem loqualem, non facit ea æquali, cum tantum intendat fidelibus commendare veritatem, ut iis simpliciter & non jurato quid adserentibus perinde credatur, ac si jurassent. Vid Covarr. *d. loco p. 1. §. 2. n. 3. & 4.* Navarr. *in Summa c. 12. n. 2.* Less. *d. loco Dubit. 1. n. 4.*

16 Formulæ *Certò, Certissimè, Verè, in veritate*, & similes, cum aliud nihil indicent, quam absolutè ita rem se habere, non ponunt juramentum, nisi intendat proferens summam veritatem, id est Deum, adducere in testem. Idem dicendum de formula, *Per conscientiam, in conscientia*; quia sensus est, fictè non proferri verba, sed juxta mentem loquentis, cum communiter non sumatur verbum istud in ordine ad Deum, sed ad significandum proferentem loqui respondenter suæ conscientiæ. Nisi accipiatur conscientia ut res sacra, quatenus testimonium conscientiæ est quodammodo divinum, & participatio divinæ veritatis, sicut anima peculiari modo est imago vel templum Dei. Ut attestationem. *Per animam suam*, velint plerique esse juramentum, nisi hoc verbum non adducatur in testimonium veritatis. Ab hujusmodi tamen verbis & similibus securius est abstinere.

17 Illud quæsitum, An homagium, quod facit Vasallus Domino, significet juramentum? Resp. Hoc videri, secundum eos, qui hoc verbum à Græco ὁμόω, id est *Iuro*, deductum volunt, vel ab ἅγιος, id est *Sanctus*, quod rem sanctam, id est juramentum, contineat. Quò facit, quod Glossa, *in c. fine, inf. De R. I.* homagium interpretetur sacramentum fidelitatis: & Covarr. *De pactis parte 1. §. 1. num. 3.* interpretatur esse juramentum. Plerique tamen judicant vocabulum istud esse barbarum, nec tam significare juramentum, quàm pactum aliquod humanum, quo quis & se recognoscit hominem alterius esse, & servitio ejus addictum. Ex usu tamen videtur juramentum adjunctum, qua in in re considerandæ consuetudo.

Juramentum itaque non fit nisi per solius 18
Dei numinisve divini invocationem. Est enim actus religionis, & continet cultum latriæ; finisque ejus est confirmatio veritatis infallibili testimonio, quantum ab homine fieri potest quæ infallibilis auctoritas non est nisi in solo Deo. Per creaturas igitur non juratur sine gravi peccato, si ad eas fiat relatio, tamquam testes infallibiles; cum sit species idololatriæ, iis attribuere, quod est solius Dei nisi referatur in creatorem. Quo modo licitum est jurare per Evangelium, per crucem quia juratur per eum, qui in Cruce pro nobis pependit, & ille invocatur. Sic & per res sanctas, licet creatas, jurans videtur jurare per respectum ad Deum: quod & fieri potest per non sanctas, etiam facta relatione ad Deum, cujus majestas & nomen in iis relucet, seu qua ex parte à Deo conditæ; sed non ita sine scandalo, ut sit cavendum, Covarr. *d. p. 1. §. 1. n. 16.* Less. *d. lib. 2. cap. 42. Dub. 1. n. 6 & Dub. 2. n. 10.* Malder. *De Iustit. & relig. Tract. 10. c. 6. Dubio 4.*

Per Jovem, Junonem, Herculem, aliaque 19
idola non juratur sine idololatria, cum non sint convenientes creaturæ, ut ad Deum referantur. Quo spectat textus in *can. clericum XXII. quæst. 1.* ubi Clericus jurans per creaturas acerrimè objurgandus dicitur, &, si persistat in vitio, excommunicandus, quia scilicet jurat per creaturas more gentium, iis aliquid divinitatis attribuendo. Less. *d. Loco dub. 3. num. 16.*

Sed sic quæsitum, An habeat vim jura- 20
menti id, quod præstitum sub invocatione falsorum Deorum: R. Esse quidem materialiter juramentum, quoad verborum sonum, sive esse putatum juramentum, ex conscientia erronea, sicut idolum est putatus Deus: revera tamen non habere juramenti subsistentiam quod desit illi verum constitutivum juramenti, scilicet adsumptio divini nominis; nulla autem idolis divinitas, ut quæ erant signa, lapides, aurum, argentum, opera manuum hominum. Ut talis modus jurandi spectat ad blasphemiam & idololatriam, cum falsis Diis

attribuatur id, quod veri Dei est proprium Covarr. *d. p. 1. §. 1. n. 10.* Suarez. *De Iuramento lib. 2. c. 5. n. 3. & seqq.* Sanchez, *in Decalogum lib. 3. c. 2. n 6.*

21 Difficultatem facit, quod habet D. August. in *can. Ecce* XXII. *q. 5.* ubi videtur indicare, quod jurare per lapidem, sine relatione ad Deum, sufficiat ad obligationem juramenti, & falsum jurantem crimine teneri perjurii. Verum D. August. non reprehendit ibi jurantem falsum per lapidem, ut verum perjurii reum, sed tamquam reum injustæ deceptionis, vel tamquam reum perjurii quoad speciem & scandalum, quia doloso juramento utebatur. Quod alii accipiebant ut verum, quod putarent fieri per lapidem ut sanctum, sive idolum ex lapide factum pro sancto habitum, ab iis, quibus juratur, atque ita cum relatione ad divinitatem: ut ejus transgressio appareret perjurium, revera tamen non sit, cum non ponatur juramentum, nec obligatio religionis in re ipsa inducatur.

22 Nihil obstat *c. Etsi Christus 26, h. t.* ubi dicitur, non esse jurandum per creaturas, si tamen juratum fuerit, servandum esse juramentum; nam hoc accipiendum, quatenus in iis relucet Deus, ut ibi subjungitur, *Qui jurat in cœlo, jurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum.* Nec obstat, quod ibi dicitur, non esse jurandum per creaturas; nam hoc non, quia ita jurare per se malum sit, sed ex causa, ad vitandum mali periculum, si non urgeat necessitas, ut ibidem explicatur. Et hoc ita in Christiano jurante per falsos Deos.

23 Quid si Ethnicus per falsos Deos suos juret, an teneatur juramenti religione? R. Ex se & vi sua non esse juramentum, quia exigit rem sacram, aut eo relatam, atque ita nec obligationem ex eo induci, cum quod non est, obligationem inducere nequeat; non potest ejus violatio esse contra honorem Dei, cum non pertineat ad veri Dei honorem: ex conscientia tamen erronea ejus, qui jurat, putantis pertinere ad putati Dei honorem, & ad religionem putatam, obligare, & servandum esse ab Ethnico. Suarez. *d. loco n. 6.* & Sanchez. *n. 5.* Quo faciunt leges civiles & placita Philosophorum etiam infidelium, qui juramentis suis per falsos Deos majorem obligationem inesse judicarunt, quàm ulli fidei humanæ, ut videre est ex Cicer. 3. De *offic. circa fin.* ubi nullum vinculum ad adstringendam fidem jurejurando majores arctius esse voluisse tradit. Et hoc sensu D. August. *in can. Movet.* 16. XXII. *q. 1.* dicit eum qui jurat per falsos Deos, se fidem servaturum, & non servat, bis peccare, quod & fidem, & juramentum frangat. Unde sequitur, Ethnicum ad verum Deum conversum non teneri isto juramento, propter depulsam conscientiam erroneam, & intellectam Deorum suorum falsitatem. Quomodo nec Christianus per eos jurans tenebitur, uti dictum; quamvis obligatio justitiæ, si de re licita fuerit, veniat servanda, uti etiam dictum est.

Ex his se offert quæstio, An liceat petere juramentum ab Ethnico, qui creditur juraturus per falsos Deos: Resp. Non licere quidem determinare aliquem inducere ad malum, quod non fit sine gravi peccato; non videri tamen per se esse illicitum, petere à tali juramentum in genere, si caussa necessitatis, aut moralis utilitatis subsit. Pars prior probatur, quia in genere petendo, petit rem licitam, uti licite fieri potest, scilicet ut juret: ut non possit videri ad malum inducere jurantem; qui si juraverit per falsos Deos, id ejus malitiæ est imputandum. Et facit argumentum à simili, desumptum ab eo, qui petit mutuum ab eo, qui exacturus usuras, qui non peccat, cum, si juraverit se eas solutum, teneatur, ut infra dicetur. Sic & non illicitum, petere in genere à malefico, ut maleficium destruat: licet forte usurus arte prava, ut dicetur ad *tit. de frigidis & malefic.* Nam talis non tam cooperatur peccato alterius, quàm se habet instar permittentis aliquem malè facere in re benè petita, quàm & benè peragere poterat. Quod faciliùs procedet, si Ethnicus, à quo juramentum petitur, sciat petentem esse Christianum, quia potest intelligere, peti à se juramentum more Christianorum: aut si Christianus exigat juramentum per verum Deum, tunc enim si alter nihilominus præstet per idola, nulla est culpa in exigente. Posterior pars ex eo constat, quod causa justa faciat petentem usum esse jure suo, ad sopiendam controversiam, aut securitatem in negotio humano accipiendam. Quo facit, quod habet D. August. *in d. can. Movet: Qui utitur*

fide

fide illius, quem constat juravisse per Deos falsos, & utitur non ad malam rem, sed licitam & bonam, non peccato ejus se sociat, quo per dæmonia juravit, sed bono pacto ejus, quo fidem servavit. Covarr. *de pactis p.* 1. §. 10. *n.* 2. 3. Suar. *de jura. l.* 3. *c.* 13. & Sanchez *in decal. l.* 3. *c.* 8. *n.* 11.

26 Quantum ad solemnitatem juramenti, illa ex vi rei nulla requiritur, cum ipsa verba invocationis Dei in testem; non secluſa intentione, sufficiant. In usu tamen olim fuisse varios ritus, videre est apud Alexandrum ab Alexandro, *Genial. Dier. lib.* 5. *c.* 10. & alios. Hodie solemne juramentum fit, tangendo Crucem, reliquias, sacra Evangelia, sub juncta verborum formula, SIC ME DEUS ADJUVET, ET SANCTA DEI EVANGELIA *can. Tibi Domino dist.* 63. Cujusmodi ritus conveniens est, quod inducat majorem pejerandi religionem, ob majorem timorem jurantium, ex præsentia & contactu rei sactæ conceptum, Unde licet peccatum grave sit perjurium simplex, gravius tamen solemniter præstitum, gravioremque meretur pœnam: quanto enim id per quod juratur, est magis sanctum, tanto magis pœnale perjurium. Covarr. *d.* §. 1. *n.* 2. Imò & interdum necessarium, solemniter tactis Evangeliis aut Cruce jurare, si jus ita præscribat, & licet nihilominus juramento adstringatur non tangens, non est tamen satisfactum actui, Sacerdotes regulariter non tenentur sacra tangere, sed satisfaciunt, si per suam consecrationem, tangendo proprium pectus jurent, *can. Si quis presbiter* 4. 11. *l. quæst.* 5. Exceptis causis gravioribus, & in quibus jure præscribitur ista forma, Covarr. *d.* §. 1. *num.* 13. Hæc de juramento, quod fit per simplicem contestationem.

Est & juramenti modus quidam per Exse- 27
crationem, per quam implicitè nobis, aut rei nobis caræ malum imprecamur; veluti cum dicimus, *Ita me Deus adjuvet*. Nam dictum istud involvit mali imprecationem, sensus enim est, si mentior, me non adjuvet. Similiter per fidem, per vitam jurans, exponit illam divino judicio, ut illa privetur, si falsum juret. Vel etiam explicitè per expressam mali imprecationem, vel sibi caris: inter quas gravissimæ illæ sunt, quibus quis imprecatur sibi aut alii mortem æternam, judicium divinum, aut simile quid, in casum defectus veritatis ejus; quod allegamus. A quibus & similibus dictis cavendum est, propter scandalum, quod generare solent. Vid. Suarez *de juram. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 17. & Sanchez in *Decal lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 36. Ejusmodi juramenti modus est, quem describit Covarr. *d.* §. 1. *n.* 8. cujus usus secundum antiquos Scriptores erat in fœderibus incundis, quem contineri vult *can. Ecce XXII. q.* 5. minus rectè, cùm ea interpretatio non conveniat verbis *d. canonis*, quæ potius indicant, per lapidem, tamquam per idolum, ibi fuisse juratum.

Præterea pertinet ad juramenti materiam 28
Adjuratio, quæ est contestatio rei sactæ, ad permovendum aliquem ad quid agendum, aut non agendum; veluti, *Adjuro te per Deum vivum, ne me terqueas*, Matth. 5. Distinguitur juramento, quia per hoc adducitur Deus in testem veritatis, aut quasi fidejussor promissionis, per illam autem tamquam objectum amoris, aut timoris ejus, quem adjuramus, ut consequamur, quod intendimus. Adjurari potest Deus per hominem, non per modum imperii sed obsecrationis. Adjurantur & Angeli Sanctique eodem modo, quo homines, dæmones quoque sed imperando, item rationales creaturæ: verum his in rebus cavenda est superstitio, quæ obvia esse solet, Navarr. *De sentent. excommunic. Conf.* 57. *n.* 9. & 10.

Hujus loci est illa Juramenti species, quæ 29
fit per simplicem contestationem, ad quam requiri ex parte materiæ, ut, quod juratur, sit licitum decens, dictum superius. Quod ut paulò latius explicetur, sciendum. * Juramentum ex parte materiæ aliud esse Sacrum sive Spirituale, ut est juramentum in confirmationem voti, ob causam obedientiæ & reverentiæ Prælatis debitæ, & quod fit in professione fidei de fide tuenda & retinenda: aliud Temporale, quale, adhiberi solet in judiciis & contractibus, aliisque, adsertionibus humanis, usque vel præteritis, vel præsentibus, vel futuris quod humana providentia pendeat ex hujusmodi rebus, & circa eas sæpe necessario utatur cognitione fundata in fide humana, quæ de se fallibilis

est : ut istis omnibus inveniatur utilitas aut necessitas confirmationis per juramentum.

29 Hinc communiter dividunt Juramentum ex parte materiæ in Adsertorium, cujus usus est in adserendis præteritis & præsentibus, ad ferendum judicium, unde & dicitur Decisorium Ijtium: & Promissorium, quod adhibetur futuris, adconfirmanda pacta & fœdera humana: ut illius finis non sit alius, quam scire veritatem rei gestæ; hujus verò major & firmior obligatio.

In utraque hac juramenti specie tres comi-
30 tes, de quibus supra, requiruntur. Et quantum ad Assertorium, omnino in eo requiritur Veritas, quod, uti dictum, juramenti finis sit confirmatio veritatis. Judicium requiri, ex eo patet, quod defectus necessitatis aut utilitatis causæ faceret juramentum esse vanum & otiosum: esset enim contra reverentiam Deo debitam, ejus nomen invocare in vanis & frivolis confirmandis. De Justitia dubitari potest, ex eo, quod materia ejus possit esse res turpis, ut adulterium, homicidium, furtum, cum super ejusmodi rebus licitè testimonium juramento præbeatur. Verum etiam hac in specie requiritur justitia, saltem ex parte materiæ proximæ ad honestatem juramenti, qualis est illa, in quam immediatè juramentum cadit, ipsa videlicet adsertio, quam justam esse oportet. Remota, qualis est res sive factum, quod adseritur, turpis esse potest, videlicet adulterium, homicidium, & similia. Quo modo non est satis, esse verum, quod adseritur, sed debet & justo modò proferri. Sic adserens factum alicujus occultum, etsi non peccet contra requisitam in juramento veritatem, peccat tamen contra justitiam, cum sit contra reverentiam Deo debitam, adducere illum in testem ad assertionem iniquam confirmandam, utpote prolatam contra juris ordinem.

Hujus juramenti usus est in judiciis, ad faci-
31 liorem veritatis inquisitionem, & litium decisionem juxta *l.* 1. D. *h. t.* * De ferri potest ab eo, qui litis decidendæ aut remittendæ arbitrium habet, siquidem hac in specie id agatur, ut à lite discedatur, & jus nostrum remittatur, *l.* 2. D. *eod.* Ut rectè illud deferat dominus habens rerum suarum administrationem, sive is sit actor, sive reus, *d. l.* 1. Dominorum loco habentur, quibus rerum alienarū libera administratio est concessa, vel à lege, ut tutor, curator, *l. Iusjurandum* 27. §. 2. *D. eod.* vel mandato domini, ut procurator universorum bonorum, aut datus in rem suam, aut nominatim habens id sibi mandatum *d. l.* 17. § *fin.* & *l.* 10 *in fin.* 11. & 13. *D. de jurejur.* Non alias tamen hi deferunt juramentum, quam deficiente alia probatione, *l. Tutor* 30. D. *eod.* : ne alias videantur perdere rem alterius. * Minor habens curatorem non videtur posse deferre, cum ea res spectet ad juris sui remissionem, quod remittere non potest, *l.* 3. *C. de in integ. restit.* licet ex contractu persona ejus teneantur. *l. Pubores* 105. D. *de V. O. ubi* Cujac. Cujus ratio est in eo, quòd personam habeat liberam, ut obligare se possit. Non habens curatorem rectè defert juramentum; læsus tamen restituitur intra tempora, *d. l.* 3. & *l. Nam posteaquam* 9. *si minor*, D. *eod.* Deferunt & filifamilias & servi super re peculiari, cujus administratio illis est concessa, *l. Servus* 20. 21. D. *eod.* Videtur & iisdem personis deferri posse.

Notandum triplicem esse hujus Adsertorii jurisjurandi speciem, scilicet Voluntarium quod ex partium conventione defertur extra judicium: Judiciale, quod à parte parti in judicio defertur: Necessarium, quod defertur à judice, vel actori ad causæ victoriam, vel reo ad sui purgationem, *c. fin. h. t.*

Quantum ad necessitatem illud præstandi, ea non est omnibus æqualis. Nam voluntarium necessario est præstandum, nec referendum, uti indicat nomen: judiciale verò necessariò vel præstandum vel referendum, nisi cedere malitis, cui delatum, *l. delata* 9. *C. h. t.* quòd aliàs res manifestæ sit turpitudinis & confessionis, nolle nec jurare nec jusjurandum referre, *l. Manifesta* 3. *D. h. t.* Si tamen actor juraverit de calumnia. *d. l.* 9. & judex approbaverit delationem, *l. pen.* §. 1. *C. h. t.* Nisi à parte fuerit remissum; habetur enim pro præstito, cum sit genus satisfactionis, quæ est pro solutione, *l. Satisfactio* 52. *D. de solut. & liberat.* aut causa subsit excusans, *l. Iusjurandum* 34. *D. h. t.* Relatum ab actore præstandum: alias eidem denegaretur actio, cum non sit ferendus is, qui conditionem recusat adim-

adimplere, quam adversario suo detulit, *de l. pen. §. 1.* Potest tamen & hic esse causa excusans, *l. Marcellus, D. Rerum amotar.* Necessarium omnino præstandum ab eo, cui defertur, secundum nomen; nisi & hunc causa excuset, *d. c. fin. h. t.*

35 Quæri solet, An actore nihil probante possit ab eo deferri juramentum? R. Differentiam esse inter hæc genera. Nam certum est, postremum non posse deferri, nisi stante aliqua probatione, cum deferatur in supplementum probationis imperfectæ, quam ideo præcedere est necesse: alias absolveretur reus, juxta regulam, quòd, actore non probante, reus veniat absolvendus; nisi præsumptio aliqua eum onerans faciat ab eo exigi juramentum purgationis, *d. c. fin. in fine.* Contra se res habet in duobus prioribus, quæ admittunt hanc delationem; tum quia ita postulat litium dirimendarum favor: tum quia quod quæratur adversarius non habet, qui constituitur in propria causa judex: quæ sententia expressè probatur *l. Tutor 35. D. h. t. & ibid.* Cujac *& lib. 22. Obser. c. 82.* Duar. *De jurejur. c. 3.* Quod obtinebit non tantum in casu, quo nihil probare inceperit, verùm & quo in probatione adsumpta defecit, eadem ratione militante. Nisi tamen semel revocaverit, quia probare maluit; ex ratione, quòd absurdum sit, ad id, cui renuntiandum duxeris, redire, *l. Si quis 11. C. h. t.* Non obstat regula, quod, actore non probante, reus absolvitur, etiamsi nihil præstiterit, cùm non possit videri non probare, qui juramentum defert: nam ea delatio ita actori tributa, ut, si adversarius sine causa recusaverit præstare, statim ea res cedat pro justa probatione.

36 Q. II. An is, cui defertur, si malit probare, teneatur jurare? R. Ita videri Duareno *De jurejur. c. 3.* propter promptum remedium expediendarum litium. Pro altera tamen parte facit *c. 2. sup. tit. 19. De probat.* ubi tum demùm recurritur ad juramentum, quando aliæ desunt probationes; cum non sit recurrendum ad extraordinaria remedia, ubi ordinatum est convenientius ad litem decidendam. Quo modo & qui probavit, non onerandus hac præstatione, quod hæc delatio tantum spectet ad litem decidendam, non etiam ad decisam. Nihil facit, quod modo dictum, eum, cui defertur juramentum, solvere debere, nisi juret aut referat juramentum; nam habet limitationem, nisi justa causa excuset recusantem, qualis est hæc.

Q. III. An possit juramentum præstari per procuratorem? R. Juramentum calumniæ præstari per procuratorem posse, cum tantùm sit credulitatis, quod & per alium præstatur habentem ad hoc speciale mandatum, *c. fin. De juram. calumn. in 6.* Quod & in aliis juramentis admissum, quatenus lex non requirit, fiat in propria persona, ad majorem causæ examinationem, & partis satisfactionem, *c. Licet 47. in verbo, proprio juramento, sup. De testib.* Ut videatur per alium suppleri non posse, etiam ex speciali mandato, cum agitur de veritate facti, quæ per alium non rectè exhibetur circa factum alienum, etiamsi juretur in animam Domini. Hinc hæres, à quo petitur ex causa defuncti, non cogitur jurare, cum habeat justam causam ignorantiæ, licet ab eo agente rectè juramentum exigatur, cum non nisi re bene explorata experiri debeat *l. Qui in alterius 42. D. de R. I.* Atque ita posset videri in hoc juramenti genere non admitti ejus præstationem per procuratorem, quòd agatur de acquirenda veritate alicujus facti; ut videatur opus præsentia ejus de cujus scientia vel facto quæritur. Videtur tamen Felin. in *d. c. Licet 47. nu. 1.* & Covar. *De pactis p. 1. §. 5. nu. 18.* velle, per procuratorem præstari posse, nisi lex requirat; in propria persona præstetur, quod & tenet Abbas, *d. c. 47. nu. 6.* ut non sufficiat speciale mandatum. Si tamen procurator vel defensor juraverit ex delato sibi juramento, res ea domino proderit, eique competet exceptio & actio saltem utilis, *l. Nam posteà 9. §. pen. & l. fin. §. pen. D. h. t.*

37

38 Materia hujus juramenti sunt causæ civiles; nisi sint tales, de quibus paciscì non licet, quod jus commune læderetur, *l. 7. §. & generaliter D. De pactis.* In necessario requiruntur dubiæ causæ, ut deferatur, *l. Admonendi 31. D. h. t.* quales non tantum sunt, quando utrimque plenè probatum, ut judex nesciat quo se inclinet, sed etiam quando probatio ab una parte est semiplena. Est enim hoc juramentum in supplementum defectus probationum adhiberi solitum, *l. 3. C. h. t.* Cui autem deferat judex, cujus arbitrio, juxta causæ circumstantias,

stantias, est relictum. * In criminalibus non est
39 deferendum hoc juramentum, cum non sit dã-
nandus reus criminis, nisi ex clarissimis proba-
tionibus, *l. fin. C. De probat.* & quod ex juramen
to actoris reo pœnam inferri sit durum, qui
potius in dubio absolvendus; reo vero deferte
juramentum non sit extra periculum perjurii.
Purgationis tamen juramentum solet à reo
exigi jure Canonico, in casu, quo suspicione ali-
qua gravatur, *c. fin. in fine h. t.* qua de re infra
latius, *ad tit. De purgat. Canon.*

40 Denique juramenti hujus vis non est mi-
nor, quam rei judicatæ & transactionis, cu-
jus speciem continet, *l. 2. D. h. t.* Valet ad ex-
ceptionem ei, qui juravit se non debere, ad a-
ctionem ei qui juravit sibi deberi, saltem jure
Prætorio, *Instit. De actionib. §. item si quis postu-
lante.* Et ita firmum est, ut retractari nequeat,
l. 1. C. h. t. nec rescindatur per nova instrumen-
ta postea reperta, nisi sint suppressa dolo ma-
lo per adversatium, *l. Sub pretextu 19. C. De
transact.* idque propter vim transactionis, quæ
subest. * Excipe juramentum necessarium,
41 quod non continet caussam transactionis; ne-
que enim tam defertur ex arbitrio partium,
quam, parte invitâ, à judice, in supplemen-
tum probationis. Excipe & juramentum ap-
positum relictis testamento; non visis tabu-
lis, quæ postea repertæ perjurium detegunt,
l. fin. C. h. t. quòd non sponte, sed coactè sit de-
latum juramentum, non apparente testamen-
to, super cujus controversia non transigitur si-
ne judice, qui non potest inquirere veritatem,
nisi visis tabulis.

Perjurium detectum postea non dabit re-
42 petitionem deferenti, propter vim transactio-
nis, saltem de jure civili, cum eo non quæra-
tur, an sit debitum, sed an juratum, *d. §. item si
quis.* jure Canonico obligatur perjurus ad re-
stitutionem, cum suo perjurio alteri damnum
dederit, & is, qui detulit, non alias remise-
rit, quod prætendebat, aut dederit, quod pete-
batur, nisi quatenus veritas responderet asser-
tioni juratæ, quæ cum deficiat, iniquè dam-
num datum refarciendum ab eo, qui dedit,
juxta ea quæ inferius dicentur, *tit. De injur. &
damno dato.*

43 Promissorium juramentum (de quo hoc
Tit. plerisque in locis agitur) futuris apponi-
tur in contractuum confirmationem: & fre-
quens est in promissione fidelitatis, quam de-
bet vasallus domino, etiam Clericus laico, qua-
tenus quid temporale ab eo possidet, *c. Nimis
30. h. t.*

Necesse & in hoc tres supradicti comites cõ-
currant, Oportet enim adsit Veritas, cum de-
beat jurans habere propositum implendi id,
quod jurat, illudque implere; judicium item, id
est prudens & debita consideratio; & Justitia, ex
parte materiæ, quæ sit possibilis & honesta. * In-
honesta & impossibilia non ponunt materiam
juramenti, quia foret vinculum iniquitatis con-
tra textum in *c. Quanto 18. h. t.* Hinc illicita
sunt juramenta, quæ tertio nociva, qualia est,
quod superiori præjudicat, *c. Venientes 19 h. t.*
& quod præstitum contra utilitatem Ecclesiæ,
c. Sicut 27. h. t. Illicita sunt & circa actus illos,
qui non possunt sine peccato servari à jurante.
Sic illicitum habetur juramentum Monachi
clausturam abjurantis, *c. Sicut 13. h. t.* Quod om-
nino procedit, quando subest peccatum mor-
tale, ex decisione *c. Cum contingat 28. h. t.*

Quæritur autem, An peccatum veniale, 4
quod subest, faciat juramentum illicitum? R.
ita habere communem sententiam, fundatam
in *d. c. 18.* in quo dicitur, illicitum juramen-
tum non esse servandum, ex ratione suprædi-
cta, & regula in *c. Non est, 83. De R. I. in 6* ubi
dicitur, non esse obligatorium contra bonos
mores præstitum juramentum. Actus autem
includens peccatum veniale est contra bonos
mores, ponitque malitiam, atque ita circa illud
dicendum, illicitum esse juramentum, nec ser-
vandum, *can. In malis & passim* XXII, *q. 4.* Co-
varr. *De pactis p. 5. §. 6. nu 16.* Suarez *lib. 2. De ju-
ram. c. 15.*

Non obstat, quod *c. Si vero & d. c. Cum
contingat. 28. h. t. & c. 2. De pactis in 6.* loquantur, de juramento servando, quod non ver-
git in detrimentum animæ jurantis: nam &
hic actus vergit in detrimentum animæ; cum
peccatum veniale, licet non per se & imme-
diatè privet hominem vitâ æternâ, disponat
tamen de se ad mortale, & reddat hominem ha-
habilem ad perfectum Dei amorem: ut temere
dicatur non vergere in detrimentum salutis
æternæ.

Magis obstare videtur *c. Cum quidam 12. h.* 4
tit.

illi verò h. t. ubi dicitur aliquis absolvendus à juramento, quod erat illicitum, scilicet contra humanitatis officium, ut non loqui patri vel matri, fratri vel sorori, ut necessario videatur præsupponi valor juramenti. Quem textum non rectè interlexeris, cum aliquibus, in casu, quo juramentum tale est obligatorium, de re quippe bona, cum textus ipse, ponat illicitum, & pœnitentiam velit injungi: ut rectè eam interpretationem rejiciat. Covarr. *d. loco p. 2. in princ. nu.* 17. Quo modo nec rectè, cum *Glossa ibid.* & Abbate, *in fine*, accepetis de absolutione ad cautelam; nam illa adhibetur in casu, quo vinculum est dubium & rationabiliter timetur: hic autem ex textu patet esse certum. Interpretatio Covarr. *d. loco*, (scil. absolutionem ibi referendam esse ad peccatum, non etiam ad juramentum, quod est nullum, non convenit verbis textus, in quo absolutio refertur ad observantiam juramenti: ut ista interpretatio videatur violenta. Magis congruere videatur, si dicatur verbum *absolvendi* accipi ibi de absolutione declarativa nullitatis, non etiam pro dissolutiva vinculi, quod nullum fuit; qualem absolutionem facti vocat Abbas in *d. c.* 12. *in fine*, qui modus loquendi non est in jure novus, ut patet ex *can. Audivimus* XXIV *qu.* 1.

48 Q. II. An actus indifferens sit materia juramenti? R. Si subsit honestus finis, vel proximi utilitas, tenet juramentum; cum talis actus spectet ad opus virtutis, super quo præstitum juramentum ponit obligationem: alias actum talem fore otiosum, super quo juramentum factum est temerarium, atque ita non obligatorium. Navarr. in *Summa c.* 12. *nu.* 12.

49 Q. III. An juramentum de non mutuando, non fide jubendo, sit obligatorium? R. Negat Abbas in *c. Si verò* 8. *num.* 5. *h. t.* quasi sit contra caritatem, quem sequitur Covar. *d. p. 1. §. 6. nu.* 18. Aliis è contra videri obligatorium, quod non sit de re illicita, nisi aliud exigat necessitas proximi. Oldrad, *Consil.* 90. Dicendum, tale juramentum, si fiat in gratiam tertii, cui ex ipsius violatione generaretur incommodum, omnino servandum esse, *per text. in d. c.* 28. *h. t.* Quod & dicendum, si subsit periculum proprii incommodi. Alias necessitas & incommodum temporale proximi, quod ex observatione ille incurreret, faciet non esse obligatorium absolutè factum juramentum, quod repugnet caritati proximo debitæ, secundum primam opinionem. Vid. Suarez *lib* 2. *De juram. c.* 17. *nu.* 11. & Sanchez, in *Decal. lib.* 3. *c.* 9. *nu.* 13.

Q. IV. Quid dicendum de juramento im- 50
peditivo majoris boni? Posset videri non valere, argumento voti, quod, ut dicetur infra *ad tit. De voto*, non tenet, si sit impeditivum majoris boni; ex ratione, quod commutans propositum vel promissum in melius, non dicatur illud infringere, *c.* 3. *h. t.* Verius tamen, tale juramentum factum homini simpliciter, obligare ad sui observantiam, nec posse in melius commutari, cum nocumento ejus, cui factum, ipso invito. Nam per hujusmodi promissionem acquiritur illi jus ad rem, quod invito non est eripiendum, etiam propter bonum Deo gratius: quod hoc in casu non esse Deo gratius, facit promissio alteri facta, cui detrectare promissum esset contra justitiam, atque ita Deo ingratum. Non obstat argumentum sumptum à voto, quia illud sit Deo, cui gratius omnino est melius bonum, imo minus non censetur acceptasse, ad exclusionem majoris. Quod & idem dicendum de juramento, si Deo factum sit: hic autem agimus de eo, quod factum est homini, cui jus quæsitum ad rem promissam, licet impeditivam melioris boni, qui ideo non cogitur cedere jure quæsito. Ut Reg. Non frangit fidem, qui in melius commutat, recte quidem respectu Dei procedat; respectu verò hominis non alias, quàm quatenus sine ejus præjudicio fit commutatio, quæ sæpè continet ejus detrimentum. Vid. Suarez *d. l.* 2. *c.* 12. Patitur tamen hoc exceptionem ex statu perfectiore, quem non impedit juramentum etiam homini factum, quatenus id non compatitur. Hinc qui juravit ducere aliquam in uxorem, non impeditur ideo ingredi Religionem, ut colligi poterit ex iis quæ dicentur ad *tit. De sponsalib. & De conversi conjugat.*

Q. V. An valeat juramentum de non ac- 51
cusando uxorem super crimine? R. Duplicem casum hujus juramenti proponi ab Innoc. In *c. Quemadmodum* 25. §. *illud hoc tit.* Prior est, quando jurat maritus, quod non accusabit uxorem super ullo crimine, alter, quod non

non accusabit super adulterio. Decidit autem, juramentum in priori casu esse temerarium, & non obligare, saltem in tota sua universalitate, quod sint casus, in quibus accusatio est præcepti, ut in casu infidelitatis, de quo *d. §. illud*, aut omissio ejus est impeditiva melioris boni, secundùm dicta paulò superius. Servandum tamen & hoc videri, in casibus, quibus nihil est vitii omissioni, nec subest impedimentum boni melioris; ne utile per inutile vitietur, cum servandum sit juramentum, quatenus servari potest. * In posteriori casu posset etiam videri, non esse obligatorium juramentum, quod omittens accusationem videatur patronus turpitudinis suæ uxoris, celans ejus crimen, ut habet text. in *d. c. 25. §. fin. & c. si vir inf. De adult.* eamque invitare ad adulterandum, promissâ quasi spe impunitatis, præcipuè si ante delictum juramentum hoc sit præstitum, *l. Si unus §. pacta D. De pactis.* Rescripsit tamen Pont. *d. §. illud*, istis non obstantibus, tutius esse, proprer juramentum, vir desistat accusare uxorem, non tantum in casu, quo delicto jam commisso juravit, quo minus difficultatis habet, quod non videatur contra bonos mores esse, delictum, & injuriam ex eo acceptam, remittere, imo sit opus misericordiæ, & non cogatur quis injuriam vindicare, emendatâ jam muliere. Imo videtur & textus iste loqui de muliere non emendata, cum dicat eam debere agere pœnitentiam, & de juramento præstito ante delictum commissum, cùm in prima parte istius §. *illud* loquatur Pont. de delictis committendis, ut ex verbis patet, & in posteriori non distinguat. Nec obstabit ratio jam mota, eo quod sufficienter censeat Pont. obviari licentiæ peccandi per facultatem denuntiandi, ad agendam pœnitentiam, quæ salva est marito, non exclusa per juramentum. Si denuntiatio non prosit, accusatio erit licita viro; imo necessaria, tum ad punitionem uxoris, tum ita requirente decentia & honestate viri, ac scandalo, quod tollendum: faciunt enim hæc juramento tali deesse honestas conditiones, ut obligare cesset. Innoc. *d. c. 25. in fine.* Præterea non simpliciter Pont. negat uxorem accusari posse, sed tantum ad divortium celebrandum, & sic ad privatum commodum: ut videatur viro non esse ablata licentia accusandi criminaliter, ad vindictam publicam, ita bono publico postulante, cui juramento nemo præjudicat. Vid. Suarez *d. lib. c. 17. nu. 14.*

Q. VI. An valeat juramentum de usuris solvendi ratione mutui? R. Posse videri non valere. Primò, quod promissio ista sit invalida, utpote Canonibus prohibita, *inf. De usuris*, ut nec juramentum adjectum videatur valere, *c. Non dubium C. De legib.* quia illud sequitur actus, cui adjungitur, naturam *l. fin. Cod. De non numer. pecunia.* Secundo, quod videtur non posse servari sine peccato, cum solvens videtur consentire & cooperari delicto alterius, scilicet recipiendi usuras. Contra tamen receptum est, *c. 6. h. t.* teneri scil. jurantem Domino reddere juramentum, id est secundum juramentum solvere usuras: non quod partiqui juris accesserit, sed ne nomen Domini in vanum adsumpsisse videatur jurans, in cujus reverentiam jubetur illud observare. Et hoc non ad petitionem partis, sed ex officio judicis, ad vitandum peccandum ipsius jurantis. & ita accipiendum verbum *cogendi sunt*; nisi velit, & valeat aut relaxationem obtinere, aut usurarium competentem judicem compellere, ut juramentum remittat, cum ex parte ejus contineat iniquitatem, *c. 1. h. t.*

Unde non obstat prius argumentum, cum Deo quæsita obligatio reddatur. Non obstat etiam posterius, quia solvens usuras juratò promissas non peccat, cum non det usurario peccandi occasionem, quam ille ex propria malitia arripit; petens enim mutuum malle illud gratis accipere. Et quamvis peccet mutuans, tamen petenti mutuum licet ejus peccato ad bonum finem, ad suum scilicet bonum, id est ad succurrendum propriæ necessitati, aut utili rati, cui alias commodè subveniri non potest, & quam communiter requirunt, ut sit licitum hoc juramentum. Nam ejus defectus faceret petentem mutuum absuratio non esse immunem à peccato, cui sine causa exeusante cooperaretur. Facit itaque causa, quæ subest, juramentum istud continere actum virtutis, scil. caritatis propriæ ex parte jurantis, atque ita ex ejus parte esse obligatorium. Et licet accipere usuras sit prohibitum, cum nulla causa acceptionem salvare

salvare possit, solutio tamen salvatur ex caussa, quæ sub. sit. Satis autem est, expletum esse juramentum per solutionem, ut non impediatur solutas usuras repetere solvens, tamquam indebitas, aut ex turpi caussa respectu accipientis solutas: quia quando exactio juramenti est turpis, respectu petentis, satis est expleri illud ex parte jurantis per traditionem rei promissæ; statimque repeti potest, cum non sit caussa, ob quam maneat penes accipientem, cui, ut dictum, nullum jus quæsitum. Vid. Suarez *d. lib.* 2. *c.* 9. *&* *c.* 27. *nu.* 5.

54 Q. VII. Quid si juramentum contineat clausulam de non repetendo? R. Videri, non posse repeti, uti colligitur argumento à contrario ex textu in *c.* 4 *sup. De his quæ vi metusve caus.* ubi non obstat juramentum ad resignandum, quo minus repetat, si non etiam interpositum ad non repetendum. Et facit quòd nec ea res cõtineat salutis periculum in jurante, qui juri suo renuntiare potest, *c. Si verò* 8. *h. t.* atque ita servare juramentum, cùm tantum jus ejus concernat. Obstat, quòd tale juramentum videatur vergere in detrimentum alterius, scilicet mutuantis, apud quem manebit res illi non debita, cum gravamine conscientiæ. Verùm illi occurritur, quod, ut juramentum de non accusando uxorem super adulterio admittit tamen denuntiationem: ita & hoc juramentum de non repetendo admittet denuntiationem, non tam in commodum jurantis, cui renuntiatum, uti potuit, nisi prius relaxetur, quàm ipsius accipientis, ut liberetur à statu peccati per restitutionem rei malè acceptæ; quod secundariò rectè intenditur cum emendatione.

55 Q. VIII. Quid si fuerit exactum juramentum de non petenda relaxatione? R. Esse, qui volunt, tale juramentum non esse obligatorium, propter iniquitatem, quam continet, impediendo jus superioris, & cooperando peccato alterius, Felin. in *c. Constitutus n.* 9. 14. 18. *sup. De rescript.* Verum non agitur de jure superioris, sed tantum de facto jurantis, non petituri relaxationem, ut possit videri obligatorium; non tamen ita, ut absolutionem ab hoc juramento petendi non sit salva licentia juranti, aut coram superiore factum proponendi. & ab illo petendi remedium. Securior tamen via est petendi relaxationem à tali juramento, quia hoc remedium numquam excluditur. Covarr. *De pactis p.* 2. *§.* 3. *nu.* 2. Suarez *d. lib.* 2. *c.* 9.

Q. IX. An pacto aut legi commissoriæ in pignoribus additum juramentum sit servandum? 56
R. Eamdem esse hujus quæstionis resolutionem, quæ de usuris solvendis, scilicet servandum quidem esse, quia servari potest sine detrimento animæ jurantis; non tamen aliquod jus accedere ipsi creditori, sed eum nihilominus teneri, ad lubitum debitoris, fructus restituere, aut eos in sortem computare, secundum ea, quæ dicta de restitutione usurarum, quibus hoc pactum est simile. Nihil obstante juramento, cui satisfecit jurans, permittendo fructus ex re cedere creditori, ut postea eos alia ex caussa repetat, propterea quod sine caussa sint apud creditorem.

Q. X. An teneat juramentum posterius contra prius, cui contrarium? R. Si prius sit licitum & honestum, non posse obligare posterius ei contrarium, propter materiæ defectum, quæ mala est. Nam cùm juramenti vis de se sit æqualis, si præcedens obligationem induxit, ea non poterit per subsequens juramentum infirmari. Facit eo textus in *c. Sicut* 22. *inf. De sponsalib.* ubi subsequens juramentum super sponsalibus cum Titia non solvit prius super sponsalibus cum Mævia, quòd sit de re iniqua. Dico, si prius sit licitum; nam alias prævalebit posterius, ut in *c. Tuanes* 24. *h. t.* Idem dicendum, si præcesserit nuda & simplex promissio, obligationem in conscientia ponens; nam & hanc subsequens juramentum non potest dici constitui super materia bona, sed potius mala, quod & priori promissioni honestæ contraveniens, peccato involvatur. Suarez *d. lib.* 2. *c.* 19. Sanchez in *Decal lib.* 3. *c.* 17. *nu.* 18. 57

Q. XI. An saltem actus posterior contra prius juramentum teneat? R. Ex vi juramenti actum subsequentem irritum fieri non posse, si dependeat ex voluntate agentis, uti est revocatio procuratoris, contractus matrimonii qui actus, & similes, etiam positâ promissione juratâ de non revocando, de non ducendo aliam, valent, tametsi procurator revocetur, aut alia ducatur, cum consummatio actus contrarii præsupponat quidem pravitatem, propter prius juramentum, non cadat 58

dat tamen in actum, ut malus est, sed in effectum eius, qui bonus est. Sic si juravi non donare, aut donare certam rem Titio, si eam postea do Mævio peccо quidem, tenet tamen donatio, & alteri jus est quæsitum, propterea quod ea res pendeat ex voluntate jurantis, lege non impedita: ut prius juramentum prohibeat quidem fieri, non tamen actum contrarium irritet, cum tollat libertatem faciendi, non etiam simpliciter potestatem. Secus est, si non pendeat actus à voluntate agentis, sed jure sit invalidus: nam cum ex solo juramento vim accipiat, quod est inutile ratione prioris, non est, cur actus posterior valere possit. Covarr. *d.p.* 2. §. 2. *nu.* 3. Sanchez *d.c.* 17. *nu.* 19. Azor. *Instit. Moral. p.* 1. *lib.* 10. *c.* 5. *qu.* 3.

Q. XII. Quid si mulier juraverit non alienare fundum dotalem, an subsequens alienatio, 59
subjuncto juramento de ea non revocanda, revocari queat? R. Posse hoc videri, quod talis promissio ex vi juris sit invalida, & ex voluntate jurantis non possit reddi valida, propter prius juramentum, quod facit posterius non posse servari sine dispendio salutis æternæ. Covarr. *d.* §. 2. *nu.* 2 *ubi alios citat.* Videtur tamen contraria opinio habere probabilitatem, eo quòd posterius juramentum ex parte materiæ non sit illicitum, nec priori contrarium. Prius enim tantùm agit de non alienando, posterius autem de non revocanda alienatione jam facta: quod non est contrarium priori, cum non eadat in promissionem non alienandi, sed in promissionem non revocandi jam factam alienationem, atque ita non versetur circa idem; quod necesse est, ut ponatur contrarium alteri. Nec facit, quòd alienatio contra prius juramentum sit mali; nam & mala est etiam sine juramento. Sustinendum tamen juramentum de ea non retractanda, quod, secundum dicta, nihil contineat iniqui ex parte materiæ, sive non sit de re, quæ sine peccato impleri non potest, cum juramentum prius lege conforme non sit fortius ipsa lege. Gomez, *ad L.* 53. *Tauri nu.* 58. Limitanda tamen posterior opinio; Primò, nisi per prius juramentum sit alteri jus quæsitum, quod ei non potest eripi per secundum, *c.* 2. *De pactis in* 6. *c. Cum contingat* 28. *h. t.* ubi dicitur juramentum non posse vergere in præjudicium tertii. Secundo, nisi alter, cum quo contractus initur, sit conscius peccati juramenti: non quod scientia ponat illicitum ex parte materiæ proximè juratæ, sed quod ponat turpitudinem ex parte ejus, cui juratur; cujus licet turpitudo non inspiciatur ad juramenti valorem, *arg. d. c.* 6. sed tantum ipsius jurantis, dabit tamen facilem relaxationem. Vid. Suarez *d. lib.* 2. *c.* 30. Sanchez *d. lib.* 3. *c.* 12. *nu. in lib.* 37. & *De matrim.* 6. *Disp.* 13. *n.* 3. 4. 5.

Q. XIII. An teneat juramentum super aliq prohibito lege humana, eumque confirmet? Non videri valere, si actus absolutè per legem sit prohibitus, cum habeatur malus, ac proinde non ponat materiam, cui accedat juramentum. Ut appositum nihil operetur, cum non possit eximere hominem ab obligatione justæ legis. Quod omnino procedit in lege respiciente bonum commune, cui nullus privatus renuntiare potest, *l. Ius publicum D. De pactis, c. Si diligenti sup. De foro compet.* Deinde peccatum est pacisci in præjudicium boni publici & communis, & renuntiare juri alieno: ut juramentum, quod in tali materia versatur, sit iniquum, atque ita non observandum, ac proinde non possit actum confirmare. Idem est, si agatur de præjudicio tertii privati, quia & ea res continet iniquitatem, & ponit improbum juramentum, *d. c.* 28. *h. t.* Vid. Suarez *d. lib.* 2. *c.* 26. & *De Legib. lib.* 5. *c.* 28. Sanchez *in Decal. d. lib.* 3. 4. *nu.* 42.

Q. XIV. Quid in casu, quo lex prohibens actum, respicit tantum jus privatum? R. Multorum esse sententiam, ejusmodi actum juramento confirmari: quæ tamen non videtur universaliter procedere, sed distinctione tendum inter pacta reprobata per legem in favorem debitoris, & inter ea, quæ reprobata in odium creditoris, propter ejus turpitudinem. Nam posteriori casu certum est non confirmari actum ipsum, licet juramentum adjectum sit servandum, si sine peccato servari possit; uti dictum paulo ante de jurata promissione usurarum, & de jurato pacto commissorio in pignoribus, quale juramentum per se tantum stat, & obligat jurantem unica obligatione ad religionem pertinente. Ut tantum sit faciendum, quod est juratum nec sit necessarium confirmari contractum, qui

nec habere potest confirmationem ex vi juramenti, nec ex adminiculo legis, cum neutrum intendat fovere turpitudinem creditoris.

62 Q. XV. An actus in favorem debitoris lege prohibitus firmetur juramento? R. Esse, qui putent nec jure civili confirmari contractum, nec esse juramentum servandum, per *l. Non dubium Cod. De legib. & l. 7. §. & generaliter D. De pactis.* ubi juramenta remota à jure communi dicuntur non servanda, *l. Si quis pro eo, D. De fidejussorib.* ubi non tenere juramentum, patet ex eo, quod fidejussor datus non teneatur, qui tamen foret liber, si juramentum obligaret ipsum principalem: jure verò Canonico tale pactum servandum esse, & confirmari juramento, *per text. in c. Quamvis De pactis in 6. & d. cap. 28.* ubi præcipitur tale juramentum servari, si non vergat in detrimentum animæ jurantis, nec in præjudicium alterius. Barbosa *ad l. 1. p. 1. nu. 73. D. Soluto matrim.* Sunt tamen, qui nullam differentiam ponunt inter jus Canonicum & Civile, sed utroque non tam contractum confirmari velint directo & formaliter, quàm indirectò, & saltem quoad effectum, ut juramentum non cadat immediatè in contractum, sed in promissionem illi conjunctam, eamque confirmet, ut non prohibitam à jure, licet contractus ipse sit prohibitus. Sic inhibita quidem alienatio rei dotalis, non tamen inhibitum mulieri non contravenire; hoc enim lex arbitrio reliquit mulieris, quæ ei renuntiando per juramentum, tenetur observare. Et ita accipiendum *d. c. Quamvis & Auth. Sacramenta Cod. Si adversus vendit. in V. super contractibus rerum suarum non retractandis.* Nec facit quod *d. c. 28.* dicatur mulieris consensus non obligatorius in talibus, secundum legitimas sanctiones; nam hoc accipiendum de ipso alienationis contractu, non etiam de pacto de non contraveniendo, cum lex non cogat mulierem ad revocandam rem alienatam, nec peccato eam obnoxiam faciat, repetendo; sed velit tantum ejus consensum in alienationem non officere, quo minus actionem in rem exercat, *Auth. Sive à me C. Ad S. C. Vellejan.* Ad *d. l. Non dubium* respondent, illam loqui de ipso contractu in se, non etiam de promissione non contraveniendi illi conjuncta. Quo modo & loquitur *d. §. & generaliter.* Volunt tamen communiter, contractum in privatum commodum prohibitum per leges civiles jure Canonico confirmari, si non sit contra bonos mores naturales.

Q. XVI. An juramentum metu extortum 63
sit servandum? R. Non esse quæstionem de metu sine injuria illato, cum pro certo habeatur, tale esse servandum, quod obligatio, cui accedit juramentum, sit voluntaria simpliciter & obliget, *l. 3. §. 1. l. Si mulier 12. in princ. D. Quod met. causa gest. erit*; ut non obstet metus, quo minus juramentum teneat: sed tantum esse quæstionem de metu per injuriam illato, Nam Abbas in *d. cap. 28. nu. 7.* dicit, non obligare juramentum tali metu extortum super actu per legem prohibito. Contrarium tamen receptius, scilicet servandum esse juramentum, si sit super materia capaci, & honestè impleri possit. Quod probatur, *cap. Si vero 8. cap. Verum 15 hoc tit. cap. Abbas 2. & cap. 4. sup. De his quæ vi metus. caus.* ubi per metum injuriæ illatum juramento confirmata dicuntur irritanda, non etiam irrita esse; ut præsupponenda sit obligatio: & ita tenet Covarr. *ad 4. Decret. p. 2. cap. 3. §. 5. nu. 2. post alios, quos ibidem citat, quibus adde* Matth. de Afflictis *Decis. 268.* Suarez. *De juram. 2. cap. 10.* Sanchez. *in Decal. lib. 3. c. 11. nu. 13.* Ratio est, quod nec metus solus, nec sola injuria, nec utrumque simul auferat intentionem & voluntatem obligandi, cum coacta voluntas sit voluntas, & injuria nihil conferat ad minuendum voluntarium: ut non obstante metu injurioso sit verum juramentum, quod consequitur sua obligatio.

Non obstat textus in *cap. 2. hoc tit.* ubi dicitur nullis juramenti vinculis constringi, qui metu coactus juravit: nam dicendum, illis verbis non significari, juramentum illud non obligasse, sed ita non obligasse, quin jurare coactus justam habeat petendæ absolutionis causam, quæ & in isto textu indulgetur.

Nec rectè objicitur, votum metu justo emissum non obligare; ut nec matrimonium metu justo contractum tenere: nam hoc est propter summam eorum libertatem, quam

visum Ecclesiæ in istis permittere, propter status perpetuitatem, in quo coactio difficiles caussaret exitus.

Itaque juramentum servandum, si possit honestè servari, ex parte jurantis saltem, uti dictum de usuris solvendis.

Sic & qui latroni jurato quid dare promisit pro dimissione, tenetur: nam licet per injuriam coactus sit promittere & jurare, juravit tamen, & quod juravit servare potest sine animæ detrimento, proinde cogitur Domino reddere ju-
64 ramentum. * Hinc & relaxatus è carcere sub juramento de redeundo, tenetur redire, non tantum, si carcer sit justus, & justa timeatur pœna mortis; quia res justa est promissa juramento, quod ideo servandum: sed etiamsi injustus sit carcer, aut injusta timeatur mors, cum non vergat in animæ dispendium talis juramenti observatio; imo contineat opus virtutis, ejus verò omissio deceptionem. Nec obstat, quod se offerre morti sit malum, cum subinde liceat ex justa caussa, quàm hic ponit juramentum. Contrarium multis tenet Covarr. alios citans, *Var. Resol. cap. 2. nu. 7.* Navar. similiter alios allegans in *Summa cap. 12. nu. 8.* Suarez. *d. cap. 10. nu. 10.* Sanchez. *d. cap. 11. n. 25.* Quorum opinio potest procedere, quando periculum non fuit prævisum, aut cogitatum: facit enim ignorantia non subesse animum jurandi, atque deficere conditionem, quæ subest, scilicet si sine periculo redire possit. Et licet etiam conscius periculi jurasset, tamen non spectandum, quid fuisset juraturus, sed quid & quatenus juraverit. Uti nec facit, quod, nisi jurasset reditum, in eodem fuisset periculo, quia satis est, quod non juraverit se rediturum cum illo periculo. Vid Malder. *De just. & relig. Tract. 10 c. 6. Dubio 6.*

65 Q. XVII. An juramentum dolosè extortum inducat obligationem? R. Dolum circa rei substantiam irritum ponere contractum. Ratio non est in injuria, quæ in extorquendo juramento intervenit; nam ista nihil facit ad invalidandum juramentum: sed in defectu voluntarii consensus, quem ponit dolus. Circa caussam verò extrinsecam moventem ad jurandum, sive circa qualitatem accidentariam rei juratæ, non irritare, cum non auferat consensum circa rem principalem. De errore idem est judicium, scilicet quod non obliget, quando est circa rei substantiam, quia ponit incognitum, ad quod non extenditur juramentum aut obligatio ex eo; cum error faciat non fuisse jurantis intentionem, comprehendere rem aliam sub sua promissione, quàm propositam sive intentam. Neque sufficiet in generali esse intentionem jurandi, cum debeat esse in particulari.

Videtur dictis obstare, quod in *Auth. Sacramenta puberum Cod. Si adversus vendit. & in c. Quamvis De pactis in 6 & d. c. 2. h. t.* comparetur dolus & metus; ut, si ille faciat non tenere juramentum, idem de hoc sit dicendum, cujus tamen contrarium paulò antè probatum. Sed dicendum, non æquiparari ibi dolum & metum quoad totale impedimentum, sed tantum quoad effectum, habita proportione impedimenti ex parte consensus: quem dolus quidem totum aufert, caussans sine eo iter involuntarium, atque ita ipsius juramenti effectum omnino impediens; metus verò caussat quidem involuntarium, sed secundum quid tantum: relinquit enim absolutum consensum, cum neque tollat cognitionem ex parte intellectus, neque ex parte voluntatis illam cogat, sed potius inclinet ad consentiendum in aliquid: quia tamen sed ipso metu nollet is, cui infertur, datur facilis absolutio. Vid. Suarez, *d. lib. 2. c. 11.* & Sanchez *d. c. 11. nu. 38.*

Q. XVIII. An enormissima læsio, quæ subierat tempore præstiti juramenti, faciat ei contravenire posse? R. Ita aliquos sentire, quos citat Gutierrez. *ad d. Auth. Sacramenta, nu. 96.* propter dolum in re, qui subest: veriorem tamen & securiorem in animi judicio esse sententiam contrariam, scilicet reum non posse contravenire juramento ante petitam absolutionem, quod dolus talis non auferat consensum, sed det justam caussam petendi absolutionem, juxta *c. 1. h. t.* Covarr. *ad d. c. Quamvis p. 3. §. 4. nu 5.*

Effectus juramenti, habentis supra dictos tres comites, est, quod omnino sit servandum ab eo, qui præstitit, *ut passim h. t. & c. 1. & 3. sup. De pactis*: ubi pactum servari præcipitur, ut multo magis servandum sit juramentum, quod ponit firmiorem obligationem, respe-

respectu Dei in testimonium vocati, ut violatio ejus non fiat sine gravi peccato, si res sit gravis.

69 Quæritur autem, An violatio juramenti super re levi ponat reatum mortalem? R. Non esse quæstionem de juramento assertorio, cum inter omnes conveniat, illius falsitatem ponere peccatum mortale, etiam posita materia levissima; quia Deum adducere in testem mendacii, est gravissima injuria, abstrahendo à quacumque materia, cujus levitas est accidentaria ad gravitatem malitiæ juramenti, nec deminuit illa id, quod per se est in objecto perjurii, formalem scilicet in ordinationem inventam in tali materia, respectu talis peccati. Ut non obstet, quod de furto objici posset, quod veniale facit materiæ levitas; nam illa deminuit nocumentum per acceptationem rei alienæ, in quo consistit peccatum. Quod & procedit in eo, qui falsum putans jurat, quod in se verum est, quia formaliter jurat falsum. Posset tamen à mortali excusari ex defectu plenæ deliberationis aut inadvertentiæ, qui esse potest tam exiguus, ut excuset saltem à mortali. Hæc ita quoad defectum veritatis. Defectus judicii, modo adsit veritas sufficienter cognita, non ponit semper mortale in jurante, cum levitas materiæ faciat esse veniale tantum, neque enim adducitur Deus in testem falsitatis, & per talem invocationem non agitur contra aliquod Dei attributum, ut macula in eo non ponatur: & licet fiat quid contra auctoritatem Dei, unde peccatum aliquod est, non tamen destruitur ejus Majestas. Idem dicendum de defectu justitiæ, quia nec hic evacuat directè finem juramenti, nec facit Deum testem mendacii, sed ad summum testem rei indecentis, quæ res per se non ponit gravem injuriam. Vid. Suarez. 3. *De Iuram.* c. 4. Sanchez. *d. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 3. *&* 6. Azor. *Instit. moral p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 5. *qu.* 3.

70 Major quæstio est, An violatio juramenti promissorii ex levitate materiæ possit esse venialis? Resp. Ita velle Navarr. *in Manuali c.* 22. *n.* 10. *& cap.* 18. *n.* 7. argumento furti, injuriarum, & similium, in quibus parvitas a mortali excusat: quem & alii sequuntur, dicentes, non implere promissum non esse semper mortale ex parte materiæ, modo à principio juramentum recta intentione sit emissum, ex ratione, quod non sit vocatus Deus in testem mendacii propter rectam intentionem juramentis, ut mentitus esse dici nequeat. Sed non adimplens promissum sub divina auctoritate infidelitatem committere censetur; quæ ut potest ex causa honestante extra vitium esse, ita etiam ratione parvitatis materiæ deminuta, quæ opinio est valde probabilis. Tutior tamen mihi videtur contraria, scilicet ex parte levitatis rei non excusari à mortali pejeratem, quod, uti jam dictum, quantitas materiæ non conferat ad augmentum aut diminutionem peccati, nisi quando ipsa materia est objectum immediatum & per se ipsius peccati, uti in furto & injuriis: hic autem non est materia res ipsa, sed ipsa assertio, quatenus vera aut falsa, in cujus confirmationem DEus adductus: ad cujus reverentiam pertinet, jurans faciat id, quod juravit, qui alias gravis irreverentiæ notaretur, quia quantum in se est, faceret DEum esse testatum falsum. Covarr. 1. *Variar. Resol. cap.* 1. *n.* 2. qui in argumentum hujus opinionis adducit *c.* 6. *h. t.* in quo, qui juravit usuras solvere, cogitur Domino reddere juramentum; licet ea res habeat parum utilitatis, cum solutas condicere possit solvens, & accipiens teneatur eas restituere. Potest tamen causa excusans peccato subesse, propter tacitam conditionem, aut mutationem circa promissum: v. g. si quis juraverit se redditurum depositum gladium repetenti, non tenetur eum reddere furioso postea facto aut ebrio, *arg. l. Bona fides* D. *Depositi.* Cicero *lib.* 3. *de offic.* Seneca 4. *de benef. cap.* 10.

Effectus itaque juramenti est, ut omnino 71
servandum & implendum sit, etiamsi non exigat is, cui juratum, quando nimirum absolutam ponit obligationem, v. luti, Juro, quod decem dabo Kalendis Martiis: nisi actus promissus exactionem involvat, v. g. si quis juraverit se mutuum daturum Titio; intelligitur enim, si petierit.

Quæri hic potest, An juramento satisfiat 72
compensando? R. Communem Canonistarum opinionem esse, non satisfieri, ut videre

est ex Covarr. *De pactis p. 1. §. 4. n. 15. per text. in c. 7. h. t.* Contrariam tamen esse veriorem, nixam ratione, quod nil interfit; compensetne quis, an solvat, *l. 4. D. de Compensat.* Paria enim sunt quoad effectum, *l. Si debitor D. Qui potiores in pig. hab.* ex paribus autem quid fiat nihil interest. Nihil facit *d. c. 7.* quia tantum in genere dicit, non posse eo casu pignus repeti ante solutionem, ut non possit videri exclusa compensatio, cum Pontificis non sit alia mens, quàm non posse repeti pignus ante satisfactionem, quæ contingit compensando: ibi autem necdum satisfactum, qui non constat tot fructus perceptos, qui sortem adæquent. Covarr. *d. loco.* Hæc ita, si simpliciter quis juravit solvere, nihil de reali traditione cogitans; nam aliàs non satisfieret juramento per compensationem, quia diversa est à reali solutione. Vid. Suarez. *lib. 2. De Iuram. c. 37.* Sanch. *d. lib. 3. c. 17. n. 15.*

73 Q. II. An jurans rem semel promissam commutare possit? R. Non posse, invito creditore: sequitur enim juramentum naturam contractus, cui subjungitur, qui est in specie adimplendus; ut non sit licentia debitori commutandi rem promissam in aliam etiam meliorem, *l. 2. §. 1. D. Si certum pet.* neque enim jus alicui quæsitum auferendum. Facit, quod juramentum obliget ad id, quod juratum hoc autem non facit aliud agens, vel dans, licet æquivalens, aut melius, Dico, invito creditore; quia ex consensu ejus potest fieri commutatio, non solum in melius, sed & in minus potest enim quilibet sibi præjudicare. Vid. Gutierrez. *De Iuram. p. 3. c. 6.* Suar. *lib. 3. c. 36.*

74 Q. III. An juramentum per Procuratorem præstitum obliget dominum? R. Certum esse hoc juramentum per procuratorem præstari posse, & non obligantem, sed eum, cujus nomine juratur, qui per alium agens ipse agere videtur. Quo facit, quod matrimonium rectè per alium ineatur, obligetque ipsum mandantem, non etiam procuratorem, ut dicetur infrà lib. IV. Opus est tamen speciali mandato, & jurandum in animam mandantis: nam si citra mandatum & in animam propriam quis juraverit, non alius quàm jurans obligari posset. Ubi & opus est, non sit revocatum mandatum, tunc enim juramentum non teneret mandantem, modo revocatio ante ad notitiam procuratoris pervenerit, aliàs obligaretur mandans, saltem in foro exteriori, excepto matrimonio, *c. fin. De procurat. in 6.* in quo non tenetur ad matrimonium complendum per procuratorem initum, quem antè pervenit mandati & consensus, licet mutatio non pervenerit ad notitiam procuratoris. Ratio est in libertate matrimonii.

Q. IV. An juramenti obligatio transeat ad hæredes. R. Ad successorem ejus, cui juratum, transire. Pro qua parte adducitur textus in *c. Veritatis 14. h. t.* & facit decisio *l. si pactum 9. D. de pactis*, ubi pactum cum aliquo factum intelligitur etiam pro hærede factum: unde pro regula receptum, contrahentem non sibi tantum, sed etiam hæredi cavisse censeri. Sic & juramentum fidelitatis præstitum domino feudi censetur & præstitum ejus successori. Ad successorem autem ejus, qui juravit, minimè transire, habet communis resolutio, quod contineat personale vinculum, ipsum jurantem duntaxat stringens, non etiam alium. Covarr. *De pactis, 1. §. 5. n. 11.* Ratio diversitatis est, quod posteriori casu sint plures distinctæ personæ, ut unius facti alterum non tangat, priori verò casu plures personæ sint objectum juramenti, quod ipse jurans intendit: nisi de contraria mente constet, quod scil. tantum personæ se adstringere voluerit, non hæredi ejus. Licet autem non teneatur hæres jurantis ex ejus juramento, tenetur tamen ex ejus promissione, cum succedat in omne defuncti jus activè & passivè, *l. Ex contractibus 49. D. de obligat. & act.* Si tamen promissio sit valida, & alteri jus contulerit; nam aliàs per se spectata non tenebit hæredem, ne quidem vi juramenti, cujus obligatio cum actore est finita.

Q. V. An actio ex juramento promissorio detur? R. Verius esse, nec dari jure civili, quo juramentum non est modus inducendæ obligationis, nihil obstante *Nov. Leonis 72.* quia non recepta; nec jure Canonico, quod nullibi patet actionem dedisse. Nec facit, quod servari jusserit, neque enim hoc tam per actionem, quàm per officium judicis Ecclesiastici, ad evitandum perjurii peccatum, *c. fin. de procurat. in 6.* quod tanto est gravius, quo sanctius est id, per quod temerè juratum. Vide de hoc plura *D. h. t. n. 86.*

Dicta

Dicta de effectu juramenti procedunt, nisi materia promissa sit extincta, aut facta impossibilis, quia ad impossibilia nulla est obligatio; aut turpis, ex eadem ratione: si conditio, quæ suberat, etiam tacitè non fuerit impleta, aut ei contraventum, quia non servanti conventa non est servandum juramentum eo nomine præstitum.

78 Facit & partis, cui res promissa, remissio cessare ejus obligationem, quia quisque juri suo renuntiare potest. Nihil facient, quòd in testimonium sit adductus Deus, hoc enim quatenus pars vult, cui res promissa cedit: nam si alteri cedat, nihil operabitur remissio eius, cui factum juramentum, veluti pauperi date eleemosynam, ingredi Religionem, cum non in gratiam eius, cui juratur, sed tertii Deus vocetur in testem, ut sine periurio nequeat contravenire jurans. Vide dicta *D. h. t. num.* 88.

Facit item relaxatio per superiorem (eius e-
79 nim auctoritas semper censetur excepta, *c. Veniens 19. h. t.*) cessare juramenti effectum. Talem esse summum Pont. extra dubium est. Idem etiam competit Episcopis, & habentibus Episcopalem jurisdictionem. Covarr. *De pactis p. 1. §. 3. n. 14.* Inferioribus non competit ea potestas, nisi fortè tamquam Confessoribus vi Bullæ aut privilegii, quatenus non subest tertii præjudicium. Videtur autem requiri causa, ut læsio, gravis metus, *c. Si verò 8. h. t.*

Ubi quæsitum, An potestas civilis sive tem-
80 poralis possit juramenta relaxare? R. Negare hoc Covarr. *d. loco n. 22.* ex ratione, quòd iuramentum ponat vinculum spirituale, cujus relaxatio spectat ad actum spiritualis potestatis, non etiam civilis, quæ se non immiscet spiritualibus, *c. fin. de foro compet. in 6.* Dici tamen potest, Principem posse relaxare juramentum præstitum alteri homini. Probatur ex eo quòd privatus homo, cui est juratum, possit illud relaxare & remittere: ut etiam Princeps posse debeat, ubi causa concurrit, quæ facit Principem etiam posse alteri jus suum etipere. Et hoc, quando agitur de relaxatione per modum condonationis, quæ fit ex parte hominis, cui facta promissio; non si agatur de relaxatione, quæ fit ex parte Dei, quæ spectat ad spiritualem potestatem. Vid. Barbosa *ad l. Titia 35. D. Soluto matrim.* Suarez *De juram. lib. 2. c. 38. n. 6. & c. 41. n. 14. & 17.*

Irritatio iuramenti spectat ad eos, qui ha- 81
bent jurantes subiectos suæ potestati aut gubernationi, ut sunt parentes, mariti, Prælati regulares, quibus etiam competit ius irritandi vota suorum, quatenus iis præjudicant, ut dicetur infra, *tit. de voto.* Hæc ita de iuramento promissorio. Ab assertorio non potest absolutio peti aut dari, quia parti jus est quæsitum, cui per absolutionem aut relaxationem iniuria fieret.

Quantùm ad interpretationem iuramenti, 82
illa facienda potissimè secundùm naturam actus cui adiungitur, *l. fin. Cod. De non num. pec.* Juramentum enim ex se non mutat vel auget naturalem obligationem actus, sed tantum illi addit religionis vinculum, quatenus actus natura non est exclusa, ut in *c. ex rescripto 9. h. t.* ubi mulier, quæ jurato fidejussit, non potest uti beneficio S. C. Velleiani, quod istud non compatiatur iuramenti vinculum, qua de re videatur Covarr. *De pactis p. 2. §. n. 8.*

Strictè autem interpretandum iuramentum; 83
non obstante, quòd concernat favorem religionis: nam cum hæc obligatio pendeat ex voluntate jurantis, verosimilius est eum voluisse quàm minimùm se obligare. Talis enim interpretatio sumi solet, quando agitur de inducenda obligatione, Abbas in *c. cum Clerici in fine inf. de verb. signif.* Quò facit decisio *c. pen. h. t. & c. 1. eod in 6.* ubi juramenti de servandis statutis ea fit interpretatio ut non extendatur ad ea, quæ postea sunt statuta. Vid. Suar. *De juram. lib. 1. c. 11. n. 17.*

Habet & juramentum eam interpretatio- 84
nem, si res in eo statu maneat, *c. Quemadmodum 13. h. t.* Accipiendum item juxta verosimilem mentem jurantis, prout propria & communis fert significatio verborum.

Unde quæsitum, An juramentum dolosum 84
vel simulatum induceat obligationem; Resp. Pro affirmativa facere *can. quacunque XXII. q. 5.* qui dicit, quacumque arte verborum quis juret, Deum tamen, qui conscientiæ est testis ita hoc accipere, sicut ille, cui juratur, intelligit. Facit & regula, quod dolus & fraus sua nemini debeat prodesse. Contrariam tamen sententiam videri probabiliorem, scilicet accipientem per fraudem & dolum

verba

verba in alio sensu, quàm præseferunt, & quam accipiuntur ab eo, cui juratur, atque intentionem suam accommodantem ad significationem & sensum à se intentum, non obligari ex vi juramenti directè ad implenda verba, juxta sensum ejus, cui juratur, sed proprium tantum. Probatur per textum generaliter loquentem *in can. Humanæ, aures XXII. qu. 4.* ubi non verba, sed intentio & voluntas consideranda dicitur, cui verba deserviunt, non contra; ut cum intentio hic desit, vel limitata sit, non possit aliam producere obligationem, quam intentam.

Nihil obstat *d. can. Quacumque*, quia non loquitur de effectu inducendi obligationem, sed committendi culpam, quoad Deum, in quem propter fraudem commissam peccatum est. Nec patrocinatur hic fraus sua doloso, cum graviter peccet; & commodum temporale interdum quidem ex dolo suo aut maleficio quis reportat, de facto potiùs, quam de jure, ut vult reg. allata. Nihil etiam facit quod dictum supra, intendentem jurare cum intentione se non obligandi, nihilominus obligari, quia ibi est voluntas jurandi, quam tamquam causam sequitur obligatio ut effectus: hic autem voluntas deest, vel non alia est, quàm limitata, ut non aliàs teneatur jurans.

Denique quæritum & illud, An amphibologiâ uti liceat juranti citra perjurium? Resp. 85 Prudenti viro amphibologiâ uti licere, citra perjurium, ubi causæ necessitas aut utilitas exigit; qualis est, si agatur de salute corporis, de honore, de re familiari, aut alio actu virtutis, cujus occultatio est expediens; modo restrictio mente concepta sit proportionata verbis, & materiæ, de qua agitur, vel talis, quæ si voce exprimeretur, & cum alia orationis parte conjungeretur, congruum & verum sensum efficeret, ex quo apta & convenions responsio resultaret. Sic si petatur rei secretæ revelatio, potest quis jurare, se nescire, cum tali restrictione, ut roganti dicatur, Judici non debitè roganti, aut non competenti licet negare id, quod verum est, subintelligendo, quatenus licere, teneor: & Confessarius eadem restrictione potest negare se audivisse in Confessione alicujus peccatum, ut scilicet docegat. Navar. *ad d. can. Humanæ aures q. 1. & 2. n. 7.* Sic multa leguntur in Sacra Scriptura de Patriarcha Jacob, de Judith, & aliis, imò & de ipso Salvatore, quæ citra restrictionem non possent salvari. Sententia hæc videtur probari *d. can. Humanæ*, qui habet, considerandam esse humanam intentionem, & secundum eam Deum judicare. Nec est, quod dicatur proximus pertæm amphibologiam decipi in foro exteriori, quia causa id permittit, quæ si non subsit, non foret extra reatum jurans. Quo modo judicem competentem judicè rogantem non licet tali amphibologiâ aut æquivocatione ludere, quia iniusta. Cavendum tamen, ne ex isto amphibologiæ usu sumatur nimia loquendi vel jurandi licentia, quia foret contra bonos mores. Citra callidítatem aliud mente agitans aliquid jurans non tenebitur, nisi juxta suum conceptum; serviunt enim verba intentioni, non contrà. Covarr. *De pactis p. 1. §. 5.* Vid. Navarr. *d. can. Humanæ & in Manuali c. 12. num. 8. 9. & 19 &c. 25. num. 41.* Less. *De Iust. & jure lib. 2. c. 42. Dubit. 4. nn. 21. &* Dub. 9. num. 47. & D. Malder. *De abusu restrict. mentalium.* Sunt & aliæ species juramenti, veluti calumniæ, in litem, purgationis, testium, de quibus suis locis.

TITULUS XXV.

De Exceptionibus.

SUMMARIUM.

1. *Exceptio quid?*
2. *Divisio exceptionum varia.*
3. *Præcipua est in reales & personales, & harum in dilatorias & peremptorias.*
4. *Exceptione qui uti possint.*
5. *Dilatoria quando proponenda.*
6. *Quando peremptoria.*
7. *An & post sententiam, & à quibus?*
8. *Pluribus exceptionibus reo uti permissum.*
9. *Exceptioni opponitur replicatio, & huic duplicatio &c.*

IMpleta actoris intentione, ad exceptionem admittitur reus. * Quo nomine latius sumpto venit quævis defensio; stricte autem exclu-

excluſio actori opponi ſolita, ad excludendum id, quod in intentionem condemnationemve eſt deductum, *l. 2. l. Exceptio 21. h. t.* Juris gentium eam eſſe verius eſt, cùm ſpectet ad defenſionem ſui, & ſic excluſiva actionis, quæ origine eſt juris gentium. Abbas *hic in rubr.* Cujus autem juris eſt actus, ejuſdem & eſt diſtractus.

2 Variè dividitur, Aliam juris, aliam facti quidam ponunt: quæ diviſio non ſubſiſtit, cum exceptio facti propriè non ſit exceptio. Eſt enim Excipere actionem excludere, quod non competit iſti exceptioni, per quam negatur actio eſſe. A cauſa efficiente alia eſt Civilis, alia Prætoria, quæ diviſio ſpectat ad jus civile, de qua actum *Inſtit. eod.* Alia juſta, alia injuſta.

3 Præcipua diviſio eſt, quòd aliæ ſint Reales, quæ rei cohærent, eamque ſequuntur, danturque non tantùm principali, ſed & fidejuſſori, mandatori; aliæ Perſonales, quæ dantur intuitu perſonæ, aut cauſæ, eamque non egrediuntur, *l. 7. D. eod.* Hæ aliæ ſunt Perpetuæ & Peremptoriæ, aliæ Temporales & Dilatoriæ. Illæ ſemper objici poſſunt in qualibet litis parte, unde Perpetuæ dictæ, & tollunt, perimuntque omninò actoris intentionem, unde dictæ Peremptoriæ, ut doli mali, metûs, erroris, & ſimiles. Hæ non perimunt ipſam actionem, ſed ſuſpendunt & differunt ad tempus, quæ poſtea utilis, unde dictæ Dilatoriæ & Temporales, cujuſmodi eſt pacti de non petendo ante tempus *Inſtit. h. tit. §. temporales.*

4 Spectat exceptio, uti dictum, ad ſui defenſionem, ut ab ea proponenda nemo arceatur: adeò ut etiam excommunicato liceat excipere, *c. 5. h. t.* uti & ab appellationis proſecutione non repellitur reus per exceptionem excommunicationis, *c. Significaverunt 11. h. t.* Sic & recuſat judicem, *d. c. 5.* licet agere illi non permittatur, in odium excommunicationis, ut citius ad cor redeat, & ne quis cogatur cum eo communicare cum periculo animæ, *c. Exceptionem 12. h. t.* Ut ei agenti rectè opponatur exceptio excommunicationis, etiam ab eo, qui cum eo ſcienter communicavit; qui etſi deliquerit, non removetur tamen ab hominum communione, *cap. 2 h. t.* Quòd ſi pars exceptionem omiſerit, judicis incumbit officio eamdem repellere, *d. c. 2.*

Habens plura beneficia, contra alium de pluralitate excipiens, minimè eſt audiendus, *c. 3. h. t.* cùm quod in ſe quis probat, non debeat in aliis reprobare; ut & è contra conſonum juri & viri boni officio, quod in alio reprobat, in ſe non probare, juxta tit. D. *Quod quiſque juris in alium ſtatuerit, &c.*

Quod ad tempus exceptionum proponendarum attinet, id diverſum eſt. Nam dilatoriæ pleræque ante litis conteſtationem ſuns proponendæ, cujus & ingreſſum impediunt, *l. pen. C. h. t. & l. fin. D. eod.* quia reſpiciunt ea, quæ judicium potiſſimum conſtituunt, perſonas ſcilicet locum, tempus: quo jam conſtituto, præpoſterè proponerentur, cum pars iis renuntiaſſe videatur, ante litem, aut intra terminum à judice aſſignatum eas non proponendo, *c. 4. h. t.* niſi poſtea ex nova cauſa emerſerint, aut juſta ignorantia obfuerit juramento aſſerta, aut de iis poſtea proponendis proteſtatus ſit reus, *d. c. 4.* aut judicium reddatur retrò nullum. Quo modo falſi procuratoris exceptio etiam lite currente opponitur; neque enim ſententia talis dominum ligaret, cum inter alios acta aliis non præjudicent. Proponitur & excommunicationis exceptio quandocumque *d. c. 12.* ex ratione paulò ante dicta. Has etiam ante judicium probandas eſſe eſt verius, ne reſpondendo in judicem conſentire, agentiumve perſonas approbare videatur reus, *Gloſſa & D. D. in l. Exceptionem 19. Cod. de Probat.* 5

Dixi, pleræque quia, ſunt & dilatoriæ exceptiones ipſam cauſam reſpicientes, quæ poterunt & poſt litem cœptam objici, & probari, cum non videatur reus in ullo ſibi præjudicare, ante litem non proponendo; cum ea, quæ cauſam concernunt, non niſi conſtituto judicio ſint proponenda & tractanda.

Hinc peremptoriæ poſt litem cœptam proponuntur, quia judicium conſtitutum concernunt, *l. Si quidem 9. C. h. t. l. Peremptorias 2. C. Sententiam reſcindi non poſſ.* Quædam tamen earum etiam ante litem proponuntur, cujus conteſtationem impediunt, quòd ex earum objectu appareat, aut actionem non competere, aut ſolutum eſſe; cujus ordinis ſunt, rei judicatæ, tranſactionis, juriſjurandi, *c. 1. de litis conteſt. in 6 ubi Gloſſ.* quæ ideo & litis finitæ dicuntur. Ratio eſt, quod 6

præter rem principalem etiam concernant instantiam.

7 Post sententiam ne quidem peremptoriæ rectè objiciuntur, *d. l. Peremptorias*, quia post sententiam nemo pulsatur. Excipitur exceptio S. C. Macedoniani, & Velleiani, hæc favore mulierum, illa odio fœneratorum, ut & post condemnationem proponantur *l. Tamen* 11. *D. ad S. C. Macedon.* quòd non tam sententiam impugnent, quàm executionem. Est & militi post sententiam excipere permissum, *l.* 1 *C. de turis & facti Ignor.* Uti & donatio licet post sententiam opponere beneficium competentiæ, *l. Nesennius* 41. *§. fin. D. de Re jud.* quod non tam sententiæ injustitiam arguat, quam executionis rigorem. Idem quoque videtur dandum patrono, socio, & aliis, quibus est illud beneficium, eâdem militante ratione; quæ & habet locum in compensatione *l.* 2. *C. de Compensat.* Auditur & Clericus post sententiam excipiens, *c.* 3. *inf. de Solut.* Quæ ita procedunt, nisi exceptio ante oppositа à judice facta rejecta; tunc enim ejus oppositio tamquam injusta non impediet, quò minùs sententia transeat in rem judicatam, non oppositâ appellatione, *c. Suborta* 21. *in fine inf. de sent. & re jud.*

8 Potest autem quis non una tantùm, sed & pluribus exceptionibus uti, quia plures defensiones non sunt prohibitæ, *l.* 5. *C. h. t.* etiam diversis, *l. Nemo D. eod.* non tamen contrariis, ne videatur opponens sibi contradicere; nisi alternativè proponantur, & conditionaliter ad tollendam contrarietatem, Zas. *ad d. l. Nemo* Nec obstat, quòd actor una actione tantum experiatur, *l. Nemo* 43. *§.* 1. *D. de R. I.* nam ille paratus ad judicium venit, ideoque apud se rectè statuit, qua actione utatur: reus verò ad judicium imparatus trahitur, qui posset jus suum immeritò amittere, si non nisi uno modo posset se defendere.

Exceptioni contraria est Replicatio, qua actor elidit exceptionem rei; si minùs justa appareat, quàm ut actionem excludat: cui iterum objicitur Duplicatio per reum, per quam tolluntur in replicatione objecta. Eam refutat Triplicatio ex parte actoris, cujus objecta diluuntur per Quadruplicationem rei; & deinceps multiplicantur nomina, quoad objecta hinc inde diluenda veniunt, *Instit. de Replicat.* Est tamen judicis modum præfigere, ne res infinitum abeat.

TITULUS XXVI.

De Præscriptionibus.

SUMMARIUM.

1. *Præscriptio quid?*
2. *Usucapio quid, & cur introducta;*
3. *Requiritur* I. *ad usucapionem possessio.*
4. *Actioni personali quanto tempore præscribitur.*
5. *Res mobiles Ecclesiæ an triennio usucapi possint.*
6. *Possessio debet esse continuata.*
7. II. *Desideratur bona fides.*
8. *Tempus* 100. *annorum an purget malam fidem?*
9. *Dubitans an rectè præscribat?*
10. *Completa usucapione scientia rei alienæ an obliget ad restitutionem?*
11. *Bona fides necessaria etiam in successore.*
12. *Mala fides defuncti nocet hæredi quoad usucapionem.*
13. *Quod & procedit jure Canonum.*
14. *Vitium Prælati non nocet successori.*
15. III. *Titulus justus requiritur ad usucapionem.*
16. *Nec sufficit titulus putativus.*
17. *An titulus sit probandus?*
18. IV *Requiritur res sit præscriptibilis.*
19. *Beneficium Ecclesiasticum non acquiritur præscriptione.*

EXceptionis species est Præscriptio, ut a rectè subjungatur: * estque nihil aliud quàm exceptio temporis, quo alienam rem quis possidet, domino eam vindicanti opposita. Inter hanc & usucapionem olim fuisse plures differentias hodie sublatas, patet ex tit. *Cod. de Usucap. transform.*

Usucapio est adjectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti, *l.* 3. D. *de Usucap.* Introducta est bono publico, ut certa essent rerum dominia, & litium frequentia impediretur, *l.* 1. D. *d. tit.* Quæ ratione & à Canonibus approbata & recepta, atque in foro animæ locum vindicat, si tamen quatuor ad eam concurrant.

Requi-

3 Requiritur quippe Primò possessio, sine qua nulla procedit præscriptio, *c.3. D. R. I in 6.* & quidem per tempus lege definitum, quod in mobilibus est triennium, in immobilibus verò longum tempus, scilicet decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes. Ubi præsens dicitur, qui in eadem provincia cum adversa parte domicilium habet, ut conveniri possit, sive res ibi sita sit, sive alibi, absens verò, qui in alia provincia domicilium habet, *l. fin. C. de longi temp. præscript.* Et hoc quantum ad actionem
4 realem: * nam personali non præscribitur nisi longissimo tempore, quod est triginta annorum, *tit. C. de Præscript. 30. vel 40. annor.* Actioni hypothecariæ non præscribitur nisi spatio quadraginta annorum, *l. 7. C. d. tit.* Quod tempus etiam requiritur in præscribendis rebus Ecclesiæ, *c. 8. h. t.* nisi quod res Romanæ Ecclesiæ gaudeant præscriptione centum annorum, *c. Ad audientiam 13. & 14. hoc tit & ibi* Abbas *num. 12.* Et hoc quoad res immobiles.

5 Quæstionis est, An res mobiles Ecclesiæ usucapi queant triennio? R. Verius esse, illis locum habere triennalem præscriptionem; ex ratione, quod jure civili ita generaliter sit dispositum, & jure Canonico nusquam inveniatur facta mutatio, ut procedat regula in *c. 1. inf. de novi operis nuntiat.* Nec movere debet, quod jura Canonica passim indistinctè requirant quadraginta annos, nam id accipiendum de rebus immobilibus, secundum jus civile, Jason. *in Auth. Quas actiones n. 4. Cod. de SS. Eccles.* Abbas *in c. 1. n. 11. sup. de Restit. in integrum.* Vid. Covarr. *ad c. Possessor de R. I. in 6. p. 2. §. 2. nu. 5.* Less. *de Just. & Jure cap. 6. dubit 7.*

6 Possessio ista sit continua necesse est: nam interruptio, sive naturalis sive civilis, etiam quæ contigit per malam fidem, faciet interrumpi præscriptionem, cum, ut mox dicetur, hoc jure requiratur bona fides toto tempore currentis usucapionis. Censetur continuata possessio, non tantum si apud unum permaneat, donec compleatur, verum & si in alium transferatur, sive titulo universali, sive singulari qua de re *Instit. h. t.*

7 Secundo, desideratur bona fides, quæ est illæsa conscientia, excusans possessoris ignorantiam. Etsi enim bono publico introducta sit usucapio, non est tamen æquum pro lubitu cujusque eam procedere. Non est autem satis in principio bonam fidem adesse, secundum leges civiles, uti dictum, *Instit. de usucap.* sed Canones requirunt toto tempore adsit, *c. fin. h. t.* ex ratione, quod quidquid non est ex fide, peccatum sit; eo gravius, quò diutius detinet infelicem animam, *c. fin. sup. de Consuet.* Standum autem hac in re decreto Canonum, quia agitur de peccato, quod non dimittitur, nisi restituto ablato, *c. Peccatum 4. de R. I. in 6.* Ubi nihil proderit longissimum tempus; neque enim hoc purgare potest malam fidem, cum non tollat peccatum, quod uti dictum non tollitur nisi per restitutionem ejus quod alienum esse dignoscitur, *d. c. 4.*

Quæritur autem, An tempus centum annorum purget malam fidem? R. Covarr. *ad d. c. Possessor p. 2. §. 8. n. 5.* tradere, aliquos id adfirmare, sed improbandam esse eorum opinionem, quod *d. c. Possessor.* dicatur possessorem malæ fidei ullo tempore non præscribere: & *c. Vigilanti 5. h. t.* nulla antiqua dierum possessio juvare malæ fidei possessorem: item *d. c. fin.* in nulla temporis parte debere adesse conscientiam rei alienæ. Quæ loca cum contineant universalem negativam, rectè ex iis colligitur ne quidem immemoriali tempore præscribi posse cum mala fide, propterea quod non purgatur mala fides, atque ita semper maneat peccatum, quod ab initio existens vitiat omnes actus sequentes. Covarr. *d. §. 8. nu. 5.* Abbas *in c. fin. n. 15. h. t.* Alex. *Cons. 113. lib. 1.* Ant. Faber *lib. 7. Cod. tit. 13. defin. 2.* Ut necessarium requisitum semper desit, cum tempus illud supplere nequeat. 8

Q. II. An dubitans præscribat? R. A. dubitante non rectè inchoari præscriptionem, eo quod in principio requiratur bona fides positivè quam non ponit dubium; aliàs exponeret se periculo detinendi rem alienam. Dubium autem superveniens non sistit possessionem inchoatam, præmissa tamen, quantum in se est, omni diligentia super rei veritate: tunc enim procedit Reg. quod in pari causa sit potior possessor. Quo facit, quod præscriptione currente satis sit non intervenire malam fidem, quam non ponit dubium. Covarr. *d. p. 2. §. 7. n. 3.* Fachin. *1. Contr. cap. 65.* 9

10 Q. III. Quid si completâ usucapione possessor intelligat rem fuisse alienam ? R. Non teneri eum ad restitutionem, cum nequeat dici detineri alienum, cujus per justam legem habet sibi adjectum dominium, quæ à Canonibus approbata etiam in conscientia sibi locum vindicat. Covarr. *d. loco p. 3. §. 2. n. 1.* Si tamen hæc res alicujus conscientiam distineat, tutius ille restituet, cum & erronea conscientia peccatum ponat in contraveniente, qui non potest dici agere ex fide, etiamsi res in se nullum peccatum habeat. Covarr. 1. *Variarum resolut. c. 1. num. 2.* Vide dicta D. *h. tit. num. 60.*

11 Bona fides non satis est, in eo sit, qui incœpit usucapere; sed & in ejus successore esse debet, sive is sit singularis, sive universalis. Hac tamen differentia, quod ille etiam possit usucapere, licet auctor ejus non potuerit; hic verò usucapere nequeat, si auctorem ejus impediverit mala fides, *Instit. de usucap. §. diutina.* Ratio diversitatis est, quod ille non repræsentet personam defuncti, non succedat in ejus vitium, sed sua fide nitatur; hic verò repræsentet, & in omne jus defuncti succedat, *l. Cum hæres D. de divers. & temp. præscrip.* Ut rectè dicat Imp. in *l. Vitia C. de acquir. poss.* vitia possessionum à majoribus contracta perdurare, & successorem auctoris sui culpam comitari, quod omnino est extra controversiam, quando hæres vult uti accessione defuncti.

12 Quæstio est, An à se inchoando possessionem perficiat hæres usucapionem, non obstante mala fide, quæ in defuncto fuit ? R. Verius esse, non prodesse illi tempus, etiam in casu, quo non vult uti accessione defuncti, cum dicta loca loquantur simpliciter, & nitantur eo, quod repræsentet defuncti personam & vitium: repræsentat autem etiam non utendo accessione. Ut limitatio ista, nisi velit uti accessione, sit præter mentem legum, cum nihilominus sit hæres, & à defuncto causam habeat. Ut rectè dicatur *d. l. Cum hæres*, exordium bonæ fidei rationem non tueri. Et facit, quod habet *l. 4. §. hæres D. de usucap.* hæredem ignorantia sua non excludere vitia defuncti: quod tamen dicendum esset, si à se inchoando possessionem posset perficere usucapionem, & rem suam facere. Covarr. *d. p. 2. §. 9.* Vide dicta plenius *ad D. hoc tit. num. 62.*

Q. An idem procedat jure Canonico ? R. Indicendum esse; tum quod hac in parte nullibi inveniantur Canones recedere à jure civili; ut procedat decisio *cap. 1. inf. de novi operis nuntiat.* & regula jure civili recepta, quod non possit præscribere hæres id, quod non potest præscribere defunctus, quia personam & vitia ejus repræsentet secundum dicta loca; tum quod teneatur hæres exonerare defuncti conscientiam *c. fin. de sepult.* Et licet persona hæredis non inficiatur delicto defuncti, non potest tamen dari justum initium, cum à defuncto illud habeat, atque ita vitiosum, ut ille habebat, & ita expresse tenet Abbas, *in c. 2. n. 8. & c. 8. diligenti n. 29. ubi vide addit. h. t.* quem & alii sequuntur. Et rectè, cum nec hoc jure possit induci separatio possessionis, quæ fuit penes hæredem, ab ea, quam habuit defunctus, quia jure mutaret caussam suæ possessionis, quod non est licitum. Ubi excipitur hæres, qui inventarium confecit; nam ea res non minus facit hæredem repræsentare personam defuncti, ejusque vitia, cum nihilominus sit hæres, Covarr. *d. §. 9. n. 4.* Et hoc ita accipiendum, quando in defuncto fuit vera mala fides, non etiam si præsumpta aut ficta tantum. Covarr. *ibid. n. 7.* Quod si hæres aliunde quam à defuncto titulum habeat, non obstabit ei mala fides defuncti, cum ejus jure non utatur, *l. an vitium §. 1. D. de divers. & temporal. præscript.*

Q. An vitium defuncti Prælati successorem impediat ? R. Minimè, cum non succedat in jus defuncti, sed novum consequatur ex nova collatione; ut nec vitiis impediatur, atque ita cessante causa impedimenti, cesset & impedimentum, ut tradit Abbas, in *c. 2. n. 8. & c. 4. n. 9. & 2.* Felin *d. c. 4. n. 6.*

Tertio, desiderarur Titulus, qui est justa causa possessionis, seu jus, quo aliquid possidetur, habile ad dominii translationem, si tradens foret Dominus, cujusmodi est emptio, donatio, dos, legatum, & similes tituli, de quibus D. *& Cod. hac in materia.* Hunc lex desideravit, quod injustum videretur non præcedente justa causa, pro cujusque adfectu procedere usucapionem. * Ubi non sufficit putare aliquem, quod justo titulo possideat, si re-

si verò titulo careat, secundum Justinianum *Instit. de usucap. §. error.* Cujus dictum procedit si ex ea caussa, quæ putabatur subesse, possessio non sit tradita, sed alio modo possessor eam nactus, ultrò sibi hanc opinionem ceperit, ut falso existimet sibi donatum, legatum, *l. 1. D. Pro donato.* Nam si ex ea caussa res tradita sit, veluti si hæres ex caussa legati rem tradiderit, quæ non erat legata accipienti bona fide curret usucapio, *d. l. 1. & l. Quod vulgo 11. D. Pro emptore.* Ratio est, quod hoc in casu sit error probabilis, non etiam in illo. Et hoc ita in errore facti, & quidem alieni, in quo tolerabilis est ignorantia; nam error juris usucapionem non parit, *l. Nonnunquam 31. D. de Vsucap.*

17 Quæritur autem. An titulus hic sit probandus? R. In longissimi temporis præscriptione non aliàs probandum esse, quàm si præscribenti obstet jus commune, aut præsumptio Canonis, *c. 1. eod. in 6.* Exemplum est in *c. 7. h. t. & c. Cum contingat 9. inf. de Decimis.* Immemoriale tempus à tituli ostensione liberare, ex eo patet, quod sit locus constituti, *d. c. 1. eod. in 6.* Longum tempus non facit pro titulo præsumi, sed ille probandus est, cum *d. c. 1.* tantum loquatur de longissimo tempore, quod facit pro titulo præsumi. Clarus §. *Feudum q. 19.*

18 IV. Requiritur, res sit talis, quæ præscriptionem non refugiat; quo modo non acquiruntur possessione res filci, *§. res fisci. Instit. de Vsucap.* Quod accipe de tempore longo; nam longissimum, id est quadraginta annorum spatium, contra fiscum currere videtur, quoad res jam adquisitas, per *l. Omnes 4. C. de Præscript. 30. vel 40. annor.* generaliter loquentem. Quod si debeantur quidem, necdum tamen sint adquisitæ fisco, decennium cum bona fide videtur sufficere; imo & interdum quinquennium, *l. 2. C. de Vestigalib. & Commiss.* Covarr. *ad d. c. Possessor. p. 2. §. 2. n. 8.* Ut pœnæ præscribatur, non requiritur bona fides, cum pœna non debeatur in foro conscientiæ ante sententiam Covarr. in *4. Decretal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 31.* Non præscribunt decimas laici, *c. Cum caussam 7. h. t. quæ de re latius inf. de Decimis*: uti nec alias res spirituales, quarum sunt incapaces. Prohibitæ & usucapi res dotales, pupillares. Minoribus non currit longum tempus; uti nec illis, quibus non est agendi licentia, de quibus videatur Glossa in *d. §. res fisci & Cod. Quib. non objic. longi temp. præscr.* Non præscribit etiam subditus obedientiam contra Prælatum, *c. Cum non liceat 12. hoc tit.* Oldrad. *Cons. 254.* Jurisdictio tamen præscribi potest veluti jus Episcopale per inferiorem Prælatum, *c. Auditis 15. & c. 18. h. t.* Contra res coronæ non currit tempus nisi immemoriale, quæ de re latius Covarr *d. p. 2. §. 2. n. 9.* Non præscribuntur etiam procurationes debitæ visitantibus, *c. Accidentibus 11. & c. Cum ex officii 16. h. t.*

Q. An beneficium acquiratur præscriptione. Minimè; cum non possint beneficia obtineri sine canonica institutione, *c. 1. de R. I. in 6.* Triennalis tamen pacifica possessio cum titulo colorato prodest ad exceptionem. Navar. *de Præben. Cons. 3.* Covar. *d. p. 2. §. 10.* Si tamen adsit bona fides; nam aliàs nec in foro interno tutus quis est, nec in foro externo tolerandus. D. Peckius *ad d. c. 1. n. 31. de R. I. in 6.* Videatur hac de re latius Rebuff. *de Pacif. possessorib.* Gomez. *ad Reg. Cancell. de trien. possess. 33.* Est & possessio unius anni in beneficiis; quæ facit contra possidentem non impetrari beneficium: nisi in litteris exprimatur nomen, & aliæ conditiones possessoris, & ex vi impetrationis intra sex menses possessor in judicium vocetur. Rebuff. *De annali poss.* 19

TITULUS XXVII.

De Sententia & re judicata.

SUMMARIUM.

1. *Sententia & res judicata in quo differant.*
2. *Sententia unde dicta & quid.*
3. *Sententia debet esse certa, & conformis libello.*
4. *Iudex conclusionem libelli an egredi possit?*
5. *Sententia qualiter proferri debeat.*
6. *Proferenda à judice competente, non tamen excommunicato.*
7. *Sententia contra Canones lata an sit nulla ipso jure?*
8. *Sententia valet non continens expressum juris errorem.*

9. *Sententia in caussa matrimoniali non transit in rem judicatam.*
10. *Sententia lata ex falsis instrumentis vel testimoniis non tenet.*
11. *Sententiæ effectus est sopire litem.*
12. *Item facere jus inter partes.*
13. *Executio sententiæ concernit Dominum, non procuratorem.*
14. *Executionem sententiæ quæ impediant.*
15. 18. *Sententiæ executio ad quem spectet.*
16. *Iudex loci an de novo cognoscere possit?*
17. *Sententiis duabus latis à diversis judicibus, utra potior?*
19. *Executio quo ordine facienda.*

ALlegatis utrimque probatis, quantum satis videtur partibus, restat, ut jus dicatur à Judice, per sententiam, non interlocutoriam, quæ tantum fertur super aliquo incidenti, sed definitivam, quæ principalem caussam determinat. De ea hic agitur, simul & de
1 re judicata; * quæ duo licet adsinia, diversa tamen sunt. Nam sententia se habet per modum agentis, & non tam negotio quàm instantiæ finem imponit; res verò judicata per modum facti, & controversiam omnino sopitam facit.

2 Sententia dicta, quod Judex quid sentiat super re proposita declaret: quam Cujac. *ad t. Cod. de Sent. & Interloc. om. jud.* describit esse decretum, à Judice competente interpositum, servato judiciorum ordine, de summa vel capitulo quodam litis, continens absolutionem vel condemnationem. Decreti nomen latius patet, sed hic restringitur ad sententiam per verba, *absolutionem vel condemnationem.* Brevius alii definitionem rei controversæ dicunt.

3 Necesse est sit certa, *l. Post sententiam 9. C. de Sent. & Interloc. om. jud. §. curare Instit. de Actionib.* quia alias litem non dirimeret, imo non teneret, *l. pen. & ult. C. de Sent. quæ sine certa quant. pros.* Et hoc, quatenus natura actus ferre, quæ interdum est talis, ut incerta sit ferenda, veluti si fructus petantur, ex obligatione alternativa agatur, *l. Ubi autem 75. §. qui illud D. de V. O. Doct. ad d. §. curare.* Sit libello conformis, saltem qualitate, id est aliud non contineat, quam petitum, *l. Ut fundus D. Communi divid.* Quantitate ut respondeat libello non est necesse, cum contingat plus debito peti.

Ubi quæri potest, An judex ita sit adstrictus actioni, ut conclusionem actoris egredi nequeat? R. Hoc videri, per *l. Non potest D. de judic.* & alia jura vulgata, quæ volunt sententiam debere esse conformem libello, & secundum petitionem judicari. Specul. *de Sent. §. 5. n. 35.* Videtur tamen Charondas *5. Resp. 67.* non ita esse adstrictum judicem actioni, quin possit, æquitate postulante, adjudicari actori quid libello ejus non comprehensum, si ex actis pateat deberi, jura *l. Bovem. 43. §. aliquando D. de ædil. edicto.* Quæ quidem posset videri æquum, ad amfractus & multiplicationes litium evitandas; nihil tamen favet ejus sententiæ *d. §. aliquando*, siquidem in eo actio est intentata, quæ alteram continet, secundum quam non potest videri male judicatum, *l. Si is qui hæres 25 §. 1. de Except. rei jud.* Vide dicta *ad D. h. t. n. 47.* Præterea continere debet absolutionem aut condemnationem; neque enim sententia dicenda, quæ non liberat, aut obligat, *l. 2. C. de Sent. & Interloc.*

Ad formam ejus spectat, ut hinc inde allegatis & examinatis, postquam in caussa conclusum, partibus convocatis, proferatur ab ipso Judice, nisi sit persona dignior, *c. fin. eod. in 6.* pro tribunali sedente, ut volunt, per *Nov. de Iudicib. 82. §. sedebunt*: ut major sit attentio, & sedens quasi in solio suæ majestatis judicet justum judicium; idque loco consueto, & ex scripto, nisi sit lis brevis, maximè vilium personarum aut caussarum, *Auth. Nisi C. de Sent. ex peric. recitandis.*

Hoc verò præcipuè desideratur ad valorem sententiæ, ut proferatur à Judice competente, qui jurisdictionem suam aut formam præscriptam non egrediatur, sive is sit ordinarius, sive delegatus. Non sit tamen excommunicatus, quia in tali nulla resi det jurisdictio; adeò ut, si inter delegatos aliquis sit publicè excommunicatus, sententia concidat, *c. Ad probandum 24. h. t.* Denique respondeat ordini ac præscripto juris, aut consuetudini, *c. 2. h. t.* neque enim à jure scripto aut consuetudine recepta recedere illi datur, ut dictum *sup. de Officio jud.*

Unde hic quæsitum, An sententia contra canones lata sit ipso jure nulla? R. Nullam esse

esse, secundum *d. c. 1. h. t.* Cujus decisio vera est, si contineat expressum juris errorem, *c. Cum inter 13 h. t.* Expressum errorem continebit, quando pronuntiatur de jure constitutionis, v. g. decimas in aliena parochia posse præscribi sine titulo: est enim hoc contra *c. 1. eod. in 6.* Alia exempla est videre in *l. 1. § item D. Quæ sententia*
8 *sine appell. rescind.* * Si non contineat expressum juris errorem, sententia valet, ut quando de jure litigatoris pronuntiatur, non etiam constitutionis, *d. c. 13. in fine*, veluti si quis allegato privilegio competente, condemnetur nihilominus, eo tamen non expresso in sententia, *d. § item.* Quæ transit in rem judicatam, si non fuerit appellatum intra decem dies, *c. Inter 20. h. t.* habebiturque pro veritate, *l. Res judicata 207. D. de R. I.* & quidem præsumptione juris & de jure, ut postea nihil amplius quæratur, *l. Post rem D. de Re judic.* & probatio in contrarium nulla admittatur, etiam per instrumenta de novo reperta, *c. Suborta 21. h. t.* Quod imputet sibi læsus, qui passus est sibi labi appellationis terminum.

9 Excipitur causa matrimonialis, in qua non transit sententia in rem judicatam, *c. Lator 7. c. Tenor 11. & c. 2 h. t.* etiamsi bis confirmata fuerit, & terminus ad provocandum sit lapsus. Ratio est, quod in reliquis aliquid operetur consensus non appellantis, *c. Quod ad 25. h. t.* in causa verò matrimoniali consensus partis non appellantis nihil faciat ad matrimonii validitatem aut invaliditatem, quia foveret peccatum in dissolvendo matrimonio legitimè contracto, aut confirmando illegitimè initum. In publico quoque negotio ex nova causa permissum uti instrumentis novis, *l. Imperatores 35. D. de re judic.* Excipitur & sententia lata ex juramento necessario, qua de re *sup. tit. 24. & D. h. t. num. 17.* * La-
10 ra item est falsis instrumentis, *c. Cum l. & A. 22. h. t.* Ratio est, quod per ejusmodi sit circumscripta judicantis auctoritas, ut sustineri nequeat ab eo prolatum; quatenus tamen probatur judex talium instrumentorum fidem secutus ita pronuntiasse, *l. 3. C. Si ex falsis instrum.* Idem juris dandum sententiæ latæ ex falsis aut corruptis testibus, *c. 9. cut 9. sup. de Testib.* eâdem suffragante ratione, si judex per eos motus ita pronuntiârit, *l. Divus 33. D. de Re jud. & dixi hac de re latius D. eod. tit. num. 53. 54. & 55.* Denique retractari potest sententia, si causa sit, quæ Pontificem aut Principem moveat, ut in *c. 7. sup. de Dolo & Contumacia.*

Effectus sententiæ est, sopire litem & con- 11
troversiam, *c. 2. h. t.* saltem quoad instantiam, ita ut Judex eam retractare nequeat, quippe functus suo officio, sive æquam sive iniquam sententiam dixerit, ut in ea causa Judex esse desinat, *l. Iudex 55. De re jud.* Quæ tamen ad causæ consequentiam spectant, ea omissa eodem die supplet, *l. Paulus 42. D. h. tit.* Si sententia fuerit nulla, cum suo officio non sit functus judex, ex integro causam cognoscere non prohibetur, *l. 1. C. de Sent. & Interloc.* Et hoc quoad definitivam, nam interlocutoriam revocare potest, cum interlocutiones plerumque, ut ait Imp. in *l. 9. Cod. d. tit.* non perimant causam.

Est & sententiæ effectus, jus facere inter 12
eos, inter quos lata; neque enim aliis nocent inter alios acta, *tit. Cod. inter alios acta vel jud. aliis non noc.* Hinc contra unum hæredem lata non obstabit alteri, qui in judicio non fuit, *l. 2. Cod. Quib. res judic. non nocet, ubi ea de re agendi plenior est locus*; nisi jus ejus, qui non egit, dependeat à jure ejus, qui egit, *c. pen. h. t. Papinianus 8. § 16. D. de inoff. testam. & l. Sæpè 63. D. de Re jud.* aut is, qui primus habet rei controversæ defensiones, patitur agere sequentem *d. c. pen. & d. l. Sæpè.* Sic creditor passus debitorem agere super proprietate pignoris, maritus socerum vel uxorem super re dotali, emptor venditorem super re empta, sibi præjudicant. Ratio est, quod tales videantur consentire judicato; dummodo sciat causam agi is, cui primæ competunt partes. Covar. *Pract. Quæst. c. 13. n. 7.* Falli tamen hoc variis casibus, de quibus Glos. in *d. c. pen.* Vide dicta ad *D. h. t. n. 131. & seqq.*

Ad executionem sententiæ quod attinet, 13
illa dominum concernit, cum, licet condemnatio fiat in personam ejus, qui litem est contestatus, procuratoris scilicet, *l. 1. C. de Sent. & Interloc.* qui contestando litem fit ejus Dominus, actio tamen judicati & Domino detur & in Dominum, in ejusque bona fit executio, cum ejus agatur negotium. Est autem perpetua, etiam in hæredem competens, ad

ad hoc,ut judicato satisfiat . *l. Miles 6. in fine* D. *de Re judic.* & quidem in continenti parata in realibus : in personalibus quatuor menses dantur reo,*l.2. C. de Usuris rei jud.* Quod tempus prorogari ex causa potest, *l. 4. §. Si quis D. de Re jud.* * Impedit tamen executionem privilegium competentiæ , *l. Sunt qui 16. D. de Re jud.* Uti & oppositio nullitatis , falsitatis in continenti probandæ : nam cum executio fiat summariè,*l. A divo Pio 15. §. si super rebus D. de Re jud.* non admittit exceptiones , quæ altiorem indaginem requirunt, *l. 3. §. ibidem* D. *Ad exhiben.* Impedit & eam restitutio in integrum, *l. 1. C. Si adversus sent.* appellatio *de qua tit. seq.*

15 Spectat plerumque executio ad judicem,qui sententiam tulit, si reus sit ejus fori: aliàs missionem in bona decernet, cujus executio committenda judici loci,ubi bona sita,*c.1.§. contrahentes,de Foro compet in 6.*

16 Ubi quæritur , An judex loci possit causam de novo cognoscere ? R. Non videri : foret enim elusoria prior sententia. Audire tamen exceptiones super nullitate,super falso,illi permissum,non tam ut judicet, quàm ut remittat, *l. Si Prator 75. D. de Iudic. c. 5. ubi* Innoc. *h. t.* Permissum & illi audire exceptiones, quæ post sententias competunt,ut solutionis , & similes, de quibus non judicatum. Guido Papæ *decis 574.*

17 Quid si contingat duas à diversis ferri sententias, utra erit potior ? Si ad diversos spectet causæ cognitio jure ordinario , illam prævalituram, quæ pro reo est , quia favorabilior ejus causa,nisi sit evidenter iniqua, aut agatur causa favorabilis,vel pia,ut matrimonii, dotis, &c. *c. fin. h. t.* Si verò ad plures spectet jure delegationis,ab arbitrio pendere delegantis , utra approbetur,quia jurisdictionem non suo, sed delegantis nomine exercent. Ab arbitris latam neutram habere vigorem,*d. c. fin. & l. Diem §. si plures , D. de Receptis qui arbitr.* quòdiis nulla sit auctoritas,& inter partes non sit actum , cui eo casu sit standum.

18 Ad executionem faciendam quòd attinet, illa spectat ad judicem ordinatium , aut etiam delegatum , *c. Quarenti 26. sup. de Off. jud. deleg.* non etiam ad datum , cui tantùm est commissa causæ cognitio non etiam est jurisdictio. * Facienda primò in mobilibus, ut quàm minimum noceatur reo. Quibus deficientibus veniendum ad immobilia, *d. l. A divo Pio 15. §. 2 D. de judic. secundum ea,quæ ibidem dicta sunt n. 147. & seqq.*

TITULUS XXVIII.

De Appellationibus, Recusationibus, & Relationibus.

SUMMARIUM.

1. *Appellatio quid ?*
2. *Appellari jure Canonico potest , omisso medio.*
3. *An rectè sic appelletur ad Legatum de latere.*
4. *Finis appellationis.*
5. *Appellatio alia judicialis alia extrajudicialis.*
6. *Appellat quilibet gravatus, & cujus interest.*
7. *A quolibet judice inferiori ad superiorem.*
8. *Laicus non appellat ad judicem Ecclesiasticum.*
9. *Appellat & uterque, actor & reus.*
10. *Utroque ad diversos judices appellante quid juris?*
11. *Ab arbitro an appellare liceat.*
12. *Appellatur à qualibet sententia definitiva.*
13. *Ab interlocutoria quando appelletur.*
14. *Ab executione an appelletur?*
15. *An à sententia lata,in judicio possessorio?*
16. *An à pœna ?*
17. *A pronuntiatione pœnæ appellari potest.*
18. *An à correctione appelletur ?*
19. *Clausula , appellatione remotâ , an tam prorsus removeat?*
20. *Clausula ista in medio posita an adficiat & præcedentia & sequentia ?*
21. *Appellandum vel vivâ voce , vel per libellum.*
22. *Apostoli quid, qualiter & quando petendi.*
23. *Apostoli refutatorii , testimoniales, & inventionales.*
24. *Appellatio quando præsentanda & prosequenda.*
25. *Appellanti à definitiva licet novis allegationibus uti, non ab interlocutoria.*
26. *Effectus appellationis.*
27. *Appellatio ab aliquo incidenti an sustendat causam principalem ?*
28. *Appellatio ab uno interposita prodesse alii.*

29. Sta-

29. *Sententia judicis ad quem an extinguat sententiam judicis à quo?*
30. *Appellationem deserere quis dicatur.*
31. *Appellatio cessat revocato gravamine.*
32. *Ab appellatione recedi potest, invito adversario.*
33. *Recusatio quid, ejusque finis.*
34. *Recusatio quando proponenda.*
35. *Recusatur jure Canonico judex etiam ordinarius.*
36. *An & jure civili?*
37. *Recusatio qualiter fieri debeat.*
38. *An ita suspendat jurisdictionem judicis, ut gesta ab eo sint nulla?*
39. *Appellatione remota an & recusatio remota censeatur?*
40. *Relatio & Consultatio quid?*

TRes sunt hujus Rubricæ partes. Prima est de Appellationibus, per quas sententiarum vis, ne in rem judicatam transeant, suspenditur.

1 Appellatio est transitus à judicio ad judicium, sive ab inferiori Judice ad superiorem gradatim facta provocatio. Dico, gradatim; quia omisso medio non rectè appellatur ad Principem, *l. Imperatores* 21. D. *eod.* quamvis appellatio non sit inutilis, cum ad proximum introducatur, *l. 1. §. si quis* D *eod.* * Jure Pontificio aliter 2 res se habet, quo etiam immediatè appellari potest ad Pontificem Rom. *c. 7. h. t.* ex eo, quod non privativè, uti Princeps laicus, sed cumulativè cum inferioribus communicaverit suam jurisdictionem: ut etiam in prima instantia coram eo inchoatilis à quocumque possit, cum sit omnium Christianorum judex ordinarius. Vide dicta ad *D. h. t. n.* 16. & 17.

Quæritur, An ad Legatum de latere, vel 3 Nuntium cum potestate Legati appelletur, omisso medio? R. Videri non rectè appellari, quod *dicto c.* 7. tantum hoc permittatur in Rom. Pont. propter potestatis præeminentiam, cui ab omnibus deferendum, *c. Antiqua* 23. *in fine de Privil.* ut in eo videatur speciale, atque ideo non extendendum. Contrarium tamen in usu esse tradit Speculator. *de Appellat. §. 4. n.* 15. qui fundatur in eo, quod vices Pontificis gerat. Quo facit, quod in *c. 1. sup. de Off. Legati* dicitur, legationis obtentu causas per appellationem aut querimoniam ad eum delatas audire posse, & debere, propterea quod reputetur ordinarius in Provinciis sibi commissis, *c. 2. de Off. Legati in* 6. Ut cum appellatio ad ordinarium immediatum fiat, etiam ad eum rectè fiat tamquam ordinarium immediatum. Abbas *d. c. 1. n.* 7. Bald. *c. 4. n. 5 sup. de Off. Legati.*

Finis appellationis est, ut innocentibus sub- 4 veniatur, imperitia & iniquitas judicis corrigatur, ne per eum quis lædatur, *l. 1.* D. *h. t.*

Alia est Judicialis, quæ fit à sententia, alia Extrajudicialis, quæ fit ab actibus extrajudi- 5 cialibus, quibus aliquis se gravatum queritur. Sic nominatus ad tutelam, si putet se gravatum propter rejectam excusationem, appellare potest, *l. 1. § si quis tutor D. Quando appellan. sit.*

Appellat quilibet gravatus, etiam cum quo actum non est, si ejus interfit, *c. Cum super* 17. 6 *h. t. & l. 4. § item D. eod.* imo etsi privatim non interfit. Sic pro eo, qui ducitur ad supplicium, tertium appellantem audiri vult humanitatis ratio. *l. Non tantum* 6. *D. h. t.* Excommunicatus appellans non rejicitur, cum ei non sit denegata sui defensio, ad quam spectat appellatio, *c. fin. sup. de Except. & dixi ad D. h. t. nu.* 4. *& seq.* Rejicitur damnatus ex sua confessione judiciali, quæ manifestum reum constituit, *c. Cum speciali* 61. *§ porro h. t. & l. 1. C. hoc tit.* cum proprio testimonio resistere sit indignum, nisi allegetur causa erroris, *arg. l. Generaliter* 13 *C. De non num. pecunia.* Non auditur etiam qui expresse vel tacitè renuntiavit appellationi, gerendo aliquem actum coram Judice à quo *l. fin. §. fin. D. de Temporib appellat.* Standum enim est pacto *l. 1. §. 3. D. A. quib. appell non licet.* Idem in eo, qui juravit stare judicio Ecclesiæ, *c. Ad hæc* 20. & 21. *h. t.* nisi læsionem ostenderit, *d. c.* 20. *& ibi Gl.* Rejicitur & ille, qui non detulit appellanti in eadem causa, *c. An sit* 42. *h. t.* ex ratione regulæ: Quod quisq; juris in alium &c. Ut & ille, qui tres conformes sententias contra se habuit, *c. Suanobis* 65. *h. t. & tit. Cod. Ne liceat in una eademq; causa tertiò appell.* Ratio est, tum ut sit aliquis litium finis; tum quod præsumptio sit pro tribus conformibus sententiis, quibus acquiescendum. *Clem fin. h. t.*

Appellatur regulariter ab omni judice, & 7

delegato & ordinario, ad superiorem, non etiam ad Inferiorem, qui non potest corrigere defectum superioris; nec ad parem, cui non est jurisdictio in parem. Hinc à Pontifice non appellatur, non à Principe, non etiam à sententia Præfecti prætorio, *l. 1. C. de Sent. Præf. prat.* ne ejus explorata fides in dubium vocetur; cujus loco hodie habentur suprema Concilia, supplicare tamen contra eam licet Principi intra bi-
8 ennium, *d. l. 1.** Laicus non appellat ad Judicem Ecclesiasticum, cum non sit ejus superior; nisi fortè ex defectu justitiæ, aut nisi judex sæcularis sit subjectus Ecclesiastico judici, *c. Si duobus 7. §. fin. h. t.* aut Ecclesiasticus temporalem jurisdictionem exerceat, & caussa controversa ejus sit fori, *c. 3. §. debet eod. in 6.* Facit & consuetudo à laico ad Ecclesiasticum appellari, *d. §. fin.* A delegato ad caussam specialem appellatur ad delegantem, non etiam si universitas caussarum delegata fuerit, *c. Super 27. sup. de offic. deleg.* Quo modo non appellatur ab Officiali ad Episcopum, *c. 3. eod. in 6.* Ratio differentiæ est, quia hoc in casu idem est tribunal delegati & delegantis; ab eodem autem ad eumdem non appellatur: illo verò casu non est idem tribunal.

9 Appellatur autem non tantum ab uno, sed & ab utroque, si uterque læsum se conqueratur. Quod licet non sit necesse, cum unius appellatio faciat caussam ad superiorem transire, consultum tamen, ne alteri præjudicet suum silentium.

10 Ubi quæritur, Quid juris sit, utroque appellante ad diversos judices? R. Non esse locum huic quæstioni nisi jure Pontificio, quo etiam immediatè appellari potest ad Rom. Pontificem. Eo itaque casu appellantem ad Pontificem esse potiorem altero appellante ad ordinarium; decisum *d. c. Si duob. 7. in princ.* propterea quod is sit ordinarius omnium Christianorum, etiam in prima instantia, & ejus tribunal majus. Quod aliqui putant procedere, si prius ad Pontificem sit provocatum, non etiam si prius ad ordinarium. Minus rectè, cum etiam postea interposita appellatio ad Pont. prævaleat ei, quæ interposita ab altero ad ordinarium, quia textus in *d. c. 7.* indistinctè loquitur, & ratio, quæ in majoritate tribunalis consistit, cui cedit minus, *l. Contra 54. in fine D. de Re jud.* etiam hoc casu militat, quando nimirum appellatio est permissa ad majus tribunal; ut in casu præsenti, quo appellatio ad ordinarium erit futura sine effectu, nec poterit ille se immiscere: qui tamen ignarus appellationis interpositæ ad Pont. rectè coget alteram partem ad comparendum coram se, quam & contumacem, subticentem se ad Pont. appellasse, puniet.

Quæsitum & illud, An ab arbitro appellare liceat? R. Non licere, jure utique civili, *l. 1. Cod. de Receptis arbit.* sive adjecta sit pœna compromisso, sive non: tum quia per appellationem suspenditur jurisdictio, quæ nulla in arbitro; tum quia sententia arbitri non aliàs obliget, quàm si expressè vel tacitè lapsu decem dierum sit comprobata, *l. 5. Cod. d. tit.* Ubi parti imputandum, quod intra istos dies non contradixerit. Si tamen ex consensu partium à Præside sit datus judex, ab eo appellari poterit, *l. Ex consensu 23. D. h. t.* Ab arbitramento arbitratoris, cum petatur reductio ad arbitrium boni viri, ob læsionem, appellationi locus esse nequit, *l. Societatem 66. in fine D. Pro socio.* Idem obtinet de jure Canonico, cum non pateat hac in parte quid esse mutatum, imo potius comprobatum, *can. A judicibus II. q. 6. Dixi ad D. A quibus appell. non licet n. 11.*

Appellatur à qualibet sententia definitiva, valida tamen, quia appellatio habet vim suspensionis ejus, quod sub. st: nihil autem subest, si sententia non teneat, *tit. C. Quando provoc. non est necesse*, etiam in criminalibus, *l. Ad dictum 19. C. h. t.* in quibus & alius pro invito appellat, ut dictum supra, quod omnium interest innocentes defendi, eosque sponte non perire. *l. 6. D. h. tit.* In crimine notorio neutiquam auditur appellans, ne malitiæ indulgeatur, *c. Cum speciali 61 h. t.*

Ab interlocutoria non appellatur jure civili, nisi gravamen inflictum per definitivam corrigi nequeat, *l. pen. C. Quorum appellatio non recip.* quod præsumat tantum litis differendæ caussâ eam interponi. Jure Canonico ab interlocutoria, & à quovis gravamine appellatur, *c. 3. eod. in 6.* quod satius sit tempori gravamini occurrere, quàm post læsam caussam remedium quærere, non rarò frustrà. Ubi tamen opus est caussæ expressione, ne frustratoriè videatur interposita. Verum eam juris veteris appellandi libertatem restrinxit Conc.

Trid.

Trid. *Sess.* 24. *c.* 20. *de Reform.* non alias permittente appellationem ab interlocutoria, quam habente vim definitivæ, & cujus gravamen per appellationem à definitiva reparari nequit: quod ipsum facti est, ac rei natura ac conditio deregere solet.

14 Q. An appelletur ab executione? R. Neutro jure id permissum esse, *l.* 5. *C. Quor. appell. non recip. &c. Novi ille* 43. *h. t.* quod videatur fieri in fraudem executionis, post approbatam silentio sententiam; cum executor, etsi nova sit persona, juris tamen interpretatione eadem sit cum eo, qui executionem mandavit: cujus factum potius esse intelligitur, quam exequentis, qui tantum habet nudam facti explicationem. Nisi tamen modum excedat, propter gravamen, quod parti infert, *d. c.* 43.

Non appellatur etiam à sententia super juramento lata, propter transactionem, quæ subest, *l.* 2. *D. de Iurejur.*

15 Q. An appelletur à sententia lata in possessorio? R. Ita videri hoc jure, *Clem.* 1. *de sequest. poss.* quo à quolibet gravamine appellari potest Covarr. *Pract. quæst.* 23. *n.* 8. Aliter se rem habere jure civili vult Cujac. *l. unica Cod. de moment. poss.* propter celeritatem reformationis, quam ejusmodi causa desiderat. & quia gravamen in petitorio corrigi potest. Covarr. autem *d. loco vers. Secunda conel.* admittit quidem appellationem quoad effectum devolutionis, non etiam suspensionis, cum velit executionem minimè impediri, Quod quatenus procedat secundum Conc. Trid. dictum paulò antè.

16 Quæritur etiam, An appelletur à pœna? R. Non potuisse olim à pœna legitima appellari, *l. Si quâ pœnâ* 244 *D. de Verb. signif.* Esset enim a lege provocare, cum, ubi de crimine constat, pœna lege definita inferenda veniat, de cujus iniquitate non est quærendum. Comparata enim appellatio juris tuendi, non

17 etiam infringendi gratia. * A pronuntiatione vel declaratione pœnæ appellari potest: cum & is, qui ad supplicium ducitur, appellare possit, & alius pro eo, *c. Cum sit Romana* 2. *in fine h. t.* ubi auditur appellans damnatus rapinæ vel violentæ invasionis, *& l.* 6. *D. eod.* Ratio est, quod declaratio non sit legis, sed hominis: ut non tam de legis iniquitate conqueratur appellans, quàm hominis excessione, nisi appellanti desit justa causa, ut quia delictum est notorium facti evidentiâ, aut confessione rei, *d. c.* 5. *in fine*. Capella Tolos. *dec.* 441. Hodie à pœna appellari potest, cum extra ordinem agatur, & pœnæ sint arbitrariæ, *l. Hodie* 13. *D. à pœnis.* Cujac. *ad c. ad nostram* 3. *h. t. & ad l. aliud fraus* 131. *D. de V. S.*

Hinc deciditur quæstio. An à correctione 18
appelletur? R. In *c.* 3. *h. t.* Religiosis & Monachis, quibus pœna injuncta secundum Ordinis sui regulam, appellationem denegari, quod ejusmodi regula sit illis pro jure & lege, à qua appellantes ejus arguerent iniquitatem, quod foret temerarium. Et sanè Religiosis ut arctior ex regula Ordinis vita, & humilitatis, obediendi æquè necessitas major, ita minor danda audacia delinquendi: quæ daretur, si, quando pro excessibus corriguntur, appellandi iis potestas concederetur. Verum quia contingit non rarò, superiorem in correctione excedere, aut aliam pro alia pœnam indicere, quidni licebit appellare gravato, cum nulli sit deneganda sui defensio? Et ita colligitur ex *c. Reprehensibilis* 26. *in fine h. t. & c. Irrefragibili* 13. *sup. de off. jud. ord.* & vult Abbas *ad d. c.* 3. *n.* 1. ne quid fortè superiori malè affectu liceat tentare impunè, maximè nulla causæ cognitione præmissa, contra *c. Qualiter* 24. *inf. de accusat.* nec audita parte, sed tantum delatoribus præcipuè in propria causa testantibus, ut lucellum aliquod consequantur: Alii distinguunt inter regulares & sæculares, quod illi non appellent, hi verò appellantes audiantur, ex *d. c.* 3. *h. t.* quod de regularibus loquitur, Henr. Bohic. *ad d. c.* 3. *ubi alios citat.* Videtur tamen eadem in utrisque ratio. Aliis non malè videtur in correctionibus neutiquam admitti appellationes quoad effectum suspensivum, secus quoad devolutivum. *Vide hæc eadem repetita ad tit. D. de appellationibus recip. vel non, n.* 13.

Non appellatur etiam, quando causa est de- 19
legata per clausulam, *appellatione remotâ*, vel, *appellationis obstaculo*, sive *remedio, non obstante*, aut *appellatione cessante*, aut simili.

Ubi de effectu ejus clausulæ quæritur, An protsus appellationem removeat? R. Hoc

videri, *d. c. 3. & l. 1. §. fin. D. A quibus appell. non licet*, quatenus per Principem aut Imp. ejusmodi clausula est apposita: ei tamen contrarium esse, quod per Pontificem aut Imp. eripi nequeat, quod est juris naturæ, scilicet defensio sui, ad quam diximus pertinere appellationem. Cujus objectionis caussa, ut dictam clausulam quidã salvent, non alias ei locum esse volunt, quam ut removeat frivolam appellationem, non etiam eam, quæ justa est & gravis, cum non censeatur Pont. aut Princeps alicui jus suum eripere sine caussa, & sine caussa lædere. Jason. *ad l. 3. §. si is pro quo n. 1. D. Quod quisque juris &c.* Et ita communiter istam clausulam recipi testatur Gail. 1. *Obser. c. 33. n. 5. per text. in c. Ex parte 13. sup. de Off. & Potest. jud. deleg. &c. inter 9. sup. t. proximo.* Verum sic nihil aut parum operabitur ista clausula, cum etiam sine ea appellationes frivolæ sint rejiciendæ *cap. 5. eod. in 6.* ubi dicit Pont. illis nec justitiam deferre, nec à judice deferendum esse. Dicendum, per ejusmodi clausulam cẽseri remotam eam appellationem etiam justam ac probabilem, quæ expresso aut speciali jure non est indulta, ut eam interpretatur ipse Pont. in *c. Pastoralis 53. hoc t.* ut illi clausulæ insit conditio, sive exceptio. *Si expresso jure appellatio non est permissa.* Ut ejus vis non pertingat ad ea, quæ nominatim lege caventur, *l. Sanctio 41. D. de Pœnis.* Si tamen pars, appellatione justâ rejectâ, injustè gravata fuerit, recursus ad superiorem non est illi præclusus, per quem gravamen emendetur, *d. c. 53. h. t. & ibid. D.* Wames. *Dixi plenius ad t. D. A. quibus appell. non licet. n. 6. & 8.*

20 Circa prædictam clausulam alia est quæstio, An ea in medio posita & præcedentia & sequentia capitula adficiat? Respondet Pontifex, una in parte adjectam hanc clausulam, non repetitam in singulis, diffundi in omnes articulos, quacumque parte id sit, si & aliis subsit eadem ratio, ne ejusdem loci articuli diverso jure censeantur, cum hujusmodi caussæ adjectio ad præpositæ rei determinationem pertineat, *c. Secundo requiris 41. h. tit.* Dubium movet Gregor. IX. in *c. Inquisitioni 71. h. t.* ubi rescripsit clausulam istam in medio positam complecti præcedentia tantùm, non etiam sequentia. Verùm loquitur Pont. in casu, quo plura sunt negotia se non contingentia, nec sibi cohærentia: separatorum enim ut separata est ratio & consideratio, ita quoque non facilis eorum in unum conjectio. Atque hæc res cùm ex mente rescribentis pendeat, ut ait Pont. *d. c. 41.* ea inspicienda venit, quæ sæpè dubiam parit hæsitationem. Vid. Felin. in *c. Caussam 18. n. 4. sup. de Rescriptis.* & Wames. *ad d. c. Secundo requiris.*

Cæterum appellatur vel in continenti viva voce, coram judice, vel ex intervallo, per libellum, qui contineat, à quo appelletur, adversus quem, à qua sententia, *l. 1. in fin. D. eod.* Et hic quidem intra decem dies, quorum lapsus fit sententiam transire in rem judicatam, *c. 8. ad 15 sup. de Sent. & Re jud.* nisi judex copiam non fecerit, *l. 1. §. dies autem D. Quando appellan. sit*, quòd tum non stet per partem, ut non veniat punienda.

Post appellationem petendi sunt apostoli, hoc est litteræ dimissoriæ, quas tradit judex quo appellationi deferens ad Judicẽ ad quem continentes appellationem esse interpositam. Sunt hi instanter petendi, ne videatur appellationi renuntiatum, *l. 1. D. de Libellis dimiss.* & quidem intra triginta dies, computandos tempore latæ sententiæ, secundùm communem opinionem, *l. judicibus 24. C. h. t.* Appellationi non deferens sine caussa. Judex punietur *l. Quoniam 21. C. h. t.* Appellationi ad Pontificem interpositæ non deferens mittendus ad eam puniendus, *c. de Priore 31. h. tit.* Si denegentur apostoli à judice per injuriam, queretur super ea re potest deponere appellans, *l. 8. Appellationem 31. C. h. t.* * Sunt & apostoli reverentiales, quos dat judex appellationi non deferens. Sunt & testimoniales, qui dantur caussã testimonii super appellatione propositæ coram judice recusante apostolos dare, vel coram alia publica vel honesta persona, non datâ judicis copiâ, *c. fin. h. t.* Sunt & conventionales, quos dat pars adversa admittens appellationem, sive extra, sive in judicio.

Præsentandæ appellationi tempus non est definitum, sed arbitrio judicis relictum, *c. 4. h. t.* Prosequendæ appellationi à jure præfixum est tempus anni, ex caussa datur biennium. Qua tempora dicuntur fatalia, & lapsa faciunt appellationem videri desertam, *Auth. Ei qui C. de Temporib. appellat.* nisi per

judicem

judicem appellationis stetterit, aut alia fuerit justa causa, *c. ex ratione 8. h. t.*

25 Licitum autem appellanti à definitiva non allegata allegare, non probata probare, *l. eos 6. §. 1. l. In offerendis 35. C. h. t.* non etiam testes producere super iisdem aut directè contrariis articulis, *Clem. 2. de Testib.* qua de re actum supra de testibus. Judex appellationis ab interlocutoria ex iisdem actis judicat, novis allegationibus non admissis, *Clem. 5. h. t. ubi Gl. V. nec processis, & dictum hac de re ad tit. D. Nihil novari appell. interposita n. 12. & seqq.*

26 Effectus appellationis est, suspendere jurisdictionem judicis à quo in ea causa, in qua nihil innovandum, *tit. D. Nihil novari appell. interpos.* sed integer status est servandus, qualis fuit in prima instantia, ad cujus principium res reducitur. Attentatum si quid fuerit anteomnia revocandum, *c. Non solum h. t. in 6.* Collatio beneficii est irrita, uti & subsecuta sententia excommunicationis, *c. dilectis 55. h. t.* quòd prior judex careat jurisdictione. Dico, subsecuta; nam antè lata non suspenditur, quod secum trahat executionem, *c. Is cui 20. de Sent. excom. in 6.* à qua tamen absolutio datur ad cautelam *c. Quâ fronte 25. h. t.* Et hoc ita quoad appellationem ex justa causa, quia aliàs non tenet, & à tota causa, *cap. 5. eod. in 6.*

27 Quid si tantum ab aliquo incidenti sit appellatum? Posset videri, non licere judici à quo se principali amplius immiscere, sive quia non convenit coram diversis judicibus eodem tempore eadem de causa inter eosdem agi, sive ne continentia causæ dividatur & separetur, *l. 1. & 2. D. de quib. reb. ad eumd. Iud. eatur.* Verum hoc procedit, quatenus incidens ita cohæret principali, ut sine eo principalis causa terminari nequeat; aliàs permissum est judici à quo in principali causa procedere, *c. Super eo 10. h. t.* Uti & appellatio in una causa non facit, quò minùs in aliis agnoscat appellans eumdem judicem, *l. 1. D. Eum qui appell.* neque enim jurisdictio impedita, nisi in una ista causa.

28 Habet & eum effectum appellatio, quòd ab uno interposita & aliis prosit, quatenus una sententia condemnati, idemque negotium & eadem defensionis causa existit, *c. pen. h. t. l. 1. & 2. C. Si unus ex pluribus &c.*

Q. An subsequens sententia judicis ad quem extinguat sententiam judicis à quo? 29
Resp. Indistinctè, sive confirmans sive reformans sententia subsequatur, judicem à quo se immiscere non posse, & executionem fieri secundum posteriorem sententiam licet conformem, *l. Furti 6. D. de his qui not. infam.* cum cui auctoritatem meam impartior, hoc meum faciam. Et hoc, si sententia sequatur, parte appellationem prosequente, nam si eam deserat, priori judici redintegratur sua jurisdictio *l. fin. §. illud C. de Temp. appellat.* * Deserere censetur, non tantum 30
qui expressè renuntiat, *c. Directè 39. hoc tit.* sed & tacitè, intra tempus non comparendo, *c. Gratum 20. sup de offic. jud. deleg.* Nisi protestatio subjuncta faciat hunc effectum impediri, quæ tamen & faciet cum non audiendum coram judice à quo, *c. Sollicitudinem 54. h. t.*

Facit & appellationem cessare revocatio gravaminis per judicem à quo, quia cessante causâ cessat effectus, *c. cum cessante 60. h. t.* Appel- 31
lationi renuntiasse minimè censendus, qui petit à judice à quo attentata reparari, *c. cum teneamur 17. h. t.* cum ea res non spectet alio, quam ut inoffenso pede appellatio peragatur. * Potest autem recedere pars ab appellatione, invito adversario, cujus non fit pejor con- 32
ditio; licet non impunè tum adversario veniat damnandus in expensas, quia recessus iste indicat temeritatem appellationis, *c. interposita 70. §. ille h. t.*

Secunda Rubr. pars est Recusationibus: quæ sunt allegationes suspecti judicis, ratione odii, favoris, conjunctionis, amicitiæ cum 33
altera parte. Finis est ut lites majori sinceritate procedant: etsi enim judicis fides publicè sit probata, minus tamen æquum, ejus, quam privatæ causæ reddunt suspectum, judicio stare cogi.

Proponenda recusatio ante litis contestationem, imò & ante aliarum exceptionum 34
objectionem, ne quis eas opponendo in judicem videatur consensisse, *c. inter 20. sub de Sent. & Re jud.* Nisi fortè post litem contestatam exorta fuerit causa, aut tum demum

ejus scientiam habitam fuisse juramento adserat recusans, *c. Pastoralis 4. sup. de iurejur.* Removet enim eo casu ignorantia consensuum in approbationem judicis. Covarr. *Pract. qq. c. 26. n. 2.*

35 Recusatur hoc jure, tam ordinarius, quàm delegatus, etiam à Pontifice, ut sæpè rescriptum est præcipuè *c. cum speciali 61. h. t. & c. 5. de officio jud. deleg in 6.* ne alicujus causam contingat contra justitiam lædi.

36 Quæsitum verò, An & jure civili ordinarius recusetur? Resp. Posse quidem delegatum à Principe recusari, ut sine suspicione lites procedant, *l. Apertissimi 16. Cod. de judic.* in eoque convenire jus Canonicum cum civili; ordinarium verò recusari non posse, cum dictæ leges tantùm mentionem faciant delegati; & *Auth. Si verò Cod. d. tit.* velit ordinario judici esse adjungendum Episcopum loci: & ita tenet Gloss. & Jason *num 4. & alii in d. l. 16.* Ratio divertitatis videtur consistere in præsumpta fide & justitia judicis ordinarii, vel potius in eo, quòd splendor Magistratus non debeat obscurari recusatione. Et ita habet communis opinio. De moribus non adsumitur Episcopus, sed alius vir bonus & candidus, ut ex aliis refert Covarr. *Pract. qq. c. 26. n. 1.*

37 Debet autem recusatio fieri ex causa, eaque proponi ipsi recusato, *d. cap. 61. in princ.* & quidem in scriptis, ad modum appellationis à sententia interlocutoria, *Clem. 5. h. tit.* cui est similis: quæ non examinanda à judice recusato, ne in propria causa sit judex, sed ab arbitris, à partibus ipsis vel simul cum judice electis, *d. c. 61.* Instituenda autem recusatio ex causis propositis, non aliis, etiam ad instar appellationis ab interlocutoria, *d. Clem. 5.*

38 Q. An recusatio ita suspendat jurisdictionem judicis, ut postea ab eo gesta sint nulla? Resp. Hac in re variare Interpp. veriorem tamen videri sententiam, & communiorem, adserentium esse nulla. Nam cum judici sic recusato detrahatur aut saltèm suspendatur judicandi potestas, ex ratione super allata ex *d. l. 16.* ut sine suspicione lites procedant, non possunt acta valere; argumento appellationis, quæ facit postea à judice gesta nulla esse, ut dictum. Quod si recusatio fuerit frustratoria, per eam minimè suspendi jurisdictionem dubium non est, *arg. c. Pastoralis 53. h. t.* Ang. *in §. ergo si quidem n. 2. Instit. de Fidicom hæred.* Quod & dicendum, si recusatione remotâ, causa delegetur per Pontificem, *arg. d. c 53.*

Unde quæri posset, An appellatione remota censeatur & remota recusatio? Resp. Communem quidem Rubr. hanc habere de appellationibus & recusationibus, & ad eumdem finem aliquo modo utramque tendere, quod illa remedium adhibeat læsæ causæ, hæc futuræ læsioni provideat; esse tamen & in nomine inter eas differentiam, & in re. Ut non rectè dicatur ab una ad alteram argumentum similitudinis, & dicendum sit remotam recusationem non videri, per expressum text. in *c. Postremò 36. h. t.* in quo, non obstante clausula (appellatione remota) causa tamen justa facit recusari posse judicem. Et hoc ante contestatam litem, secundum textum in *l. Apertissimi 16. C. de Iudic.* ubi appellatio remota non facit ante contestatam litem recusari non posse judicem. Imò ne quidem remota appellatio & recusatio facit hanc non posse objici ante litem, *l. fin. C. de Sent. & Interloc.* Verùm obstare videtur *c. Super eo 12. §. 1. h. t.* in quo ubi appellationis remedium est sublatum, uti appellationi, ita nec recusationi esse deferendum dicitur. Verùm non incommodè iste textus accipitur de recusatione post litem contestatam, non etiam de ea, quæ ante proponitur, secundum jura civilia jam allegata, quibus potuit conciliandi Canones, si aliud non pateat, quando loquuntur indistinctè, secundùm ea, quæ traduntur, *inf. de novi op. nuntiat.*

Tertia Rubr. pars est de Relationibus: quæ non sunt nisi consultatio ad Principem facta 40 à Judice, dubitante, quid in causa statuere debeat. Quæ integrè referenda, & taliter, ut ad plenam instructionem nihil desideretur: qua ratione & exemplum relationis partibus est edendum, ut, si fortè minùs integrè videatur facta relatio, illis liceat restitutorias preces offerre, *l. 1. C. de Relationib.* ne silentium præjudicet, *c. Intimasti 68. & ibi Gl. h. t.* Pronuntiat autem Judex secundùm hoc, quod rescribitur, à cujus pronuntiatione parti gravatæ appellare licere videtur, non tamquam

ipsa-

injuria concurrente à Principe illata, sed arguente judicis calliditatem, ejusque subreptionem aut obreptionem commissam in causa relationis, *l. 1. §. 1. D. eod.* Relationes istæ ante sententiam postea prohibitæ sunt jure novissimo, *Auth. novo jure C. h. t.* ubi causa examinata sententia est terminanda, & executioni mandanda, nisi ab ea appelletur. Consultationes, quæ fiunt ad Principem à judice, ante litem inchoatam dubitante, non sunt sublatæ.

TITULUS XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

SUMMARIUM.

1. *Romipeta appellantes sunt sub protectione summi Pont.*
2. *Modo integra adhuc sit res.*

1 APpellationis instar est, Romam versus iter arripere, appellationis interponendæ causa: ut hac via bona eorum in patria relicta constituantur interim in protectione Rom. Pontificis, eaque in causa nihil sit innovandum, & quod attentatum fuerit, revocandum, *c. 1. h. t.* * Et hoc, quatenus res integra; nam si præventus fuerit per citationem, etiam solam, Judex in causa procedet, *c. 9. sup. de Appellat.* Ut generaliter, ad subterfugiendum coram aliquo cœptum negotium, in jus vocato nihil prodest, quod postea alterius fori esse cœperit; ut in ea causa jus revocandi domum non habeat, *l. 7. D. de judic.* ubi enim judicium acceptum sive susceptum, ibi finem accipere debet, *l. ubi acceptum 30. D. h. tit.* Deinde post citationem, non tam gravaminis depellendi quàm frustrandi judicii per malitiam, cui non deferendum, videtur iter arripuisse.

TITULUS XXX.

De Confirmatione utili vel inutili.

SUMMARIUM.

1. *Confirmari à superiore quæ soleant.*
2. *Confirmatio utilis & inutilis quæ dicatur.*

COnfirmari solent à superiori ad majorem securitatem contractus, *c. 2. sup. de Pact.* arbitria, *c. 7. h. t.* electiones, *sup. de elect.* collationes, *c. fin. h. t.* administrationes concessæ, *c. 5. h. t.* sententiæ, *c. 3. h. t.* * Confirmatio si valeat, dicitur utilis, nec inferior judex ei contravenire, aut de ea judicare potest. Inutilis erit, si contineat aliquod vitium subreptionis: debet enim suffragari veritas, & debent preces niti veritate, secundum dicta superius, *ad tit. de Rescriptis.* Inutilis erit etiam, quæ sententiam contra formam communem Juris latam confirmat, *d. c. 7. h. t.* quod subsit conditio, quatenus providè lata. Sic & collati beneficii confirmatio censetur facta, quatenus justè possidet impetrans, *c. 5. inf. de possess. præben.* & privilegii aut administrationis confirmatio nihil novi juris dat, sed quod competebat conservat, *c. 4. h. t.* Ita tamen hæc vitia obstant nisi ex certa scientia Pontifex actus defectum supplerit, *c. 1. sup. de transact.* Vide Rebuff. *in Praxi benef. tit. de nova provisione.*

HEN-

HENRICI ZOESII I. C.
IN LIB. TERTIUM
DECRETALIVM
GREGORII IX. P. M.
COMMENTARIUS.

TITULUS PRIMUS.
De Vita & Honestate Clericorum.

SUMMARIUM.

1. *Ratio ordinis.*
2. *Clericos decet vitæ probitas & honestas.*
3. *Et præcipuè Episcopos.*
4. *Honestas illa alia externa, alia interna.*
5. *Externa consistit Primò in vitæ & morum modestia.*
6. *Clericis fugienda luxuria & ebrietas.*
7. *Item avaritia.*
8. II. *Consistit honestas in vestitu & habitu.*
9. *Comam nutrire cur & quatenus prohibiti Clerici?*
10. *Tonsuram omnes ferre tenentur.*
11. III. *In officiorum & negotiorum exercitio.*
12. *Clericus aleis ludere prohibetur.*
13. *Clerici olim in communi vivebant, & Canonicorum origo.*

1 EXposita Judiciorum forma, proximum est materias & causas, quæ in iis tractari solent, videre: quæ aut Civiles sunt, concernentes tum personas Ecclesiasticas, & specialiter earum res, de quibus hoc libro tertio; tum laicas, cujus ordinis est matrimonium, quod laici quidem ineunt, ejus tamen cognitio est penes Ecclesiam, de quo libro IV. aut Criminales, de quibus libro V.

2 DE personis Clericorum primò agitur; quorum ea debet esse vitæ probitas & honestas, quæ non modo pusillos non offendat, sed quod omninò est necessarium, omnes etiam ædificet, atque animarum salutem promoveat. Quo modo Conc. Trid. *Sess.* 22. *c.* 1. *de Reform.* nihil est, inquit, quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assiduè instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui in sorte Domini vocati, se divino ministerio dedicarunt. Cum enim à rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos, tamquam in speculum reliqui oculos conjiciunt, exque sumunt quod imitentur. * Desideratur ea vitæ innocentia, præcipuè in Episcopis, quos in primis optandum est, quæ suæ sortis partes agnoscant, ac se non ad propria commoda, ad divitias, luxum, sed ad laborem ac sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est, inquit idem Trid. *Sess.* 25. *c.* 1. *de Reform.* reliquos fideles ad religionem, innocentiamque facilius inflammandos, si præpositos suos viderint non ea, quæ mundi sunt, sed quæ sunt Dei, animarum salutem ac cœlestem patriam cogitantes.

Honestas ista alia est interna, consistens in animi sinceritate, & in desiderio vivendi secundum præceptum juris, & virturum: alia externa, quæ in factis ipsis ac vitæ actionibus

secun-

secundum virtutum præscripta consistit, desideratque, ut Clerici sint alieni ab omnibus iis, per quæ mens extra se sparsa confunditur, acies cordis obtunditur, lux divini amoris extinguitur, reverentia sacerdotalis amittitur, & quod periculosum est, rectè vivendi linea, quæ aliis ad exemplum proponenda fuerat, minimè tenetur, non sine gravi scandalo. Facit enim Sacerdos delinquens populum delinquere, & ruina populi Sacerdos nequam.

5 Consistit hæc externa honestas præcipuè in tribus, Primò, in vitæ motumque modestia, quæ dignam severitatis & sacerdotalis ingenii censuram decet. Quo modo Clericis continentiæ, benignitatis, humanitatis bonum est am-
6 plectendum; * luxuriæ vitium ita aversandum, ut ne quidem sinistra suspicione maculentur. Decet enim Clericos, maximè voto continentiæ adstrictos, ad actus impudicos se laxare, eos præcipuè, propter quos venit ira Dei in filios diffidentiæ *c. Vt Clericorum* 13. *h. t.* Unde fœminis non cohabitant, qua de re *tit. seqq.* Decet eadem continentia Moniales, quibus clausura mandatur à Trid. *Sess. 25. c. 5. De regul.* & à Pontificibus postea subsecutis, ut dicetur infra *De statu Monach.* atque earum Monasteria frequentare prohibentur & Clerici & laici, nisi causa exigat, alias illi ab officio removendi, hi excommunicandi, c. 8 *h. t.* Fugienda & Clericis ebrietas, quæ mentis aciem hebetat, ejus inducit exilium, libidinis est incentivum, c. *Ieraputa* 14. *h. t.* Unde jubetur aboleri usus ad æquales haustus provocandi, fœcundiores calices exhauriendi, *d. c.* 14. ubi commoniti, nisi destiterint, ab officio suspendi jubentur. Evitandi iis sales, facetiæ, dicacitates, & omnes verborum inanium pestes, quæ scurras potius quàm Sacerdotes ostendunt.

7 Inter alia, quæ Clericalem dignitatem & auctoritatem infamant & deprimunt vitia, non minimum est avaritia, ideoque maximè Clericis fugienda, non tantum si sibi quærant, verum etiam si Ecclesiæ: neque enim probandi ministri, qui ut magis fideles videantur, & in aram Ecclesiæ quid inferant, cuncta distorquent, extorquent, corradunt, corrodunt; sacrificium per hoc Deo se facere putantes, minus ei gratum, quia est de rapina. Unde maximè cavebunt, ne, ut habetur, *Ezech. c. 34.* lac gregis sui comedentes, & ejus lanis se cooperientes, absque ulla æternorum spe, mercedibus mercenarii pascantur, contra Apostolum de præsenti potius laboris fructum recipientes, quàm in futuro, *Can. Sacerdos 9. l. qu. 3.* ne captent morientium hæreditates; qua de causa olim ab Arcadio prohibitum quid relinquere Sacerdotibus, ut patet ex D. Hieron. *ad Nepotiam*, qui non tam de lege conqueritur, quàm dolet, quod eamdem nimia aviditate Clerici meruissent. Ad hanc magis evitandam Ecclesia testamenti factionem ademit Clericis, ut dicetur infra *de testam.* Mercium exercitium prohibuit, ut mox dicetur, & præcipuè usurarum, & quidem sub excommunicatione *c. 2 h. t.* Judices gratis judicare voluit, non acceptis litium decimis, nec earum quotâ, *c. cum ab omni* 10. *h. t.* Exceptis expensis victualium; nemo enim gratis cogitur militare.

Secundò, in vestitu & habitu: quo honesto 8
& decenti pro statu suo uti jubentur Clerici sæculares, qui nec nimia brevitate, nec longitudine notetur. Unde pannis rubeis aut viridibus, manicis aut sotularibus consutitiis, calcaribus deauratis, & aliis id genus, quæ superfluitatem sapiunt, uti prohibentur, *c. Clerici pen. h. t.* Religiosi habitu utuntur suæ Regulæ, quàm professi sunt, correspondente. Si moniti ab Episcopo honestum & convenientem ordini & statui habitum deferre contemnant, suspendendi sunt beneficiati à beneficii fructibus per sex menses: in sacris ordinibus positi, citra sacerdotium, inhabiles per idem tempus ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum: dignitatem, personatum, aut curam animarum habentes, per annum à fructuum perceptione suspenduntur, nisi excuset causa rationabilis, *Clem. 2. h. t.*

Ornatum quoque omnem Clericos vitare 9
vult Ecclesia: * quo modo barbam & comam eos nutrire prohibet. Quod accipiendum de coma, quæ imitatur comam mulierum; nam ad aures usque coma licitè & decenter fertur. Comam relaxantibus anathema positum à Gregorio IX. *c. 4. h. t.* ut exterioribus Symbolis testentur, se interiore voluntate blandimenta & voluptates sæcularium despicere, & vero Dei servitio devotos esse. Unde & annulis digitos non ornabunt, nec

auri aut argenti ornatu utentur, nisi dignitas annuli usum admittat, *d. c. pen. h. t.* cum sit signum matrimonii spiritualis & fidei, *arg. can. Fœmina XXX. qu. 5.* Doctores Clericos licitè annulo uti tradit Abbas, *d. c. pen. n. 7.* quod contineatur inter Doctoralia insignia; non abutantur tamen ad vanitatem. Pontificibus sua specialis est vestis: jubentur enim in publico & in Ecclesia super indumentis lineis uti; nisi Monachi fuerint, quos oportet monachalem ferre habitum, *d. c. pen. in fine.*

10 Omnibus autem Clericis præceptum est ferre tonsuram in vertice capitis, quod ipsum ad traditionem Apostolicam referunt, Ecclesiæ auctoritate & consuetudine roboratum, ut qui sanctioris vitæ ordinibus mancipantur, excultioris etiam vitæ characterem in capite ferrent. Ampliata autem tonsura eorum est, qui majoribus initiantur Ordinibus. Monachi non verticem tantum, sed totum ferè caput radere soliti, ut quod sit ipsorum vitæ studium declarent. Etenim abrasio ista est symbolum lugentium ac mœrentium. Vide Baron. *tomo 1. Annal. ad an. Christi 58. n. 123. & seqq.*

11 Tertio, in officiorum & negotiorum exercitio; quæ sæcularia exercere, sive suo, sive alieno nomine, Clericis inhibitum. Cujus generis est mercatura, quam tertio monitus non desæviens perdit clericale privilegium quoad bona sua, *c. fin. h. t.* Ejus ordinis est & officium tabernariorum & macellariorum, quod sub pœna privationis clericalis privilegii exercere prohibentur. Qui si nominatim & tertiò moniti non desistant, aut resumant id genus negotii, conjugati id omnino amittunt, quamdiu isti officio insistant; uti & non conjugati, nisi habitum deferant clericalem, tunc enim tantum in rebus isto privilegio privati, quatenus tali officio insistunt. Et hoc ita, quatenus per se ac publicè istud exercent, *Clem. 1. h. t.* quæ tantum isto in casu loquitur, ut, cum sit pœnalis, non sit extendenda ad casum, quo per alios exercent. Detrahitur etiam non modicum dignitati ordinis, si Clerici faciant se joculatores, sive, ut barbarè dicunt, Bufones. Qui si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, jubentur ipso jure carere omni privilegio clericali; uti & si breviori tempore tertio moniti non resipuerint, *c. 1. eod. in 6.* Tabernas frequentare prorsus prohibentur, nisi fortè causa necessitatis in itinere constitutos geat, *d. c. pen. h. tit.* * Similiter ludere aleis & taxillis, ne manum Dominici corporis immaculatæ hostiæ oblatricem, simul & loquam inter Deum & hominem mediatricem, hujusmodi ludibrii contaminatione fœdet. Imo & ab ejusmodi inspectione Clericos vult esse alienos Pont. in *d. c. pen.* uti & ludorum scenicorum, *can. Non oportet 37. de consecr. dist. 3. & can. Præterea dist. 51.* Videtur tamen non esse mortale per se, cessante scandalo, & contemptu, quæ ponit hac in re frequentia, aut obligere est ex iis, quæ traduntur *tit. eod. de tabernariis.* Multò minus exercent ludos theatrales, nec in Ecclesiis illos admittunt, nihil faciente consuetudine in contrarium, *c. cum decorem 12. h. t.*

Ut autem commodius Clerici morum honestatem & præcipuè castitatem servarent, prohibebant olim in communi, *can. Præterea, prudentes Dist. 32. can. Necessaria XII qu. 1.* Unde Canonicos dictos volunt, Cui mori, frigente caritate, derogatum, & seorsum vivere cœptum; dictique Canonici, non à Canone Sacramentario sive præbenda, sed quia ad Canonem, id est regulam, vivant; qui ut majorem servent honestatem & modestiam in Choro, populum à cancellis excludunt, tantum ei concesso altaris usu, *c. 1. h. tit.* Admittere tamen intra cancellos non videtur peccatum, si sit consuetudo, Innocent. *ad d. c. 1.*

TITULUS II.

De Cohabitatione Clericorum & mulierum.

SUMMARIUM.

1. *Clericis cur interdicta cohabitatio mulierum.*
2. *Cum matre & sorore habitare permissum.*
3. *Hodie ex consuetudine etiam cum consanguineis.*
4. *Clericorum concubinariorum pœna.*

1 VT commodius incontinentiæ occasiones evitent Clerici, seorsim à mulieribus habitare jubentur, *toto hoc tit. & can. Interdixit 16. distinct. 32. can. Oportet 23. cum seqq. dist. 81.* nam ad lapsum provocat cum iis conversatio cum dicantur exutere conscientiam viri secum habitantis, *can. Hospitalium 17. d. dist.* ubi etiam consuetudinem cum iis habere quòd non sit citra periculum, est prohibitum, *passim per jura relata distinct. 81.* * Cum matre tamen
2 & sorore habitare permissum, *d. can. Interdixit & c. pen. h. tit.* ex subjuncta ibi ratione, quòd naturale fœdus nihil permittat fœdi (sive, ut legit Cujac. scævi] criminis suspicari, id est sinistri: nisi & has lasciviæ vitium reddat suspectas; quomodo accipiendum, *c. 1. h. t.* aut nisi cum his habitent, quæ non sunt matres aut sorores, *can. legitur. 25 dist. 81.* Admittit etiam Canon illas, quas ætas & viræ probitas ponit extra
3 suspicionem, *d. can. Interdixit.* * Verùm huic juri derogavit consuetudo, quæ etiam consanguinearum cohabitationem permittit, modò non sint suspectæ; nam istarum conversatio vitanda Clericis. Qui si tertiam monitionem contemnant, excommunicationi sunt subjiciendi, fœminæ verò canonicè judicandæ, *can. 2. hoc tit.*

4 A consortio concubinarum multò magis arcentur Clerici: quas habentes suspenduntur ab officiis, *can. Prater dist. 32.* ita ut eorum, si sint notorii, Missæ non sint audiendæ, nec Sacramenta ab iis percipienda: non quod ea polluantur flagitiosa Sacerdotum vita; sancta enim sunt, ut coinquinari nequeant, ut pulchrè tradit Nicolaus Papa, in *can. fin. XV. q. 8.* sed ne peccantes foveantur in sordibus impudicitiæ, &, dum contemni se vident, ad frugem pœnitentiæ & meliorem vitam revertantur, *c. vestra 7. h. t.* Non notorii, ab Ecclesia tolerati, non sunt evitandi, ne fortè contingat aliquem aspergi infamiæ nota, qui habetur bonus, *d. c. 7. & fin. h. t.* Eaque distinctione intelligendus est textus in *can. Nullus, & can. Prater d. dist. 32.* qui indistinctè dicunt, Presbyterum, quem quis scit indubitanter concubinam habere, vitandum esse. Suspenduntur præterea à beneficiis, & tandem, si moniti se non corrigant, deponuntur, *c. 4. & 6. hoc tit.* Ex decreto Conc. Trid. *Sess. 25. c. 14. de reform.* post primam monitionem non parentes mulctantur tertia parte fructuum, post secundam hoc ipso omnibus etiam pensionibus, Ecclesiæ vel alii pio loco applicandis. Quod & vult suspendi eos ab administratione, donec resipiscant, &, si nihilominus eas detineant, privati omninò officiis & beneficiis, & ad ea inhabiles indignosque reddi, donec vitæ emendatio mereatur dispensationem. Repetentem fraudulosè dimissæ mulieris consortium vult excommunicari. Episcopum admonitum à provinciali Synodo, si se non emendaverit, ipso facto suspendit, & si perseveraverit, ad Roman. Pont. vult deferri. Abjurare concubinam nemo cogitur, ne per carnis fragilitatem via perjuriis aperiatur, *c. 5. hoc tit.* Quod si hujusmodi Clerici suspensi à beneficio, & Ordinum executione, ausi fuerint celebrare, irregularitatem incurrunt, qua de re *inf. tit. de Cler. excom. celebr.* Permisit præterea Trid. *Sess. 25. c. 14. de reform.* incontinentes Clericos, licet exemptos, ab Episcopis corrigi, tamquam Sedis Apostolicæ delegatis.

TITULUS III.

De Clericis conjugatis.

SUMMARIUM.

1. *Clerici cur conjugia interdicta.*
2. *Lege Mosaica cur permissa Sacerdotibus.*
3. *Continentia quo jure adnexa Ordinibus?*
4. *Conjugii usus in Ecclesia primitiva an permissus Clericis?*
5. *Continentia obligatio oritur ex voto.*
6. *Obligatio illa an ex tacito voto induci possit.*
7. *Ignorantia an excuset ab hujusmodi voto?*
8. *An & expressa intentio non continendi?*
9. *Obligatio hac non tenet in ordinato ante usum rationis.*
10. *An neque in ordinato ante pubertatem habente usum rationis?*
11. *Ordinatus per metum non obligatur ad continentiam.*
12. *Quid si Ordo fuerit irritus, deficiente aliquo substantiali?*

13. *Ordine sacro initiatus fornicans est reus sacrilegii.*
14. *Clericus conjugatus non admittendus ad beneficia.*
15. *Clericus in minoribus constitutus per matrimonium beneficia sua ipso jure amittit.*
16. *Etiam matrimonio nondum consummato.*
17. *Quid si matrimonium fuerit irritum caus. consanguinitatis, aut alia?*
18. *An impubes contrahens sit hoc privandus beneficio?*
19. *Pensio an debeatur contrahenti matrimonium.*
20. *Clericus per contractum matrimonii retinet privilegium fori in criminalibus.*
21. *An etiam in causa civili?*
22. *Veste clericali & tonsura depositа quatenus amittantur privilegia clericalia.*
23. *Clericus ex delicto ante conjugium commisso an gaudeat privilegio fori?*
24. *Uxor Clerici an gaudeat isto privilegio?*

1 VT puriore & minus impedita mente Clerici Deo, ejusque cultui vacent, conjugia non eneunt, quòd indignum sit templa ac vasa Domini cubilibus & immunditiis deservire, *can. decernimus dist.* 28. nam cythara cum psalterio male concordat, & conjugati plenam sui non habent potestatem, *c. 3. & 5. h. t.* Qui enim cum uxore est, inquit Apostolus, 1. *Cor.* 7. *v.* 32. sollicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est, de quo loco videndus Baron. *tomo* 1. *Annal an.* 57. §. 68. probans ex eo D. Pauli cœlibatum: & denique substantia rerum Ecclesiæ non ita foret in tuto, quas sic deperdi contingeret. Quare & ordinatio eorum differtur, & beneficiis Ecclesiasticis, si quæ habent, privantur, *d. c.* 3. Ad Ordines quod attinet, ab iis removentur conjugati, *c.* 2. *h. t.*

Nihil movet; quòd lege Mosaica permis-
2 sum fuerit Sacerdotibus conjugium; hoc enim ideo, quia tantùm genti Leviticæ erat ad sacerdotium aditus, adquam proinde propagandam conjugio erat opus, aliàs periisset. Quæ ratio cum cesset hodie, non immeritò inductus fuit cœlibatus, & præcepta continentia Clericalis: ringantur licet & frendeant illi, quibus, tamquam suibus in volutabro, in sordibus inconinentiæ versari est volupe, & somelier continere se impossibile esse homini, cùm continentia prædicata & præcepta sit ab ipso Christo, Apostolis, tota Ecclesia, & commendatissima etiam fuerit sacerdotibus gentilibus, ut videre est ex Tiraquello, in *L. 15. connub. n.* 11. Vid. Baron. *ad d. an.* 57. §. 53. 54. & 58. & patet ex Vestalibus, quarum impudicitia gravissimè apud eos mulctabatur, cum vivæ quoque sepelirentur. Lipsius *de Vesta & Vestal. lib. c.* 13. Ut noxii quod reprehendatur Ecclesia suis Militris continentiam præcipiens, *can. plurimos dist.* 81. & conscientiæ integritate, vitæ sanctitate fulgentes, acceptabile Deo munus offerre queant.

Ubi quæritur, An continentia sit adnexa Ordinibus jure divino, an Ecclesiastico? Resp. Non deesse, qui velint esse juris divini, eo quòd à tempore Apostolorum nec in Latina nec in Græca Ecclesia hactenus ad sacros Ordines promoti inierunt matrimonia, ut mox dicetur: verùm ex eo non convincitur ejus juris divini, cùm Apostoli non statuant id divinum; ut vetius sit, juri Ecclesiastico ejus attribuendam ejus originem. Quod confirmatur per Con. Trid. *Sess.* 24. *can.* 9. ubi traditur, legem Ecclesiasticam obstare ordinatis quò minus matrimonia ineant. Nec fieri, quòd Ordo suapte natura adferat quandam congruentiam & decentiam castitatis, matrimonio repugnantem, nam ex se non potest præceptum, nec id invenitur à Christo inductum, & Græcis hucusque licitus fuit matrimonii usus, ut patet ex *c. 6. h. t.* Vid. Azor. *tomo* 1. *Instit. Moral. lib.* 13. *c.* 12. *qu.* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 7 *disp.* 27. *qu.* 1. Ad Episcopatum quod attinet, etsi requirat majorem perfectionem, non tamen & illi nisi jure Ecclesiastico invenitur adnexa continentia Sanctis *ibid. num.* 7.

Quæstio alia est, An in primitiva Ecclesia fuerit permissus Sacerdotibus conjugii usus? Resp. Hoc multos adserere, nixos quibusdam Gratiani locis crudè intellectis. Sed dicendum, apud Christianos numquam licuisse Clericis in sacris constitutis uxores ducere, *c.* 1. *h. t. & patet ex can. Apostolorum* 25. & *can. Presbiter dist.* 28. ubi jubetur Presbyter, qui uxorem duxit, deponi. Nam cum se totos transtulerint in Dei famulatum

non

non possunt se tradere uxoribus, cum non sint sui, & duobus dominis nemo rectè inserviat, præcipuè diversa præcipientibus. Subdiaconi, antequam Ordo iste sacris adnumeratus, uxores licitè ducebant, nec cogebantur continere, cum nemo invitus ad continentiam obligetur: ubi autem sacris est adnumeratus, coguntur continere, & matrimonium ab iis initum est nullum, *can.* 1. & 2. *Dist.* 28. & *c.* 1. *Dist.* 31. Sunt tamen conjungati admissi ad sacros Ordines in primitiva Ecclesia: uti & hodie admittuntur tam in occidentali Latinorum, quàm orientali Græcorum Ecclesia; hac tamen differentiâ, quod Latini non admittant conjugatos, nisi promissa continentia permissu uxorum, quæ & castitatem vovere debent, vel tacitè vel expresse, ut hac via à conjugii usu arceantur; & non tam uxores quam sorores habeantur, *c.* 2. *h. t. can. Omnino Dist.* 31. *can.* 1. & *can. Cum in præterito, Dist.* 84. Græci verò etiam hodie permittunt usum uxorum ante ordinationem ductarum, *can. Nicæna & can. Quoniam Dist.* 31. præter id tamen tempus, quo altaris ministerio debent deservire, ut magis Deo vacantes consequantur postulata, *d. c. Quoniam.* An intellectum istorum Canonum videantur notata ad *can. Habeo, Dist.* 16. in Corpore edito jussu Gregorii XIII. De hoc Græcorum usu patet ex *c.* 6. *h. t.* ubi ex Græco Sacerdote natus habetur legitimus. Vid. Covarr. *De matrim. p.* 2. *cap.* 6. §. 3. *nu.* 2. Baron. *tomo* 1. *Annal. an.* 58. §. 18. & *seq.* Azor. *Instit. Moral. d. lib.* 13. *c.* 3. Et secundum hanc distinctionem accipienda pleraque Gratiani loca hac in materia, quæ alias simpliciter, ut posita sunt, accepta forent falsa. Itaque Ordine sacro initiatum si contingat uxorem ducere, non tenet matrimonium, cogiturque deserere ductam, & pœnitentiam peragere, *c.* 1. *h. t.* Ab officio removetur, cui tamen restituitur, si post peractam pœnitentiam vitâ laudabilem se ostenderit, *c.* 4. *h. t.* Nisi tamen duxerit viduam, aut secundam uxorem, *can. Quisquis, Dist.* 84. talis enim quasi bigamus repelleodus, propter intentionem cum opere subsecuto. De continentia Clericorum vide latè Bellarm. *tomo* 1. *Controvers. de Clericis lib.* 1, *c.* 18. & *seqq.* & Baron. *d. loco* §. 20. & *seqq.*

5 Obligatio hujusmodi non tam exurgit immediatè ex Ecclesiæ constitutione, quam ex voto castitatis, quod Ecclesia adnexuit Ordinibus sacris; quibus initiandi non expresse, sed facto ipso & tacitè profiteri censentur castitatem, eamque servare coguntur.

6 Ubi posset dubitari, An Ecclesia possit injungere continentiam Clericis per tacitum votum? R. Eos, qui sordibus incontinentiæ delectantur, ut plerique hæretici, negare id posse Ecclesiam, quod sit juris naturæ matrimonium, ideoque ab inferiori non possit prohiberi, *Instit. De jure natur. gent. & civili.* Catholicam tamen esse sententiam, Ecclesiam quidem non posse quempiam cogere absolutè ad continentiam, quod sit tres meri cõsilii, *can. Integritatis* XXXII. *q.* 1. posse tamen sacro Ordini apponere conditiones & leges justas isti statui convenientes, qualis est, ut illo initiatus castitatem voveat, sicut potest quilibet traditioni rei suæ apponere conditionem, *l. In traditionibus* 48 *D. De p. ct.* Ut suppositâ hac lege, sacris initiari desiderans velit ex consequenti vovere, & obligari: uti & obligatur ex propria voluntate, ut non habeat postea causam resiliendi, cum ante emissum tale votum debuerit se probare; quod nisi fecerit, imputet suæ temeritati. Vid. Azor. *d. lib.* 13. *c.* 12. *qu.* 6. Sanchez *d. Dist.* 27. *q.* 2. *nu.* 10.

7 Quid si ignoraverit ex constitutione Ecclesiæ votum esse Ordini adnexum? R. Nihilominus teneri ac continentiam, cum lex semel legitimè promulgata omnes teneat, nec ejus dari possit probabilis ignorantia; sed procedat regula, quod qui sciens & prudens aliquid vult, velit & omnia onera ei adnexa: de quibus quod non inquisiverit sibi imputet, implicitè enim votum fecit. Si tamen ignoraverit sacrum Ordinem se suscipere, videtur in foro conscientiæ non teneri, cum non sit voluntarius, licet in foro exteriori ignorantia ista non sit probabilis. Sanchez *d. loco n.* 11. & Azor. *d. lib.* 13, *c.* 14. *q.* 10.

8 Quid si habeat expressam intentionem non continendi? R. Talem ordinandum quidem esse, *can.* 1. *Dist.* 27. ordinatum tamen nihilominus teneri ad continentiam, si non ex voto voluntario, saltem ex Ecclesiæ instituto, cum agens censeatur agere juxta legis ordinationem, quam privata voluntate intervertit, *l. Nemo* 55. *D. De legatis* 1. Deinde in necessariò

sariò conjunctis inspicitur principalis voluntas, quæ est ordinari; non secundaria, quæ est continere, vel non subire onera connexa principali voluntati, *arg. l Si ita scriptum* 13. §. 1. *De liberis & posth.* ubi stante principali voluntate testatoris instituentis servum hæredem, sequitur eum libertas etiam per testatorem adempta, propterea quod hæc illi necessario sit connexa. Quod procedit non tantùm in tacita contraria voluntate, verum & in expressa protestatione, quæ facto contraria nihil solet operari. Navar. in *Manuali c 22. nu. 51.* Sanchez *d. qu. 2. nu. 12.*

9 Quid si ante pubertatem quis ordinatus fuerit, an obtineat hæc obligatio? R. Non esse dubiam hanc quæstionem, in casu, quo quis ante usum rationis est ordinatus. Nam licet, non obstante, quòd malè fecerit talem ordinans, teneat Ordo, non potest tamen tenere obligatio ad continentiam, ad quam nemo obstringitur, nisi ex consensu, quo caret ista ætas: & proinde non tenetur, ne quidem postquam accesserit usus rationis, nisi novo posito consensu, qui habit ei ordinis executionem, alias inhibitam. Vid Azor *d. lib. 13. c. 14. qu. 9* & Suarez *de Censuris*, Disp. *31. Sect. 1. num 22.*

10 Quid si ordinatus habeat usum rationis ante pubertatem? R. Esse, qui velint, doli capacem ante pubertatem teneri, ex eo, quod intelligat quid agat, & obligetur naturaliter, secundum dicta *ad tit. D. De pact.* Verius tamen non obligari talem ad continentiam; nam cum ad eam expresse se non obliget, & votum solemne ante decimum sextum annum emissum hodie sit inutile, uti dicetur infrà *De regul.* dicendum & votum tacitum, resultans ex Ordinis susceptione, ante pubertatem esse inutile; agitur enim res magni momenti, in qua non facilè ponenda obligatio ante ætatem. Joan. Andr. in *c. 1. nu. 5. ubi* Abb. *nu. 3. inf. De Cler. per saltum promoto*

11 Quid si quis ordinatus sit per metum justum? R. Non obligari ad continentiam, quòd ea non tam sit præcepti, quam consilii & voti, quod liberum esse debet; nec obliget Ordo ex se ad continentiam, sed ex vi voti Ordini per Ecclesiam, uti dictum, adnexi, quod irritum ponit justus metus, propter summam in eo requisitam libertatem, uti dictum supra *De his quæ vi metusve caus.* & repetetur infra, *De voto.* Nihil obstante, quod metus non impediat characteris impressionem, nec quod minus baptismus obliget ad fidem, ut colligi potest ex iis, quæ dicta sup. *De his quæ vi & c. nu. 20.* Vid. Azor. *d. lib. 13. c. 14. qu 8.*

Quid si collatio Ordinis fuerit irrita, deficiente aliquo substantiali? R. Verius esse, non obligari talem ad continentiam ne quidem ex simplici voto. Ratio est, quod Ordines suscipiens non faciat principaliter hoc votum, tamquam essentiale Ordini, sed tantùm in consequentiam, propter Ecclesiæ constitutionem, ut, non subsistente principali, subsistere nequeat, quod ejus nomine in consequentiam venit, ex notissima juris reg. in *l Nihil* 129. §. 1. *D. De R. I.* ubi Cujac varia refert exempla. Nec facit, quod professus in Religione non approbata, aut alias invalide, teneatur tamen ad castitatem ex voto simplici, resultante ex inutili professione, *c. 3. c. Placet 12. inf. De convers conjug. & c. Consuluit 4. inf. Ne Clerici vel voventes &c.* nam castitas essentialiter adest voto, ut professus, licet inutiliter quoad simplex, juxta regulam, quæ habet. Si actus non valet, ut agitur, valeat eo modo, quo potest. Barbosa 2 *p. Rubr. nu.* 100. *D. Soluto matrim.* Sanchez *De matrim. d. Disp. 27. qu. 2. nu. 13.*

Continentia itaque adnexa Ordini sacro facit ordinatum abstinere, non tantum à nuptiis, sed ab omni actu venerio. Nam si ab actu licito, seposito vero, abstinendum, quidni & ab illicito? *l. Sacris 42. C. De Episc. & Cler.* Ut detestanda sit eorum jactantia, qui, cum conjugium jure sibi non licere fateantur, idem concubinas sibi habere licere adserunt: quarum copulam ut sacrilegam plerique damnant, eamque circumstantiam necessariò in confessione exprimendam, ad valorem confessionis tradunt. Nam ultra fornicationem virtuti temperantiæ adversam, etiam committunt in religionem, violando votum castitatis, & ita sacrilegii reus talis Clericus damnatur, *can. de iis*, Dist. 28. Sanchez *d. Disp 27. qu. ult. nu. 19.*

Ut autem non admittuntur ad Ordines conjugati, ita nec admittendi ad beneficia, quæ dantur propter officia, nisi & uxores Monasterium intrent, aut continentiam voveant,

aut

aut aliàs non sint suspectæ de incontinentia, qua de re inf. *De conversi. conjug.* Clericis in minoribus constitutis, aut beneficiatis tantum, non est denegatus matrimonii contractus, aut ejus usus; per quem tamen fiunt inhabiles ad beneficia obtinenda, & privantur obtentis, *c. 1. h. t.* non etiam per sponsalia, quæ non tam ponunt matrimonium, quam spem ejus, nisi sint de præsenti.

15 Ubi quæritur, An ipso jure vacent, an verò sit opus sententia judicis? R. Posterius posse videri. Primò, quod ad pœnam nemo teneatur in conscientia ante sententiam, ex receptissima sententia. II. Quod in *c. 1. & 3. hoc tit.* dicatur Clericus, uxore ducta, compellendus relinquere beneficium, & eo privandus. III. Quod in *can. 3. Dist. 32.* dicatur Clericus, accepta uxore, nihilominus stipendium suum accepturus. Certissimum nihilominus esse, vacare ipso jure beneficia, citra sententiam, ex opinione communiter approbata. Cujus ratio consurgit ex incompatibilitate matrimonii cum beneficio, quæ inducit spontaneam renuntiationem, *arg. can. Cum renuntiatur* XXXII. *qu.* 1. Est & ea ratio, quod concessio beneficii habeat eam conditionem ex Ecclesiæ consuetudine, ne statum incompatibilem, qualem ponit matrimonium, ejusque usus, adsumat Clericus; quare, eo assumpto, tamquam deficiente conditione, perdit beneficium: & ita communiter receptum tradit Covarr. *alios citatos, ad 4. Decretal. p. 2 c. 6. § 3 nu. 5.* Sanchez. *Disp. 42. nu. 3. & 4. similiter alios alleg.* Unde patet amissionem non caussari per modum pœnæ, ut cesset primum argumentum. Non obstat secundum; nam textus ibi allegati loquuntur de privatione possessionis faciendæ quam de facto injustè & violenter talis Clericus detinebat. Non obstat tertium; quia textus ille rectè accipitur de eo, quod datur in stipendium, ratione laboris, quem canendo Ecclesiæ præstat, non etiam de eo, quod debetur in titulum. Hinc est, quod talia beneficia tamquam vacantia continuo impetrari possint, ut dicemus infra *Tit. 8.*

16 Quid si matrimonium non fuerit consummatum? R. Nihilominus beneficio privatum esse Clericum, ex eadem ratione militante, quæ in casu proximo. Nam cum copula nihil ad matrimonium faciat, negari non potest, quin sit verè adsumptus status incompatibilis cum beneficio, cum ad copulam teneatur, Ubi nihil facit, si sponsa ante copulam moriatur, vel Religionem ingrediatur; nam jus semel extinctum non recuperatur solo casu, extincta scilicet caussa amissionis, sed nova collatione est opus. *Gl. pen. in Clem. Gratia De resc.* Abbas in *c. 1. nu. 6. h. t.* Covarr. *d. nu. 5. & 6.*

Quid si conjugium fuerit irritum caussa consanguinitatis, aut alia? R. Distinguendum esse, an sit nullum ob defectum consensus, an vero consensus adsit, & alia de caussa sit irritum. Primo casu certum est non vacare beneficium, nec eo privandum Clericum, cum ne quidem voluerit actum contrarium. Hinc contractum à furioso aut mente capto matrimonium non facit privari Clericum, uti nec metu justo à sponso initum, quia ista coact o licet ponat voluntatem, secundum dicta sup. *De his quæ vi &c.* non tamen sufficit ad matrimonium, quod ponit nullum, ob defectum consensus, ut dicetur infra libro IV. Secundo casu probabile est, nihilominus privatum vi leri beneficio taliter contrahentem, ex ratione textus in *c. 4. Sup. De bigamis non ordin.* ubi intentio cum opere subsecuto facit aliquem inter bigamos poni; etsi verè talis non sit, cui respondet tex. in *c. Eum qui 18. De præben. in 6.* ubi accipiens secundum beneficium curatum, licet nulliter, vacat tamen hoc ipso primum, subjuncta ratione, quod non deceat, ut stultus melioris, quam peritus conditionis existat. Ut tota vis ponatur in eo solo, quod quis appetierit statum incompatibilem beneficii retentioni. Ut non sit utilis distinctio, quam quidam faciunt, an Clericus sciverit impedimentum; an ignoraverit, quia adest animus utroque casu appetendi statum incompatibilem: & ita tenet Covarr. *d. nu. 5.* Abbas in *d. c. 1. nu. 7. h. t.* & videtur communior sententia. Volunt tamen quidam, ipso jure non induci privationem, eo quod hic agatur de pœna delicti, quæ non infertur ipso jure; ne subsit eadem ratio, quæ subest matrimonio vero, quod inducit statum incompatibilem cum beneficio, non etiam irritum. Ut, cum non detur textus quid disponens hac in parte, non debeat dispositum in aliis casibus extendi, contra reg. in *c. Odia De R. I. in 6.*

17

Non

Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. Adducunt pro hac parte *d. c.* 1. *h. t.* ubi decidit, constitutos in sacris ducentes uxores, solum cogendos eas dimittere, non facta mentione beneficiorum. Sed loquitur cap. de iis, non qui sunt in Ordinibus, qui non tam facile amittunt beneficia, sed demum per sententiam. Vid. Sanchez. *Disp.* 43. *nu.* 3.

18 Quid si impubes contraxerit matrimonium, an beneficio obtento hoc ipso privabitur? R. Non privari, ex vera & communi sententia. Ratio est, quod ejusmodi contractus matrimonii tantum habeat vim sponsaliū. *c. un* De *desponsat. impub. in* 6. Per sponsalia autem non vacat beneficium, uti dictum. Nec obstant dicta superiori quæstione; quia ibi actum de pubere, qui contrahens, licet inutiliter, vult tamen statum incompatibilem: hic autem Canon inutilem actum transfert in alium casum utilem, qui non noceat. Covarr. *d.* § 3. *nu.* 5. Et hoc ita, si sponsus sit impubes: nam si sponsus sit pubes, sponsa autem impubes, aliqui dubitant, max mè si sponsus ignoret sponsam esse impuberem, quasi per sponsum non steterit, quo minus actum incompatibilem gesserit. Videtur nihilominus dicendum, non vacare beneficium, eadem militante ratione, quod scilicet canon ejusmodi contractum velit valere ut sponsalia, quæ non privant aliquem ipso jure, nec etiam privari faciunt. Abbas *d. c.* 1. *nu.* 7. Jul. Clarus §. *fin. qu.* 73. *nu.* 5.

19 Q. An dicta obtineant in pensione, quam habet contrahens matrimonium? R. Hoc dicendum esse, quatenus debetur titulo Clericali, ut sit loco beneficii, quod resignatum, & in ea habet locum regula, quod subrogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum subrogatur, itemque ratio status incompatibilis: atque ita habet communis opinio, Gigas *De Pensionib. qu.* 54. Clarus *d. q.* 73. *nu.* 3. Covarr. *d. loco n.* 7. Sanchez *Disp.* 44. *n.* 4. Nisi tamen Pont. voluerit pro vita deberi, etiam tamquam laico. Assignata tamquam laico pro ministerio temporali minimè vacat per matrimonium, quia non ponit incompatibilitatem, cum & conjugato assignetur.

20 Privat quoque matrimonium Clericos privilegio ordinis Clericalis, *c. Ioannes h. t.* Excepto privilegio canonis, de quo in *can. Si quis suadente* XVII. *qu.* 4. & fori; quatenus tamen habitum Clericalem & tonsuram deferunt, & unicam, eamque virgineam ducant, *c. un. eod. in* 6. ubi tantum sit mentio causæ criminalis, sive intenteretur criminaliter, sive civiliter.

Ut possit dubitari, An in causa civili habeant tales Clerici fori privilegium? R. Id aliquibus videri, per tex in *d. c. un. in verbis, nec ab ullis judicibus*, ubi generaliter inhibetur judicibus sæcularibus, ne condemnent Clericos. Fatis, quod Concilium Parisiense, cujus ibi mentio & quod habetur inf. *De foro compet. c.* 2. loquatur indistinctè, ut sit intelligendum de causis tam civilibus quam criminalibus. Communius tamen receptum, tantum habere locum in causis criminalibus, cum *d. c. unic.* expresse tantum de iis loquatur. Ut non obstent verba subsequentia generaliora, quia non est infrequens restringi ad casum præmissum. Non obstat Conc. Parisiense, de quo in *d. c.* 2. nam hoc loquitur de Clericis in genere; dictum verò non tantum de restringendis Clericorum conjugatorum privilegiis. Quod autem tantum causas criminales excipiat Pont. est, quod indecorum sit, in causa criminali, in qua agitur ad vindictam, Clericum subdi foro sæculari, quam in causa civili, in qua agitur de restitutione debiti. Non poterit tamen in causa civili capitali Clericus à laico, propter *d. can. Si quis suadente*, quo prohibetur violenta manuum injectio in Clericos. Hæc ita, durante matrimonio jam non soluto, etiam in civilibus gaudebit Clericorum privilegiis omnibus, cum ea tantum restringantur in causa conjugii, per *d. c. un.* Joan. Andreas *d. c.* 1. *n.* 2. Covarr. *Prax. qq. c.* 31. *n.* 7. Sanchez, *Disp.* 46. *n.* 21. *& seqq.*

Illud etiam quæsitum, An vestem clericalem & tonsuram deponens amittat impetuum dicta privilegia? R. Tantum pro tempore, quo non gestat, amittere, & resumpta veste ac tonsura iterum iis gaudere. Ratio est, quod Canon propter dimissionem eorum non tam privet Clericos privilegiis, quam eorum usu; unde resumpto habitu, tamquam cessante causa impedimenti, iterum iis fruentur. Et hoc ipsum probatur per *d. c. un.* in verbis, *nolumus gaudere Clericali privilegio*, quæ indicant tantum suspensionem. Facit ad idem *c.* 8. *seq.*

sup. De vita & honest. Cler. Clem. 1. eod. & alia loca, quæ non privant nisi pro tempore, quo Clericus se non conformat Canonibus. Hinc, mortua conjuge, quam unam virginem habuit Clericus, si continuet vel reassumat vestem clericalem & tonsuram; gaudebit omnibus privilegiis. Joan. And. *d. c. 1. n. 2.* Covarr. *d. loco n.* 18. Sanchez. *d. Disp. 46. qu. ult.*

23 Quid si Clericus ante conjugium deliquerit, an conjugatus habitum & tonsuram non deferens habeat privilegium fori, ejus delicti nomine? R. Ita omnino dicendum esse, etiam in casu, quo omnino privaretur postea Clericorum privilegiis, ut in specie *c. un. De bigamis non ordin. in 6.* Ratio est, quod ad fori competentiam debeat attendi tempus, quo delictum est commissum, *arg. l. 1. D. De pœnis*; & ita tenet, alios referens, Grammat. *Decis. 10. n. 3.* tradens ita decisum esse. Nihil facit, quod *d. c. un. De bigam.* dicantur bigami nudari omni privilegio clericali; nam hoc tantum est accipiendum quoad delicta postea commissa, non quoad præcedentia, Barbosa *ad l. Titia 35. n. 33. C. Sol. matr.*

24 Postremo quæritur, An uxor Clerici gaudeat privilegio canonis & fori? R. Ex communi sententia, eam minimè gaudere privilegio canonis, cum sit personale, inductum tantum in reverentiam ordinis Clericalis, quem non egreditur. De privilegio fori dubitatum; dicendum tamen, nec eo gaudere. Nihil obstante, quod uxor sortiatur viri forum; hoc enim tantum in iis, quæ possunt communicari cum uxore. Fori autem privilegium non est communicabile cum uxore, utpote concessum ratione Clericalis ordinis, cujus incapax mulier, ut dictum sup. *lib. 1.* Joan. Andr. *d. c. un. n. 3* Sanchez. *lib. 7. Disp. 47.*

TITULUS IV.

De Clericis non residentibus.

SUMMARIUM.

1. *Clerici ad residentiam personalem tenentur.*
2. *Residentia illa quo jure requisita.*
3. *Beneficia quæ obligent ad residentiam, quæ non.*
4. *Consuetudo an liberet à residentia?*
5. *Residentia strictè facienda.*
6. *Absentes an ipso jure priventur beneficiis?*
7. *An & fructibus?*
8. *Absentia spatium quantum ex Conc. Trid.*
9. *A residentia quanam caussa excusent.*
10. *Residentia 40. annorum an sit justa caussa?*
11. *Distributiones quotidianæ (quæ & manualia beneficia) dantur solis præsentibus.*
12. *Absentibus quando debeantur.*
13. *An debita expulso à Capitulo?*
14. *An excommunicato?*
15. *Distributiones æqualiter faciendæ.*
16. *Duplex an debeatur ratione duplicis officii?*
17. *Distributiones absentium an & qualiter accrescant præsentibus?*
18. *Victus in possessione ad teneatur ad restitutionem distributionum interim perceptarum?*

AD vitæ innocentiam, quæ in Clericis desideratur, oportet accedat diligentia procurandi officii, cujus ratione datur beneficium. Ea consistit in residentia, id est, præsentia personali in ipsa Ecclesia, in qua quis beneficium habet, etiam simplex & modicæ æstimationis, *c. 1. h. t.* Dico, personali; quia est electa personæ industria, quæ per alium non suppletur, maximè si fuerit cura animarum, ad quam admitti conductitios indignum. Unde consuetudo sub annuo censu committendi aliis Ecclesias dicitur enormis, & improbatur, *c. 3. inf. Ne Prælati vices suas & c. ubi ea de re latius.* Ut tantum iis sint conferenda beneficia, qui in propria persona volunt & possunt deservire, non etiam iis, qui nec possunt, nec volunt, *c. 4. h. t.* Excipe casum *cap. Extirpanda §. qui verò inf. tit. seq.* de quo actum fuit supra *De off. Vicarii.* 1

Quæritur autem, Quo jure requiratur residentia? Resp. Episcopos & alios curam animarum habentes teneri & jure divino, *Trid. Sess. 23. c. 1. De reform* quod Christus commiserit talibus oves pascendas; non pascuntur autem nisi à præsentibus: & naturali, cum in eum finem recipiant decimas, terrena metant, ut spiritualia ministrent; datum enim beneficium propter officium, *c. fin. De reser. in 6* Simplicia vero beneficia in dubio quidem etiam præsumi habere adnexam residentiam, non tamen nisi jure humano Canonico. 2

Sunt eorum quædam, quæ tantum ad Horam

ratum Canonicarum recitationem obligant, non etiam ad residentiam, aut ad substituendum sibi alium; cujus ordinis sunt Beneficia, quæ dicuntur Præstimonia, sive Præstimoniales portiones, à reditibus Ecclesiasticis abstractæ, & designatæ aliquibus per modum subjectionis & adjutorii ad studia peragenda. Et esse beneficia non obligantia ad residentiam, patet ex Conc Trid. *Sess. 6. c. 2. De reform.* ubi dicitur, obtinentes beneficia, residentiam personalem de jure aut consuetudine requirentia, cogendos esse residere; nam fructus ibi fieret mentio eorum, quæ desiderant residentiam, nisi & essent, quæ non desiderarent. Facit eodem, quod Trid. *Sess. 23. c. 1. De reform. & Sess. 24. c. 12. De reform.* tantum faciat mentionem Episcopatuum, & obtinentium curam animarum, aut præbendas, portionesve in Cathedrali aut Collegiata Ecclesia.

Q. II. An consuetudo possit liberare à resi-
4 dentia? R. Neutiquam quoad eos, qui de jure divino aut naturali tenentur residere, cui non prævalet consuetudo, nec illud immutat, *Instit. De jure natur. gent. & civili*; sustinendam tamen quoad eos, qui tantum de jure Canonico obligantur, ut habentes beneficium simplex, quia potest consuetudo mutare jus humanum, & ab ejus observantia liberare. Quam distinctionem videtur adjuvare Conc. Trid. *d. Sess. 23. c. 1.* ubi agens de residentia eorum, quibus est cura animarum, dicit consuetudinem ab ea liberantem potius corruptelam censendam esse: ut contrarium sit colligendum in iis, qui non habent curam animarum. Vid. Abbas *ad c. Extirpanda 30. §. qui verò nu. 31. & 32. inst. tit seq.* & Covarr. *3. Variar. Resc. 13. nu. 9.* Consuetudine tamen non obstante, cogendi absentes residere, si ita exigat divinum ministerium.

Residentiam qui debent, strictè eam præ-
5 stant, etiam Cardinales, *c. 2. h. t.* sub mortalis peccati reatu; alias per fructuum subtractionem, sequestrationem, aliaque juris remedia, etiam usque ad beneficii privationem, compellendi, *Trid. d. Sess. 23. c. 1.*

Ubi quæritur, An ipso jure priventur be-
6 neficiis absentes? R. Factum hominis requiri, cum nusquam inveniatur textus illos ipso facto privans; sine textu autem non soleat pœna induci. Non alias tamen per hominem privandi, nisi legitima citatione prævia: quæ iam una sufficere videtur personaliter facta, quando scitur, ubi locorum ablens degat, & citatus, cessante impedimento justo, non compareat, spoliari beneficio potest, *c. Ex parte & c. fin. h. t.* Si ad absentem citatio perveniat non valeat, ut quando ignoratur, ubinam agat; trina citatio desideratus per edictum, ut hoc illius ad absentis notitiam perveniat: qui si non compareat intra sex menses, spoliari potest beneficio, *c. Ex tua 11. h. t. Gl. in c. fin. §. porrò Prælatis nonibus sup. Vt lite non contest.* Potest & superior in contumaces uti suspensione & excommunicatione, *d. c. 11. §. 1.*

Quæritur &, An absentes fructibus ipso facto priventur? R. Hoc videri dicendum eos, qui jure divino aut naturali tenentur ad residentiam, quales sunt habentes curam animarum, de quibus agens Trid. *d. Sess. 23. c. 1.* dicit eos non facere fructus suos pro rata temporis, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse, sed iis pauperes loci erogandos esse, aut fabricæ Ecclesiarum applicandos, cessante quacumque conventione aut compositione, qua fructus ex parte remittantur. In quibus vel maximè dicendum habet, quod beneficium detur propter officium, ut hoc cessante, ramquam cessante perceptionis fructuum, perceptio ista sit ipso facto ipsa. In iis, qui non tenentur isto jure ad residentiam, videtur hæc privatio ipso jure non inducta, sed per hominem inducenda, cum Trid. *d. & Sess. 24. c. 12. De reform.* tantum agat de habentibus curam animarum, &, ut mox dicemus, de aliis agens dicat eos privandos.

Loquitur autem Trid. uti & veteres Canones, de diuturna absentia, per quam patitur Ecclesia detrimentum; nam qui aliquando per tantum abest, statim reversurus, non videtur abesse. Unde absentiæ spatium, quod sit centum pœnam, definivit singulis annis, sive continuum sive interruptum, ut non excedat tres Episcopis duos menses, aut ad summum tres, & subsit æqua causa, cesserque detrimentum commissi gregis. Ultra si abesse velint, causa legitimæ absentiæ est alleganda coram Papa aut Metropolitano, aut seniore Suffraganeo, ab eoque in scriptis approbanda, nisi notoria sit ratione officii. Idem in iis, qui curam ani-

marum

marum habent, ne peticlitetur grex commissus. Non habentes curam animarum tres menses habent, quibus abesse iis est impune. Non tamen omnes absint eodem tempore, ne cultus divinus jaceat. Admonet verò Trid. *d. Sess. 23. c. 1.* eos præcipuè, quibus est animarum cura, ne absint solemnioribus diebus, quibus præsentiâ Pastoris maximè reficì, & gaudere solent oves. Ultra abesse nulli licitum, nihil faciente consuetudine, aut Ecclesiæ staturis, per quæ absentiæ restringi quidem possunt, non etiam prorogari, *d. c. 12. vers. Præterea.* Ultra qui abesse præsumpserit, primo anno privandum esse dimidiâ parte fructuum; secundo omnibus; crescente verò contumacia contra talem procedi juxta Canonum constitutiones mandat Trid. *d. vers. Præterea.*

9 Excusabit autem caussa, quam ponit urgens necessitas, debita obedientia, evidens Ecclesiæ aut Reip. utilitas. Talis est caussa studii, Theologici scilicet vel juris Canonici, & quidem ad quinquennium: & hoc quatenus verè in studiis agunt; neque enim cuipiam patrocinari collusio aut fraus debet, *c. 4 & c. Tua 12. h. t.* Vid. Horat. Lucius *de Privi. Scholar. priv.* 98. Pet. Greg. Tholos. *de Benef. Eccles. c. 7. nu. 10. 11. 12.* Ponit & justam caussam absentia ratione ministerii summi Pontificis, ad quod quis evocatus, *c. Cum dilectus 14. h. t.* Idem est, existente aliquo in servitio su Episcopi, *c. Ad evidentiam 15. h. t.* Non uretur tamen in servitio suo Episcopus operâ Parochi, n si eo spatio, quo communiter permissum ei abesse, idque non deseratur cura animarum. Ponit præterea justam caussam dispensatio S. Pontificis super habendis pluribus beneficiis, qui hoc ipso dispensasse videtur super residentia alterius, cum nemo utrimque commodè residere, id est deservire cultui divino possit, *c. Non potest 21. de præb. in 6.* Facit etiam indulgentia S. Pont. quempiam impune abesse: qua tamen non obstante possent Clerici cogi residere, si Ecclesiæ necessitas & cultus divini ministerium exigat; qui donec venerint, Superioris est alios substituere, qui deserviant Ecclesiæ, ex absentium alendos fructibus, *c. pen. h. t.* Præstat eamdem caussam adversa valetudo, de qua infra *Tit. 6. de Clerico ægrot.* aëris intemperies pro certo anni tempore: graves inimicitiæ cum plebe, aut Domino loci, unde vitæ discrimen aut scandalum; quo casu si reconciliatio sit desperata, dandum potius à Superiore tali Clerico aliud beneficium: grave periculum imminens ratione belli, tempestatis, & captivitatis. Est autem curandum præcipuè habentibus curam animarum, ut in casu justæ absentiæ provideatur gregi de provido Vicario. Absentiæ huic ex justa caussa neutiquam dici potest derogatum per Trident. dum passim exigit residentiam: posterior enim lex generaliter loquens limitatur per priorem specialiter loquentem, *l. Sed & posteriores. D. de L. L.*

Q. An sit justa caussa excusationis residentia 10
XL. annorum? R. Hoc posse videri, *arg. l. 1. C. De Profess. qui in urbe lib. 12.* ubi qui viginti annis legit, Comitatus dignitatem consequitur. Sed hoc argumentum parum urget, cum à diversis non fiat illatio: ut, cum desit textus hac in materia liberans, nulli anni dicendi sint liberare, quòd passim hac in materia requiratur & mandetur residentia. Et deinde ut in argumento dicto accedat titulus Comitatus, non legitur tamen etiam liberari à legendo Doctor, & nihilominus lucrum capere. Navarr. *cons. 12. h. t.*

Hæc ita quoad fructus, quos grossos vocant, quibus minimè privandi justa de caussa 11
absentes. * Præter fructus istos inductum est in Ecclesia, ut tempore officii fierent distributiones quotidianæ præsentibus tantum, quæ manualia dicuntur beneficia, aut victualia, à Bonifacio VIII. *c. un. eod. in 6.* ut hac viâ excitarentur Clerici ad divinum officium celebrandum: & hoc non sine primario, vel qui habet rationem motivi, quia hoc foret inordinatum, sed secundario & occasionaliter. Præsentibus, inquam, tantum, neutiquam etiam absentibus; nihil faciente consuetudine contraria, quam improbat Bonif. P. *d. loco* statuens absentes distributiones istas suas non facere: quam & reprobat Trid. *Sess. 24. c. 12. De reform.* renovans constitutionem Bonifacii. Præsens hic dicitur, non qui est in oppido, aut loco, in quo sita Ecclesia, aut etiam in ipsa Ecclesia, sed qui in choro est, in quo celebratur divinum officium, ibique simul cum reliquis operam impendit. Potest tamen & dici præsens, qui in oppido aut Ecclesia est, si

valis præsentia muneri sufficiat, ut tradit Covarr. 3. *Var. Resol. c. 13. nu. 3.*

12 Quæri hic posset, An nullis absentibus debeantur distributiones? R. Absentibus nomine Ecclesiæ ex mandato capituli rectè dici deberi, propterea quòd tales in plerisque habeantur pro præsentibus: ut æquum sit ab iis, quorum negotiis ex mandato eorum incumbunt, nihil contra eos attentetur ex causa absentiæ, *arg. l. Sed etsi 26. §. fin.* D. *ex quib. caus. majores &c.* Quò facit, quod Joan. And. *d. c. un.* velit eas deberi Archidiacono visitanti. Facit &, quod scribit Navarr. *cons. 8. h. t.* satisfacere Prælatum juratæ obligationi de residendo, si absit nomine Ecclesiæ, secundum text. in *c. Ex parte 13. h. t.* Et colligi hoc ipsum videtur ex *d. c. un.* in quo Bonifac. dum negat absentibus cedere distributionum dominium, excipit absentes ex evidenti caussa Ecclesiæ. Obstat tamen huic sententiæ *c. 7. h. t.* in quo dicuntur victualia [qualia interpretamur distributiones *d. c. un.*] non cedere existenti in servitio Episcopi, quòd ea absentibus non dentur: nisi dicamus, tales non posse dici abesse mandato capituli, & propter ejus negotia, sed potius Episcopi, cui jure permittente non potest contradicere capitulum, ut non mereatur hanc gratiam. De infirmis agetur infra *t. 6.*

13 Q. II. An debeantur expulso à capitulo, aut in exilium misso? R. Si sine culpa sua hæc patiatur clericus, deberi ei distributiones, quas alias præsentia sua percepisset, quasi per vim majorem impeditus divinis interesse, easque lucrari, ne sine culpa inferatur alicui gravamen. Facit pro ea parte *c. un. eod. in 6.* ubi rationabilis necessitas facit absenti deberi distributiones, qualis hoc casu. Ex eodem textu idem dicendum de injustè carcerato, & de eo, qui vi majore detentus non potuit interesse divinis; habendus enim taliter impeditus quasi præsens fuisset, ne qui culpa caret in damnum vocetur. Navarr. *Cons. 11. h. t.* Covarr. 3. *Var. c. 3. nu. 8. vers. Vndecimo.*

14 Q. III. Quid juris in excommunicato? R. Idem dicendum esse, si injuste sit excommunicatus, ne injuria alterius quis damnum sentiat; quatenus tamen interesse solitus divinis, nam alias nullum damnum sentit. Imo excommunicatio licet injusta lucrum ei adferret, quod non est rationis. Juste expulsus [illegible] carceratus, habet quod imputet sibi, præcipue hic, in cujus potestate est, dimissa contumacia mereri absolutionem, in qua quod manserit suæ culpæ attribuat; neque enim ejus fovendæ malitia. Facit *c. Pastoralis 53. in fine & ibi Gl. [illegible] de appellat.* ubi proventus Ecclesiastici [illegible] huntur ei, cui denegatur communio Ecclesiæ, qualis est juste excommunicatus. Covarr. [illegible] 8. *vers. duodecimo.*

Distributiones itaque faciendæ præsentibus tantum, & quantum fieri potest æqualiter, quòd in omnibus æqualis sit caussa, scilicet adsiduitas & frequentia in divino officio [illegible] pari onere diligentiæ meritò par debeat [illegible] lucri seu commodi compensatio: ut non debeat alicujus conditio ideo prævalere quoad majorem distributionem, quod habeat pingue[illegible]rem præbendam; nam ea res non facit eum [illegible] reliquis præstare sua præsentia, cui distributio debetur D. Wames. *cons. 208. nu. 2.* Nihil tamen implicat inconveniens, si secundum officium & dignitatem qualitatem constituatur [illegible] major portio, quam salvat inæqualitas [illegible] ut tradit Glos. in *c. Statuimus 15. V. potiores [illegible] de majorit. & obed.*

Q. IV. An duplici gaudens officio, [illegible] Archidiaconus simul & Canonicus, duplex recipiat distributiones? R. Hoc velle [illegible] And. Abbatem, Felin. in *c. cum olim [illegible] sent. & re judic.* & pro iis facere textum [illegible] *Titia §. qui Marco D. de annuis legat.* Rationem dant, quod nihil inconveniens sit, illi [illegible] dere duplex stipendium, cui est duplex officium. Atque hanc opinionem veriorem [illegible] Covarr. *d. loco nu. 6.* & maxime [illegible] consuetudo loci suffragetur. Alias [illegible] videtur æquior & probabilior, fundata [illegible] quod distributio solummodo fiat [illegible] exercitium in divinis, quod ut non duplicetur in eo, qui duplici munere fungitur, [illegible] nec duplicari distributionem æquum est, [illegible] gravamen Ecclesiæ. Deinde cum lucri [illegible] sit eadem, quidni & idem lucrum [illegible] ne inter pares onere ponatur imparitas [illegible] modi, contra regulam juris. Facit huc text. in *l. Si plures 9. in princ. vers. nam difficile [illegible] de pact.* ubi dicitur esse difficile, ut unus [illegible] sentet plurium vices & labores, præcipue [illegible]

pe[illegible]

personali, de qua agimus, præsentia, Vid. Azor. *Instit. Moral. tomo 2. lib. 3. c. 11. q. 19. & lib. 7. qu. 12.* Wames. *d. Cons. 208. n. 3.*

17 Q. VI. An absentium portiones adcrescant præsentibus? Resp. Sepositâ consuetudine, tum demùm adcrescere præsentibus, quando certa portio in genere adsignata distribuenda iis, qui intersunt divinis: tunc enim absentes præsentibus partes non faciunt; exemplo hæreditatis, aut rei conjunctim relictæ testamento, ad quam quo pauciores concurrunt, tanto major pars singulis debetur. Si verò singulis adsignata fuerit portio, nihil adcresceat præsentibus, cum absentes nihilominus partes faciant, quamvis non capiant portionem adsignatam, quæ apud Ecclesiam remanet, ex cujus patrimonio datur. Covarr. *d. c. 13. num. 7.* Wames. *Cons. 209. num. b. & Cons. 212. num. 2.*

18 Q. VII. An qui ratione recredentiæ, id est fiduciariæ & quasi depositariæ possessionis, distributiones percepit, postea in possessione victus teneatur ad earum restitutionem? Resp. Non teneri, quod illas receperit ratione personalis residentiæ & præsentiæ in divinis officiis, ut victor eas sibi abrogare nequeat, cum præsens non fuerit, nec veniant nomine fructuum beneficii, qui victori debentur. Sic & qui impetrant beneficium certæ taxæ non imputant has distributiones Oldrad. Cons. 118. Felin. in *c. ad aures 13. num 34. de reser.* Covarr. *d. c. 13. num. 1.* Spectat etiam ad officium Clericorum lectio Horarum Canonicarum, qua de reinf. *De celebrat. Missar.*

TITULUS V.

De Præbendis & Dignitatibus.

SUMMARIUM.

1. *Clerici ex beneficiis alendi.*
2. *Beneficium quid & in quo differat à Pensione.*
3. *Præbenda Canonia quid, & Canonici qui.*
4. *Beneficia alia Sæcularia, alia Regularia.*
5. *Item alia Simplicia, alia Duplicia.*
6. *Alia Electiva, alia Collativa.*
7. *Beneficia conferunt Clerici, non laici, nisi ex speciali indulto.*
8. *Præscriptio non prodest laicis.*
9. *Ne quidem immemorialis.*
10. *Beneficia qui conferant.*
11. *Episcopus ante consecrationem an rectè conferat.*
12. *An R. Pontificis in urbe Vicarius?*
13. *An adiutor Episcopo datus?*
14. *An existens in possessione conferendi?*
15. *An sequester?*
16. *Collatio an rectè fiat extra diœcesin?*
17. *An existens in Rom. Curia rectè conferat in Ecclesia sua?*
18. *Collatio ordinaria quibus modis impediatur.*
19. *Iure devolutionis quando impediatur collatio.*
20. *Collatio manet salva ordinario collatori, non sortita effectum facto ejus, cui facta est, vel per casum, &c.*
21. *Devolutio fit ad superiorem, non contrà.*
22. *Idque iisdem conditionibus, quibus ordinarius tenebatur.*
23. *Devolutio etiam locum habet, collatione indignè facta.*
24. *Reservatio quid. & beneficia reservandi jus quibus competat.*
25. *Reservationes an & quæ obtineant.*
26. *Reservatio corpore juris clausa quæ dicatur.*
27. *Reservationibus an & futura beneficia comprehendantur.*
28. *Non afficiunt beneficia patronatus laici.*
29. *Iure præventionis potior est, qui tempore prior.*
30. *Licet eodem die collatio facta sit.*
31. *Et ab uno eodemque unum idemque beneficium fuerit collatum diversis.*
32. *Beneficia quibus conferenda.*
33. *An rectè conferatur beneficium non habenti animum permanendi in statu Ecclesiastico?*
34. *Inter plures idoneos conferendum magis idoneo.*
35. *Collatio facta digno, omisso digniori, tenet.*
36. *Licet per tertium fuerit impeditus dignior.*
37. *Fraude ac mendaciis impedians tenetur omisso ad restitutionem.*
38. *An teneatur ad damnum totius beneficii?*
39. *Idoneus in dubio quis præsumendus?*
40. *Indigni omnino rejiciendi.*
41. *Conferens indigno an eo casu privetur jure collationis.*
42. *Collatio indigno facta an ipso jure nulla?*

43. *Collatio perjuro facta est nulla.*
44. *Irregularitas facit collationem nullam.*
45. *Item excommunicatio major,*
46. *Non etiam minor.*
47. *Absolutio ab excommunicatione non facit convalescere collationem.*
48. *Collatio facta suspenso à beneficio irritanda.*
49. *Collatio à Pont. facta excommunicato aut irregulari an teneat.*
50. *Laici inhabiles sunt ad beneficia.*
51. *Beneficium an rectè conferatur habenti sufficiens patrimonium?*
52. *Beneficia qualiter conferenda.*
53. *Ad valorem collationis an scripturâ opus?*
54. *Beneficium ad tempus an conferri possit?*
55. *Conferenda singula singulis, non plura uni.*
56. *Pluralitas Beneficiorum, etiam simplicium, an damnata jure Decretalium?*
57. *Retentio duorum pluriumve beneficiorum simplicium quatenus consuetudine permissa.*
58. *Utroque sufficienti an alterum vacet ipso jure: & quæ dicantur beneficia incompatibilia primi & secundi generis.*
59. *Super pluralitate dispensat Pontifex.*
60. *An & Episcopus dispenset?*
61. *Ecclesias duas, alteram titularem, alteram commendatam habere olim permissum.*
62. *Collationis vis. Beneficia quibus modis vacare contingat.*
63. *Pont. an possit aliquem privare beneficio citra causam?*

1 OFficii, quo funguntur Clerici, nomine dantur beneficia, cùm altari serviens ab eo sit alendus, officio & dignitati convenienter, *c. cum secundum 16. h. t. can. Ex his 22. Xt.* q. 1. Turpe enim altaris addictum servitio, ab eo propter inopiam ad vilia avocari. Unde ad Ordines nemo admittendus sine titulo, id est beneficio, nisi de suo habeat, unde honestè alatur, *c. 2. & c Tuis 23. h. t.* aliàs à præsentante aut ordinante erit ei providendum, donec titulum sit consecutus, *c. 4. & d. c. 16 h. t.* De officio Clericorum dictum Tit. prioribus, præcipuè proximo: hic de Beneficiis subjicitur.

2 Beneficium Seneca, *De benef. lib. 1. c 6.* vocat actionem benevolam; alii munus in aliquem collatum. Hoc loco, uti & toto Jure Canon. est jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, ratione spiritualis ministerii. Dico, perpetuum; quia si temporale foret, & ad nutum revocabile, non esset beneficium, cujus ordinis sunt ea, quæ manualia dicuntur. Excluditur Pensio, quia non obligat ad aliquod ministerium Ecclesiasticum, *c. 4. eod. in 16.* ne quidem ad Horas Canonicas; nisi quod Pius V. ad Horas D. Virginis pensionarios obligaverit, sub pœna amissionis fructuum pensionis. Hoc beneficii genus veteribus dictum Sacerdotium, ut patet ex *l. 1. D. de ambitu,* & aliis, quæ tamen possent videri potiùs munus & dignitatem denotasse, quàm proventum.

Inscriptio hujus Rubr. quoad priorem partem, est *de præbendis;* nomine Præbendæ accepto pro ipso jure percipiendi reditus, ut rubrum nigro conveniat, atque ita idem sit cum Beneficio, cùm aliàs verbi istius propria significatio denotet fructuum perceptionem. Dicta enim Præbenda, quod Clericis sua portio tribuatur, distincta à Canonia: quo vocabulo designatur jus ipsum, quod sequitur jus habendi locum in Choro ibi dicendi & peragendi officia divina, quod etiam consistit sine perceptione ullà fructuum, *Gl. in c. 9. V. receperunt jup. de constitut.* Potest enim esse Canonicus sine præbenda, quæ tamen proximè vacans debetur adscripto in Canonicum, *c. Relatum 9. h. t. Gl. in c. 1. de concess. prab.* ut è contra datur præbenda sine Canonia, ut videre est in *c. pen. inf. de Magistr.* Hinc dicitur Canonicus præbendarius, cui ab est & Canonia & præbenda; qualem à Canonia quem ex ærario Ecclesiæ accipit, ita dictum aliqui volunt. Rectiùs Ivo *Epist. 95.* ex eo dictum vult, quòd Canonicas regulas aeteris cæteris observare astringatur. Quo modo Canonici dicuntur Regulares, quæ duo verba idem denotant, nisi quod illud Græcum, hoc Latinum: distinctionis tamen gratia hoc nomine veniunt ii, qui communem vitam agunt, *c. 5. jup. de relig. domib.* illi verò qui seorsim & liberè vivunt, dicti sæculares Canonici.

Hinc dividuntur Beneficia, Primò in Sæcularia, quæ debentur Clericis sæcularibus, & Regularia, quæ iis conferenda, qui strictiori regulæ sunt obstricti, regularibus scilicet, non etiam sæcularibus Clericis, ne quidam

dem ex mandato Apostolico, nisi hoc expresse caveatur in litteris, c. 5. *eod. in* 6.

5 Secundò, Alia sunt Simplicia, quæ nullam habent adjunctam qualitatem, sed tantum divinum officium, ut Canonicatus, Capellania; alia Duplicia, sive Majora, quibus aliqua adest qualitas, sive præeminentia, veluti dignitas, jurisdictio, cura animarum: quorum aliqua habent dignitatem cum jurisdictione, unde altera Rubr. pars est de Dignitatibus, uti Episcopatus, Abbatia, Præpositura, Decanatus, Archidiaconatus, alia neutram, sed tantum gradum aliquem honorificum, quo cæteris præstant, ut Personatus, officium Cantoris, Thesaurarii, vel curam tantum animarum, ut Parochiæ.

6 III. Alia sunt Electiva, ad quæ pervenitur per electionem, de qua supra lib. 1. alia collativa, quæ per collationem acquiruntur, cujus generis sunt ista, quibus non adjuncta dignitas; eamque vel liberam, quorum collator non est adstrictus alicui nominationi aut præsentationi, sed vacantia pro lubitu conferre potest, vel non liberam, quæ facienda personæ perpatronum præsentatæ, de qua *inf. de jure patron.* aut nominatæ à Principibus aut Universitatibus, quibus id privilegii specialiter est indultum à Sede. Dividunt beneficia & in Perpetua, quæ adimi nequeunt, nisi certis de causis, de quibus suo loco, & Manualia; verum hæc propriè beneficia non sunt, cum ad nutum amoveantur.

7 De modo, quo per collationem, eamque liberam jus quæritur ad beneficia, hoc Tit. agitur. * Est ea spiritualis, ut tantum penes Clericos sit conferendi potestas, in laicam autem personam non cadat, *c. 2. sup. de judic.* cui spiritualia tractare non licet, *c. 7. de præscript.* nisi ex speciali indulto Pontificis, quo aliquibus Principibus id jus concessum invenitur, *c. dilectus 34. h. t.* ut Regi Galliæ qui beneficia vacantia in Ecclesia Pastore destituta confert, exceptis Parochialibus. P. t. Greg. *Synt ag. Iuris universi lib. 17. c. 7. num. 19.* Azor. *Instit Moral. p. 2. lib. 6. c. 25. q. 19* Donationem beneficiorum competiisse Comitissæ Flandriæ legitur in c. *Dilecto 40. sup. De testib. & c. ult. inf. de conc. præb.* nisi donationem ibi accipiamus pro præsentatione, quod est verisimile.

Præscriptio hac in re laicis non prodest, 8
saltem 30. aut 40. annorum, quia obstat jus commune, contra quod sine titulo non præscribitur, ut dictum supra, *ad tit. De præscript.*

Sed quæritur, an prosit iis ea, quæ imme- 9
morialis? Resp. Ita videri, cum tale tempus sit loco tituli legitimè constituti & privilegii faciatque impræscriptibilia præscribi, *l. Hoc jure §. ductus D. de aqua quotid. c. 1. de præscript. in* 6. Negare tamen aliquos eam vim esse tali tempori, quod laicus incapax omnino istius juris non nisi ex privilegio id consequi possit, quod licet tale tempus videatur ponere, non tamen verè ponit.

Inter Clericos plena dispositio beneficiorum est penes Rom. Pontificem. *c. 2. eod. in* 6. propter summam ejus in Ecclesia potestatem, *c. 2. h. t. can. Cuncta per mundum IX. q. 3.* Azor. *d. c. 25. qu. 1. & c. 26. qu. 1.* Eadem potestas est Legatis à latere in provinciis suæ legationis, uti dictum sup. *tit. de off. Legati*, & expressum *in c. Si à sede 31. eod. in* 6. Legatis missis non eadem est potestas, nisi specialiter induta, *c. 1. de officio leg. in* 6. aut nisi his eadem potestas sit commissa, quæ est Legatis à latere, ut si mittantur cum potestate Legati de latere. Legatis natis hæc potestas est, non jure legationis, sed ordinatio, ratione Episcopatus aut Archiepiscopatus. Quo modo Episcopis & Archiepiscopis competit licentia conferendi beneficia, quod eis sit commissum disponere Ecclesias, earumque res, *can. Decretum cum seqq. X. q. 1.* & hoc tenet Abbas in *c. cum olim 14. num. 32. sup. De majorit. & obedien.* Vid. Azor. *d. c. 25. qu. 6.* Cui rei consuetudine est derogatum, quâ vel Episcopus cum consensu aut consilio Capituli confert, vel Capitulum etiam solum, quo in sensu accipiendus texus *in c. 4. inf. De conces. præb.* vel etiam Abbates, 10
aliive inferiores, quibus ex privilegio hoc indultum, *c. 4. inf. de Instit.* In collegiatis Ecclesiis spectare ad Capitulum collatio videtur facienda per Prælatum de consensu Capituli, nisi ipse præscripserit, *c. Ea noscitur 6. inf. de his quæ fiunt à Prælato, & c.* quæ præscriptio nihil potest dici mali moris involvere; nisi moris sit, ut delegetur vicarius, aut secundum turnum, ut vocant, singuli per ordinem conferant ut insinuare videtur, *c. fin. eod. in* 6.

vel

vel etiam habeant certas septimanas vel menses, quibus vacantes conferant præbendas. Et hoc ad vitandam dissensionem, quæ obvia est ubi inter multos agitur. Cardinalibus in Ecclesiis suorum titulorum jus est conferendi beneficia. Felin. in *c. His quæ sup. de majorit. & obed.* quod in iis habeant quasi Episcopalem auctoritatem.

11 Q. An Episcopus possit conferre beneficia ante consecrationem? Resp. Potestatem ea conferendi esse jurisdictionis, quæ per confirmationem accedit, *c. Transmissam 13. sup. de elect.* tum ut possit omnia, quæ sunt jurisdictionis, etiamsi necdum sit consecratus Azor. *d. loco qu.* 10. Garf. *de Benef. p. 5. cap. 4. §. 3. in princ.*

Capitulum an Sede vacante beneficia conferat, dicetur infra Tit. 9. *No sede vacante*, &c. Vicarium generalem Episcopi non posse conferre beneficia, nisi specialiter id illi sit concessum, habet *c. fin. De off. Vicarii in 6. de quo* Garf. *d. p. 5. c. 8. n. 11.*

12 Quid in Rom. Pontificis Vicario in Urbe? R. Videri nec talem etiam Cardinalem nomine sui officii posse conferre beneficia, cum nihil plus juris inveniatur quoad hanc rem tributum tali Vicario, quàm aliorum Episcoporum, qui ut non conferunt, nisi ex speciali concessione, uti jam dictum per *d. c. fin.* ita nec hic dicendus aliàs posse conferre. Azor. *d. c. 25. qu. 4. post* Rebuff. *in Praxi Benef. in forma Vicarii Archiepiscopi n. 64.*

13 Q. II. An adjutor Episcopo datus conferat beneficia? Resp. Datum Episcopo propter senium, habenti tamen sensus integros, non habere licentiam conferendi, sed eam penes Episcopum remanere, qui jure isto non est privandus: datum verò amenti conferre posse sine ulla Episcopi injuria, & magno Ecclesiæ commodo. Quo facit, quod & tutor infantis & curator amentis præsentent Clericum ad beneficium. Ubi nihil obstabit, quod ea res spectet ad alienationem, non concessam ei, cui est administratio commissa, *c. is cui 41. de elect. in 6.* nam hoc verum in alienatione voluntaria, non etiam ea, quæ est necessaria uti hæc, ne diu Ecclesia vacet ministro. Azor. *d. loco qu.* 15.

14 Q. III. An existens in possessione conferendi validè conferat? Resp. Ita dicendum esse, quamdiu est bonæ fidei, cum possessio ista det tantum juris, quantum jus proprietatis. Facit, quod collatio spectet ad fructus, qui eis dunt possessori, nec consumpti restituantur, præcipuè si non sit factus locupletior possessor, uti hoc in casu. Facit eodem textus in *c. Cum tationib. de jure patron.* Ubi nominatus à possessore non ideo jure suo cadit, quod possessor jus illud postea evincatur per sententiam, ut ibidem dicetur. Vid. Garf. *d. p. 5. c. 5. in prin.*

Q. IV. An conferat sequestet? Resp. Verem videri negantium opinionem, quod res inter fructus computetur, *Gl. in c. cum de major. & obed.* quos colligit quidem sequester, non tamen sibi, sed victori eos reservat *Clem. 1. de sequest.* Conferendo autem dissoret potius, cum hoc ipso fructus talis consumatur, & nihil reliquum ipsi victori relinquat restituendum. Et ita tenet Abbas in *c. Examinata sup. de judic.* Facit, quod sequester non possideat, cum sciat se rem alienam detinere. Nec facit, quod *d. Clem. 1.* ei concedatur ministrationem; non tamen eorum, quæ ministrando consumerentur & elideretur, est collatio. Nihil etiam facit quod posset obici, detrimento Ecclesiæ cedere dilationem collationis; nam ei rei providere, si tempus non fiat, Episcopo, non etiam sequestro, incumbit. Vid. Azor. *d. c. 25. qu. 17. & Gar. d. 5. c. 6.*

Q. V. An collatio recte fiat extra dicem Resp. Ea, quæ cognitionem causæ requirunt, quia sunt contentiosæ jurisdictionis, non recte extra territorium expediri, quod alium opus sit jurisdictione, qua quis careat extra suum territorium, *l. fin. D. de jurisd.* Ea verò, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, ubique alibi perfici, cum non requirant illam cognitionem, *l. 2. D. De off. Proconf.* cujus ordinis collatio beneficiorum: ut extra territorium ea validè fiat, sine strepitu & turbatione alienæ jurisdictionis, *Gl. fin in c. Novit. sup. De Legati*; Covarr. 3. *Var. Resolut.* 20. *num.* 3. plures allegat idem adserentes, Azor. *d. l. qu.* 12.

Q. VI. An existentes in Romana Cu vacantia in Ecclesiis suis conferant? Resp. Ita aliquibus videri. Gomez. *in Reg. De judicando & c. qu.* 3. ex ratione, quod hæc fit jurisdictionis voluntariæ, quæ, ut dictum

extra diœcesin etiam exercetur. Verum praxis hoc neutiquam admittit; non planè juri dissona, quo minoris apud majorem cessat jutisdictio, *l. fin. De off. Proconſ.* ubi Proconsul imperium deponit, statim ubi urbem ingressus est. Sic & moris est Episcopis, ut validè conferant beneficia vacantia in sua Ecclesia Curiam exire solita. Ubi nihil facit, quod sit voluntariæ jurisdictionis, nam nec ea in urbe exercetur per *l.* 2. D. *d. tit.* quæ demùm dat voluntariam jurisdictionem Legato, ubi urbem est egressus.

18 Hæc ita, quatenus illi, ad quem collatio spectat, non est impedimentum positum per excommunicationem, aut simile vitium, quod contraxit; nam hoc faceret collationem nullam, secundum ea, quæ dicta sunt supra, *De elect.* Præter quæ vitia contingit conferendi facultatem inferioribus competentem & aliis modis impediri, præcipuè tribus.

19 Primò, per jus Devolutionis, quando ordinarius collator tempus, intra quod facienda collatio, patitur sibi labi per negligentiam; quod est trium mensium in electione Episcopi & Prælati Regularis, sex mensium in aliis, uti dictum sup. *De supplen. neglig. Prælat.* Quo casu jus conferendi cedit proximo superiori & ab eo; si negligentiam admiserit, transit ulterius ad remotiorem. *c. Nepro defectu 41 sup. de elect.* Quod ita inductum, ne Ecclesiæ vel beneficia diutiùs æquo vacent, non sine detrimento Ecclesiæ. *c. 6. De elect. in 6.* Tempus hoc currere demùm à die scientiæ vacationis dictum est supra *De suppl. negl. Prælat.* ubi etiam dictum, moram purgari non posse, sed tempore lapso continuò superiori jus esse quæsitum, ut collatio postea ab inferiore facta sit invalida, utpote facta à non habente jus.

20 Ubi quæri posset; Quid juris, si collatio non sit sortita suum exitum, non tam facto conferentis, quàm ejus, cui collatio facta, aut per casum vitiumve occultum? Resp. Esse salvam collationem ei, cui de jure ordinario aut speciali competit, cum nihil ei sit imputandum, qui officio suo tempori & debitè est functus, ut non sit puniendus. *c. 5. inf. De concess. prab.* & ita rescriptum simili in casu electionis, *c. Si electio 26. De elect. in 6.* concesso postea iterato spatio, quod de jure præscriptum, ut idem & hic sit dandum, ex eadem ratione, Azor *d. lib. 6. c. 17. qu. 7.*

Fit hæc devolutio ad immediatum Superiorem, *c. 2. infr. d. tit. de concess. prab.* In exemptis fit ad Papam, non ad Episcopum, qui non est superior exemptorum, *c. cum singula 31. §. 1. eod. in 6.* A superiore ad inferiorem neutiquam fit devolutio, quia non est inferioris corrigere negligentiam superioris, cum hoc nullibi jura admittant, Cui non obstat, quod Episcopo negligente fiat devolutio ad Capitulum *d. c. 2.* nam hoc tantum propter Communionem, quæ est inter Capitulum & Episcopum. Non obstat etiam, quòd nisi Pont reservata contulerit intra tres menses, ordinario licitum sit ea conferre, nam hoc, secundum Concordata Germanicæ nationis, non tam propriè videvolutionis, quamvis verbo isto utantur concordata, quàm relaxationis ipsius reservationis, de qua in illis agitur, cum sine vitio verba improprientur, ubi natura actus id postulat, ut conveniant materiæ subjectæ. D. Wamesi. *Cons. 247. num. 24.* Facit eo *c. 3. eod. in 6.* ubi intra mensem non collata permittitur ordinariis vacantia in Curia conferre. 21

Q An teneatur Superior, ad quem facta devolutio, iisdem conditionibus, quibus tenebatur Ordinarius? Resp. Omninò, cum res transeat cum suo onere, & qualitate, *l. Alienatio 67. D. de contrab. empt.* & subrogatum sapiat naturam ejus, in cujus locum subrogatur, atque in locum alterius succedens utatur eodem jure, *c. Is qui d. R. I. in 6.* Quo modo si beneficium erat conferendum sæculari, licet devolutio sit facta ad regularem, conferendum nihilominus sæculari. Item in beneficio alicui ex certa familia conferendo ille omitti per superiorem non potest, *Clem. 1. de suppl. negl. Prælat.* Wamesi, *Cons. 259. num. 9.* Azor. *d. c. 27. qu. 8.* 22

Facit & collatio indigno scienter facta ad proximum superiorem devolvi jus conferendi, *c. cum in cunctis §. fin. sup. de elect.* Excepta electione ad Cathedralem de indigno, aut contra formam Concilii generalis, quæ devolvitur ad Pontificem, *c. 18. De elect. in 6.* qua de re actum sup. *De suppl. negl. Prælat.* 23

Secundò, Jure Reservationis, quæ est alicujus beneficii Ecclesiastici vacaturi per habentem 24

bentem ad id potestatem ad se facta avocatio. Cujus effectus est, ordinarii collatoris manus ita ligare, ut collatio ab eo fieri nequeat & facta non teneat, *c. eod in 6. Extravag. ad Roman. ult. h. t.* Reservandi beneficia licentiam habere Pontificem, dubitare nefas, pro summa ejus in Ecclesiam auctoritate. Est & ea permissa Legatis non tam libera, ut dictum supra, *ad tit. de off. Legati.* Reservat Pont. vel specialiter, quando certam Ecclesiam beneficiumve aut dignitatem sibi suæque dispositioni retinet, aut jubet certæ personæ de beneficio, ubi vacaverit, provideri, quod tamen posset videri potiùs adfectum, de quo infra Tit. 8. vel generaliter, quam vocant generalem reservationem, qua plura beneficia ejusdem generis sibi Pontifex reservat, veluti Ecclesias Metropolitanas, Cathedrales, Abbatias, Cujusmodi sunt omnia beneficia in Curia vacantia, vel in loco Curiæ vicino, qualis est, qui ab eo duas diætas legales non distat; quæ singulæ viginti miliaria continent, *l. 1. Si quis cantionib. &c.* idq; per mortem ejus, qui ad Curiam veniens, ibi vel in loco vicino moritur, *c. Præsenti 34. eod.* Garsias *latè de benef. p. 5. c. 1. §. 1. n. 6.* Ejus etiam ordinis sunt beneficia habentia curam animarum vacantia per acceptionem secundi similis beneficii, citra dispensationem *Extravag. Exsecrabilis h. t.* Eodem spectant reservationes, de quibus *Extravag. ad regimen d. t.* & reservationes introductæ per Regulas Cancellariæ.

25 Verùm quæritur, An etiamnum obtineant istæ reservationes? Resp. Dubitandi causam moveri ex Conc. Basileensi *Sess. 23.* quod omnes reservationes, ut Ecclesiæ onerosas, sive generales, sive speciales, sustulit, sive inductæ essent per dictas Extravagantes, sive per Regulas Cancellariæ, aut alias Apostolicas Constitutiones; iis exceptis, quæ conclusæ continentur corpore Juris. Verum dicendum, obtinere tam generales quàm speciales: nihil obstante decreto Conc. Basileensis, quod quidem in Gallia receptum, non etiam Ecclesiæ universalis auctoritate confirmatum. Gars. *d. loco §. 2. in fine.* Ut dubitandum non sit, Rom. Pontifici reservandi beneficia facultatem non esse subiatam, cùm amplissimam habeat de beneficiis statuendi potestatem *c. 2. eod. in 6.* quam ei Concilium adimere aut diminuere nequit, *can. Cuncta IX. q. 3.* cum non tam subjectus Concilio quàm potius supra illud etiam universale, ut probatum suprà, *tit. sup. de constitutionib. n. 7.*

Ubi se offert quæstio, Quæ dicatur reservatio corpore Juris clausa? R. Doctores Gallicæ nationis eam habere juris corpore clausam, quæ continetur Decreto, Decretalibus Gregorii IX. Sexto & Clem. non etiam Extravagantibus, aut Regulis Cancellariæ, per *d. Conc. Basil.* sed verum est, etiam his contentas censeri clausas corpore Juris, cum ei sint inseræ &, ut inseræ non essent, Pontifici tamen non sit ligata manus, ut nec potuit ligari per Concilium cum sit supra illud, ut jam dictum. Vid. Azor. *Instit. Moral. p. 2. lib. 6. c. 36. qu. 4.*

Esse plures reservationes corpore Juris clausas, patet ex dicto Conc. Basileensi, quod habet in plurali, *exceptis reservationibus corpore Iuris clausis.* Sunt & reservata Sedi Apostolicæ beneficia certis anni mensibus vacantia per obitum possessorum, non in Curia, aut nempe eam. Et hodie plerisque in locis alterum menses eidem Sedi reservati, aliis Ordinario loci concessis. *Extravag. 1. de treuga & pace.* scilicet Februario, Aprili, Junio, Augusto, Octobri, Decembri: in aliquibus etiam concessi plures menses. Confert autem ea Pontifex, quocunque vacaverint modo, nisi vacent per resignationem aut cessum. Sunt etiam reservata beneficia Sedi, quæ hoc ipso vacant, quod per confidentiam accepta, ex constitutionibus Pii IV. *incip. Romanum Pont.* & Pii V. *incip. Intolerabilis*: item vacantia propter hæresin, *Cum ex Apostolatus.* Item spectantia ad Episcopos, si vacent vacante Sede, ex constitut. Pii V. *incip. Sanctissimus.* & habentia curam animarum ad Episcopos spectantia, si sint collata non servata forma Conc. Trid. præscripta, *Sess. 24. c. 18. de reform.* idque ex Constitut. ejusdem Pii V. *incip. de conferendis.* Statuit & Greg. ius XIII. beneficia collata Clericis prohibita propter generis originem, aut hæresin, aut a fide Apostasiam, nullius esse momenti, & spectare ad provisionem Rom. Pontificis, *Constit. incip. Ecclesiis.* Vid. plenius ista tractantem Azor. *d. c. 26. qq. 11. & 12.*

Q. An reservationes, sive per Constitutiones Apostolicas, sive per Regulas Cancellariæ

riæ, comprehendant futura beneficia, an tantum de præsenti existentia? R. Posterius videri posse, quod rerum non existentium nulla sint partes. Fiet, quod servitus nequeat imponi prædio, quod necdum est. Facit eodem *Clem. fin. de rescript.* Ubi mandatum de conferendo alicui beneficium extenditur ad beneficia postea creata. Dicendum tamen, istas reservationes etiam ad instituta postea beneficia spectare, quod generatim lata etiam ad futura pertineant, si aliud non exprimatur. Sunt autem istæ reservationes jure factæ & generaliter loquuntur Azor. *d. loco qu.* 13. Garc. *De Benef. p. 5. c. 1. §. 11. n.* 319.

28 Denique quæritur, An istæ reservationes afficiant beneficia obnoxia patronatui laico? R. Minimè, si aliud non exprimatur: neque enim solet Pontifex juri patronatus laici facilè derogare, ut dicetur infra, *tit. de jure patron.* Quod & dicendum, si partim fuerit patronatus laicus, partim Ecclesiasticus, quia laico non est minus jus propter adjunctum Clericum, quod illi non diminuendum. Vid. Cov. *Pract qq. cap.* 3. *n.* 5. Garc. *d. c. 1. §. 11. & 12.*

29 Tertiò, jure Præventionis, quo prior tempore est potior. Utitur eo summus Pontifex, qui cum inferioribus communicavit quidem conferendi jus; sibi tamen eam non ademit licentiam. *cap. dudum eod. in* 6. Quo casu si concurrat collatio ordinarii cum ea, quæ facta à R. P. vel alio, cui id juris, ea potior erit, quæ tempore prior.

30 Quid si eodem die utraque collatio sit facta? R. Nihilominus, si de prioritate constet, potiorem esse eum, qui prior est: si non constet, potiorem fore eum, qui est in possessione: si neuter sit in possessione, illum præferendum, cui à majore est collatum beneficium, *c. Si à sede 31. eod. in* 6. Ratio est in ampliori prærogativa conferentis: *Gl. in cap. 1. V. ampliori de officio Legati in* 6. Vid. Menoch. 2. *arbitr. casu* 48.

31 Si ab uno & eodem contingat diversis beneficium unum & idem conferri, is potior erit, cui primum collatio facta. Non obstante, quod alter sit primo adeptus possessionem, quia collatio saltem quoad conferentem continuò jus adquiritur, quod auferri non debet per variationem, quæ in personis Ecclesiasticis improbata, *Clem. 1. de renuntiat.* non attentis traditis *in l. Quoties C. de rei vindic.* quæ in profanis quidem rebus obtinent, non etiam in spiritualibus; ex dicta ratione, quia continuò jus quæritur, si tamen collatio fuerit valida; *cap. Illud, cap. Suggestum inf. de jure patron.* Solet etiam Pont. impedire ordinarium per mandatum providendo alicui, de quo infra Tit. 8.

Conferenda beneficia, secundum divinum beneplacitum & Ecclesiæ intentionem, idoneis, qui præstantes morum gravitate & litterarum scientia velint & possint præesse & prodesse Ecclesiæ, *cap. 7. sup. de elect. Extravag. ad regimen hoc tit.* cum frustra quis appetat mercedem pro munere, quod vel nolit vel non possit exercere. Quo modo non conferenda asinis de feiratis, ut ait Rebuff. *in Concord. de collat. in præfat. circa med.* Quamvis prô dolor! non sit infrequens hoc in genere rosas ante porcos projici, & iis, quibus anima est pro sale, pinguiora beneficia conferri, prava affectione vincente rationem & æquitatem.

Præter mores & scientiam, adsit justa ætas ut pueris non sint conferenda, *cap super 35. hoc tit.* Conc. Trid. *Sess. 23. cap. 6. de reform.* non aliis quàm XIV. annis majoribus, & prima tonsura, quæ est janua ad beneficia, initiatis conferri voluit. Ut excludantur laici, quibus non tractanda spiritualia; mulieres, quæ tonsuræ incapaces, secundum dicta superius *tit. De temporib. ordin.* De hermaphrodito quid sentiendum, colligi potest ex traditis supra *tit. de corpore vitiatis*; ubi dictum, licet sexu virili prævaleat, indecens tamen esse eum ordinari; ut, cessante fine, beneficium illi non sit dandum. Adsint & alia requisita, ut Ordo, si officium requirat. Ubi tamen satis erit, promovendus sit in ea ætate, ut ad Ordinem promoveri possit, *c. Si cui 29. eod. in* 6. aliàs collatio erit nulla. Promotus ad regimen parœcialis Ecclesiæ, non adsumpto Ordine intra annum, cessante legitimo impedimento, hoc ipso privatus, existit Ecclesia sibi commissa, adeo ut iterato idem conferri nequeat. *c. Licet 14. De elect. in* 6. *c. Commissa 35. eod.* Imo recipiens talem Ecclesiam, sine intentione promotionis ad Sacerdotium, sed tantum animo recipiendi fructus ejus anni, ad restitutionem fructuum dicitur teneri, 32

nisi mutata voluntate promotus fuerit, quia intentio non est sortita suum effectum, ut non obsit *d.c.35.* Vid. Azor. *p.2. lib. 6 c.6. qu.2. & de inceps.* Qui alias dignitates aut præbendas, quibus adnexi sunt certi Ordines, pacificè obtinent, si intra annum se promoveri non fecerint, carent voce in Capitulo, & multantur dimidia distributionum parte, *Clem.2. De ætate & qualit. ordin.* Si requirant certam qualitatem ab initio, veluti gradum Licentiæ aut Doctoratus, illa tempore collationis adsit oportet, ut collatio teneat; cum qualitas, qua est adsecta præbenda, ideo ab initio requiratur, ut continuo quis munus obire possit, in cujus defectum, tanquam deficiente conditione, collatio est nulla.

33 Q. An rectè conferatur illi, qui non habet animum manendi in statu Ecclesiastico? R. Non rectè conferri, & peccare scienter tali conferentem, uti & acceptantem, propter Ecclesiæ intentionem, quæ perpetuum optat habere ministrum. Veniale esse, non est dubium, propter ordinis perversionem. Mortale esse non pauci volunt; ad fructuum tamen restitutionem talem non teneri probabile est, saltem quoad beneficium simplex de quo agimus, modo officium impleverit. Ne obstet *d.c.35.* quod loquitur de accipiente parœcialem Ecclesiam citra animum adsumendi Ordinem adnexum; quia cum pœnam contineat, non est extendendum extra suum casum. Accipiens beneficium, cum intentione conditionali deferendi illud, si felicius aliquid contigerit, non videtur obnoxius saltem peccato mortali, propterea quod conditio non faciat, quo minus subsit intentio permanendi in Ecclesia, & Canones non auferant licentiam recedendi à statu Ecclesiastico, *c.5. sup. tit.3.* Accipere beneficium citra animum suscipiendi Ordines non adnexos, extra peccatum est, cum nullo jure ad eos promotus teneatur. Navarr. *in Summa c.25.n.118.* Gutierrez. *2. Canon. Quæst. c.5.n.25. Less. de Iust. & jure lib.2.c.34. Dubit.26.*

34 Inter plures idoneos, magis idoneo conferenda, cum dicat Innoc. in *c.1. inf. tit. 12. Vt Eccles. beneficia sine dimin. confer.* non adfectu carnali, sed discreto judicio officium Ecclesiasticum & beneficium in persona magis idonea dispensandum esse: & Trid. *Sess. 23. c.1. de reform.* velit illi collationem fieri, qui cæteris magis est idoneus, sine exceptione personarum nec habita ratione cognationis, nobilitatis, cum, ut ait Georg. *c. penult. h.t.* non generis sed virtutum nobilitas, vitæque honestas gratus Deo & idoneum faciat serviorem. Si tamen cum nobilitate, cognatione merita concurrant, nihil vitii est nobilem ignobili, cognatum externo præferre. Imo & sæpè necesse est, nobiles potentes plebeis doctioribus præferre, ubi Ecclesia potentioris defensione indiget. Abbas *c. Constitutis 46.n.12. sup. de appellat.* Non enim attendendum externus sit, an internus, nam is dignior huic præferendus. Caret tamen reprehensione, si hic illi præferatur, quod cum majori animi caritate contingat eum deservire, si idipsum exigat idioma. Vide dicta sup. *tit. de elect. nu.44.* Gomez. *ad Reg. Cancell. de idiomate qu.1.* Garc. *de Benef. p.7.c.9.*

Ut autem digniori fiant beneficia conferenda, digno tamen facta collatio tenet: ut conferens nec teneatur Ecclesiæ; cui dignum debet ministrum [quæ enim digniorem intendat habere, non tamen respuit dignum] nec præterito, cui nihil juris erat ad beneficium: ut etiam non teneatur is, cui collatum beneficium quia eo nulla illata injuria præterito, qui tamen consensit conferentibus sibi beneficium, secundum dicta suprà, *ad tit. de elect.* ubi hæc diffusius. Vid. Graf. *d. p.7.c.16. & seqq.* Non est autem citra peccatum grave, & quidem mortale per acceptationem personarum digniore omisso, conferre digno, *can. Licet VIII. q.1.* & apertè patet ex Trid. *Sess. 24. c.1. de reform.* Et hoc maximè in beneficiis habentibus curam animarum, nam in aliis non videtur tam grave, digno conferre, digniore omisso, cum non versetur idem præjudicium. Garc. *ibid. num.1. & seqq.* Less. *d.c.34. Dub.14.*

Quid si per tertium impediatur digniori consequendo beneficio? R. Hanc quæstionem non habere dubitationem in casu, quo quis animo quidem nocendi, non tamen fraudem mendacii impedivit: nam licet peccet, propter odium, non tamen tenetur ad restitutionem, quod necdum alteri aliquid juris fuerit ad beneficium. Consistit enim ratio restitutionis in jure quæsito ablato per injuriam, non etiam nocendi intentione injusta, ut rectè tradit Navar. in *Manuali c.17. num.69.*

Fuit

Facit, quod collator non conferendo alicui digno, non teneatur ei ad restitutionem, ex eo, quod ex justitia illi non sit debitum beneficium. Covarr. *ad c. Peccatum p. 2. §. 7 num. 8.* Pet. à Navarra *De restitut. lib. 3. c. 5. nu. 8. & 9.* etiam ex animo malo, qui licet peccatum ponat, injuriam tamen non ponit. Verum huic objicitur textus in *l. 1. §. denique & in l. 2. §. idem L. ab eo D. De aqua & aquæ pluviæ arc.* ubi vicinus fodiendo in suo uti suo jure poterat, neque ad damnum vicino tenetur, modo malo animo non fecerit; ut, si malo animo fecerit, dicendus sit teneri, argumento ducto à contrario sensu. Respondet Navar. *d. loco num. 7.* illud quidem argumentum esse validum in jure, *l. 1. D. De off. ejus cui mand. est jurisd.* sed non procedere quoad ea, in quibus contrarium reperitur cautum. Cujus responsio verissima est, verum non reperitur hac in materia contrarium statutum. Ut dicendum sit, quod & ipse Navarrus ibi sensit, leges citatas, & similes, non tam fundari in malo animo, qui judici non est cognitus, quàm in exteriori actione injuriosa dolosè & injustè intentata, in damnum proximi, non causata per ullam utilitatem aut necessitatem agentis.

37 Quid verò si fraude ac mendaciis quis impedierit aliquem? R. Covar. *d. §. 7. nu. 8.* velle, talem teneri ad restitutionem, & quidem ipsi omisso, cui per fraudem istam damnum contigit. Cujus dictum optimè procedet, si jus quæsitum fuerit, aut spes talis quæ citra calumnias istum suum fuisset sortita effectum; nam aliàs, cum nullum sit jus ad beneficium, posset videri nulla facta injuria, impediendo id, quod necdum competit. Receptum tamen, impedientem teneri, ratione fraudis & mendacii, per quæ avertit collatorem à conferendo alicui, & spem alteri invertit: quæ est considerabilis, ut ablatio per fraudem & mendacia injuriam ponat, & damnum, cujus restitutioni redditur obnoxius illud causans. Navarr. *d. loco.*

38 Ubi alia quæstio est, An teneatur ad damnum totius beneficii? R. Si nullo alio modo erat impedienda collatio, quàm per factum utentis fraude & mendaciis, illum in totum teneri; cum non sit minor ista spes, quàm res ipsa. Habere enim jus ad centum, non est minus quàm habere centum, juxta Reg. Qui actionem habet ad rem, is rem habere videtur, *l. Is qui 25. D. De R. I.* Ut jus impediens & auferens, centum auferre videatur. Si verò spes illa alia via impediri poterat, non posse in solidum teneri impedientem, sed tantum arbitrio boni viri id relinquendum, qui inspiciat, quanti spes fuerit, & ponderet circumstantias, an probabilem ponant exspectativam, & secundum eam damnet reum. Covarr. *d. §. 7. in fine*, Navarra *d. c. 5. nu. 25. & nu. 30.*

Dignis itaque & idoneis conferenda beneficia. Ubi quæsitum, An quis in dubio præsumatur idoneus? R. Hoc velle Reg. quæ habet, quod quis præsumatur bonus, qui non probatur malus. Verius tamen qualitates requisitas esse probandas: neque enim qualitas à lege requisita præsumitur adesse, sed probanda, cum frustrà aliàs lex eam requireret. Procedit autem supradicta Reg. quoad ea, quæ sunt intrinseca, ut bonum esse; non etiam quoad extrinseca, ut valere morum probitate, scientiâ, habere ætatem debitam, *Gl. in c. Si fortè 11. V. Scientia De elect. in 6.* Alciat. *De præsumpt. reg. 3.* 39

Indigni omninò sunt rejiciendi; quales sunt, quibus nec morum honestas, nec litterarum scientia suffragatur. Culpabilis hac in re inventus collator, utpote secutus carnalitatis affectum [ut non rarò hoc corrupto sæculo, quo carni & sanguini & pessimo adfectui ductus rationis cedit] post primam & secundam correptionem à beneficiis conferendis est suspendendus per Concilium, nec absolvendus nisi à R. Pont. aut suo Patriarcha, *c. Grave 29. h. t.* Vid. Covarr. 1. *Var. Resol. c. 5. n. 4. ubi* Uffel. 40

Q. An talis collator privetur eo casu jure collationis? R. Aliquos velle, non privari, quod in *c. Cunctis 7. §. fin. sup. De elect.* ea pœna irrogetur eligentibus indignum: quod & confirmat *c. Quamquam de elect. in 6.* Ut non debeat extendi ad hunc casum, non comprehensum dictis capp. ne sine textu pœna inferatur. Probabilius tamen privari. Abbas in *d. c. 29. nu. 11. & d. §. fin. nu. 4.* ex eadem ratione, ut nimirum Ecclesia per idoneos administretur, non etiam per indignos, per quos omnia mala Ecclesiæ provenerunt & proveniunt. 41

Quòd si non inveniatur dignus, indigno videtur posse conferri, ad evitanda majora mala, ne scilicet hæretici invadant Ecclesias, earumque bona dissipent, pro more suo. Tenetur autem talis se dignum reddere, & officium præstare pro viribus.

42 Item quæsitum, An indigno facta collatio sit ipso jure nulla? R. Id negare aliquos, ex eo, quod pœna irritationis tantum habeat locum in iis, qui scientes indignum eligunt, ut traditum sup. *De elect. nu.* 53. collationi autem beneficiorum non esse eam pœnam statutam, nec inducendam sine textu. Probabilius tamen, esse nullam, si talis sit defectus in proviso, qui muneri reddat inhabilem. Est enim beneficium datum propter officium, ut hoc cessante; & illud cessare debeat, argumento eorum, quæ habentur in *d. 7. sup. De elect.* Abbas *d. loco*.

43 Perjuro collationem factam esse irritam omninò, plerique volunt, quos citat Covarr. *De pactis p. 4. §. 7. nu.* propterea quod infamibus portæ non pateant dignitatum; quod ipse rectè interpretatur, quando infamia est notoria Vid. Garf. *De Benef p. 7. c. 8. nu. 38. & seqq.*

44 Irregularitas superveniens etsi non faciat quem ipso facto privari beneficio, ut dicetur infrà *De homicid.* præcedens tamen ponit inhabilem, & facit nullam collationem, cum detur beneficium propter officium à cujus executione irregularis est seclusus. Deinde cum subsequens faciat privari honore & loco, *c. Clerici inf. N. Clerici vel Monachi &c.* quidni & præcedens constituet inhabilem?

45 Idem de excommunicato dicendum, ex eadem ratione, estque textus expressus in *c. Postulastis 7. inf. De Cler. excom. minist.* ubi dicitur excommunicatus beneficium sibi collatum retinere non posse; sive publicè sit excommunicatus, sive occultè, sive à jure, sive ab homine; sive per sententiam generalem, sive specialem: quia hæ differentiæ sunt accidentariæ, nec mutant rationem aut effectum censuræ. Uti nec refert, sciat aut ignoret se excommunicatum provisus, aut etiam ipse conferens, cum non pendeat à scientia aut ignorantia effectus inhabilitatis ad beneficia; satis enim est revera poni inhabilitatem, secundum dicta sup. *De elect nu.* 31. Covarr. *in c. Alma mater p. 1. §. 7. nu. 1. & seq.* Garf. *d. p. 7. c. 8. n.* 9. Et hoc ita sine dubio procedit in irretito majori excommunicatione.

Quid in irretito minori excommunicatione? R. Idem hic dicendum esse, quod dictum in simili sup. *De elect. nu.* 30. prohibitum quidem est tali conferre beneficium, ideoque licitè non conferri, nusquam tamen expressum esse effectum irritationis ipso facto. Unde cum agatur de pœna non est ea ponenda sine textu, nec dicendum ipso facto collationem esse irritam, rectè tamen irritandam, secundum text. in *c. fin. De Cler. excom. minist.* Ubi nihil facit, quod ille textus loquatur de electione; nam collatio non rarò fit per electionem, aut est quædam virtualis electio. Deinde ratio textus istius, quod scilicet aliquis adsumatur ad susceptionem eorum, à quorum perceptione est privatus, æquè obtinet in beneficiorum collatione, cum ex intentione Ecclesiæ omnia beneficia ad hunc finem ordinentur. Nihil facit *d. c. 7.* quia agit de excommunicato majori, ut ex verbis ejus patet. Vid Garf. *d. loco n. 27. & seqq.*

Quæritur autem, An absolutio subsequens faciat collationem excommunicato factam convalescere? R. Nihilo magis per eam convalescere, quia ab initio invalida, ex solo casu non potest sumere vires, *c. Non firmatur D. R. I. in 6.* Covarr. *ad c. Alma p. 1. §. 7. nu. 2. ver. Septimo.* Aliud est, si collatio præcedat excommunicationem, quia per eam non irritatur, ut dicetur infrà *De sent. excom.* ut post absolutionem rectè acceptetur; ubi & dicetur, an ab excommunicato rectè acceptari possit.

De suspenso à beneficio consequenter quæritur, an collatio facta sit ipso jure nulla? R. Esse quidem talem prohibitum ab adquirendo novo beneficio, non tamen ita, ut collatio sit ipso jure nulla, sed solum, ut à superiore irritetur, ex ratione *d. c. fin.* quod dicit electionem irritandam; cujus juris, fundamento seclusо, non datur alius textus irritam ponens collationem, sine quo non est imponenda pœna, ut sæpius dictum. Ita Suarez. *De Censuris Disp. 27. sect. 1 num. 26.* Less. *De Iust. & jure lib. 2. c. 34. Dubit. 22.* licet communior sententia sit in contrarium. Garf. *p. 7. cap. 15. n. 5.* ubi alios citat.

Quid si à Pont. præbenda aut dignitas conferatur excommunicato, irregulari, aut simili

simili? R. Si ignoret Pont. excommunicationem, nihilo magis esse validam collationem etiam proprio motu factam: qui licet operetur ad removendam subreptionem, minimè tamen tollit vitium, quod adest personæ, nec inducit super eo dispensationem, quæ supponit voluntatem in dispensante, quam removet ignorantia. Si sciverit excommunicationem, quia virtualiter dispensare creditur, & absolvere excommunicatum, beneficium ei conferendo, tenet collatio. Ratio posterioris est, quia Pont. non præsumitur ludere: quâ distinctionem approbat Alex. *in l. Quidam* 57. *De re jud.* Covarr. *d. §. 7. n. 2.* Non tamen excedit dispensatio istum actum, quia ne quidem expressa excederet, stricte enim accipienda, cùm sit contra jus. Idem dicendum de inferioribus Prælatis, quatenus impedimentum est legibus eorum inductum, cùm super eo dispensare possint, & censeantur, scienter admittendo ad actum eos, quibus est impedimentum. Navarr. *in Summa Præludio 9. n. 14.* Non præsumitur autem hæc scientia sive in Pontifice sive in alio, ut inhabili provisio incumbat ejus probatio. Felin. *in c. Præterea n. 9. De testib. cogen.*

50 Rejiciuntur omninò à beneficiis Laici, uti dictum suprà, & habetur *c. 2. inf. De institut.* Conjugati licet privilegio Canonis & fori aliquot casibus gaudeant, de quibus sup. *Tit. 3.* ad beneficia tamen sunt inhabiles: licet collatum iis scienter à Prælato, non possit ab eodem auferri, sed à superiori sit auferendum; & hoc in pœnam ejus, qui contulit, *c. 5. sup. tit. 3.* Hæc ita, donec durat conjugium, aut usus ejus retinetur; nam separati beneficiorum sunt habiles, secundùm ea, quæ dicta sunt *d. tit. 3.* nisi sint bigami, qui omninò inhabiles sunt ad beneficiũ & officium Ecclesiasticũ, *sup. De bigamis non ordin.* Garc. *p. 7. c. 6. n. 1. & seqq.*

51 Q. An rectè conferatur beneficium habenti sufficiens patrimonium? R. Rectè; quia nullibi prohibetur, nec est ratio prohibitionis, cùm tantùm requiratur, ut officium præstetur, ad quod etiam habiles sunt multa possidentes, ut servitii nomine nec divino nec naturali jure impediantur ex rebus Ecclesiæ portionem fructuum officio respondentem exigere, non solum ut debitum alimentum, sed ut stipendium operæ & laborum, reservato patrimonio propinquis. Nec obstat *can. Clericos cum seq. l. q. 2. & can. Illi xii. q. 1. Nam* illis locis non agitur de beneficio divitibus non conferendo, sed de distributione bonorum beneficii nomine perceptorum, qua de re inf. *tit. De peculio Cleric.* ut præsupponant ista loca etiam divitibus posse conferri beneficia. Vel dici potest ibi agi de illis Clericis, qui cum non deservirent Ecclesiæ, bonis tamen ejus volunt sustentari; quod malè petunt, tum quia divites tum quia non inserviunt altari, atque ita dicuntur iniquè usurpare bona pauperum. Navarr. *Consil. De vita & honest. Cler.* Covar. *ad c. 1. n. 2. De testam. qui alios citat*, Azor. *Instit. Moral. p. . lib. 7. c. 9 qu. 13.*

Conferenda beneficia integrè, sine diminu- 52
tione, purè, sine pacto aut conditione, qua de re *inf. tit. 12.* liberè non per metum, ut dictum sup. *De his quæ vi &c.* vacans, de quo inf. *tit 8.* in perpetuum, secundùm dicta sup. *eod. in prine.* palam, præsentibus testibus fide dignis, ut vitetur fraus & litium occasio, Azor *p. 2. lib. 6. c. 26. qu. 4* Subsistet tamen collatio occulta, secundùm *Glos. in c. 1. V. occulta inf. tit 12.* licet sit suspecta, uti omnia, quæ clam geruntur, cùm qui lucem odit, malè agere censeatur; uti è contra extra mali suspicionem ponitur palam agens, qua de re multa pulchrè tradit Menoch. *Arbitr quæst. 2. casu 244.* Non obstat *c. Quia propter 42. in fine sup. De elect* ubi electio clandestina reprobatur, ut secundùm *l. Non dubium C. De l.* dicenda sit nulla; quia hoc ita in electione, in qua majus periculum ponit clandestinitas. Ut non sit extendendum ad casum non expressum, præcipuè in quo non est idem periculum. Vid. Garc. *p. 8. c. 4. n. 1. & seqq.*

Quæsitum hic, An scriptura sit opus? R. 53
Non esse opus ad valorem collationis, qui in consensu collatoris consistit, nisi ut juridicè, si dubium oriatur, de ea constare possit; scriptura enim probationis loco adhibenda. Nec obstat. *Extravag. 1. De elect. in communib.* quia tantùm loquitur de promotione facta à Rom. Pont. non etiam de beneficiorum concessione. Et licet alii Pontifices generatim id obtinere voluerit in aliis beneficiis à Pont. Rom. concessis, ut non obtineret eorum collatio sine litteris, hoc tamen non nisi in concessione facta ab eodem R. Pont. aut

ejus

ejus Legato, non verò facta ab ordinario, locum obtinebit, quia facilius constare potest de ejus collatione, quàm facta à R. Pont Azor *d. c.26. qu.5.*

54 Quæsitum & illud, An possit beneficium ad tempus conferri? R. Beneficii esse eam conditionem, ut sit perpetuum, secundùm dicta *sup. h.tit.* nec posse ei Ordinarios in conferendo contravenire, qui non mutant rerum conditiones juri communi præscriptas: Romano tamen Pont. id licere, propter summam ejus & liberam in iis potestatem. Quo facit, quod tradit Bald. in *l. Rescripta C. De precib. Imp. offeren.* omnia beneficia respectu Pontificis esse manualia D. Peck. *ads. 1. sub nu. 27. De R. I.*

55 Conferenda etiam beneficia singula singulis, non plura uni, *c. 5. h. tit.* Exigunt enim singula suum officium, *c. Adhæc 13. h. t.* nec unus debet sua aviditate stipendia plurium vindicare, quæ doctis piisque aliis, vitæ probitate, morum honestate, litterarum scientia pollentibus inopia pressis, ut emergere nequeant, abundè æquali facta distributione, sufficerent, in magnum Ecclesiæ totius ornamentum, & fidei promotionem. Facit, quòd aliàs vagandi materia detur, Ecclesiæ destituantur suis ministris, quia unus pluribus in locis residere nequit, animarum cura negligatur, debita non servetur hospitalitas, Ecclesiarũ honori, juribus, reparationibus minus consulatur, *Extravag. Ioan. XXII. Execrabilis h. t.* Ut Conc. Trid. *Sess. 24. c. 17. De reform.* pluralitatem beneficiorum rectè vocet Ecclesiastici Ordinis pervertionem, & dicat tales non Deum, sed se decipere: & Alexander III. *cap. 5. h. tit.* adserat certum continere animarum periculum. Qua de causa strictissimè inhibita beneficiorum pluralitas, etiam simplicium, jure Decreti, *can. Sanctorum dist. 70. & can. Singula dist. 80 & XXI. q. 1. per tot.* Ubi Canones unum in duabus Ecclesiis conscribi, aut titulari non patiuntur, negotiationis hoc & turpis lucri esse proprium, ab Ecclesiastica consuetudine alienum adserentes unde fœdæ ambitionis & turpis avaritiæ occasio arripiatur.

Quæstio autem est, An jure Decretalium
56 pluralitas etiam simplicium sit damnata? R. Distingui ab aliquibus beneficia simplicia & duplicia; in his pluralitatem esse inhibitam, non etiam illis. Probant per text. in *c. De multa 28. h. t.* quod improbat pluralitatem beneficiorum duplicium, ut dignitatum, personatuum habentium curam animarum; non facta mentione simplicium, quasi eorum pluralitas sit admissa. Verum argumentum ab auctoritate negativè non procedit, cùm, licet uno in casu eo non habeatur, in alio contineri possit, ut hic in casu. Nam licet *d. c. 28.* loquatur tantum de duplicibus, non excludit tamen simplicia, de quibus satis cautum in Decreto, *arctis locis* & aliis, ut *can. Episcopi Dist. 80. & passim iis*, ubi presbyteri dicuntur per singulos titulos constituendi. Habetur idem *d. c. 5. h. t.* ubi simpliciter præbendatum [quo nomine etiam veniunt simplicia beneficia] pluralitas dicitur Canonibus inimica & improbata. Facit ratio, quia beneficia sint iis adsignanda, quæ deservire Ecclesiæ volunt & possunt, *c. Super 35. h. t. & pe tit. 4.* Non potest autem quis duabus aut plu ribus Ecclesiis deservire.

Verum illi juri consuetudo derogavit permittens plurium beneficiorum simplicium retentionem; quam Trid. *Sess. 24. De reform. c. 17.* approbat, quatenus obtentum ad vitam honestè sustentandam non sufficit, & utrumque non requirit residentiam, ut aliqua dispensatione Pont. non sit opus. Quòd non tamen procedit, si utrumque sit simplex, nam ad beneficium duplex non sufficiens sustentationi obtenti, pro dignitate & qualitate personæ & loci, licet simplex adjungere, Episcopi auctoritate, *d. Sess. 24 c. 15. De reform.* Quòd si alterum sit sufficiens, aut utrumque requirat residentiam simul retineri nequeunt, circa dispensationem Pontificiam, ut notum ex *d. c. 17 &* 17 Quod multo magis obtinebit, si utrumque sit sufficiens.

Ubi quæritur, An alterum ipso jure vacet; R. Distinguendum esse inter beneficia incompatibilia primi generis & Secundi generis. Primi generis sunt plura duplicia, ut Dignitates, Curæ animarum, plura etiam simplicia uniformia, sive similia sub eodem tecto, id est eadem Ecclesia, ut duo Canonicatus, duæ Capellaneæ, duæ Portiones, Personationes. Secundi generis beneficia sunt uniformia in diversis Ecclesiis requirentia residentiam difformia sub eodem tecto, quæ sunt habentia diversam functionem &

nus, ut Dignitas & Canonicatus, Parochia & Capellania.

Quantum ad primi generis beneficia, etsi eorum conditio non sit talis, ut habentem unum faciat inhabilem, quò minus alterum ei conferri possit; hoc enim nullo jure cavetur, & inhabilitas, præcipuè ipso jure, sine textu non inducenda: id tamen operatur, ut per assecutionem secundi alterum dimittendum sit, & in electione olim fuerit beneficiati, utrum retinere mallet, *c.7. & c.Præterea 14.h.t.* Postea verò secundum Concil. Lateranense, cui præsedit Innocentius III. prius ipso jure vacare jussum liberè conferendum à collatore, *d.c. De multa 28.h.t.* idque ut improbæ cupiditatis à Clero arceatur adfectus; quod utinam fieri posset. Adeò ut, si collator in eo conferendo negligens extiterit usque ad sex menses, ad superiorem devolvatur collatio: qui præterea tantùm jubetur de suis proventibus in utilitatem Ecclesiæ, cujus illud est beneficium, erogare, quantum à tempore vacationis perceptum, *d. c.28.* Idque ne injuria, & desidia collatoris redundet in detrimentum Ecclesiæ, diutius careatis suis ministris. Si contigerit provisum beneficium priùs à se non abdicare, dicitur *d c.28.* etiam secundo spoliandus esse, in pœnam, quòd rem alienam detineat instar furis, secundum Gregor. *c.Dudum 54. sup. De elect.* Augetur pœna per *d.Extravag. Exsecrabilis h.t.* quâ dispositur, ut post adeptum secundum, si intra mensem prius coram Ordinario non dimittant, etiam secundo privati sint, ut dispositio illis non sit salva; & præterea facit inhabiles ad quæcumque alia beneficia, & Ordines sacros, dispositione taliter vacantium beneficiorum reservatâ Sedi Apostolicæ.

Quantum ad incompatibilia secundi generis, acceptatio posterioris non facit quidem ipso jure vacare prius. Navar. *hic Cons. 24.* Nihil obstante textu in *d.c.28. & 54. & d. Extravag. Exsecrabilis*, quia tantum loquitur de duplicibus, ut non sit extendendus, sed concludendus suis terminis, cùm contineat pœnam; quo modo & accipiendum Trid. *d.c.17.* non tamen sine animæ periculo plura talia simul retinentur, nisi justa de causa, de qua supra, ut alterum sit resignandum.

Dicta procedunt; Primò, Si secundi beneficii accepta sit possessio; neque enim per nudam collationem posterioris prius debet dici vacare, aut resignandum esse, *d. Extravag. Exsecrabilis*, Gomes. *ad Reg Cancel. de triennali possess qu.53.* cum res perfectè non habeatur ante adquisitam possessionem, argumento alienationis, quæ non est perfecta ante traditionem. Secundò, Possessio sit pacifica, *c. Licet 28. eod. in 6.* Nam lis super posteriori non facit quempiam dici duo habere beneficia, quia dubius litis eventus. Tertiò, Fructus ejus non sint alteri reservati, quia res inutilis est & sine effectu, quæ fructibus caret, ut non habeat locum ratio pluralitatis inhibitæ. Quo modo in *c. Si tibi 26. eod. in 6.* secundum beneficium, cujus fructus reservati, non facit vacare prius. Vid. Azor. *Instit. Moral. p.2. lib.7. c.16. qu. 9. vers. Quares, & vers. Quarat etiam aliquis.*

Patiuntur dicta exceptionem; Primo, Si beneficium habitum, sive simplex sive duplex, sit insufficiens honestæ sustentationi, ut dictum paullò superius; alias alterum resignandum esset. Non tamen videtur ipso jure vacare, cùm ea res non faciat esse incompatibilia primi generis, etiamsi sint sub eodem tecto, difformia tamen, cujusmodi est Cura cum Beneficio simplici, Dignitas cùm Canonicatu. Dico resignandum esse; quia non potest citra peccatum mortale alias utrumque simul retineri, cùm desit conditio, sub qua Conc. Trid. *d. c.17.* permittit utriusque retentionem, quâ cessante cessat provisio, & procedit ratio prohibitionis. Vult & Navarr. *Cons. 24. h. tit.* talia difformia sub eodem tecto, si alterum non sit sufficiens, cum residendo utrique satisfiat, non esse incompatibilia neque primi neque secundi generis, & ita posse obtineri auctoritate Episcopi. Secundò, Si dispensaverit Pontifex, qui ut posuit legem humanam, ita & eam tollit, *c. Cùm non ignores 15. h.t.* Rebuff. in *Praxi De dispensat. super plural.* Viderint tamen, qui eam obtinent, ut causam dispensationis potius Deo comprobent, quam homini obtrudant, aut cœcæ avaritiæ ambitionique modum non ponentes, sibi fingant: nam licet dispensationem Canon admittat, non est tamen eâ abutendum. Causa sufficiens est necessitas Ecclesiæ, aut magna ejus utilitas. Sic litteratas & sublimes

59

personas majoribus honorari beneficiis, &, cùm ratio postulat, cum iis per Sedem dispensari permittit, *d. c. 28. h. t.* Legitima caussa si non subsit, non est tutus in conscientia, cum quo Pont. dispensavit super pluralitate, cum Papa non sit dominus beneficiorum, sed tantum dispensator, cujus est distribuere non pro suo arbitrio, sed juxta rationabilem voluntatem ejus, qui distribuendum reliquit. Deinde non videtur respondere juri naturæ, ut unus occuper plura beneficia, nisi excuset caussa rationabilis, Less. *d. loco Dubit. 28. nu. 151.*

60 Q. An Episcopus dispenset super pluralitate? R. Hoc olim licuisse, *can. Sanctorum Dist. 70.* postea prohibitum esse per Innoc. III. *c. De multa 28. h. t.* ubi hoc ipsum Sedi Apostolicæ reservatur, saltem quoad plura duplicia. In simplicibus modò non sint uniformia sub eodem tecto, videtur Episcopis licere conferre plura, si unum non sufficiat ad sustentationem consentaneam, quia alias plura habere inhibitum est per Trid. *Sess. 24. c. 17. De reform.* contra quod non dispensat Episcopus, nec contra illud prævalet consuetudo, utpote non nixa ratione, *c. 1. eod. in 6.* Azor. *d. lib. 7. c. 1. qu. 6.*

61 Permittebatur etiam olim plures habere Ecclesias, alteram ut titularem sive propriam, alteram ut commendatam, sive custodiæ suæ & administrationi permissam, ad vitam aut tempus, *can. Qui plures* XXI *q. 1.* Verùm tum per *Extravag. 2. h. t.* tum per Trid. *Sess. 7. c. 4. De reform.* in commendam perpetuam dare cum beneficio incompatibili inhibitum, aut etiam plures tales commendas; quod & repetitum ab eodem Conc. *d. c. 17.* Ad tempus sex mensium videtur licitum habere unum in commendam cum altero in titulum. Navar. in *Summa c. 55. nu. 126. per c. Nemo 15. De elect. in 6.* Dispensatio Pontificia facit etiam beneficium cum commenda perpetua licite obtineri præter quem nemo alius contra Concilium dispensat, ne quidem Legatus ejus, *c. Dilectus 19. ubi Gl. V. cùm se facultas h. t.* Non etiam Episcopus, nisi in casibus jure permissis. Rebuff. in *Praxi De dispensat. nu. 27.* Beneficia legitimè unita rectè simul obtinentur sine dispensatione, cùm habeantur pro uno; uti dictum supra *De off. Vicarii.*

Collationis ea vis est, ut legitimè facta habente potestatem, beneficiatus fructus suos faciat sine ullo scrupulo; nisi effectus collationis impediatur, & collatio ipsa evertatur, ut contingat ei aliud incompatibile primi generis conferri, & pacificè obtineri. Sic & per matrimonium initum vacant beneficia, ut dictum sup. *tit. 3.* per ingressum in Religionem, *c. pen. De Regularib. in 6.* per promotionem ad Episcopatum, non tamen nisi post consecrationem, vel post decursum tempus consecrationi præscriptum, *c. 7. § sup. De elect.* quia ante consecrationem non potest dici nominato ad Episcopatum plenè provisum. Facit & spontanea renuntiatio beneficium vacare. Idem operatur translatio Clerici ad aliam Ecclesiam. Militum factum beneficio spoliari vult Glos. in *c. Qualiter sup. tit. 4.* Azor *p. 2. lib. 7. c. 15. in princ.* Etiam qui intra annum non sumpsit requisitum ordinem, hoc ipso privari parochiali, habet *c. Licet 14. & c. Commissa De elect. in 6.* Vid. Azor. *d. lib. 7. c. 16. per tot.* Variis etiam casibus vacant beneficia, ratione delicti, ut læsæ Majestatis, hæresis, falsi in litteris Apostolicis commissi, & aliis de quibus Azor *d. lib. 7. c. 17.* & dicetur infra suis locis. Operatur autem privatio ipso jure inducta, ut fructus non faciat suos Clericus, nec de beneficio disponere possit, cum non sit ejus amplius.

Quærere hic lubet, An possit Pontifex aliquem privare beneficio justè possesso, citra delictum aut caussam? Esse quidem penes Pontificem plenariam dispositionem beneficiorum, *Clem. 1. in fine Vt lite pendente &c.* nec tamen ut dominum beneficiorum, quod adulantium est commentum sed dispensatorem potius, ut jus quæsitum alteri sine caussa auferre nequeat, quod repugnat rationi, eaque dirque ejus potestatem: neque enim hac in parte plus concessum esse debet Pontifici, quam Principi, qui jus alicui quæsitum sine caussa auferre nequit ex omnium consensu; & ita tradit Abbas in *c. Sua nobis ult. nu. 3. sup. An confirmat utili vel inut.* Non obstat, *c. Quamvis 8. De rescr. in 6.* quia non loquitur de jure quæsito, & beneficio jam obtento, sed tantum de gratia, quæ necdum consecuta suum effectum, cujus revocatio est facilior. Nec est quòd absolutæ potestati hoc aliqui dent, ut possit

posset Princeps jus quæsitum tollere ; nam ea ad tyrannidem tendit, non dignam bono Principe, secundum dicta *ad tit. D. De LL. nu.* 35. Covarr. 3. *Var. Resol. c.* 6. *nu.* 8. Sarmient. 1. *Select. Interpp. c.* 8. *nu.* 20. *&* 25. Dist. Garsi. *De benef. p.* 5. *c.* 1. *nu.* 2. *cum aliis quos citat.*

TITULUS VI.

De Clerico ægrotante.

SUMMARIUM.

1. *Absens ex caussa morbi vel senii habetur pro præsente.*
2. *An & qui morbo caussam dedit nimia crapula?*
3. *Inutili ob morbum aut senium dandus coadjutor.*
4. *Adjutoris officium.*

1 Dictum suprà *Tit.* 4. fructus dari propter officium, ideoque minimè deberi non residenti. Quod patitur exceptionem in iis, qui morbo, senio, aliterve adfecti comparere nequeunt, quibus non tantum grossi, ut vocantur, fructus debentur, verum & quotidianæ distributiones, *c. un. De Cleric. non resid. in* 6. Navar. *Cons.* 10. *nu.* 1. *De Clericis non resid.* cum ipsorum miseriæ potius sit miserendum, quam adflictis adflictio addenda, *c. pen. h. t.* Et facit, quod habeantur pro præsentibus, ratione caussæ impedientis, cui resisti non potest, *arg. c. Clem non stat* 66. *De R. I. in* 6. Hoc tamen ita, quando morbus vel impedimentum caussat absentiam in eo, qui solitus erat interesse divinis officiis, secundum *DD. inc. Ad audientiam sup. tit.* 4. Felin. in *c. Apostolica nu.* 12. *sup. de except.* cum alias nulla daretur adflictio adflicto, denegando distributiones, quas, cessante impedimento, non fuisset lucratus, utpote in divinis non solitus comparere. Posset tamen consuetudo videri bona, etiam talibus ægrotis distributiones elargiendi, ut adflicto subveniatur, & adflictio sublevetur.

2 Quid si morbo quis caussam dederit nimia crapula ? R. Non videri idem concedendum, quod absentiæ caussa non sit justa, & culpa sua non debeat auctori prodesse, contra regulam juris. Facit *l.* 5. *D. Ex quibus causs. majores, &c.* ubi caret privilegio restitutionis, qui caussam absentiæ procuravit. Posset tamen alicui contraria opinio probari ex eo, quod, licet sua culpa in morbum inciderit, non tamen eo fine & animo sit caussarum impedimentum, quod per accidens est subsecutum ; neque enim semper imputantur ea, quæ ex præcedenti culpa procedunt. Covarr. 3. *Var. Resol. c.* 13. *nu.* 8. *versic. Septimo.* Qui etiam tenet, pauperi, qui per luxum bona sua prodegit, eleëmosynam tamen dandam esse, & posse bona Ecclesiæ alienari, ut ei subveniatur, 2. *Var. c.* 16. *nu.* 9. De excommunicato, incarcerato, dimisso in exilium, dictum sup. *eod. lib. tit.* 4.

3 Q. An, quem morbus, aut senium fecit Ecclesiæ inutilem, cogendus sit se abdicare suo munere? R. Minime, sed ei adjungendum esse, coadjutorem, alendum ex fructibus beneficii. Quod & obtinet in majoribus dignitatibus, *c. fin. h. t.* non distinguendo, quis morbus sit, ut etiam lepra infectus non sit removendus, sed ei coadjutor dandus, quo modo accipiendum, *c.* 4 *h. t.* Pro qua parte facit, quod matrimonium carnale non solvatur per lepram, à quo quoad spirituale procedit argumentum. Episcopis adjutorem dat Pontifex ; aliis inferioribus Episcopus, aut is, cujus est confirmare, destituere, acceptare renuntiationem. Concessum tamen, ad evitandum detrimentum Ecclesiæ, ut Episcopus adjutorem sibi adsumat, unum aut duos, de Capituli consensu, aut, si demens sit, Capitulum ei provideat, *c. un. eod. in* 6. Si Capitulum consentire nolit Episcopo, aut Episcopus nolit admittere adjutorem, Rom. Pontifici ea res significanda, cum conditione & circumstantiis Ecclesiæ & Episcopi, *d. c. un. vers. si vero.*

4 Adjutoris officium est, expedire ea quæ sunt Episcopi quoad jurisdictionem & Ordines, si fuerit Episcopus. Beneficiorum collatio reservata Episcopo, etiam sine consensu adjutoris, nisi fuerit mentis inops, ut dictum Tit. superiori. Alienatio rerum adjutori omninò prohibita, *d. c. un in fine.* Extinguitur officium adjutoris morte ejus, cui datus. Mortuo non succedit, cùm tantum sit datus ad juvandum, nisi specialiter aliud fuerit indultum

causâ cognitâ à Rom. Pont. quo modo loquitur canon. *Petitis* VII. *qu.* 1. & Trid. *Sess.* 25. *c.* 7. *De reform.*

TITULUS VII.

De Institutionibus.

SUMMARIUM.

1. *Institutio quid?*
2. *Ius instituendi ad quem spectet.*
3. *Examen instituendorum ad Episc. spectat.*
4. *Inductio in possessionem qualiter fiat, & à quo?*

1 POst acceptationem beneficii sequitur Institutio: quæ interdum pro confirmatione electionis ponitur, interdum pro imaginaria beneficii traditione, interdum & collationem includit; propriè tamen ab ea differt, cùm collatio sit libera, hæc autem necessario facienda ad alterius præsentationem: estque non libera beneficii translatio, facta legitima auctoritate. Præterea institutio est ipsius personæ, quæ instituitur; collatio vero beneficii quod confertur.

2 Spectat communi jure ad Episcopum, aut hujus consensu ad ejus vicarium, *c.* 3. *h. t.* Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 22. Sede vacante spectat institutio præsentatorum à patronis ad Capitulum, non etiam eorum, quæ ad liberam Episcopi collationem pertinent, *c.* 1. *eod. in* 6. qua de re infra *Tit.* 9. De consuetudine vel privilegio etiam ad inferiores spectat, *c. pen. h. t.*

3 Est autem Episcopi instituendos ab inferioribus nominatos ad curam prius examinare, ne indigni intrudantur: exceptis iis, qui ab Universitatibus seu collegiis Studiorum generalium præsentantur, aut nominantur, Trid. *Sess.* 7. *c.* 13. *De reform.* & *Sess.* 24. *c.* 18. *De reformat.* quod præsumantur idonei. De origine, id est patria instituendi, non est disputandum, cum in omni gente qui facit justitiam, acceptus sit eo, *c.* 5. *h. t.* quamvis data paritate, incola non postponendus externo. Imo licet dignum æternum præponere digniori externo, citra peccatum, ut probatum supra, *De elect. nu.* 44. Non recipiendi autem plures, quam Ecclesiæ aut Monasterii ferat facultas, *cap.* 1. & 4. *hoc tit.* nec admittendi laici spiritualium incapaces, *c.* 2. *h. t.*

Institutionem subsequitur missio in corporalem sive actualem possessionem, quæ ejusdem jure spectat ad Archidiaconum; sup. *De officio Archid.* Varii ejus sunt ritus. In Abbatis inductio in templum, collocatio in sede; in Canonico adsignatio loci in Choro & Capitulo; in Pastore ingressus templi, aspersio aquæ benedictæ, osculum Altaris summi, pulsus campanæ. Videatur Rebuff. in *Concord. tit. De collat.* Inductio in realem possessionem, cum beneficii magis sit, etiam in laicum cadit, & improprie sumpto nomine designari per institutionem solet, quæ propriè sumpta, cum jurisdictionis in laicum cadere non potest; ut juris spiritualis incapacem. Wamesius *Cons.* 131. *nu.* 5.

TITULUS VIII.

De concessione præbendæ & Ecclesiæ non vacantis.

SUMMARIUM.

1. *Beneficia quando & quot modis vacare dicantur.*
2. *Beneficia uti vacantia qua recte impetrantur.*
3. *Beneficii non vacantis collatio nulla, & jure illud impetrantis.*
4. *Supplicans pro beneficio viventis an incurrat pœnam?*
5. *Provisio talis ignoranti facta est extra pœnam.*
6. *Per vacationem subsequentem collatio an convalescat?*
7. *An & superveniente devolutione, antea facta?*
8. *De beneficiis non vacantibus recte provisis S. P.*
9. *Nominandi jus ad beneficia primo vacantia Universitatibus concessum.*

VT collationes præbendarum & institutiones jure factæ censeantur, oportet earum fiant, quæ ante vacabant. * Vacare dicuntur, quæ possessore destituæ, quod contingit tripliciter. Primò, de facto tantùm, quando possessione facti magis quis est destitutus, quam titulo aut jure, ut

metu ejuraverit, *c. 4. ſup. de his quæ vi metusve cauſa fi.* vi dejectus eſt *ſup. de reſtit. ſpoliat.* Idem dicendum de eo, quod abſenti collatum, à quo necdum acceptatum, *c. Si tibi abſenti De prab. in 6.* nam & hoc potius de facto vacare videtur, quam de jure, cum nequeat collator mutare, uti dictum ſuprà *Tit. 5.* Secundò, de jure tantùm, quando mortuo Prælato aut rectore quis reperitur in poſſeſſione ſaltem coloratè, *c. cum noſtris 6. h. t.* vel quando quis per Canones privatur beneficio, cujus tamen de facto detinet poſſeſſionem. Tertiò, de facto ſimul & de jure, quando quis de jure privatus ne quidem poſſeſſionem detinet; ſive propter delictum, tam in omittendo, ut ſi electus non procuret intra ſex menſes conſecrationem, *Trid. Seſſ. 23 c. 2. de reform.* aut obtinens parochialem Eccleſiam intra annum promoveri ad Ordines omittat, *c. licet 14. de elect. in 6.* quam in committendo, veluti per hæreſin, ſchiſma, percuſſionem Cardinalis, homicidium qualificatum, ſimoniam confidentialem, & ſimilia, de quibus infrà ſuis locis; ſive ſine delicto, veluti per matrimonium etiam non conſummatum, quia cum faciat inhabilem ad officium, facit etiam inhabilem ad beneficium, quod datur propter officium, qua de re actum ſupra *Tit. 3.* per mortem beneficiati, per ſpontaneam ejus reſignationem, per adſecutionem ſecundi beneficii incompatibilis, qua de re ſup. *Tit. 5.* Vid. Azor. *Inſtit. Moral. p. 2. c. 16. qu. 2. & ſeqq.*

2 Primi generis beneficia cùm verè non vacent, aut non habeantur vacantia, quod taliter privatis detur regreſſus, ut dictum ſuprà, *De his quæ vi &c. & de reſtit. ſpoliat.* rectè impetrari nequeunt. Secundi generis non aliàs rectè impetrantur, quàm facta mentione poſſeſſionis coloratæ, ſi quæ penes alium ſit; qualis eſt, quæ plus facti quam juris habet, ut ſi titulo quidem probato à jure beneficium habeatur, aliunde tamen prohibeatur detentio, propter juris impedimentum. Exemplum eſt in *c. Cum noſtris 6. h. t.* ubi Epiſcopo electo collata eſt Præpoſitura, quod, ut ſupra *Tit. 5.* dictum, jura non ferunt. Ratio, cur iſtius poſſeſſionis ſit facienda mentio, eſt, ne quid temerè, cauſa non cognita, fiat. Quod ſi colorata poſſeſſio non ſit penes alium, ſine mentione illius rectè impetratur ab alio, *c. Licet 9 h. t.* Tertii generis rectè impetrantur, quia verè vacant, non tantum de jure, ſed & de facto, quoad poſſeſſionem, quæ non remanet penes priorem poſſeſſorem, uti per mortem, per reſignationem puram: nam ea, quæ facta eſt ratione permutationis, impetrari nequit, quod collatio talis beneficii neceſſario alteri ſit facienda, uti dicetur infrà *Tit. 19.* ubi agetur de reſignatione facta in favorem alterius.

Non vacantis beneficii collatio eſt nulla; 3
adeò ut, qui in vivorum Sacerdotum locum ſubſtitui ſe patiuntur, ab Eccleſiæ communione ſint repellendi, *c. 2. h. t.* & promiſſio non vacanti, in caſum, quo vacabit, ſit reprobata, *c. 2. eod. in 6.* Ut non impediatur promiſſor, non attenta promiſſione, poſtea vacans, cui velit conferre, *c. Ex tenore 19. h. t.* ne deſiderare quis proximi mortem videatur, *c. 2. h. t.* quod improbum, & bonis moribus repugnans, *l. fin. C. de pactis.* Et quamvis generalis promiſſio de providendo, ubi vel quando poterit, jure Decretalium fuerit admiſſa, *c. Accedens 14. h. t.* damnata tamen à Bonifacio, III. *c. 2. eod. in 6.* quod & hæc improba ambitione extorqueatur, nec omninò ſit libera à voto captandæ mortis, inferatque Prælatis gravamina. Unde & Trid. *Seſſ. 24. c. 9. De reform.* mandata de providendo & gratias, ut vocant, exſpectativas ſuſtulit.

Quæritur, An ſupra dictam pœnam juxta 4
d. c. 1. h. t. incurrat etiam is, qui tantum ſupplicavit pro beneficio viventis? Reſp. Non videri, propterea quod pœnæ non ſoleant induci, niſi poſt actum conſummatum, ante enim tantùm eſt conatus, qui non ſoler puniri, *l. 2. §. 2. D. quod quisque juris &c.* niſi in gravioribus Alciat. *ad l. ſapè 53. num. 37. D. De V. S.* Quo facit, quod emphyteuta vendens rem emphyteuticam ante traditionem non cadat jure ſuo, ut traditum *C. De jure emphyt.* ut plene non cenſeatur res alienata ante traditionem.

Collatio beneficii viventis facta ignaro mini- 5
mè eum obnoxium facit dictæ pœnæ, cum talem extra culpam ponat ignorantia, & *d. c. 1. h. t.* loquatur de ſciente.

Ubi quæſitum, An ignorantia faciat collatio- 6
nem iſtam convaleſcere per ſubſequentem vacationem? Reſp. Id poſſe videri, quod

cesset improbitas voti, quam aversantur Canónes. Verum dicendum nil facere eam ad valorem collationis, quæ ab initio nulla, & à Canonibus indistinctè prohibita, nam potest contra eos convalescere solo casu, non accedente novo Prælati, cujus est conferre, facto, *l. Quod utile 29. D. de R. I.*

7 Hinc quæri [illegible] in casu potest, An collatio ante devolutionem, ea superveniente convalescat? R. Id posse videri, ex eo, quod nihil sit peccatum contra Canones, qui prohibent & irritant tantum collationem non vacantis; hic autem vacat. Quibus non obstantibus, dicendum, non convalescere, ex ratione jam dicta, quod ab initio nulla tractu temporis non convalescant; & quod pro dato habeatur ab illo datum, qui de jure dare non potest, *c. 5. in fine inf. De jure patron.* uti hoc in casu, neque enim jus est dandi ante devolutionem. Facit eodem *arg. c. Decernimus XVI. q. 7.* ubi si Episcopus intra tempus præsentationis, spretis patronis conferat beneficium obnoxium juri patronatus dicitur irrita restitutio, Fel. n. in *c. Cum ex officii n. 37. De præscript.* Rebuff. *in Praxi benef. tit. de devolut. n. 32.*

8 Hæc ita secundum juris communis dispositionem. Speciali jure S. Pontifici, ad quem spectat juris humani dispositio, est licentia ad non vacantia jus tribuere, *c. 13. in princ. de præben. in 6.* sive dando alicui jus Canonicatus sine præbenda, quæ primo vacans eidem est conferenda, & alii licet ab ignorante Prælato facta collatio est nulla, *c. si postquam 13. de præben. in 6.* sive mandando, ut alicui provideatur: quo casu collatio alteri facta ab ordinario, licet non impunè, non est tamen irrita, nisi contra factum Pontifex irritum & inane decreverit, aut executorem simul dederit, qui ordinatio suam insinuavit potestatem. Fit enim per hoc affecta præbenda primo vacans, ut alteri non recte conferatur, & negligente ordinario, possit executor nominato per Pont. præbendam conferre, *c. 5. & 6. eod. in 6.* Quid juris sit, si pluribus ad idem beneficium gratia exspectativa sit data, colligatur ex iis, quæ dicta sunt supra, *De rescript. num. 19.*

9 Habent & quædam Universitates Studiorum generalium concessam sibi nominationem promotorum ad primò vacantia certis quibusdam legibus, idq; tum in promotionem studiorum, tum etiam Ecclesiarum, ut doctis in iis effulgeant, per eosque regantur: quæ facta post insinuationem tempori factam illi, qui jus conferendi habet, alteri non rectè conferri primo vacantem præbendam. Et quamvis Trid. *Sess. 24. c. 19. De reform.* mandata de providendo, gratias exspectativas, aliaque privilegia & provisiones ad vacatura etiam Universitatibus & Collegiis, aliisque concessas revocaverit, consultus tamen postea Pont. declaravit per dictam revocationem juri nominando Universitatibus concesso non esse derogatum, Vid. S. Wames. *Cons. 254. circa princ.* Inter quantum temporis beneficia vacantia sint conferenda dictum supra *De suppl. neglig. Prælat.*

TITULUS IX.

Ne sede vacante quid innoverur.

SUMMARIUM.

1. *Sede vacante omnia in statu suo reservanda.*
2. 4. *Capituli Sede vacante potestas, & quæ beneficia rectè conferat.*
3. *An & rectè conferat, quæ jure devoluto spectant ad Episcopi collationem?*
5. *Exercet ea quæ sunt jurisdictionis.*
6. *An & absolvat à juramento?*

AD collationis validitatem inspiciendum an Sede vacante sit facta, tunc enim vel futuro Episcopo vel Ecclesiæ fiat aliqua injuria, omnia in suo statu sunt reservanda. Hinc contra Ecclesiam lis inchoata non recte per sententiam dirimitur, Sede vacante, quia tamquam contra pupillum indefensum lata non teneret, *c. fin. h. t.* Vacantia inter beneficia non conferuntur à Capitulo, *c. 2. [illegible]* Collatio enim fructibus adnumeratur, *Gl. in [illegible] Cum olim 14. sup. de majorit. & obed.* ut merito futuro Prælato reserverur, *c. 4. sup. de offic. ordin.* Abbas *ad d. c. 14. num. 2.* cum fructus de jure communi futuro Prælato sint reservandi, *c. fin. de off. ordin. in 6.* Quod accipiendum de iis beneficiis, quorum libera collatio ad Episcopum solum pertinet. * Dico, libera, [illegible]

ta, nam ea, quorum collatio est necessaria, rectè per Capitulum Sede vacante, confertur: quod & instituit præsentatos, *c.1. De institut. in 6.* & confirmat electos, *d. c. 14.* Ratio est, quòd per eam rem nullum contingat futuro prælato detrimentum, cujus commodum consistit in libertate conferendi, cui velit, quæ hic non est Abbas *ad c. 2. nu. 6. h. t.*

3 Quæstio autem est, An Capitulum rectè conferat ea, quæ jure devoluto spectant ad Episcopi collationem? Resp. Id velle Joan. Andr. in *c. Quamquam 38. num. 1 de elect. in 6.* quê sequitur Abbas *d. c. 2. n. 3.* ex ratione quod collatio ex causa devolutionis non computetur inter fructus. Verius tamen, non licere Capitulo ea conferre, eo quòd sint ejusdem rationis cum iis, quæ jure proprio habet conferenda, quandoquidem & devoluta liberè conferat, ut idem juris in iis statui debeat: quam opinionem probat Felin. *in d. c. 14. n. 3. circa med.* Abbas *ibid. nu. 2.*

4 Dico, ad Episcopum solum, nam si communiter ad Episcopum & Capitulum spectet collatio, illo mortuo, vel suspenso, rectè conferet Capitulum, quod in jure suo conferendi non est impediendum propter Episcopi casum, ut è contra rectè confert Episcopus Capitulo reddito inhabili per suspensionem, vel per excommunicationem singulorum de Capitulo, *c. unic. in princ. eod. in 6.* ad Episcopum solum spectet collatio, cum adsensu & consilio sui Capituli, eo mortuo, vel suspenso, non licet Capitulo conferre, quòd per hoc nihil juris amittat, nisi in relaxatione petenda Episcopus sit negligens, *d. c. un. §. 1.* Si de consilio Episcopi spectet collatio ad Capitulum, illo mortuo, vel in remotis agente, non impeditur Capitulum conferre, ne interim Ecclesia patiatur detrimentum, *d. c. un. in fine.*

Ea, quæ sunt jurisdictionis, vacante Sede à 5 Capitulo rectè exercentur: quòd suam accommodat auctoritatem permutationi, *Gl. in Clem. 1. de rer. permut.* dat literas dimissorias, *c. 3. de temporib. ordin. in 6.* in crimina inquirit, visitat, punit, dispensat cum illegitimis ad minores Ordines; cum & in ea, quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, Capitulum succedat, præterquam in casibus exceptis, Nav. *c. 1. conf. 7. de filiis presbyt.*

Q. An & absolvat à juramento? R. Ita vi- 6
deri, cum, ut dictum, ea, quæ sunt jurisdictionis Sede vacante ad Capitulum transeant, si ea expresse non inveniantur prohibita. Felin. in *c. 1. num. 20. sup. de jurejur.* & proprio jure ad Episcopum spectent. Nam ea, quæ sunt delegata, vel alias speciali jure competunt, non transeunt, quia sunt personalia. Ea, quæ sunt ordinis, mandat Capitulum vicino Episcopo, *c. Is cui 42. de elect. in 6.* Abbas *in d. c. 14.* ubi plene tradit, quæ possit Capitulum Sede vacante.

TITULUS X.

De his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli.

SUMMARIUM.

1. *Consensus Capituli quando & in quibus requisitus.*
2. *In quibus Consilium.*

AD valorem eorum quæ facit Prælatus, videndum quoque an integrum & plenum sit illi jus, non restrictum ad alterius consensum, aut consilium. Interdum enim Capituli consensus aut collaudatio requiritur, interdum consilium tantum.

Consensus in iis desideratur, quæ sunt majoris momenti; ut si agatur de alienando, *c. 1. h. t.* de præsentando, in casu, quo jus etiam ad Capitulum spectat, quo invito non est faciendâ præsentatio, nisi aliud habeat consuetudo, *c. 6. h. t.* de concedendo alteri Ecclesiæ jus patronatus, quia Ecclesia, ad quam spectat læderetur, *c. 8. h. tit.* Hinc nec parochiales Ecclesias, earumque obventiones, consentiente licet patrono, inconsulto Capitulo, trantfert in locum pium, *c. pen. h. tit.* Donationem tamen decimarum per laicum, quasille ante Concil. Lateranense habuit, alteri, quam à qua detinet, Ecclesiæ factam firmat solus consensus Episcopi, *c. 7. h. t.* ex ratione, quòd nihil alienetur spectans ad Ecclesiam, cum decimæ istæ laico in feudum concessæ, ab eodem jure detineantur qua de re infra, *tit. de decimis.* Quantum ad concessionem rerum

Eccle-

Ecclesiæ in feudum dicetur quoque inferius, *tit. de feudis*, ut & de alienatione rerum Ecclesiæ inf. *Tit. 13.* Sufficit autem tacitus Capituli consensus, uti & subsecuta ratihabitio, quæ est loco mandati, *c. 2. & 3. h. t.*

2 Consilium sufficit in rebus, quæ non tendunt in magnum Ecclesiæ præjudicium, uti instituere, destituere, confirmare, adquirere, corrigere, *c. 4. & 5. h. t.* Omissum facit actum nullum, nisi aliud habeat consuetudo, *c. 3. De consuet. in 6.* Sufficit autem consilium audivisse, sequi non est necesse, *c. 7 sup. de arbitris.* Non tamen ideo frustra auditur, cùm possit Prælatus, auditus aliorum rationibus, mentem mutare, & Capituli rationibus consilioque se conformare.

TITULUS XI.

De his, quæ fiunt à majore parte Capituli.

SUMMARIUM.

1. *Major pars quæ dicatur, & quæ sanior.*
2. *Ad consensum legitimum requisita.*
3. *Consensus majoris partis quid operetur.*

VT habeatur Capituli consensus, non est regulariter necesse omnes consenserint, cum sufficiat majoris & sanioris partis consensus, *c. 1. h. t.* * Major pars est, quæ numero personarum excedit, habito respectu ad Capitulum, *c. Ecclesia 48. sup. de elect.* quando scilicet duæ partes consentiunt, tertia autem dissentit, uti ex novem sex aut septem, *l. Nulli D. Quod cujusque univers.* Qui mos olim fuit in electionibus usitatus, *d. c. 48.* & etiamnum obtinet in electione Pontificis, *c. Licet sup. de elect.* Interdum respectu minoris partis, ut quando ex novem consentiunt quinque, aut etiam quatuor in unum, reliquis in diversos euntibus. Sanior est, quæ dignitate & zelo prævalet.

2 Ut autem consensus ritè habeatur, oportet omnes qui de Collegio sunt, esse vocatos, ac saniorem simul & majorem partem consensisse, *d. c. 1. in fine*, Duo enim Canon requirit, ut alterum, non sufficiat. Hinc consensus partis minoris nihil operabitur; contradictio tamen minoris partis, imò & unius ex causa rationabili, conclusionem majoris & sanioris partis impediet, *d. c. 1.* Pro qualicet sit præsumptio juris, non tamen & de jure, ut probationem in contrarium non excludat. Si contradictio non audiatur, appellandum erit, si ejus, qui contradicit, interfit. Est autem cujusque de universitate, si videtur eam in detrimentum vergere Ecclesiæ, contradicere, ne tacendo videatur approbare, & de alieno peccato participare, *c. Qui tacet dist. I. in 6. l. de ætate §. qui tacuit D. de interrog. in jure facien.*

Consensus major partis ea vis est, ut minorem obliget etiam invitam, *c. fin. h. t.* cùm quod major Curiæ pars effecit, habeatur pro eo, ac si omnes egissent, *l. Quod major D. ad municip.* Quod verum est, quando factum à pluribus habetur ut factum ab omnibus: nam si ut à singulis, oportet singuli consentiant, cùm quod singulos tangit, ab omnibus sit approbandum, *arg. l. fundum D. de servitut. præd. rustic.*

TITULUS XII.

Ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

SUMMARIUM.

1. *Salaria Ministrorum Ecclesiæ non dividenda.*
2. *Fructus beneficii collator ex causa aliis ad tempus reservare potest.*
3. *Beneficium quando & qualiter extinguatur, & deminui numerus præbendarum.*
4. *Collationi an & quæ conditio adjici possit?*
5. *Collator pensionem alteri non retinet, &c.*

SAlaria constituta Ecclesiæ Ministris integrè sunt persolvenda, nec ulla sectione dividenda, *c. Vacante 26. sup. de præben.* nec tenuato salario contingat divinum officium deseri. Unde Episcopus aut collator plenitudinem quàm Ecclesiæ facultates ferunt, non admittit, *c. 4. sup. tit. 7. de instit.* nec proventus sibi retinet, collato beneficio, *c. unico hoc. tit.*

Non

Non etiam inter plures illud dividit, *c. Majorib. 8. sup. de præb.* nisi pluribus sufficiat alendis, & rationabilis causa suaserit vacantis divisionem, in cujus defectum illa retractanda foret, *d. c. 26.* Pacto nullo gravat, nec onus imponit, nisi quod honestum sit, de quo in *c. Significatum 11. sup. d. t. de præb.* Et hoc ante collationem, vel simul cum illa, ne gravando postea alicui jus suum deminuatur. 2 Sic nec in dissolutionem æris alieni, quo Ecclesia gravata, fructus beneficii ad tempus, aut eorum partem, reservat collator, *c. pen. inf. de verb. signif.* Ante collationem tamen, propter gravamen, quod non rectè ponitur invito, cui jam jus quæsitum, & sine ulla pactione cum eo, cui fit collatio, quia ea res saperet simoniacam gravitatem, ut habet Pont. *c. un. in fine h. t. ubi Gl.* Ratio est, quod consensus ejus, cui confertur beneficium, nihil possit ad legitimam reservationem operari, ut non possit non præsumi reservatio ista inniti iniqua pactione. Vid. Suarez. *Tract. de Simonia c. 29. num. 9. & 10. & c. 5. num. 18.*

Potest & Prælatus ex communi consensu 3 beneficium extinguere, *c. cum accessissent. 8. sup. De constit.* Ubi tamen requiritur causa & confirmatio Sedis, uti insinuat iste textus, & tradit Gl. *ibi V. confirmatum*, ne sibi causam temere fingant. Quod ita accipit Abbas. *ibid. num. 4. in medio*, si numerus præbendarum per Pontificem sit confirmatus: quamvis etiam velit ex causa superveniente posse deminui præbendas per Episcopum & Capitulum, etiam eo in casu, sine auctoritate Pontificis, veluti si sint deminuti notabiliter fructus, argumento sumpto ex eo; quod non obstante confirmatione numeri per Pontificem, possit nihilominus augeri ex superexcrescentibus fructibus, ut decisum, *c. cum M. Ferarien sis 9. sup. de constitut.*

Q. An in collatione rectè addatur conditio 4 à conferente? Resp. Non aliam rectè adjici, quàm quæ tacitè inest ipsi beneficio, veluti si vacet; si sit justæ ætatis is, cui confertur, ut Ecclesiæ deserviat, Episcopo pareat; si sit cura animarum, conciones ad populum habeat, confessiones excipiat; si aliud simul beneficium habeat, illud dimittat. Nam hæ & similes insunt, ut expresse nihil vitii inducant, & nihilominus ad eas tenetur is, cui facta collatio, *l. Cornelius 69. D. de hæredib. instit. l. 3. C. d. fidejus.* Azor. *Instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 26. qu. 3.* Garc. *De benif. p. 8. c. 2. n. 4. & seqq.*

Q. II. An collator beneficium conferendo 5 alteri rectè pensionem reservet? Resp. Non esse dubium, reservationem hujusmodi pensionis tempore collationis ex pacto esse infectam labe simoniaca, per *d. c. un. in fine h. t.* quod habet, circa talem conventionem intercedere pravitatem simoniacam, quandoquidem pro spirituali obtinendo veniat quid temporale dandum, annua scilicèt pensio. Sine pacto etiam pensio ista imposita nequit sustineri, ex eo quod non aliàs reservationes pensionum sint licitæ, quàm si fiant ad utilitatem Ecclesiæ, quæ nulla subest in casu, quo illa danda tertio. Vid. Suarez, *d. Tract. de Simonia c. 24. num. 35. & seqq.*

TITULUS XIII.

De rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.

SUMMARIUM.

1. *Alienatio rerum Ecclesiæ probata utroque jure.*
2. *Alienationis nomine quid veniat.*
3. *Pœnæ alienantium res Ecclesiæ.*
4. *Contra factum proprium qualiter quis venire possit?*
5. *Pœnas alienantium res Ecclesiæ an incurrat ad longum tempus locans?*
6. *An & relictam Ecclesiæ hæreditatem repudians?*
7. *An & repudians legatum Ecclesiæ relictum?*
8. *Pretium rei alienatæ cui cedat.*
9. *Prælatus in sui præjudicium disponere potest, non successoris.*
10. *Quæ res alienari prohibeantur.*
11. *Alienatio permissa ex causa justa.*
12. *Adhibita solemnitate, puta tractatu prævio, & consensu Superioris.*
13. *Consensus hic præcedere debet.*
14. *Solemnitates an interveniisse præsumantur?*
15. *Solemnitas cum justa causa concurrat necesse est.*
16. *Vt & causa justa cum solemnitate.*

17. *In foro interiori causa iusta sine alia solemnitate an liberet alienantem?*
18. *Prælatus an rectè alienet, non obstante iuramento, quod non alienabit, inconsulto R. P.*
19. *An sub auctione publica vendendares?*
20. *Superioris auctoritas an consuetudine excludi possit?*
21. *An præscriptione?*
22. *Ecclesia læsa ex causa alienationis quatenus restituenda.*

HActenus de Clericorum officio, cujus nomine stipendia accipiunt ex rebus Ecclesiæ dominio addictis, quarum administratio est penes Prælatos, aut Clericos, citra alie-
1 nationem; * quam jura passim prohibuerunt, non tantùm Canonica (quibus præcipuè stamus hac in materia) etiam cum irritatione actus, *can Abbatibus* 41. *can Sine exceptione* 32. *& passim XII. q. 2. c. 5. 6. & fin. h. t.* sed & civilia, *l. Iubemus* 14. *Auth. Hoc jus cum seqq. C. De SS. Eccles.* quæ vim habent, quatenus jure Canonico confirmata & recepta: neque enim aliàs statuta laicorum super rebus Ecclesiæ quid possunt, uti dictum sup. *De constit. nu. 36. & seqq.* Ratio est, tum ne contingat Ecclesias bonis spoliatas deseri, dum non est, unde alantur Clerici divino ministerio addicti; tum quia non sunt domini, sed tantùm administratores; & licet cum libera, non tamen ut perdant dispensando, aut aliàs temerè alienando, *Gl. fin. in c. cum nobis* 19. *sup. de elect.* imò potiùs tutorum aut curatorum instar, qui res minorum curant, quorum jure gaudet Ecclesia, *c. 1. sup. De in integrum restit.*

2 Alienationis verbum hic non tantum denotat actum, quo plenum dominium in alium transfertur, cujusmodi est venditio, donatio, permutatio, institutio, legatum verum & per quem dominium utile transit, ut feudum, emphyteusis, aut jus in rem quæritur, ut pignus, ejusve usus diminuitur, ut ususfructus, *d. l.* 14. locatio in longum tempus, *Extravag. Ambitiosæ h. t. in communibus* & similes, *c. Nulli* 5. *h. t.* Ubi quod legitur, *Alienationis* nomine contineri *Condictionem*, erroneum est; nam condictionem esse alienationis genus est inauditum: uti etiam malè legitur ab aliis *Conditio*, aut *Conductio*, neque enim omnis conductio prohibita, imò permissa; ut dicetur infra, *t. De locato & cond.* Apparet & manumissionem servorum Ecclesiæ utilium, alienationis nomine venire, *c. 3. & 4. h. t.* quæ tum permittitur, si manumittens Ecclesiæ relinquat servi valorem, ita tamen, ut manumissus cum posteritate maneat sub Ecclesiæ patrocinio. Benè meritum servum manumittens ad valorem ejus non videtur teneri, *per can. Si quis XII q. 2.* Idem obtinet aliis in rebus mobilibus, ut relicto tanto earum procedat alienatio *can. Si quis qualibet* 56. *XII. qu. 2.*

Si prælatus, non obstante hac prohibitione rem aliquam alienaverit, non tantùm actus est nullus, *c. 5. & 6. h. t.* sed & excommunicationem incurrit tam is, in quem alienatio facta, quam alienans, nisi in continenti rem cum fructibus restituatur, *d. c. 6.* Præterea Pontificale aut Abbatiali dignitate fulgentes, propter alienationem, ingressu Ecclesiæ interdicuntur, & si in interdicto per sex menses perseveraverint animo indurato, suspenduntur ab administratione Ecclesiæ. Inferiores Prælati, Rectores, & administratores Ecclesiarum beneficiis, quorum bona alienarint, existunt hoc ipso privati, ut tamquam vacantia possint aliis conferri liberè, *d. Extravag. Ambitiosæ h. t.* Rebus alienatis nihilominus revertentibus ad Ecclesiam, cuilibet concessa licentia eas reposcendi, quod omnium interfit res Ecclesiæ esse salvas *d. c. 6. in fine* Vid. Suarez *De legib. lib. 5. c. 7. n. 14.* Sanch. *in Decal. lib. 2. c. 22. n. 21.*

Unde quæritur, An ergo liceat cuiquam contra suum factum venire? Resp. Vulgarem quidem esse Reg. Neminem contra factum proprium audiri? licet non jure peractum, *l. post mortem D. de adoptionib.* Sed ea admittit limitationem, si nomine proprio velit contravenire, & suo commodo, non etiam si nomine tertii, cujus res alienavit, jure impediente & alienationem irritante. Sic & pater temerè alienatas res peculii adventitii liberorum suorum revocat, ut multis tradit. Pinel. *l. 1. p. 3. n. 73. C. De bonis mater.* & maritus alienatas temerè res dotales etiam stante matrimonio revocat, ut tradit Gomez *ad l. 50. Taurinum* 63. & Barbosa *ad l. 1. p. 5. n. 15. D. Soluto matri.* Nihil obstante juramento, quod improbum, *c. Intellecto* 33. *sup. de jurejur.* Et esse hujusmodi revocationem decentem probat Navarr.

Trast.

Tract. De alienat. rerum Eccles. num. 23. ex D. August. *can. Magna sapientia est revocare hominem quod malè locutus est, XII. qu.* 4.

5 Q. II. An supradictas pœnas incurrat ad longum tempus locans? R. Esse quidem prohibitam locationem ad longum tempus, *d. Extravag. Ambitiosæ*, ubi ejus factæ prohibitioni subjunguntur dictæ pœnæ, ut secundum strictam normam videantur & locantes ad longum tempus iis pœnis subiici. Verum, cum *d. Extravag.* contineat pœnam, eamque specialiter inferat iis, qui alienant; propriè autem non dicantur alienare, qui elocant ad longum tempus, sed impropriè: posset videri, locantes non teneri istâ pœnâ, cum non soleat pœna ex impropria acceptione verbi extendi. Quo facit, quod tradit Covarr. 2. *Var. Resol. c.* 16. *num.* 2. Prælatum, qui juravit non alienare, non incurrere perjurium, si ad longum tempus elocet. Quæ sententia est æquior, non obstante quod *d. Extravag.* post enumeratas alienationis species, subjungantur pœnæ, quia tantùm concernunt eas, per quas fit propriè alienatio, in detrimentum Ecclesiæ, Aliàs etiam locatio facta ad quatuor annos, easdem induceret pœnas, quod absurdum. Quod si tamen fuerit facta ad tantum tempus, quod tendit ad alienationem, dici poterit dictis pœnis eam facientes subiici ut si fiat ad centum annos, secundùm Abbatem in *d. c. Intellecto* 33. *num.* 10. Quod tempus videtur concedere aliquod dominium, non etiam longum tantùm, id est decem annorum ut probatum *D. Locati conducti num.* 14.

6 Q. III. An Prælatus prædictas pœnas incurrat, relictam Ecclesiæ suæ hæreditatem sine causa repudians? Resp. Non videri propterea quòd jus tantum requirat causam & solemnitatem, de qua mox, in casum alienationis, repudiare autem non sit alienare, sed potius non adquirere. Neque enim hæreditas ante adritionem potest dici alicujus, cùm demùm aditione adquiratur, *tit. D. de adquir. hared. & C. de iure delib.* Facit eò text. expressus *in l. Si sponsus* 5. *circa fin. D. de donat. inter vir. & ux. in l. Quod autem* 6. *in princ.* §. 2. *D. Quæ in fraud. credit.* qui dicit, non deminuere eum patrimonium, qui non adquirit, quod adquirere potuit. Vid. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *Disp.* 4, *num.* 11.

Q. IV. Quid in repudiatione legati? Resp. 7
Majus hic esse dubium, ex eo, quòd res legata sit in bonis legatarii continuò à morte testatoris, tunc enim dies cedit, & est actio in rem legatario, §. 1. *Instit. de legat. & passim D. Quando dies leg. cedat.* Auget dubitandi causam text. *in l. Magis puto* 5. §. *fundum De reb. eor. qui sub tut.* ubi pupillus legatum fundum repudians dicitur alienare: per quem textum Vasq. *De succeff. tomo* 1. §. 27. *n.* 23. tenet Prælatum repudiantem legatum incidere in dictas pœnas, quod tenet Pinel. *in l.* 1. *p.* 3, *n.* 50. *C. De bonis mater.* & sequitur, ut probabilius. Azor. *Instit. Moral. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 1. *qu.* 12. Verum contra dicendum est, per text. *d. l. quod autem* §. *sed & illud*, ubi expressè dicitur, debitorem repudiantem legatum non censeri alienare in fraudem creditorum. Non obstante, quod legatarius habeatur dominus continuò à morte testatoris; nam hoc civiliter tantum, non etiam naturaliter, ut necdum rem plenè habeat, atque adeò non dicatur alienare repudians; est enim repudiatio ejus, quod necdum acquisitum, *l.* 1. §. *decretalis De succeff. edicto.* Nihil facit *d.* §. *fundum*, nam loquitur in casu, quo non tantùm bona non alienanda, sed ne quidem lucra omittenda. Abbas *in c. Tua* 8. *num.* 9. *sup. De his quæ fiunt à Prælat.* Ferd. de Senis *Cons.* 9. Gomez 2. *Variar. Resol. c.* 14. *num.* 14. Sanchez. *d. disp.* 4. *num.* 12. Hic tantùm agimus de inducenda pœna, propter omissa lucra, quam dicimus ideo non extendi ad omittentes, quod tantum sit imposita alienantibus. Ut cùm sit strictè accipienda, non debeat extendi ad eos, qui propriè non alienant. Quamvis non negandum, Prælatum sine causa & temerè repudiando legatum aut fideicommissum Ecclesiæ relictum, damnum Ecclesiæ dare, & datum ex propriis bonis resarcire teneri, cum ex officio, & consequenter lege justitiæ, teneatur benè administrare; bonæ autem administrationi adversetur ista repudiatio. Probatur. *can. quicumque XII. q.* 4. ubi etiam ob neglectum datum damnum resarciendum Ecclesiæ, per eum, qui causavit: & per tex. in *l. Quidquid C. Arbit. tut.* ubi tutor resarcit id, quod, cum potuit, non acquisivit pupillo: est autem Prælatus instar tutoris, aut curatoris. Potest & Ecclesia petere restitu-

tionem in integrum, cùm etiam ad lucrũ omissum restituatur, secundum *Gl. ad c.3.V. restituimus & ibi* Abbas *n. 15. sup. de restit. in integ.*

8 Non tenet itaque alienatio rei Ecclesiasticę, Canone, ut dictum, eam irritante. Ut res maneat in dominio Ecclesię, vindicanda ab ejus Oeconomo, cum fructibus & accessionibus medii temporis, *l. jubemus 14. §. sanè C. de sacros. Eccles.* salva pretii refusione emptori, quæ incumbit alienanti, *c. ad audientiam 9. h.t.* si bonæ fidei emptor fuerit, aliàs Ecclesiæ applicandum, *Gl. in d. c. 9 per d. §. sanè & Novell. 7. §. quia*

9 *verò.* * Prælatus quin in suæ mensæ, suumque præjudicium disponere possit, non est dubitandum, cum cuilibet sit liberum, sibi præjudicare. Cujus dispositio successori minimè oberit, cũ res inter alios acta aliis non præjudicet, nec factum unius alterum obliget, nisi hæredem: non est autem hæres Prælati defuncti successor, cum jure novo succedat, non etiam defuncti. Unde est, quòd de jure scripto non teneatur stare locationi rerum factæ per prædecessorem; ut dicetur inf. *tit. de locat. & conduct.*

10 Dicta de alienatione prohibita accipienda tantùm de rebus immobilibus, & mobilib⁹ pretiosis, ex quibus loca pia reguntur atque illustrantur; & eorum Ministri alimoniam vindicant. *d. Extravag. Ambitiosæ h.t.* Nã res mobiles non pretiosæ, quę servando servari non possunt, quin licitè alienentur, est extra controversiam *l. Lex quæ 22. & l. Tutores C. de prædiis minor.* De annuis reditibus, cùm inter immobilia censeantur à jure, *Clem. Exivi 5. cumque annui De V.S.* idem judicandum, quod de aliis immobilibus: uti & de actionibus ac juribus circa res immobiles, quòd earum jure censeantur. Sic & actio sive jus ad rem mobilem habetur loco mobilis, neque prohibitioni alienationis, de qua hic, est obnoxium. Abbas in *c. Nulli 5. num. 9. h.t.* Gail. 2. *observ.* 11. *n.* 10. Nisi tale sit, quod servando servari possit, quale est, quod utilitatem adfert Ecclesiæ, ut indicat Navarr. *tomo.* 1. *De alienat. rer. Eccles n.* 4. Cujus ordinis rectè quis dixerit esse reditus annuos personales, qui aliquibus in locis inter res mobiles numerantur, & cedunt superstiti conjugi, secundùm statuta, quæ mobilia superstiti concedunt: ut, cùm fructum, Ecclesiæ adferant, servandoque servari possint, dicendi sint contineri prohibitione, de qua hic. Videntur & inter res mobiles pretiosas mancipia, Ecclesiæ utilia, collocari, *c. 3. & 4. h.t* quorum alienatio inhibita, nisi sint fugitiva, aut subsit manumissionis caussa, relicto tamen tanto Ecclesiæ: uti & commutatio cum alio mancipio, nisi liberatis causa, *c.3. & 4. inf. De rer. permutat.* Hinc, ut Ecclesiæ super rebus suis magis foret cautum, exigi solet à Prælatis juramentum de non alienandis rebus ecclesiæ, *c. Vt super 8. h.t. & c.1. inf. de feudis.*

Cæterùm ne contingat, quæ sunt inventa in commodũ, verti in dispendium, & alienationis inhibitionem gravem esse ecclesiæ, Canones eam limitarunt, ut non procedat, si justa causa alienationem postulet. Quam Primo ponit Necessitas, ut quia ecclesia ære alieno gravata non potest aliter exonerari, *can. ea enim 5. hujus X. q.2.* vel quia captivi aliunde redimi nequeunt, aut pauperibus alimenta præstari. Sunt enim animæ hominum pretiosiores auro & argento, ut earum servandarum nomine quævis aurea argenteave ornamenta licitè distrahantur, *can. Sacrorũ 15. & can. aurũ 70. XII. q. 2.* Secundò, justam causam alienandi ponit Utilitas; ut si res sit sterilis, aut minùs utilis, & pro ea distracta habeatur alia ecclesiæ magis utilis, *can. sine excep. 52 XII. q.5.* Nil enim habet piaculi, distractis min⁹ utilib⁹, utilia reponere.

Ubi non est satis, caussa suadeat alienationem, sed & solemnitas accedat necesse est, quæ consistit in tractatu habito cum Capitulo, an expediat alienatio, aut iis quos res concernit, convocatis, quorum major & sanior pars consentiat simul & subscribat, *d. can. sine exceptione*: ubi forma præscribitur, quam hac in parte sequimur, non etiam formam præscriptam *Auth. Hoc jus porrectum C. De SS. Eccles.* etiamsi sit relata in Decretum, quia non omnia ibi contenta habent auctoritatem Canonis, ut diximus supra in Prooemio & tradit Novarr. *in Tract. de alienat. rer. Eccles. num.* 5. Azor. *p.2. lib. 9. c. 1. qu.* 4. Præterea requiritur, accedat Superioris auctoritas, ejus scilicet, cui Ecclesia, cujus res alienata, subest, qui in Monasteriis exemptis est ipse *S. Pont.* vel saltem superior generalis Ordinis, habens quasi Episcopalem jurisdictionem, *Gl. in Clem. 1. V. proprii h. t.* In non exemptis consensus Epis-

Episcopi requiritur, etiam in Cathedralibus, aliisque inferioribus, *can. Abbatib.* XII. *q.* 2. ne quid temerè Rectoribus Ecclesiarum fiat. Videtur autem secundùm *d. extravag. Ambitiosa*, non sufficere Episcopi consensus, aut alterius superioris, sed requiri ipsius Pont. cujus expressè iste locus meminit, cujusque adhibere consensum est tutissimum. Quò facit, quod Prælati hodie debeant jurare, se non alienaturos quidquam rerum Ecclesiæ, inconsulto Rom. Pontifice, uti dictum paulo ante.

13 Quæsitum hic, An consensus Superioris præcedere debeat? R. Omninò debere, nec subsequentem subsistere; ob id, quod requiratur per modum solemnitatis, & sit pro forma, secundùm ea, quæ traduntur *Instit. De auctorit. tut.* Et quamvis quidam consensu legitimo subsequenti præmissa cognitione, velint actum confirmari, hoc tamen non alias procedere potest, quam ex partium consensu: nam omissio cum ponat actum nullum, ille ratificari non potest, nisi ex mutuo partium consensu, ne alteri jus suum invito auferatur, aut invitus obligetur. Abbas in *c. Nulli nu.* 5. *in fine h. t.* Wames. *cons.* 287. *nu.* 3. *& seqq.*

Q. II. An præsumantur solemnitates re-
14 quisitæ interveniisse? R. Præsumi quidem facilè in iis, quæ juris prohibitionem non habent, solemnia interveniisse, quando nimirum ex vi & proprietate verborum solemnitas significatur, ea continetur, ut in *l. Sciendum* 30. *D. De verb. oblig. & §. si scriptum Instit. De inutil. stipulat.* etiam in aliis actibus, qui concepti talibus verbis, quæ non includunt eam vim, præcipuè in prohibitis, ut in casu præsenti, sive ut ait Bart. Garf. & alii in *d. l. Sciendum*, solemnitas præsumitur, quæ est intrinseca, non etiam quæ est extrinseca, cùm sine illa actus subsistere nequeat, ut ideo præsumatur interveniisse, sine hac autem subsistat. Ut non sit ratio, quare præsumatur, nisi instrumentum antiquitate temporis juvetur, Felin in *c. Sicut nu.* 29. *sup. De sent. & re judic.* Aymo Cravetta *De antiq. temp. p.* 3. Cavalcan. *Decis.* 48. *nu.* 28. *p.* 1.

Q. III. An necesse sit, concurrat solemni-
15 tas cum justa causa? R. certum esse, citra causam necessitatis aut utilitatis alienationem nullius fore momenti, etiam in foro interiori. Ut nihil faciat decretum, vel Superioris approbatio, quia illa tantum requiritur, ut provideatur Ecclesiæ utilitati, & res ejus non facile alienentur. Facit, quòd Canones duo copulativè requirant, ut non sufficiat alterutrum solum, ne videantur frustrà duo requisisse, neve hoc commentò ex privato administrantium judicio in damnum incidat Ecclesia, & invita cogatur rem alienare, contra *l. Invitum C. De contrah. empt.* Quo modo in *d. Extravag. Ambitiosa*, alienatio contra formam ibi præscriptam facta declaratur nulla. Abbas in *c. ad nostram. 11. n.* 8. *h. t.*

Ex eadem ratione nullius erit momenti a- 16
lienatio ex justa quidem causa, sed sine decreto, & approbatione Superioris facta, saltem in foro exteriori, quia deest forma requisita, quæ dat esse rei. Duaren. *De transact. c.* 3. Sarmient. *de reditib. Eccles. p.* 1 *c.* 2. Vid. Wames. *d. cons.* 287. *& Cons.* 288.

Q. IV. An in foro interiori talem liberet 17
justa causa? Hoc videri, si verè causa justa subsit, cessetque omnis fraus & dolus, & consenserint illi, quorum res agitur; tunc enim adsunt illa, quæ requirit jus naturale, quo sufficit justa causa, & consensus eorum, quos res tangit, ut non peccet alienans, nec is, in quem alienatio facta est, secundum Navarr. in *tract. d. alienat ver. Eccl. n.* 16. *vers. Ex quibus.*

Q. V. An Prælatus, qui juravit non alie- 18
nare, inconsulto Rom. Pontifice, rectè alienet, occurrente causa, & servata forma? R. Hoc quidem videri posse; Primò per *c.* 2. *inf. De feud.* ubi, non obstante juramento de non infeudando de novo, inconsulto R. Pont. rectè tamen in feudum dat rem infeudari solitam. Secundò per *c Vt super* 8. *h. t.* ubi similiter, non obstante juramento, possessiones minus utiles alienantur à Prælato, sive etiam commutantur pro utilibus, habito consilio & adsensu sanioris partis. Denique accipiendum tale juramentum de illicita alienatione, non etiam de licita, ne inventa in compendium operentur ejus dispendium. Dicendum tamen, non tantum esse perjurum talem Prælatum, ex eo, quòd juramentum hoc, cùm sit licitum, sit & servandum, secundum dicta sup. *De jurejur.* sed & incurrere pœnas, *d. Ex-*

Extravag. Ambitiosæ contentas: imò & non valere alienationem, saltem juxta jus novum, per *d. Extravag.* introductum, quâ absque consensu Pont. alienatio facta irritatur indistincte. Ita Joan. Andr. *c. ult. h. t.* Abbas ibid. *num.* 7. Azor. *p.* 2. *lib.* 9. *c.* 1. *q.* 9. Ut non obstent duo priora argumenta in contrarium allegata, & si qua iis similia, nisi dicamus ea continere alienationes jure permissas quas non irritat *d. Extravag.* ut dicemus inf. *Tit.* 18. & 20. Navarr. *De alienat. rer. Eccles. num.* 11. & 14. Non obstat etiam tertium; quia jura indistinctè prohibent alienationem factam, non consulto Pont. aut non servatis ibi requisitis solemnibus. Non facit tamen juramentum Prælati, quin possit alienare res modicas, secundùm *can. Terrulas* XII. *q.* 2. in quibus non est detrimentum Ecclesiæ considerabile. Facit & magna necessitas (quæ non patitur Pontificem consuli) alienationem esse extra noxam. Abbas in *c. fin. num.* 8. *inf. tit.* 48. *De Eccles. ædifican.* Azor. *d. c.* 1. *qu.* 13.

19 Q. VI. An requiratur ad valorem alienationis, res vendatur publica auctione? R. Non esse necesse, quòd nullibi id ipsum requiratur per Canones, secundùm Rebuff. *De alienat. rerum Eccl. num.* 20. cum passim requiratur tantum caussa & solemnitas. Et licet jure civili hoc sit requisitum, per *Auth. Hoc jus C. De SS. Eccles.* non tamen ea Auth. ligat, quamvis relata è Gratiano in Decretum, quia illi non fuit potestas attribuendi vim Canonis ut dictum paullò superius.

20 Q. VII. An consuetudo possit facere, ne requiratur Superioris auctoritas? Non videri quòd ea contineat gravamen Ecclesiarum, quas contingeret in damnum grave incidere ex commento necessitatis, vel utilitatis, privato ipsorum administrantium judicio, ut talis consuetudo rectè sit reprobata, *c.* 1. *sup. De consuet.* & quidem expressè in hac re, *c. fin. eod. in* 6. ut non possit introduci. Abbas in *c. Nulli hoc tit.*

21 Q. VIII. An præscriptio salvet omissam solemnitatem? R. Non aliam salvare, quàm quæ nixa bona fide, & est XL. annorum, cum mala fides nullo umquam tempore purgetur, & rebus Ecclesiæ non præscribatur nisi tempore XL. annorum: hoc enim solum currere contra Ecclesiam rescriptum *c. De quarta sup. De præscript.* ejusque cursum non ante inchoari, quàm mortuo Prælato, qui alienavit, *can. In sacerdotes* XVI. *q.* 3. ex ratione ibi subjuncta, quod initium alienationis non cœperit ab origine æquitatis, hoc est à bona fide. Quæ ratio etiam faciet, ut non currat, donec vivit iste, in quem alienatio facta; cum & hic contra juris prohibitionem comparans rem, non possit dici esse bonæ fidei, *l.* 7. *C. De agric. & censit. lib.* 11. ut ejus principium non sit bonum, atque ita non currat præscriptio, nisi eo demum mortuo. Wames. *Cons.* 290. *n.* 4. Loquitur autem textus iste de Prælato malè alienante; non si benè alienaret, continuò ab alienatione facta, etiam ipso vivo, præscriptio inchoaret. Guido Papa *Decis.* 150. Vid. Navarr. *Cons.* 21. *hoc tit.*

Q. IX. Quid si alienatio jure quidem sit facta, læsa tamen sit Ecclesia? R. Restitutionem ei salvam esse, cùm gaudeat jure minoris, quæ intra quadriennium est petenda, ut tradunt *sup. De restit. in integrum.* Nisi læsio enormis faciat etiam post dictum tempus indulgentiam restitutionem, *c. pen. hoc t. c.* 1. *De restit. in integr. in* 6. citra injuriam ejus, contra quem conceditur, cui pretium suum est salvum. In læsione ultra dimidium salva est rescissio ut *l.* 2. *C. De rescind. vend.* ut dicetur infra *Tit.* 17. De locatione rerum Ecclesiæ ultra triennium, quam etiam prohibet *d. Extravag. Ambitiosæ*, commodius agetur infra *Tit.* 18.

TITULUS XIV.

De precariis.

SUMMARIUM.

1. *Precariæ sive Precaria quid?*
2. *Singularia in hoc contractu.*
2. *Precarium quid?*

DE alienatione rerum Ecclesiæ prohibita in genere est actum. Ad species hic descenditur, & primò de Precariis & Precariis proponitur. Uterque contractus liberalitatis quamdam speciem continet, & concessionem usus rei: ut in rebus Ecclesiæ regularibus locum

locum non habeat, quarum nequidem usus Ecclesiæ est intervertendus. Dico regulariter non sunt casus, quibus admittitur, ut jam dictum.

1 Sunt hi duo contractus distincti. Nam Precariæ, sive Precaria in singulari numero, *can. Precaria x. q. 2.* Abbas in *c. 1. n. 3. h. t.* est contractus à Canonibus inductus [jure enim civili incognitus] quo prædii Ecclesiastici ususfructus, remunerationis ergò, alicui roganti conceditur ad vitam, aut aliud certum tempus, *can. Hujusmodi x. q. 2.* Ad hujus concessionis valorem requiritur, Superioris interveniat auctoritas, quia continet quamdam alienationem, secundum dicta Tit. superiori. Causa subsit rationabilis, scilicet quia is, cui fit, in Ecclesiam bona sua contulit, *d. can. Precario & c. 2. h. t.* Alias successor non impedietur eam revocare, etiamsi prædecessor sub gravi pœna se obligavarit in casum revocationis, *d. c. 2.* Neque enim prædecessoris factum ligat successorem, qui potest & debet rescindere male acta prædecessoris.

2 Habet Hic contractus quid singulare. Primò quòd pro arbitrio concedentis revocari nequeat, *c. fin. in fine hoc tit.* cujus ratio consistit in benemeritis ejus, cui precaria facta. Secundo, quod de quinquennio in quinquennium sit revocanda, *c. 1. h. t.* Quæ conditio tacitè inest, idque ne fluxu temporis contingat rei perite memoriam, *can. Sapè xx. xii. q. 2.* ubi etiam præcipitur ei, cui precaria facta, rem quam accipit, utiliter colat.

3 Precarium jure civili cognitum differt ab isto contractu, cum fiat ad certum tempus, imò ne quidem ex partium conventione tempus admittat, *l. Cum precario 12. D. de precario*; sed ad libitum concedentis, cui rem precario datam revocare est liberum quandocumque, *l. 1. D. d. tit. & c. fin. hoc tit.* Non debet tamen esse revocatio intempestiva, & præcipitata, sed ex arbitrio judicis dandum intervallum temporis, quo commodè illi, qui precarium accepit, recedere à re liceat, cujus restituendæ non semper commoda est occasio; ut si contingeret propter rerum dispositionem precario habenti non tam factum esse beneficium, quam injuriam, & nocumentum. Abbas in *d. c. fin. num. 12.* Revocatur non tantùm expressè, sed & tacitè per alienationem, *d. c. fin.* Venit præstandus dolus & culpa lata dolo proxima, *l. Quæsitum 8. §. eum quoque D. d. tit.* quatenus facta habentis res facta deterior, qua de re videantur tradita *D. h. t.*

TITVLVS XV.

De Commodato.

SUMMARIUM.

1. *Commodatum quid?*
2. *Actio commodati duplex, directa & contraria.*

Superiori vicinum est Commodatum, quo res datur alteri utenda gratis, ad certum tempus vel usum, eo finito restituenda. E Est species aliqua alienationis, quoad usum saltem: ut in rebus Ecclesiæ non ita obtineat, nisi quatenus cessat ejus detrimentum. Distinguitur in eo à precario, quòd ante usum concessum, aut tempus temerè non revocetur, *l. In re 17. §. sicut D. h. t.* Habet locum in rebus tam immobilibus, quam mobilibus.

Actio hinc est & directa ipsi commodanti, 2 ut res restituatur; usu aut tempore finito, & resarciatur, quatenus culpa commodatarii res facta deterior, etiam levissima, quando solius commodatarii caussa agitur: nam si simul & commodantis, tantum levis culpa venit præstanda; & lata tantum in casu, quo commodatum in rem gratia solius commodantis, secundum distinctionem in *l. Si ut certo 5. §. nunc videndum D. eod.* Contraria est commodatario, ad reperendum, quod in rem insumpsit, & refundendum damnum, quod vel ex intempestiva repetitione rei accepit, vel ex re vitiosa data, ne non tam decipiatur quam adficiatur beneficio, *d. §. in fine*; qua de re latius *D. hoc tit. & In stit. Quib. modis re contrah. oblig. §. Item is cui.*

* *
*

TITULUS XVI.

De Depositо.

SUMMARIUM.

1. *Depositum quid?*
2. 3. *Depositi actio directa ad quid detur, & ad quid contraria.*

1 DEpositum est contractus, quo res alteri gratis custodienda datur. Habet locum in rebus mobilibus, secundum nomen, etiam Ecclesiæ, quia non tam subest detrimentum, quàm beneficium. Ad Custodiendam tantùm datur non concesso usu; nisi aliter convenerit, etiam tacitè, ut si pecunia non obsignata deponatur, *l. Die 25. in fine D. h. t.*

2 Duplex hinc actio est. Directa Deponenti datur, quâ repetat depositum quandocumque, cùm ei beneficium fiat, quod non datur invito; restituendum in specie, etiam pecuniâ numeratâ depositâ, quatenus consignata, aut in specie deposita: nam si ad certam summam, non habitâ ratione specierum, summam in communi æstimatione reddi sufficiet Bart. in *l. Paulus 99. in fine D. De solut.* Competit & eadem actio ad rei deteriorationem aut amissionem, quæ contigit dolo vel latâ culpâ depositarii; neque enim ultrà tenetur, qui beneficium alteri præstat. De levi tunc tenetur, si depositо se obtulerit, quia promittere videtur diligentiam, aut pro custodia quid recepetit, *c. 2. h. t.* quia tunc agitur etiam depositarii commodum. Ad usuras actio tunc erit, quando in mora est depositarius, *l. 2. C. eod.* Est enim hic contractus bonæ fidei, in quo per moram usuræ veniunt, quam bona fides multatam vult. Compensationis aut deductionis exceptio non juvat depositarium, propter perjurii periculum, quod promissio restitutionis ipsius rei ad lubitum deponentis non ferat moram, quam injiceret ejusmodi exceptio, *d. c. 2.* Datur tantùm contra ipsum depositarium, etiam Clericum, cujus nomine non potest impeti Ecclesia, quæ non debet gravari facto alieno etiam Clerici: nisi res sit conversa in Ecclesiæ utilitatem, nunc enim æquum, ut qui sensit commodum, teneatur & ad onus, *c. 1. h. t.*

Contraria est depositario adversus deponentem, ad id, quod nomine depositi abest, ut quia in id impendit, aut ex vitioso damnum accepit, ne officium suum sit illi damnosum, qua de re actum latius, D. *hoc tit.* & Inst. *Quib. modis re contrah. obl. §. Præterea.*

TITVLVS XVII.

De Emptione & Venditione.

SUMMARIUM

1. *Pretium in emptione quale esse debeat.*
2. *Res quæ & qualis vendi possit.*
3. *Dos & donata propter nuptias vendi non*
4. *Census quid & quotuplex.*
5. *Census live reditus realis emptio licita.*
6. *Non obstante, quod ultra sortem quia tur.*
7. *Reditus personalis est & extra usuram.*
8. *Satisfit argumentis contrariis.*
9. *Census ad incertum tempus sive vitalitia militer licitus.*
10. *An & ad certum tempus constituatur?*
11. *Vendi res aliena potest.*
12. *Quo casu venditor emptori teneatur ad e ctione.*
13. *Evictio quibus casibus cesset.*
14. *Ab emptione-venditione abesse fraus*
15. *Lasio ultra dimidium justi pretii facit re di contractum.*
16. *Remedium* l. 2. C. De rescind. vend. an emptore locum habeat?
17. *Lasio qualiter tunc constituenda.*
18. *In quibus rebus & contractibus* d. l. 2.
19. *Actio ex* d. l. 2. *adversus quem detur.*
20. *Et ad quid.*
21. *Re perempta an sit locus huic actioni?*
22. *Pacta, in hoc contractu usitata.*
23. *Pactum de retrahendo inter creditorem debitorem an usurarium, ad intellectum* 5. h. t.
24. *Actio empti-venditi cui & ad quid detur.*
25. *Venditor tenetur præcisè tradere rem.*

SUpetiores contractus ad eos, quite tur, spectant, subjunguntur illi, qui c su solo incuntur, inter quos est Emp

venditio, cujus substantia consistit in communicatione rei & pretii per consensum. *
1 Pretium in pecunia numerata consistat necesse, alias transiret in aliam contractus speciem. Sit etiam certum, secundum ea, quæ sunt tradita *D. & Instit. h. t.*

Res existat, & talis sit, quæ in commercio est: neque enim rei sacræ aut spiritualis,
2 sive adnexæ est venditio, citra labem simoniæ. Venditio rei ad Ecclesiam pertinentis quamvis sit in commercio, non aliàs tamen tenet, quam concurrentibus requisitis, de quibus sup *Tit.* 13. * Dotalis ne quidem consensu uxoris recte
3 venditur, quod ejus alienatio sit à lege omnino inhibita, *l. unica §. Et cum lex C. De rei uxor act.* uti nec donata uxori propter nuptias, nisi secundò post biennium consenserit, & sint aliæ res viro, per quas mulieri sufficienter sit consultum super indemnitate donatorum. *Auth. Sive à me C. Ad S. C. Vellejan.* aut venditio rei cesserit etiam in uxoris usum, & à tempore venditionis lapsi sint triginta anni; tunc enim sustineri venditionem rescriptum *c. 4. h. t.*

4 Quæritur, An hoc jure rectè ematur annuus census citra usuram? R. * Censum à Censendo, id est æstimando dictum, nomen esse πολύσημον, id est variæ significationis, Molin. *ad Consuet. Paris. p. 2. in proœm. num. 7. & seq.* Frider. Martini *De jure Censuum cap. 1.* hic vero capi pro legitime constituto jure recipiendæ annuæ pensionis ex re vel obligatione aliena. Alium esse realem, qui rebus sive prædiis est impositus; alium Personalem, qui in sola Personali obligatione consistit, sine hypotheca. Illum alium esse fundarium, quando dominus fundum suum in alium transtulit, eâ lege, ut annuam pensionem ex eo præstet, quæ solarii nomine in jure venit, *l. Etiam 15. D. Qui potiores in pig. hab.* ex eo, quòd pro solo pendatur, *l. 2. § si quis nemine D. Ne quid in loco publ* alium Constitutum, quem quis fundo aut rebus suis imposuit.

5 Quantum ad reditum sive censum realem, etsi fuerint, qui illum ab usura non esse liberum contenderint, quos citat Covarr. *3. Var. Res. c. 7. num. 2.* quibus adde Guil. Bontium *Quodlibeto Lovanii habito de Vsuris num. 3. & seqq.* ex eo, quòd nomine pecuniæ detur annua pensio, non citra usuram, cum pecunia non fructificet: certum tamen est, esse extra labem usurariam, cum Martinus V. anno 1423. & Calixtus III. an. 1455. in *Extravag. 1 & 2. h. t.* eum permiserint, ut à labe usuraria alienum: siquidem usura tantum in mutuo consistat, in quo creditori competit repetitio, & condictio sortis suæ pro libitu; è contra census hujus sive reditus creditori, ad sortem à se numeratam condicendam, nulla competat actio, sed tantum jus recipiendi annui reditus, quod est loco mercis, & pretio considerabile, cujus nomine fors, tamquam pretium, soluta. Deinde potest quis talem obligationem super rebus suis alteri constituere & donare; quidni & vendere, & uti totam rem, ita & partem rei, censum ei imponendo alteri præstandum? Ut horum reditum constitutio habeatur à plerisque justa & æqua, uti videre est apud Covarr. *d. loco.*

Nihil movere debet, quòd ultra sortem 6
quid recipiatur, quodque partiales pensiones tandem sortem vel exequent, vel etiam excedant; quia non emitur ipsa pecunia sive pensio, sed jus eam recipiendi, nec illa recipitur nomine sortis, sed nomine juris. Ut quòd pensionum multiplicatione per partiales solutiones contingat excedi sortem, non sit æstimandum, cum & fructus alicujus prædii percepti per multos annos ipsum prædium longe excedant, non tamen ideo damnetur emptio prædii. Deinde partiales illæ solutiones multum habent incommodi, & subsunt periculo rei, quo aut interire posset, aut fieri litigiosa, & aliis, ut recte id ipsum compensetur per partiales solutiones, licet tandem excedentes pretium datum. Et hoc sive census sit perpetuus, sive redimibilis, sive irredimibilis; quæ res nihil mutat nisi quoad pretium, quod minus dandum pro redimibili, majus autem pro irredimibili; sive sit reditus pecuniarius, cujus pensio in pecunia consistit, sive fructuarius, cui satisfit per partem fructuum, ut olei, frumenti, vini. Vid. Molin. *De contractib. usur. num. 17.* Navarr. *Comment. de Vsuris num. 69. & seqq.* Gail. 2. *Obser. 7.* Gaspar. Rodericus *De reditib. annuis lib. 1. q. 4.* Fachin. *8. Contr. c. 1. adversus* Hotom. Frid. Martini *De jure cens. c. 3. n. 137. & seqq.* & Molina *De Iust. & jure Disp. 28*

Major quæstio est, An reditus sive census 7

personalis sit licitus? R. Videri non paucis, esse illicitum. Primò, quod, cum pecunia sit sterilis, nullumque sui fructum præbeat, id, quod venit reddendum, non possit dici nisi lucrum ultra sortem, quæ salva manet creditori, ut non possit videri intentum, nisi implicitum lucrum ex mutuo. Secundò, quod Martinus & Calixtus PP. approbaverint solos reales reditus, super fundis scilicet constitutos. Tertiò, quod damnaverit Pius V. anno 1568. personales reditus; qui sine hypotheca in sola obligatione personali consistunt. Ita Navarr. *de Vsuris n. 81. & plures alii, quos citat.* Verùm usus etiam mere personalem passim recepit; & probabile est, nihil in se vitii continere magis hunc, quam istum priorem; cum & in isto principalis obligatio ponatur in persona (quamvis in quibusdam locis requiratur, ut id ipsum exprimatur, alias cum reperiret obligatio) accessoria autem sit realis, pro securiori solutione. Quod patet ex eo, quod re suppositâ destructa, aut exstincta, nihilominus obligata persona debitoris maneat, qui cogi non potest solvere totam summam, ut expressè habent dictæ Extravagantes: ut debeat manere persona obligata, cum PP. istis locis satis fateantur jus ad reditum manere, quod non potest esse nisi personale, extincta re, super qua ante positum. Et ita tenet Covarr. alios citans, *d. c. 7. n. 5.* Molin. *d. loc. nu.* 22. Conradus *De contractib. qu. 74. & seqq.* Solus De *just. & jure lib. 6. q. 5. art. 1.* Less. De *l. & l. l.* 22. *Dubit. 4.*

8 Non obstat primum argumentum, quia non intenditur lucrum ex mutuo, sed tantum jus suspensionis, non secus atque in reali: & licet lucrum excedere possit per pensiones frequentes adhuc salva sorte, hoc tamen ex jure emptionis, non etiam mutui ratione, cum ad sortem non sit actio emptori, nec repetitio, uti est in mutuo. Nihil faciunt Extravag. Martini & Calixti, quæ approbant quidem reditus reales, non tamen ideo dicendi sunt improbare personales, cum de facto consulti Pontifices isti decidant tantum id, quod propositum erat. Constitutio Pii V. damnat quidem merè personales, ex recepta tamen sententia non obligat extra terras Pontificii patrimonii; sive quia non est extra eas promulgata, sive quatenus est de merè personalibus damnatis, ex civili quadam magis ratione procedit, quam divina ac naturali: ut Principes saeculares, eorumque subditos non liget. Ut autem sit licitus super persona tantum constitutus reditus, est tamen cavendum emptori, ne periculo se exponit perdendi summam principalem, quod facilè sit personam obligatam ejusve hæredem (nam & hic tenetur ad obligationes personales defuncti) fieri non solvendo. Hæc quoad censum personalem perpetuum.

Est & census qui ad incertum tempus constituitur, ut quoad vixerit emptor, quem vitalitium vocant, de quo dubitari possit, an licitus? R. Hinc contractum justioremvideri cæteris, propter incertitudinem lucri, ex *l. Si ea lege C. De usur.* Ut si lucrum contingat datam sortem in duplum, triplum, quadruplum excedere, hoc tantum casui sit imputandum, cum è contra contingere possit, ut prematurâ morte emptoris ipsa sors tota, vel bona ejus pars resideat apud venditorem: ut caveat iste faciat nihil illiciti contineri ejusmodi contractum. Si tamen pretium commensuratum juxta spem probabilem vitæ, aliarumque circumstantiarum, Covarr. *d. c. 7. n. 3. vers. Sed & hac* Navarr. *d. Tract. de Vsuris num. 1.* Molina *Disp. 388.*

Quid si census constituatur ad certum tempus? R. Videri, ejusmodi census constitutionem non esse à labe usuraria immunem, cum salvâ exactione sortis, lucrum ultra eam contingat emptori, non sine labe; nisi excusetur lucrum cessans aut probabile periculum, cum nomine pensio datur. Quod si sors non sit salva, sed tantum pensiones ad annos aliquot sint præstandæ, quæ junctæ sortem non excedant, nihil vitii talis contractus continebit. Si verò excedant, videtur quidem abesse vitium usuræ, quod est circa mutuum, in quo est salva conditio sortis, quæ hic cessat, non tamen omnino abest, propterea quod ultra sortem lucrum resideat penes emptorem, per multiplicatas pensiones; quia nisi hac in materia lucrum cessans, aut damnum emergens, probabiles expensæ futuræ, aut aliud periculum excuset, hujusmodi contractus non esset admittendus. Covarr. *d. loco n. 4.* Hæc Ita, quatenus justo pretio census emitur: quod majus est in per-

perpetuo, id est non ad vitam, quàm in temporali, id est ad vitam; majus etiam est in irredimibili, quàm redimibili, cum gravius onus quod imponitur venditori per censum perpetuum, eumque irredimibilē, gravius sit luendū, quia in re locorū consuetudines sunt attēdendæ.

11 Res sit propria, an aliena, parum interest, quantum ad contractum; nam & alienæ venditio procedit, eo quod non tam jus in rem per eam adquiratur, quàm in personam, & tradendo vacuam possessionem rei venditæ venditor satisfaciat. *Si tamen res evincatur, 12 tenetur de evictione venditor emptori, D. & C. *De evict.* idq; ex natura contractûs, etiamsi nihil convenerit, *l. Evicta 16. D. de Evict.* ne cum aliena jactura lucretur venditor.

Quod tamen limitatur in *c. fin. h. t.* Primò, 13 Ut non alias procedat, quàm si emptor motam super re litem denuntiaverit venditori, cui poterant esse justæ defensiones rei: ut si denuntiationem omiserint, non habeat quod imputet venditori, sed sibi, *l. Si parentes 20. C. d. t.* Denuntiatione eâ opus etiam in casu, quo venditor scit litem esse motam: non obstante, quod certioratus non sit amplius certiorandus, nam ea regula obtinet, quando certioratio sit solum in eum finem, ut habeatur rei notitia, non etiam ut ultra adsumatur rei defensio. Nisi tamen denuntiatio fuerit remissa, aut non potuerit emptor denuntiare, *l. Si dictum 26. §. pen & l. Herennius 63. in princ. D. de Evict.* quia nulla est emptoris culpa. Secundò, Si nihil possit imputari emptori; nam si propter ejus contumaciam fuerit res evicta, frustra aget, *d. c. fin.* quia non est æquum eam alii nocere, quàm auctori. Sic & si, cùm potuerit rem usucapere emptor, non usuceperit, vel omiserit exceptiones, non aget de evictione, ex dicta ratione *d. l. 46.* Tertiò, si per injuriam judicis res sit evicta, *d. c. fin.* quæ non debet nocere venditori, qui culpâ vacat. Cessat præterea evictio si scieus rem alienam emerit, *l. Si fundum 27. C. d. t.* si convenerit de non præstando evictionem, *l. Ex empto 11. in fine De actionib. empti & vend.* habet enim quod sibi imputet emptor.

Vitium si quod rei subsit, dabit locum ædi- 14 litio edicto; de quo *C. & D. eod.* Præcipuè tamen hic inculcat Pont. in emendo, vendendo cesset fraus circa mensuras & pondera, quam committentes jubentur pœnitere in pane & aqua triginta diebus, *c. 2. h. t.* ultra restitutionem injustè eo modo ablati. Mandat & Pont. exigi pretium justum & commune, nec vendi carius uni, quam alteri, ultra quam forum habet, præcipuè transeuntibus cum quibus potiùs humaniter agendum, & ut agatur advigilandum Episcopis, *c. 1 h. t.*

Pretium excedens, etsi non ponat extra gra- 15
ve peccatum, non facit tamen emptionem rescindi; uti nec defectus pretii, nisi læsio excedat dimidium justi pretii, *c. 3. & 6. h. t. l. 2. C. de rescind. vendit.* Cujus ratio in eo consistit, quod non ob quamlibet læsionem fiat lites movendæ, sed ob majorem. Quo modo non potest dici decipiens alterum circa pretium esse immunis à restitutione, cum ea spectet ad malè ablata, aut aliena malè detenta, quæ restituenda sunt, ut dimittatur peccatum, *c. Peccatum, de R. I. in 6.* quatenus dicta læsio est alicujus momenti. Nam naturale est, ut inter contrahentes non semper servetur æqualitas præcisa; quia modicam læsionem mutua & tacita quadam indulgentia censentur contrahentes sibi invicem remittere. *l. in causſa 16. pen. D. De minorib.* Ultra dimidium justi pretii læsus esse dicitur venditor, quando non habet dimidium ejus, quod dedit.

Loquitur autem tam *d. l. 2.* quàm *d. c. 3. &* 16
6. de venditore læso: ut dubitetur, An istorum locorum decisio habeat locum in emptore? R. Hoc omnino negare Cujac. in *c. 3. h. t. & 16. Obser. c. 18.* quod dicta loca tantum loquantur de venditore, quam necessitas rei familiaris compellit vendere pretio minori. Verùm rectius & emptori accommodari postulat ipsa συμμετρια & correlativorum regula, quæ non patitur in uno correlativorum statutum in altero non obtinere; stante pari utrimque ratione. Nihil facit, quod *d. l. 2. & d. c. 3.* tantum meminerint venditoris; hoc enim ideo, quia ita de facto consulti PP. & Impp. Non etiam obstat, quod necessitas magis impellat venditorem vendere: nam non tam in necessitate vis decisionis posita est quam in enormi læsione, quæ cum tam contingere possit in emptore, ultra justum valorem dando, quidni & in eo idem statuendum? Pinel. *ad d. l. 2. p. 1. c. 2. in princ.* Vide dicta *ad t. D. De rescind. vend. n. 5.*

17 Alia hic ventilata quæstio, Quo modo in emptoris ; etsona sit constituenda læsio ultra dimidium ? R. Communiter receptum esse, tunc dici emptorem læsum, quando rem valentem decem emit sedecim, quod absint eidem sex, quæ excedunt dimidium justi pretii, quod est decem, *Gl. in d. l. 2. praxi recepta.* Verum dictæ *l. 2. & d. c. 3. & 6.* menti & æquitati consonum, tantum competere dictum remedium emptori, quando res valens decem est empta viginti & uno, aut valens quatuor est empta novem : nam tum demum abest, emptori ultra dimidium ejus, quod dedit, cum pro novem tantum receperit quatuor. Et ita postulat æquitas inter emptorem & venditorem : quæ enim est ratio, quod in venditore ut læsio ponatur, necesse sit plus duplo excedat valor rei pretium conventum, in emptore autem minus duplo sufficiat? Vetus hic Glossæ & Practicorum fuit error & paralogisatio, ut tradit Covarr. 2. *Var. Resol. c. 3. num. 8.* Pinel. *d. loco num. 4. & dixi ad D. d. tit. De rescind vend. num. 6.*

18 Habet locum ista Decisio quando agitur de rebus immobilibus, aut mobilibus pretiosis : nam pro rebus quibusque vilibus concedere rescissionem, nec est ex mente legis, nec ex usu Reip. quæ popularium liticulis infinitis turbaretur, juxta dicta. D. *eod. n. 16.* Loquuntur autem dicti textus de emptione-venditione, quorum decisionem communiter extendunt ad alios contractus, saltem bonæ fidei, quatenus continent conventionem commutativam, ne quis alienâ jacturâ locupletetur, qua de re latius D. *eod. n. 17. & seqq.* Pinel. *d. p. 1. c. 3. in princ.*

19 Datur hæc actio contra eum, cum quo contractum, non etiam contra tertium possessorem ; est enim personalis ex contractu, rem ipsam non adficiens, *l. Dolus 10. C. De resc. vend.* sive possessor habeat ab emptore causam lucrativam, sive onerosam : si tamen persona emptoris fuerit integra ; nam alias possessor ab eo habens causam lucrativam conveniri posse videtur, ne locupletetur damno alieno, ut rectè tradit. Covarr. *d. l. n. 10. alios citans.*

20 Non intentatur hoc remedium præcisè ad rescissionem, sed alternativè, posito in electione ipsius emptoris, an velit pretium justum supplere, an rem restituere *d. l. 2. & d. c. & 6.* & ex parte venditoris, ipse velit pretium excedens refundere, aut rem recipere, tum pretio restituto.

Quid si res perierit? R. Frustrà venditorem hoc remedium intentare, etiam ad pretii supplementum, quod præcisè non debetur, & ad quod præcisè non potest cogi emptor, tum ut dictum, habeat electionem, & qua de rebus respectu certæ speciei ejus interitus liberetur, juxta communem regulam hoc casu à supplendo pretio, cum non superstite re, cujus respectu illud suppleatur. Si tamen pretium apud emptorem exstiterit ex re distracta aut interitum, non videtur immunis à pretio supplendo, quatenus habet, eo quod ratione pretii existentis apud emptorem videatur extare res, & præcipuè ne videatur locupletari damno venditoris, in qua ratione est fundata rescissionis concessio. Emptorem re interempta nihilominus ad pretii superfundandam restitutionem agere posse, est æquissimum, cui satis esse debeat venditori, habere justum pretium, ne malo alieno ditescat, Covarr. *Var. Resol. c. 4. num. 13. & dixi ad D. d. tit. resc. vend. num. 30.* ubi *latior hujus rei tractandæ locus est*, ut & ad *d. l. 2. Cod. eod. tit.*

Admittuntur hoc jure hoc in contractu etiam varia pacta : cujusmodi sunt addictio in diem, lex commissoria, retractus ; nisi circumstantiæ additæ faciant subesse vitium usurarum, ut in specie *c. 5. h. t.* * ubi pactum de non retrahendo inter creditorem & debitorem (quod tamen omni jure est licitum) habetur suspectum labis usurariæ.

Ubi dubitatur de ratione istius decisionis. Sunt, qui in eo ponant, quod cum usurario initum ; verum hoc ex textu non convincitur. Alii in pretii exiguitate, verum nec hoc sufficit, cum liceat cuique remittere pretium. Alii in pacto de non retrahendo ante tempus, verum & hoc licitum est, habita tamen ratione pretii, quia tale pactum rem facit potius valere, quam sine isto valeret, propter fructus qui interea percipiuntur. Dicendum, cum Covarr. 3. *Var. cap. 8. num. 3. vers. Ex contrario*, in eo fundari decisionem Pontificiam. Primò quod ex pacto isto redemptio sit existenda multò minori justo pretio, imò infra dimi-

dimidium justi pretii; ut patet ex textu *d. c. 5. in vers. quæ vix.* Nam licet pactum istud faciat rem minoris valere, non tamen ita excessivè, ut quis possit videri suum jactare, non citra suspicionem. Secundò, quod relutio sive retractus certo tempore erat circumscriptus, non faciendus ante septennium, nec post novennium, ut interea fructus cederent emptori, quod non vacat vitio usuræ. Similis casus habetur ut in *c. Illo vos inf. De pignorib.* de quo ibi.

24 Ex hoc contractu venditori est actio venditi, sive ex vendito, contra emptorem, ad pretium, non tamen antequam rem tradidit, vel tradere est paratus. Iniquè enim petit conventionem ab alio impleri, qui ipse non satisfacet, *arg. l. cùm proponas 21. C. De pactis.* Emptori est actio empti, sive ex empto contra venditorem, qua petat sibi rem tradi, non quoad dominium, sed quoad vacuam possessionem, soluto tamen aut oblato saltem pretio, *l. Iulianus 13. D. de act. empti* simul & fructus à tempore perfectæ emptionis perceptos per venditorem; propterea quòd continuò à contractu perfecto res sit periculo emptoris, ut eo nomine etiam commodum sentire debeat, ut traditum *Instit. h. t. §. cum autem emptio.* Quorum nomine vicissim ad usuras teneri emptorem venditori rescriptum est in *l. Curabit Cod. de actionibus empti.* citra labem, cum dentur in compensationem fructuum, cujusmodi species non est reprobata, ut tradit Covarr. *3. Variar. c. 4.* & multis probat Barbosa *ad l. 5. nu. 58. D. Soluto matrim.* Quo modo si nulli fructus extiterint, non est, quare eorum nomine teneatur emptor ad usuras, nisi in mora fuerit post rem traditam. Non in contractibus bonæ fidei, cujusmodi est hic, usuræ ex mora sunt præstandæ *l. 2. C. Depositi.* Quod jure Canonico non aliàs procedit, nisi quatenus mora causavit interesse venditori, ut dicetur infra *De usuris, & dictum D. de action. empt. & vend. num. 24.*

25 Teneri autem venditorem præcisè ad tradendum, nec liberari offerendo interesse, aut æstimationem, ex eo clarum est, quod citra traditionem ejus, quod debetur, nemo se liberet, & quòd, solvendo aliud pro alio creditori invito, non contingat liberatio. Æstimatio autem aut interesse est alia à re vendita, qua de re latius D. *d. tit. num. 12. & seq.*

TITULUS XVIII.

De locatione & Conductione.

SUMMARIUM.

1. *Locatio-conductio quo modo contrahatur.*
2. *Habet locum etiam in rebus Ecclesiasticis.*
3. *Non tamen ad vitam alicujus.*
4. *Sed ad triennium dumtaxat, ex* Extravag. Ambitiosæ De reb. Eccl. non alien.
5. *An facta ultra triennium subsistat ad triennium.*
6. *An rectè fiat pro duobus aut tribus triennii?*
7. *An ut finito primo triennio, etiam secundo res sit conducta?*
8. *Hodie* [1]. Extravagans *non passim recepta.*
9. *Actio locati ad quid detur.*
10. *Conductor præstat dolum & culpam levem, non casum.*
11. *Mercedis remissio quando facienda.*
12. *Actio conducti ad quid competat.*
13. *Conductor ex quibus causis à locatore expelli possit.*
14. *Successor in beneficio an teneatur stare locationi per prædecessorem factæ?*
15. *Emphyteusis quid?*
16. *Emphyteusis concessio quatenus permissa Prælatis.*
17. *Emphyteuta cadit jure suo, cessans in solutione canonis.*
18. *An eo casu emphyteusis ipso iure committatur?*
19. *Partis solutione non evitatur commissio.*
20. *Sterilitas non excusat à solutione canonis.*
21. *Committitur & emphyteusis rei alienatione.*
22. *Venditio quando permissa.*
23. *In emphyteusin res datur meliorandæ.*

SUperiori similis est Locatio Conductio 1
cum constet consensu in usum rei & mercedem certam, consistentem in pecunia numerata; nisi agatur de locatione fruendi, in quam venit pars fructuum, loco mercedis,

l. Si olei 21. Cod. h. t. uti latiùs probatum *D. eod. num.* 4.

2 Locum habet in rebus, quæ sunt in commercio, etiam Ecclesiasticis, *c. 2. h. t.* ubi dicuntur fructus decimarum ad firmam dari, id est locari. Nec mirum, cum per hunc contractum non transeat rei dominium, ne quidem utile, *l. non solet D. h. t.* cum tempus non sit modus dominii transferendi, præcipuè ubi aliud agitur, uti hoc in contractu, in quo agitur tantùm de fructibus acquirendis: ut rectè dicat Imp. ex conducto possidentem non sibi, sed domino rei possidere. Præterea hic contractus non tam detrimento Ecclesiæ, quam ejus commodo fit, quippe cui annua hoc nomine pensio præstetur.

3 Ut tamen contractus iste non transeat in alienationem, prohibitum, ne locatio ad vitam alicujus fiat, *Clem. 1. de reb. Eccl. non alien.* aut ad certum tempus, longum scilicet, quale communiter habetur, quod est decem annorum. Ratio est in eo, ne contingat fluxu temporis perire memoriam, & Ecclesiam re sua privari. Quomodo supra Tit. 14. dictum precariam singulis quinquenniis renovandam. *

4 Hac de causa Paulus II. in *Extravag. Ambitiosa De reb. Eccl. non alien.* hoc tempus contraxit ad triennium, ultra quòd strictè vetuit rem Ecclesiasticam elocari cum irritatione locationis protractæ in longius tempus Azor. *Instit. Moral. p. 2. lib. 9. c. 2. & lib. 7. cap. 10. qu. 3.*

5 Ubi quæritur, An locatio facta ultra triennium, saltem subsistat ad triennium? Resp. Hoc videri posse, per Reg. in *c. Vtile De R. I. in 6.* quæ habet, Utile per inutile non vitiari. Facit, quod donatio excedens quingentos solidos sit prohibita; non vitietur autem nisi pro summa excurrente, *Sancimus C. de donat.* Verius tamen ne quidem ad triennium subsistere, cum contractus ejusmodi omninò annihiletur, *d. Extravag. Ambitiosa.* Pro qua parte facit ratio, quòd in illis, quæ pendent à voluntate duorum, & agitur de contrahenda obligatione, si actus non valet, ut agitur, non valeat quoque ut valere potest, ne contra mentem ad aliquid teneatur altera partium, in sui dispendium, cui non est tam commodum pro triennio tantùm habere rem conductam, cum sumptus faciendi etiam in plures annos possint proficere. Adducta pro altera parte hoc habent in iis, quæ separationem facilè admittunt, & mens partium non refragatur Covar. 2. *Variar. Resol. cap. 16. num.* 8. Azor. *d. c.* 14. 4. *& d. cap.* 10. *q.* 4.

Alia hic quæstio est, An rectè fiat locatio pro duobus aut tribus trienniis, ut tot sint locationes, quot triennia, & uno finito alterum incipiat? Resp. Baldum velle, non esse jus communi contrarium hujusmodi contractum *l. voluntas C. de fideicom.* ut tradit Covar. *loco num.* 4. quo teste communiùs contrarium receptum, quòd per ejusmodi locationem in legi fraus, ex continuatione diversorum temporum; ut patet ex *Nov. de non alienan. c.* 3. *vers. neque illud*; ubi non potest res ita tradi in emphyteusin, ut una generatione finita, altera inchætur, cum ea res tendat per machinationem in rerum Ecclesiasticarum alienationem. Quo casu licet unus sit contractus, non tamen vitiabitur nisi pro ea parte, cui repugnat; cum contractus iste divisionem admittat, ut pro parte valere possit, juxta *l. sancimus.* Sarmient. *Select. Interpp. 8. ad l. num.* 2. *D. de leg.* 2. Azor. *d. c.* 2. *q.* 3.

Quid si convenerit, ut finito primo triennio, etiam secundo habeatur res conducta? Resp. Et Hanc conventionem non teneri quoad secundum triennium, si ab initio facta fuit in una scriptura, quòd fiat fraus legi. Si autem non fiat mentio secundi triennii, sed promissio sit facta, non tamen potest dici locatio secundum promissionem ad alterum triennium extensa, cum promissio hujusmodi non attendat, quâ ut locatio prior finita iteretur nova conventione. Quod nihil habet improbi, cum eidem conductori res sine vitio iterato elocetur. Azor. *d. c. 2. qu. 3. vers. Dubium est.*

Hæc ita in locis, quibus dicta Extravagans usu est recepta: nam in plerisque recepta non est, aut si recepta aliquando, contraria consuetudine abrogata, cum passim in plures annos fiant ejusmodi locationes ultra triennium, non tamen nisi intra longum tempus, quo excedens locatio videretur sapere quamdam alienationem, hoc jure prohibitam, propter oblivionem rei ad Ecclesiam pertinentis, quæ induci posset, uti dictum, Vid. Nav. *in Manuali c. 27. num.* 149. Azor. *d. c. 2. q. 1.*

Duplex

9 Duplex ex hoc contractu, uti ex præcedenti est actio. Altera locati, qua locator conventam mercedem, etiam solo consensu exigat; cum præter consensum ad huius contractus substantiam nihil desideretur: simul & usuras, ex mora; quia contractus est bonæ fidei, in quo usuræ præstantur ex mora, *l. 2. Cod. hoc t.* Rem restitui petat, usu & tempore, ad quod locata, finito: item refusionem deteriorationis circa rem datæ ab ipso conductore, quatenus ejus arguitur culpa.

Culpa autem venit levis, quia contractus
10 hic utriusque respicit utilitatem, secundùm decisionem *l. Si ut certo 5. nunc videndum D. Commodati*, Quò facit *l. Contractus 23. De R. I.* quæ ait, in hoc contractu præstari dolum & culpam, scilicet levem; nam ea culpæ simpliciter positæ nomine venit, non etiam levissima, ut patet ex *§. præterea Instit. Quib. modis re contrah. oblig.* nisi quis artem & industriam certæ rei professus operam suam locaverit, ut in *l. Merces 25. §. qui columnam D. h. t.* Casum non venire, sed domino cedere, postulat ratio *d. l. 23. De R. I.* nisi aliud habeat pactum. *

11 Ita tamen ad mercedem urgendus conductor, nisi sterilitas aut calamitas usum rei impedierit, quæ facit vel totam mercedem remitti, vel partem ejus *d. l. 25. §. vis major hoc t.* Neq; enim ratio fert, ut qui ex re nihil percepit, vel parum, cogatur solvere mercedem integram; nisi tamen cum uberrate præcedentis anni vel sequentis compensetur sterilitas, *cap. 3. h. tit. & l. ex conducto 15. §. si uno. D. eod.* Insolitam sterilitatem, non præcedente aut subsequente sterilitate, non causare argumentum Pensionis, verior habet opinio, secundum Pinel. *ad l. 2. p. 1. cap. 3. num. 34. C. de rescind. vend. per d. §. vis major, in verbis, cui immodicum lucrum non infertur.* Vide plura de hac materia ad D. *h. t. n. 20. & seq.*

12 Altera, quæ ex hoc contractu oritur, actio conducti datur conductori, qua liberum usum rei ad tempus conventum præstari petit, quinisi præstetur, ad interesse ei actio est contra locatorem, *d. l. Ex conducto 15. §. pen. D. hoc tit.* Nisi aut casu aut vi maiore impediatur, tunc enim sufficiet pensionem remittere, non etiam ad interesse tenebitur, ne quis citra culpam puniatur, *d. l. 15. §. 2. & seq.* * aut nisi locatorem causa excuset, quæ quadruplex refertur in *cap. 3. in fine hoc tit & l. 3. Cod. eod.* Primò. Si propriis usibus rem sibi necessariam probaverit dominus: ipse enim potior est, si tamen non erat eadem necessitas locationis tempore, *d. cap. 3.* quia aliàs foret quæsita fraus. Secundò, Si res egeat necessaria refectione: nam licet possit aliqua subesse injuria conductoris, illam tamen non causavit locans, ut proinde eam non luat, sed satisfaciat pensionem remittendo. III. Si in re conducta malè versetur conductor, etiam si sub pœna convenerit, ne expellatur: nam subest ea conditio, ut colat ad modum boni patrisfamilias, *arg. l. Quæro 54. §. inter D. hoc tit. IV.* Si mercedem biennio continuò solvere distulerit: ea quippe subest conditio, si pensionibus paruerit, etiamsi convenerit, ne expelleretur ante tempus, *d. §. inter.* Eadem actio est hæredi conductoris contra hæredem locatoris, *l. Ex contractibus 49 D. de oblig. & actionib.* qui personam repræsentat defuncti. Contra singularem successorem hæc actio non est saltem de jure scripto, *l. 9 Cod. h. t.* ubi emptor non tenetur stare colono, nisi ea conditione emerit, quam tenetur servare. De consuetudine in aliquibus locis contra se res habet, quia perfertur conductor emptori & alii singulari successori. Vid. Gomez 2. *Var. c. 3. n. 19.* & dicta de his ad *d. h. t. n. 33. & seq.*

Controversum est, An successor in bene- 14
ficio teneatur stare locationi factæ per [illegible] decessorem? Resp. Hoc velle Angelum [illegible] *num. 6.* eo argumento, quòd in [illegible] consideretur tamquam successor universalis. Cujus opinio vera erit, si locatio facta fuerit à Prælato, tamquam administratore, in utilitatem Ecclesiæ, *per l. Si tutela 8. D. de administr. & peric. tutor.* ubi tutoris factum tenet pupillum, quia legitimus administrator: ut idem in Prælato dicendum sit, cui secundùm *Gloss. in can. fin. V. q. 3.* liberior administrandi res Ecclesiæ potestas, quam tutori. Aliud est si à possessore beneficii proprio nomine res beneficii elocata fuerit, qui cum jus restrictum ad vitam tantùm habuerit, non potuit ultra elocasse, & obligasse, pro tempore, quo sua non erit, *per l. fin. in fine. D. contr. emp.* Facit quòd uti infra Tit. 25. dicetur, beneficium obtinens

non

non sit nisi loco usufructuarii, cujus morte finitur locatio, ut ne quidem ejus successor universalis teneatur, *l. si quis dominum 9. §. 1. D. hoc tit.* Multò minus singularis; qualis est hoc casu successor beneficii, qui non succedit in jus prædecessoris, quod morte ejus extinguitur, sed novum creatur tempore novæ collationis, in eumque transfertur. Hæc quidam limitant, nisi Superior approbaverit ejusmodi locationem, sed minus rectè, quia ne quidem Superior pro lubitu suo potest futuri Prælati aut beneficiarii jus deminuere nisi ex causa. Unde rectius dicitur, si Superior pro lubitu suo super certa re stipendium constituerit, quod, ut potest rem istam mutare, & aliam loco stipendii dare, ita & elocando successori præjudicare: nam cui quod plus est conceditur, ei quod minus est, non denegatur, Vide Covarr. 2. *var. Resol. c. 15. num. 6.* Barbosa *in l. Si filiofam. 25. § fin. num 17. D. Soluto matrim.* Wames. *Cons. 324. n. 6. 9. 11. h. t. & Cons. 326.* Hæc ita de jure: nam secundum statuta quorundam locorum locatio ad parvum tempus tenet successorem, etiam singularem.

De Emphyteusi.

15 HÆc de locato-conducto. Fit & mentio hoc in Tit. Emphyteuseos, quæ etiam venit sub nomine alienationis, ut patet *Extravag. Ambitiosæ De reb. Eccl. non alienan.* Per eam enim deminuitur jus domini, cum sit contractus, quo res alteri possidenda traditur, quasi jure dominii sub lege annuæ pensionis & meliorationis. * Quo modo etiam
16 prohibita Prælatis nisi accedentibus solemnitatibus, de quibus supra *Tit. 13.* Et hoc ut res de novo in emphyteusin dentur; nam quæ solitæ dari in emphyteusin, si ad ecclesiam revertantur, non impeditur Prælatus iterum in emphyteusin dare; non obstante juramento, quo se non alienaturum res Ecclesiæ obstrinxit. *arg. c. 2. inf. de feudis.* Facit ratio, quod non tam alienet, quàm non adquirat, aut non utatur re, nisi in usum, ad quem destinata: quatenus tamen durat prima concessionis causa; nam ea cessante, videtur alienatio per Canones prohibita, ut vult Abbas *c. Vt super 8. num. 10. sup. tit. 13.* Quod & dicendum, si Ecclesiæ fuerit res recorporata, ut non possit Prælatus salvo juramento, de novo rem in emphyteusin dare, *d. c. 8. ubi* Innoc. quod alias salvum esset, *d. c. 2. inf. de feud. ubi dicietur plenius.* Transit hæc res in hæredes, etiam extraneos, secundum leges primæ concessionis, quæ tamen quandoque ad suos restringitur. Finitur & interdum post certam generationem, ad quam restricta.

Habet autem Emphyteusis tres conditiones, Prima est ut annuus solvatur canon, in quo si cessaverit emphyteuta per biennium, cadit jure suo, quoad Canonicam emphyteusin, *c. fin. h. t.* Nam in civili requiritur triennium *l. 2. C. de jure emphyt.* non concessa moræ purgatione, quam Canones admittunt ut expressum, *c. fin. h. t. in verbis, Nisi celeri satisfactione sibi consuluisset.* Ubi aliqui celerem satisfactionem eam vocant, quæ fit ante citationem judicialem: quod non ferunt verba *d. c. fin.* quod habet, non requiri nuntiationem ad hoc, ut committatur. Unde moræ purgatio ad modicum tempus referenda; quod aliqui decem dierum existimant, per *l. Promissor §. 1. D. d. constit. pec.* aliqui, quia non sit determinatum, judicis arbitrio delinquunt. *Glos. &* Abb. *d. c. fin.* Rectius dicitur purgatio in continenti facienda, lapso biennio, quia continuò jus quæsitum est domino declarandi rem commissam.

Quæstionis est. An ipso jure dicatur commissa? Resp. Probabilius esse, ipso jure non committi: tum quia mora purgari potest saltem jure Canonico, secundum iam dicta; tum etiam quia requiritur declaratio domini, per quam indicet se habere rem pro commissa. Si non satisfaciat sola dilatio, præcipuè cum agatur de pœna, quæ non facile inferenda sine textu, & non nisi positis requisitis. Ias. *in l. 2. n. 5. C. de Iur. emphyt.* Inter requisita autem est, ut dominus declaret voluntatem, ut ante eam declaratam non possit dici esse locus commissioni. Post declarationem non tantum judicialem, verum etiam extrajudicialem, commissa quin habeatur res, non est dubitandum, *d. c.* Non licet tamen domino propria auctoritate expellere emphyteutam, quòd nemo jus sibi dicat, sed hoc agendum auctoritate publica. Vide pleniùs de his dicta ad D. *h. t. n. 91. & 92.*

Hæc

19 Hæc ita procedunt, nisi sibi præjudicaverit dominus, recipiendo pensionem debitam, quia videtur remittere caducitatem. Partis solutio non excusabit emphyteutam, quia pro parte non rectè solvitur. Qua ratione, uno hæredum pro parte sua solvente, non evitatur commissio totius, *argum. l. Haredes 25. §. idem juris D. Fam. ercisc. & dixi ad D. eod. nu. 78.* Ut nec excusabit compensatio, cum fiat ipso jure; hic autem requiratur factum hominis agnoscentis Dominum superiorem, secundum dicta *ibid.*

20 *num. 80.* * Sterilitas etiam non excusabit, quia non datur canon tam ratione fructuum, quam recognitionis dominii, quod manet & proinde recognoscendum, quatenus poss. Ilio est penes emphyteutam: quæ si auferatur, redacta re in hostium potestatem, aut alias perdita, liberabitur etiam à canone præstando emphyteuta, quia non est, cujus nomine præstetur. Vide de hac re tradita *D. eod. n. 38.*

21 Secunda conditio est, ne res alienetur, *l. 3. C. De jure emphyt.* quia interest Domini, rem apud alium esse, propter actionem personalem, quam non debet cogi transferre invitus. Alienationis nomine quilibet actus venit, quo res Dominum mutat, ut etiam donationem sub ea concludi rectè dixeris. Sit tamen alienatio perfecta per traditionem, nam ante cum res in bonis emphyteutæ maneat, non potest dici alienata.

22 Moderatur autem Imperator istam alienationis prohibitionem, ut non procedat in venditione, quam permittit citra metum commissionis, quatenus tamen emphyteuta Domino venditionem denuntiavit, & ille vel recusavit emere, vel post denuntiationem bimestri siluit, *d. l. 3. & c. fin. h. t.* Cujus ratio posita videtur in necessitate emphyteutæ, qua posset premi, aut etiam lucri amissione: ut non facile trahatur ad alias alienationis species, in quibus non est eadem ratio. Exceptio enim ex causa venditionis firmat regulam quoad casus non exceptos. Debetur autem eo casu ipsi Domino honorarium, non pro lubitu Domini petendum, sed restrictum per *d. l. 3.* ad quinquagesimam pretii partem sive æstimationis, quod vulgo Laudemium dicitur.

23 Tertia conditio est, ut res melior fiat, secundum nomen, & concessionis rationem. Dabantur enim olim agri deserti & minus fertiles aliis, ad culturam redigendi, ut in eo peccans fundum potius negligendo, videatur expelli posse, *arg. c. 3. in fine h. t. & l. 3. C. Locati.*

TITULUS XIX.

De Rerum permutatione.

SUMMARIUM.

1. *Permutatio quid, & qualiter fiat.*
2. *Prohibita in rebus Ecclesiæ.*
3. *Etiam in mobilibus Ecclesiæ utilibus.*
4. *In beneficiis transactio quatenus prohibita.*
5. *Spiritualium inter se commutatio licita, accedente Superioris auctoritate.*
6. *An, ea omissa, sit obnoxia vitio Simoniæ?*
7. *Tractatus prævius de permutando an sit licitus?*
8. *Superior quis hic dicatur.*
9. *Auctoritas Superioris an generaliter & indistinctè requisita?*
10. *Legatus à Latere rectè admittit permutationes.*
11. *Item Capitulum, Sede vacante.*
12. *In beneficio juris patronatus an & quatenus requiratur consensus patroni.*
13. *Beneficium unum cum unico aut pluribus permutabile.*
14. *Beneficia inæqualia rectè permutantur.*
15. *Vti & beneficium, habens fructus cum alio non habente fructus.*
16. *Excessus tamen non potest compensari pecunia.*
17. *Vt neque in beneficio digniori cum simplici tenuiori.*
18. *Inæqualitas in fructibus an suppleri possit.*
19. *An rectè pensio detur in supplementum excessus hujusmodi.*
20. *Beneficium manuale cum alio simili permutari potest.*
21. *An & beneficium commendatum?*
22. *An jus in re cum jure ad rem?*
23. *An beneficium litigiosum cum alio non litigioso?*
24. *Quid si alter tantum apparens jus habeat?*
25. *Quid si quis spoliandus sit beneficio?*

26. *Pensio an rectè cum beneficio permutetur.*
27. *Beneficium non rectè permutatur cum alio jure spirituali.*
28. *Permutationem non impedit gratia exspectativa.*
29. *Impedit eam reservatio per Pont. facta.*
30. *Permutationis effectus.*
31. *Resignatione ab uno facta, altero recusante, est locus pœnitentiæ.*
32. *An tunc sit opus nova collatione?*
33. *In permutatione hac an habeat locum* l. 2. C. De rescind. vend.
34. *Resignatio beneficiorum alia libera, alia non libera.*
35. *Resignationi quæ pacta obsint.*
36. *Resignatio ab infirmo facta quando teneat.*
37. *Resignatio publicanda, & intra quod tempus.*
38. *An & ea, quæ fit ex causa permutationis?*
39. *Publicatio quo loco facienda.*

PErmutatio ad contractus innominatos pertinet; estque rei unius ad alteram mu-
1 tua præstatio, ut colligitur ex *l.* 1. *D. h.t.* Non capit initium nisi ex re tradita, cujus dominium hinc inde transferendum: ut proinde necesse sit, permutantes sint rerum Domini, neque enim rei alienæ subsistit permutatio, *d. l.* 1. §. *ideoque.* Ex quo apparet, quatenus ab emptione differat.

2 Pertinet ad alienationis species, *c. nulli* 5. *sup. tit.* 13. *de reb. Eccles. non alien.* ut rebus Ecclesiæ sit prohibita, nisi subsit causa, & accedat solemnitas, de qua *d. tit.* 13. & expressè rescriptum *c.* 1. & 2. *h. t.* Quo modo accipiendum *c.* 6. *h. t.* quo diversarum Ecclesiarum fundi permutantur, ita postulante utilitate, quæ colligitur ex eo, quod res alterius Ecclesiæ alteri sit magis vicina, atque ita commodior. Ubi etiam declaratur nihil in se involvere indecentiæ, suppleri quantitate, quatenus alterius res alteri præponderat, ad servandam æqualitatem, cessante vitio Simoniæ, cui non est locus in permutatione rerum temporalium. Ubi tamen cavendum, ne occasione jurium spiritualium, quibus altera præponderat, aliquid temporale veniat, *d. c.* 6. *in fine.* Inconsultè facta permutatio à Prælato retractanda, non tantum à successore, *d. c.* 2. verum etiam ab ipso Prælato, qui alienavit, secundum tradita sup. *d. tit.* 13. *n.* 3. *in fine* & n. 4.

* Quæ commutandi prohibitio etiam locum habet in mobilibus, quæ utiles Ecclesiæ, ut mancipiis, quæ non nisi libertatis causa cum aliis commutanda, nec distrahenda nisi fugitiva, *c.* 3. & 4. *h. t.* quia non utilia.

Quantum ad beneficia, in iis gratuita compositio admissa, non etiam transactio, *c. super eo sup. de transact.* quod non sit extra labem simoniacam, uti ibi dictum, saltem inita pactione privata partium: nam judicis auctoritate ex arbitraria potestate factam non reprobatur, cit bonum pacis & utilitatis concurrens quod eam suasit, *c. Nisi* 21 *sup. De præben.*

Spiritualium inter se commutatio nihil videtur mali includere; veluti beneficiorum, si Superioris accedat auctoritas, quam jura passim requirunt, *c. quæsitum* 5 *h. t.*

Ubi Primò dubitatur, An omissa Superioris auctoritas permutationem faciat obnoxiam Simoniæ vitio? Resp. Esse, qui jure divino simoniacam censent, quo secundum præceptum Christi, *Matth.* 10. gratis acceptum non detur gratis, sed pro alio, quod sit loco pretii. Verum hoc sustineri non potest, cum beneficium Ecclesiasticum sit quid spirituale, ut commutatio unius pro alio, si pure fiat, id est, sine adjectione vel reservationis alicujus temporalitatis, ex solius juris divini Simonia non sit dicenda. Quod & jure Can. dicendum videtur, cum per hoc fieri nequeat, ut res spiritualis habeat veram rationem pretii in quo consistit simoniaca pravitas. Est enim de ratione pretii, ut sit temporale & materiale, quale hic non est beneficium. Nec videtur rectè dici, temporale esse admissum ejusq; ratione posse esse fundamentum Simoniæ prohibitæ: nam temporale illud tantum accessoriè venit ut non sit in considerationem; cum id tantum spectetur, quod est principale, quale hic est spirituale. Facit, quod, si permutatio ista foret simoniaca, non posset fieri auctoritate Episcopi, qui non potest dispensare super jure communi. Verum communis opinio habet, eam simoniacam, citra auctoritatem Episcopi, factam de jure Canonum: per Canones enim taliter fieri prohibita, ut ratione prohibitionis sit talis, non etiam propriè, quia non intervenit quid temporale pro spirituali. Fundamentum ponunt *in d. c. quæsitum* 5. *h. t.* quod

quod habet, præbendarum commutationes nō fieri de jure, præsertim pactione præmissa, quæ circa spiritualia aut iis adnexa labem semper continet simoniacam. Ubi pactionem aliqui accipiunt de ea, qua venit temporale dandū ultra beneficium: quod dici nequit, cum ejus rei non fiat mentio *d.c.5* nec decisio subjecta respondeat, scilicet quod commutationes præbendarū sint prohibitæ. Ratio prohibitionis est Canones consistit in temporalibus quæ sunt adnexa beneficiis, licet accessoriè: nam contingit ordinem perverti, accessorium magis amari, quàm principale (ut, prō dolor! non infrequens hac in materia) atq; ita ejus causâ peccari. Quod vult vertere Ecclesia, prohibendo, ne aliàs habeatur rata commutatio, quàm auctoritate Episcopi. Vid. Azor. *Instit. Moral p.2. lib.7. c. 29. q.2. &* 3. Suarez *De Simonia lib.4. c 31. &* 32. Less. *De Iust. & jure lib.2. c.35. dub 3. & Dub.4. n.30.*

7 Q. II. An ergò nō liceat partibus inter se prius tractare negotium de permutādo? Resp. Posse videri, non licere, per *d.c.5.* ubi propter pactionem præmissam dicitur commutatio labem continere Simoniæ: quòd videtur velle Innoc. *d.c.5.* Verùm dicendum, nihil habere mali tractatum prævium de permutando, quando quidem ille non ponat consummationē actus, sed præparationem tantùm; quæ moraliter loquendo prohiberi nequit, si permutationē permissam velimus. Nihil obstat *d.c.5.* quia reprehendit actus consummationē propria auctoritate. Quò facit *c.8. h.t.* in quo Pont. non tam improbat tractatum permutandi, quàm permutationem ab altera parte completam. Imò licitum etiam est partibus, permutationē ipsam concludere, præbendo mutuum consensum, in ordine tamen ad consensum Prælati, ut colligitur ex *c.1. eod. in 6. & Clem.1. eod* etiam cum obligatione de perseverando in ejusmodi consensu; quia nihil habet ista res mali aut prohibiti, non secluſa auctoritate Prælati, per quem res consummetur, & in cujus manus resignatio facienda venit, non etiam immediatè in manus partis, à qua non posset accipi beneficium citra vitium, quia non foret collatio Canonica, *c.1 DeR.I in 6.* Vid. Silvest. *in Summa V. Permutatio 2. qu.5.* Az. *d. c. 29. qu.* 18. Suarez *d. c. 32. n. 8.*

8 Q. III. Quis hoc casu sit Superior? R. Passim mentionem fieri approbationis per Episcopum faciendæ, *d. c. 5. & c. un. eod. in 6.* Cujus ratio est tum quòd nemo se liberet propria auctoritate, aut renuntiet beneficio, nisi coram suo Superiore; tum præcipuè, quia ad Episcopum spectet beneficiorum collatio jure communi, ut ipsius sit, providere, fiat dignis, etiam ex causa permutationis. Ubi nomine Episcopi videtur venire omnis ille, qui habet jurisdictionem Episcopalem, etiamsi Episcopus non sit. Verùm cum præcipua ratio in eo consistat, quòd non possit novum beneficium obtineri citra collationem Canonicam. *d.c.1. DeR.I in 6.* qualis est, quæ facta per eum, ad quem collatio spectat; spectet autem non raro etiam ad inferiores, uti Decanum, Capitulum, & alios: videtur eorum sufficere auctoritas ad concludendam & exsequendam permutationem, quod eatenus censeantur habere Episcopalem jurisdictionem. Quæ sententia probatur *c. un. eod. in 6.* quod tantum dat Episcopo auctoritatem approbandi permutationem beneficiorum, quorum collatio ad ipsum spectat: ut, si non spectet, requiratur collatoris ordinarii consensus, qualis cum possit esse inferior, secundùm dicta, videtur ejus approbatio sufficere. Et hæc sententia apparet valde verosimilis, prior tamen quia communior, etiam in praxi tutior: nisi consuetudo præscripta inferiori collatori licentiam concesserit; quæ valida est, cùm secundùm omnes jurisdictio præscribi possit. Aliàs, cessante consuetudine istâ, approbatio permutationis facienda per Episcopum, collatio autem per eum, ad quem de jure vel consuetudine spectat. Vid. Azor. *d.c.29. qu.4.* Suarez *d c.32 n.9.* Less. *lib.2.c.34 dub.36.n.196.* Garc. *de Benef. p. 11. c.4. n.68. & seq.*

9 Q. IV. An approbatio ista per Superiorem generaliter sit requisita, citra exceptionem? Resp. Innoc. in *d.c. Quæsitum 5. h.t.* excipere permutationem beneficiorum ejusdem Ecclesiæ modo eodem ordine censeantur, & non spectent ad alicujus investituram: verum non fundari ratione istam opinionem; tum quia prohibitio est generalis; tum maximè, quia quoad titulum non potest fieri permutatio propria auctoritate, cum nemo possit se privare titulo, aut etiam eum adquirere sine Prælati consensu, ut adquisitio sit Canonica. Quantum ad præbendam adnexam, illa non

potest separari à quo titulo privata auctoritate. Et ita communiter receptum per Doct. *d. c. 5. & Clem. unica eod.*

10 Legatus à latere, cum sit loco Ordinarii, secundùm dicta sup. *De officio Legati*, quin possit permutationes admittere, non est dubitandum Non etiam Vicarius generalis Episcopi, nisi ex ejus mandato, ut est colligere ex iis, quæ dicta sunt sup. *De officio Vicarii & c. 2. eod. tit. in*

11 6. * Capitulum hoc posse, Sede vacante, patet ex eo, quòd succedat in jurisdictionem Episcopalem. Azor *d. c. 29 qu 4. vers. Dubitatur*, Gars. *latè d. c. 4. n. 75. & seqq.*

12 Q VI. Quid si beneficium sit obnoxium juri patronatus, an requiratur consensus patroni? Resp. Requiri, per *c. Nobis 25. inf. de jure patron.* Innoc. *ad d. c. 5. h. t.* Felin. *in c. cum Bartholdus 18. num. 15. sup. de re judic.* ne ei in suo jure præjudicetur: omissio tamē ejus consensu non tam irritam ponit permutationem quam potius irritandam, *arg. c. Quod sicut 28. sup de elect.* Idq; si intra tēpus consensum præsentationi reclamaverit, ut tradit Guido Papæ *Decis.* 374. Et hoc, nisi fraus directa in perniciem patroni causet nullitatem, etiā non secuta sententia declaratoria, ut vult D. Wames. *hic cons. 340. alios citans.* quod illa non tam favorem mereatur, quam odium. Quod si absque justa causa patronus cōsentire recusaverit, & tendat permutatio in commodum Ecclesiæ, videtur Superior posse auctoritatem suam præstare, neglecto patrono. Abbas *d. c. 5. num. 7. h. t.* Quod faciliùs procedet in patrono, vel eo, ad quem spectat nominatio sive electio, tam Clerico quàm laico, nam illi facilius præjudicatur, quam huic. Vide plenius tractatam hanc quæstionem per Gars. *De benef. p. 11 c 3. n. 12. & multis seqq.*

Ex dictis patet, requiri utrimque beneficiū,

13 sive unum, sive plura, nam unum cum pluribus posse permutari nullibi est inhibitum. Neque enim pluralitas quidquā vitii ponit quoad hanc materiam, *c. 6 sup. de elect. ubi* Abbas *n. 4.* quando scilicet simul haberi Ordinarii concessione possunt, ut dictum sup. *De præben.* Nam si sint incompatibilia, & habeatur ex dispensatione Pont. secus dicendum, quod dispensatio non transeat de persona ad personam, *c. sanè inf. de privil.* Ut sit necessaria Pontificis dispensatio iterata. Azor, *d. c. 29. q. 12.*

Beneficia inæqualia rectè permutantur [illegible] quidquam obstat inæqualitas sive quoad temporalia, ut quia unum sit pingue, alterū tenue, sive quoad spiritualia, ut quia unum habeat adjunctam dignitatem, etiam aliud, aut quia unū sit curatum, alterum verò simplex; cum non agatur de dignitate beneficii, sed tantum de commutatione spiritualium nudè & purè, quæ justa est, accedente Superioris auctoritate, cum ut ait Zabarella in *Clem. 1. num. 10. hoc tit.* eadem in omnibus sit ratio. Vid. Azor. *d. c. 29. q. 15.* Suarez *d. lib. 4. De Simonia c. 34.*

Quod adeò procedit, ut beneficium non habens fructus cum alio fructus habente [illegible] permutetur; cum non curetur de fructibus [illegible] tantùm agatur de jure spirituali, cujus fit permutatio. Nec poterit præsumi fraus, cum [illegible] generali regula nemo præsumatur malus, [illegible] probetur, & cuilibet uti jure suo liceat. [illegible] Andr. *in c. 1. n. 6. eod. in 6.* si aliud nihil concurrat, quod fraudem faciat poni, ut si morti [illegible] nus aut senex permutet pingue cum tenui, [illegible] *fin. de renuntiat. in 6.* Azor. *d. qu. 15. vers. Verum id in dubio versatur.*

Cæterum id certum est, excessum sive inæqualitatem in re spirituali non posse supplere vel compensari pecunia, aut aliquo dono temporali; cujus in promptu est ratio, quia spirituale venderetur pro temporali, quæ res [illegible] veram materiam Simoniæ, ut dicetur [illegible] *Simonia*: nihil hic faciente Prælati auctoritate, quæ vitium tollere nequit. * Quam & [illegible] ret commutatio dignioris beneficii tenuis [illegible] simplici pinguiori habita compensatione excessus dignitatis in uno ad excessum fructuum in altero, quæ aliàs ne quidem in foro [illegible] teriori præsumi poterit, si recta intentione [illegible] de & purè fiat permutatio in manibus Superioris. Suarez. *d. c. 34. n. 3.*

Quæstio tantùm est, An supplere liceat inæqualitatem in fructibus per pecuniam, [illegible] quid temporale? Resp. posse id videri [illegible] facie, cum non tam habeatur ratio ejus, quod est spirituale, quàm quod temporale. [illegible] obstante, quod uno actu & contractu utrimque fiat, quia separata est intentio, juxta *c. Ad quæstiones 6. hoc tit.* ubi in permutatione Ecclesiæ cum Ecclesia abundantia possessionum [illegible] suppleri potest ex parte alterius, quæ deficit pecu-

pecuniâ. Verùm hujusmodi supplementum spectat ad pactiones, in spiritualibus prohibitas, ut labem sapientes simoniacam, *d. c. 5. h. t. & c. fin sup. De pact.* præcipuè cùm pretium interveniat, quod sapit emptionem. Nec facit, quòd intentio agentium sit, non dare illud pro beneficio, quatenus quid spirituale, sed quatenus habet fructus, qui temporales sunt: nam ista intentio non facit, quò minus pars illa fructuum supplendo ematur, quatenus adnexa spirituali titulo, ut illâ venditâ, non possit non videri venditus titulus, & sic res spiritualis; cum qui connexorum alterum emit, sine quo nec alterum provenit, neutrum invenditum relinquat, ut rectè ait Paschalis Pont. in *can. quis objecerit 1. q. 3.* Facit, quòd eadem sit ratio partis & totius. Non potest autem ratione simplicis renuntiationis accipi compensatio in re temporali, ratione fructuum, ut notum est; nam hoc esset vendere rem spiritualem, ut nec partis fructuum compensatio etiam ex caussâ permutationis sit licita. Nihil faciente superioris Prælati auctoritate, quæ vitium non tollit, ut apertè habet textus in *d. c. 5.* Non obstat *d. c. 6. h. t.* quia tantum loquitur de commutandis Ecclesiis quo ad proprietatem, qua in re rectè & citra vitium suppletur pecuniâ defectus in possessionibus alterius, cùm tantùm veniat temporale pro temporali. Covarr. *1 Var c. 5. nu. 9.* Adde Suarez *d. c. 34. nu. 4. & seqq.*

19 Alia est quæstio, An Pontificis auctoritate citra vitium pensio veniat in supplementum excessus fructuum alterius beneficii? R. Videri spirituale pro temporali etiam hoc casu commutari, non citra vitium, quod per Pontificiam potestatem honestari nequit. Dicendum tamen, cessare vitium, non tantùm quo ad jus positivum, cui non est subjectus Pont. R. cum sit supra jus à se positum; verùm & quantum ad jus divinum, quia censetur fructus separare à beneficii titulo, ut potest; Navar. in *Manuali c. 23. num. 109.* atque ita pro fructibus, qui sunt quid merè temporale, pensionem in pecunia dandum admittere, quod omnino vacuum à labe: & hoc non tamquam in pretium renuntiationis, sed tantùm dispensatoriè, in vitæ subsidium ejus, qui pinguius dimisit. Cujus ratio consistit in summa potestate circa beneficia, quæ est summo Pont. non etiam aliis inferioribus. Vid. Suarez *d. c. 34. num. 15, 16, 17.* Garss. *De Benef p. 1. c. 5. nu. 344.*

Sed & aliæ hic quæstiones circa eamdem materiam permutationis moveri solitæ: ut in primis, An beneficium manuale permutari queat? R. Rectè commutari cum alio manuali, cum nihil sit, quod impediat. Nam qui ea obtinent, jus habent in beneficiis istis, antequam priventur, nec est in uno major privationis caussa, quàm in alio Azor. *d. c. 29. qu. 9.* Cum vero beneficio non videtur permutari posse; cum non contineat jus perpetuum, ut beneficii loco non habeatur, ut dictum sup. *De præbendis nu. 2. & 54.* Est tamen quid spirituale, licet diversi ordinis, ut non requiratur permutatio inter species ejusdem ordinis. Suarez *d. lib. 4 c. 33. nu. 6.* 20

Secundo, An commendatum beneficium permutetur? In perpetuum commendata videri posse commutari, quia sint loco tituli, non etiam ad tempus tantùm commendata, juxta *c. Nemo 15. De elect. 6.* cum ii, quorum sunt, jus & titulum non habeant; ut transferre nequeant; quia nemo transfert nisi rem suam & deinde non habeant nisi sibi commendata, quod personale est, ut in alterum id juris non transferant. Auctoritate tamen ejus, qui commendavit, hoc fieri posse, adserit Abbas in *c. Cum olim 7. nu. 3.* quem Azor. sequitur *d. c. 29 quæst. 11.* qui videtur alteri idem jus concedere. 21

Tertiò, An jus in re cum jure ad rem permutetur? R. Id non licere, ex eo, quòd jus ad rem non ponat beneficium, sed tantum spem. Rebuff. in *Praxi p. 2. tit. De permutat. nu 23.* & tantùm sit licita permutatio beneficiorum quæsitorum, non etiam quærendorum. Navar. *Cons. 43. nu. 2. De Simonia, ubi addit communem hanc sententiam esse.* Quod maximè videri posset in gratiis exspectativis & nominationibus, ut inter se non commutentur, propterea quòd licet ponant jus, non tamen beneficium. Et probatur *c. 1. hoc tit.* in verbis, *sua beneficia permutare*; ubi dictio, *Sua*, requirit jus adquisitum: ut hæc permutatio non tam fieri nequeat quia simoniaca, cùm utrimque ponuntur spiritualia, quàm quia ista jura sunt personalia, non excedentia personam ejus, cui concessa, non etiam causssam, *c. Cui de* 22

non sacerdotali 27. *De præben. in* 6. Quo modo si concessa sit translatio gratiæ aut nominationis, accedente Superioris auctoritate, nihil videtur continere simoniæ i aut illiciti. Et videtur hoc probari per text. in *c. Ad audientiam* 21. *sup. De rescript.* ubi pro gratia exspectativa accipiens beneficium non notatur ut simoniacus: & hoc tenet ibi Felin *nu.* 11. *in fine*, & Bald. *nu.* 5. Vid. Suarez *d. lib.* 4 *c.* 31. *nu.* 19 L. ſſ. *d. c.* 34. *Dub.* 36. *n.* 199.

23 Quartò, An litigiosum beneficium cum alio non litigioso permutetur? R. Aliquos id negare, quod res litigiosa, quamdiu lis pendet, nequeat alienari: & deinde propriè non sit sua. Si tamen fiat commutatio, cessante fraude, & non in potentiorem, videtur teneri is, cujus erat litem prosequi, quia ante litem peractam non potest videri plenè tradidisse: ut eo evicto alter ad beneficium suum redeat, cùm defectu materiæ nulla sit permutatio. Petr. Greg. *Syntag. lib.* 17. *cap.* 17. *nu.* 33. Flamin. *De resignat. benef. lib.* 2 *q.* 3. *in princ* Rebuff. in *Praxi De permut. nu.* 33. Azor *d. c.* 29. *q.* 5.

24 V. Quid si alter apparenter tantùm beneficium habeat, non etiam verè? R. Non tenere permutationem: nam titulus coloratus, quo beneficium obtinetur, non dat jus, nec impedit nullitatem, ut ponatur defectus materiæ. Quo modo beneficia, quæ de jure vacant, etsi de facto obtineantur, non tamen commutantur. Nihil faciente consensu partis, qui hac in re non supplet vitium, sed aperiret viam fraudibus, faceretque collationem fieri à Superiore per errorem, qui eam alias non erat facturus.

25 VI. Quid si spoliandus quidem aliquis sit beneficio, necdum tamen spoliatus? Dicendum, ante privationem, licet ex crimine aut alias futuram, rectè fieri permutationem, propterea quòd jus circa beneficium adhuc illi sit salvum, ut in alium rectè transferatur ante subsecutam privationem, per quam demum jus ad beneficium auferetur, *c. Commissa* 35. *De elect. in* 6. Rota *Decis.* 186. *in antiqq.* Et ita in terminis tenet Oldrad. *Cons.* 203 *num.* 1. non promotos ad Ecclesiam parochialem intra annum posse ante lapsum ejus permutare cum alio citra fraudem. Vid Azor. *d. c.* 29. *qu.* 25. *ubi alios citat.*

VII. An pensio cum beneficio rectè permutetur? R. Si pensio sit erecta in titulum beneficii, nihil vitii habere permutationem, cum talis pensio sit beneficium, secundùm tradita à Garsia *p.* 1. *c.* 5. *n.* 5. & Azor. *p.* 2. *lib.* 4 *c.* 5 *qu.* 5. Alias communiter teneri, non videre permutationem, imo simoniacam esse, quod tamquam temporalis judicetur, ut videtur infra *tit. De Simonia.* Et hoc omninò, quando est pensio temporalis; nam si sit spiritualis, data quippe loco beneficii, videtur permutatio permitti posse, saltem per Pont. qui aliquid spiritualitatis habet, ut non sit prohibita jure divino, sed tantum humano, supra quod est Pont. Non datur idem auctoritati Episcopi, quia illi non permissum permutationes admittere nisi beneficiorum; quale non est pensio, quia non continet jus perpetuum. 31

VIII. An beneficium rectè permutetur cum alio jure spirituali, ut patronatus, decimarum? R. Minimè; quia licet hæc aliquatenus spiritualia sint, tamen diversi ordinis à beneficio, ut non possit videri eorum inter se permutatio licita Azor. *d. c.* 29. *qu.* 22. Suarez *d. lib.* 4 *c.* 31. *n.* 14 *& seqq.*

IX. An permutationem impediat exspectativa gratia per Pont. alicui concessa? R. Eam non impediri, rescriptum *cap.* 1. *eod. in* 6. cum permutans jure suo utatur, & exspectativa competat ad ea, quæ liberè vacant. Adeò ut vacaret caussa permutationis neutequam veniat conferendum illi, cui concessa gratia, sed illi, in cujus gratiam facta resignatio ex caussa ista, 32 servatio beneficiorum per Pont. facit permutationem subsecutam nullam: ut permutantibus liceat ad beneficia resignata ex ista caussa redire, quia non potuit vacans per Episcopum conferri, *c. Si beneficia* 2. *De prab. in* 6. ubi hoc datum ignoranti, idque, ne justa ignorantia alicui præjudicet Vid. Azor. *d. c.* 29. *quæst.* 10. Scienti reservationem & permutanti non videtur idem concedendum. Beneficia unita non rectè permutantur, quia non stant per se & dirigiuntur secundùm illud, cui unita. Azor. *d. loco qu.* 7.

Effectus permutationis est, quòd, subsecutâ resignatione in collatoris manus, vere exeant beneficia, secundùm rigorem, & ponen-

tur

rint alteri, quam permutanti, conferti, *c.1.eod. in 6.* Vetuit tamen Pont. resignantes spe sua fraudati, qui alias non erant resignaturi, *Clem. 1.h.t.* Deinde non est libera resignatio ista, sed sub conditione facta, quam vult servari Pont. ab iis, in quorum manibus facta. Ubi alteri compermutantium, qui suum resignavit beneficium, incumbit urgere alterum ad resignandum, qui alias resignatum cum suo retineret: sicut evenit, quando resignans ante implementum alterius moritur, Rebuff. in *Praxi De Permut n.*12. Azor. *d.c.29.qu.21.*

31 Quid si resignatione ab uno facta, alter resignare recuset? R. Cum contractus hic sit de genere innominatorum, esse admissam pœnitentiam: ut etiam possit cogi ad permutationem complendam is, à cujus parte stat; non tamen præcisè, sed tantum quod datum condicendum veniat, *l.4.& 5.C.h.tit.l.1. D.eod.* Perficitur enim permutatio, non nudo consensu, aut etiam alterius implemento, sed utriusque. Rectè tamen revertitur ad suum beneficium, qui resignavit, propter conditionem quæ subest, si non suspensivam, saltem resolutivam, idque per condictionem caussa data, caussa non secuta. Atque ita in *c.* 8. *h.t.* mandat Pont. restitui beneficium resignanti in prædicto casu, quod decepto sit subveniendum, etiamsi alteri sit collatum; nam, ut resignatio resolvitur, ita & collatio.

32 Ubi alia quæstio est, An opus sit nova collatione? R. Controversam hanc esse quæstionem, & plerosq; existimare, nova collatione opus non esse, sed viam reditus esse liberam, ut circuitus & ambages evitentur. Rationem fundamentalem ponunt in conditione quæ subest, qua non purificata habetur actus, ac si non esset initus, atque ita beneficium mansisse penes resignantem, secundum ea, quę traduntur de conditionis natura & vi, ut in *c. Si beneficia 20. De prab. in 6.* in verbis *libere revertatur.* Quam opinionem tenet Joan. Andr. in *c.1.h.t. in 6.* Boetius Dec*is.*97. & alii, quos laudat Flamin. *Tract. De resig. benef. lib.1 qu.14.nu.6.* D. Wames. *Cons.* 340. *nu* 32. *h.t & Cons.* 341. *n.8.* Garsp. 11. *c.4.n.6.* Juri tamen conformior, & à pluribus approbata contraria sententia, scilicet nova collatione opus esse. Cujus ratio est in resignatione beneficii, per quam, licet ex caussa permutationis, inducitur perfecta ac vera beneficii resignati vacatio; cum potuerit post resignationem alteri conferri, ut colligitur ex *d. Clem. 1. h.t.* ubi alias frustra prohiberetur, ne collatio aliis fiat, quam permutantibus: ut non possit resignans propria auctoritate illud occupare, manusque illi injicere; citra intrusionem, vitiosamque occupationem. Ut necessario petenda sit collatio nova à Superiore: quem non decet esse difficilem, ut decepto succurrat; alias propria auctoritate occupans non evitabit pœnam, de qua in *c.Eum qui 18. De prab. in 6.* Facit pro hac parte *l. 1. D. h.t.* in qua illi, qui tranitulit rem in alterum ex hac caussa, si alter suam rem transferre recusat, non est salva vindicatio, sed condictio. Hujus sententiæ, uti dictum, sunt plures, quos refert Felin. *ad c. 6. nu.* 10. *sup. De except.* Redoan. *de Simonia c.* 10. *nu.* 28. Flamin. *d. loco nu.* 12. Wames. *d. Cons.* 340. *nu.* 43. Idque ad evitandam intrusionem. Atque hanc partem judicat tutiorem Rebuff. in *Praxi tit. De rer. permutat. nu.*16. & plus habere probabilitatis adserit Azor. *d. c.29. qu. 21. in fine.* Nihil facit, quod videatur facta resignatio sub conditione, ut & alter resignet; nam ea non est tam suspensiva, quàm resolutiva, quæ non facit, quo minus resignatio suum sit sortita effectum, licet decepto suum jus sit restituendum per judicem, imo potius ob caussam sit facta, qualis non impedit translationem dominii, quod non vindicandum, sed condicendum, secundum *d. l.1.* Non etiam obstat *d.c.*20. *in V. liberè revertatur*, quia hoc non accipiendum, quasi propria auctoritate, sed auctoritate superioris, juxta *c.1. De R.I. in 6.*

Postremò non obstant allegata à Boetio Epone. *Tract. De Saturnina Benef. permut. nu.* 308. *& seqq.* ubi pluribus conatur probare, licere reverti ad beneficium sine nova collatione; quæ tamen æquitatem potius sapere, quam aliquam juris rationem videntur. Adfert Primò pro ratione, quod isti permutationi subsit conditio, ante quam impletam actus sit imperfectus, uti certum est. Verum illa conditio tantum est tacita, & in mente retenta, ut nihil operetur, nec facit actum conditionalem, *l. Conditiones 99. D. De condit. & demonst.* Et deinde eadem incidet jure civili in simili specie permutationis: tamen certum est,

quòd

quòd non tam vindicetur res eo casu, quàm potius condicatur. Condicere autem est actionis personalis. Non rectè dicit condictionem iis quoque competere, quibus est rei dominium, *l. 4. §. fin. D. De reb. cred.* ubi qui Dominus est pignoris, utitur condictione: neque hoc mirum, quia creditor soluto debito pignus non restituens furti vitio obnoxius; alias non datur condictio Domino, ut constat *Instit. De actionib. §. Sic itaque discretis.* Secundò, Pactum legis commissoriæ & addictionis facit ipso jure resolvi emptionem, & sine traditione reverti ad venditorem, ergò &c. Resp. Ibi esse expressam conditionem, quæ idipsum operatur: non enim ponit actum conditionalem, eique lex eam vim addidit, non etiam tacitæ, *d. l. 99.* quia facit, quod ejusmodi subintellecta conditio faciat resignantem non tam per se repetere posse, quàm superioris auctoritate sibi restitui facere *d. c. pen. h. t.* quod malè pro se adducit Boetius. Quod præterea addit, æquitatis intuitu potius censeri factam permutationem sub conditione, quàm sub modo, parum agit, quia ista æquitas non operatur aliud, quàm quatenus verbis expressum est, aut lege canoneve inductum.

33 Unum hic superest quærendum, An in permutatione beneficiorum habeat locum, *l. 2. Cod. De rescind. vend. & c. 3. & 6. sup. De empt. & vend.* R. Communiorem opinionem esse, non habere, quod in iis, quæ spiritualia sunt, non habeatur ratio æstimationis, imo non possit defectus unius beneficii suppleri per pecuniam aut pensionem; siquidem vera simonia committeretur, dato aliquo temporali, in compensationem rei spiritualis seu defectus reditum alterius beneficii, ut dictum supra *hoc ipso tit. nu. 16.* Ita rectè Covarr. *Var. Res. 1. c. 8. nu. 8. vers. Ultima ratio.* Nihil facit pro parte contraria, quam tenet Calderin. *Cons. 4. De rer. perm.* in quam videtur inclinari Pinellus *ad d. l. 2. p. 1. c. 3. nu. 15. c. Ad quæstionem 6. h. tit.* nam quòd ibi compensatio per pretium admittatur, est, quia agitur non de Ecclesiarum permutatione, ut sunt beneficia, sed quoad proprietatem, in qua, quatenus unius possessiones præponderant, refusio quantitatis licita, citra ullum vitium, ad servandam æqualitatem.

34 Permutatio non fit sine resignatione, id est cessione beneficiorum hinc inde, de quâ ctum aliquid superius, *ad tit. De renuntiat.* licet eam aliam esse tacitam, aliam expressam. Alia item est libera, quâ sine ulla conditione, nullius respectu, quis resignat, aut se abdicat suo beneficio, quod libere pro lubitu conferri potest à Superiore: alia non libera, quæ continet conditionem aut caussam, velut permutationis. Eam licitam esse patet, quod permutatio sit licita; & Pont. expressè rescripsit, *Clem. 1. h. t.* beneficio resignato ex ista causa aliis, quam permutantibus, conferri inviter. Ut & ea, quæ fit in favorem tertii cum permutationem sit licita dicenda, facta non tantum in manibus Pont. sed & Ordinarii dum sit pactum aliquod subjectum, quod vitiet resignationem. Amicitia, quæ illam caussam non inducit vitii; cum & cognatis rectè conferatur beneficia, si tamen sint idonei, ut dictum suprà *De præb. nu. 34.*

Pactum, vel modus, quo obstringitur superior alteri non conferre, quam ei, in cujus favorem fit resignatio, facit eam simoniacam *c. 5. h. t.* Quo modo & illa improbata, quæ habet clausulam, *Non alias nec aliter, aut alio modo.* Sic & pensio nec rectè reservatur, nec rectè fit; cum regressu, accessu vel ingressu, nisi coram Pont. qui purgat vitium, ejus præsentia non indiget ea, quæ facta explicite, in favorem tertii, qua de re infra *De Simonia.*

Ab infirmo facta resignatio, ut valida maneat, nec resolvatur, opus est resignans supervivat viginti dies, etiam ex caussa permutationis; cujus ratio allata supra *De renuntiat.*

Oportet etiam resignatio publicetur, & quidem, quæ in Curia fit, intra sex menses, die supplicationis oblatæ computandos, beneficium citra montes fuerit, sin ultra montes, intra novem menses, ea vero, quæ fit extra Curiam, coram locorum Ordinariis, intra menses, ex Constitut. Gregorii XIII. Alioqui si contingat resignantem mori, antequam resignatarius ceperit possessionem, beneficium censebitur vacare per obitum, & collatio ista resolvetur, secundum Reg. Cancellariæ De publicandis resignationibus, ubi Gomes. & Abbuff. Vid Azor. *p. 2 lib. 7. c. 24.*

Quæri posset, An ea publicatione sic opus

in resignatione facta ex caussa permutationis? R. Videri, non requiri, ex eo, quod publicatio desideretur ad evitandas fraudes, quæ in clandestinis renunciationibus sunt obviæ, non etiam in permutationibus. Deinde quòd in dicta Reg. fiat mentio tantùm resignantium simpliciter, non etiam ex caussa permutationis, quæ non est simplex, sed qualificata. Facit argumentum sumptum à donatione, quæ simplex requirit insinuationem, si excedat summam quingentorum solidorum, non etiam remuneratoria, uti tractatum *D. De donationib. nu. 41. & seqq.* Contraria tamen sententia possit videri probabilior, quòd verbum, Resignatio, non tam referatur ad eam, quæ fit in favorem, quàm & ad eam, quæ fit ex caussa permutationis. Deinde eadem ratio evitandæ fraudis subest etiam in resignatione ex caussa permutationis, in qua non minus occultæ & simulatæ resignationes possent caussare intrusionem, in grave animarum periculum. Atque ita in Constitutione Gregorii XIII. fit etiam mentio resignationis ex caussa permutationis, quam citat Flamin. *De resignat. benef. lib. II. q. 2. nu. 4.* Vide Azor. *d. c. 24. qu. 7.* Gars. *De Benef. p. II. c. 3. §. 4. nu. 273. & seqq.*

39 Facienda autem publicatio in loco beneficii, sive resignatio fiat in Curia, sive extra. Flamin. *d. lib. II. q. 6. nu. 2.* Et quidem in ipsa beneficii Ecclesia, inter Missarum solemnia, secundùm *d. Constit. Greg.* XIII. Quod tutius est, licet & valeat, si fiat in porta Ecclesiæ die solemni, & populo conveniente ad Missarum solemnia, quòd per eam sufficienter res innotescat, & fraudes eviteutur, Flamin. *d. loco nu. 21.* Sed & in ipsa publicatione exhibendæ litteræ Apostolicæ desuper confectæ, secundùm modum & formam dictâ Constitutione præscriptam, quæ semper & ubique observari præcipitur, necalia, vel æquipollens ullo modo amittitur, Azor. *d. c. 24. qu. 8.*

TITULUS XX.

De Feudis.

SUMMARIUM.

1. *Feudi origo, etymon, definitio.*
2. *Infeudatio rei Ecclesiasticæ prohibita.*
3. *An & rei in feudum dari solitæ?*
4. *An si juraverit Prælatus non infeudare?*
5. *Dominus ex feudo sibi oppignorato fructus perceptos non computat in sortem.*
6. *Licet etiam fructus excedant servitia.*
7. *Quod tamen fallit certis casibus.*

INter alienationis species est Feudum, non 1
à Romanis originem trahens, sed ex moribus, ut videtur, Longobardorum. Etymon nominis à Fide seu Fidelitate deductum. Varia ejus traditur definitio minùs commoda. Videtur rectè definiri usufructus quidam rei immobilis sub conditione fidelitatis. Non malè usufructus ponitur loco generis, cùm per feudum acquiratur jus utendi, fruendi re aliena, salvâ ejus substantia: quæ est definitio usufructus, ut definitum ei conveniat. Non tamen negandum, multa esse in Feudo, quæ non sunt in usufructu; ut quòd transferat utile dominium; morte possidentis non finiatur, sed in generationes certas, certasve personas, ut masculos tantùm, transeat, quibus deficientibus redeat ad eos, à quibus profectum, ad quos & ex aliis caussis redit, ut refutatione vasalli, commissâ per eum felonia, quo verbo notatur improbitas & ingratitudo vasalli in dominum, qua de re latè in libris Feudorum.

Continet omninò speciem alienationis, cum secundùm definitionem, transeat ususfructus perpetuus in vasallum, cum detrimentò Ecclesiæ, qui est inter alienationes prohibitas *l. Iubemus 14. C. De SS. Eccles.* * Imò ipsa infeudatio rei Ecclesiasticæ specialiter prohibita, *Extravag. Ambitiosæ De reb. Eccl. non alienan.* nisi concurrant ea, quæ sunt requisita ad justam alienationem, de quibus suprà *Tit. 13.* 2

Unde quæri hîc posset, An istis opus sit in 3
concessione feudali rei in feudum dari solitæ, quæ ad Ecclesiam reversa? R. non esse quæstionem, an possit concedi, ultimo possessore adhuc superstite, quia necdum vacat, ut non videatur quid Ecclesiasticæ rei transferri, *c. 7 sup. De his quæ fiunt à Pral.* sed tantùm esse quæstionem, si per mortem ultimi feudatarii feudum vacet; quòd cum sit reversum ad Ecclesiam, videtur non posse alteri conferri per

Prælatum quia videretur de novo alienari, contra Ecclesiæ prohibitionem, si non adhibeantur requisita. Responsum tamen ab Innoc. in *c.* 2. *h.t.* infeudationem ejusmodi rei à Prælato liberè fieri. Nam licet per mortem vasalli, qui sine successore decessit, videatur reversa ad Ecclesiam, non tamen continuò aut simpliciter censetur esse de bonis, aut mensa Ecclesiæ, ut tradit Abbas in *c. Ve super sup. De reb. Eccl. non alien.* cum hoc ipso, quo vacat, non incorporetur Ecclesiæ, sed necessaria sit Prælati acceptatio; ante quam infeudans alterum non peccat contra juris prohibitionem, cùm potiùs ea res spectet ad repudiationem ejus, quod adquiri potuit, quam ad adquisiti alienationem: quo modo esse Prælatum extra pœnas alienanti propositas, dictum suprà *Tit. 13. num. 6. & ad D. De acquir. vel omit. haered. nu. 46.* Quæ ut ita procedant, videtur tamen necessaria justa causa, ut utilitati Ecclesiæ consulatur, quia Pont. in *d. c. 2.* adjungit, *si videris expedire.* Quæ concessio commodius procedet, si fiat secundo filio, vel consanguineo, uti haberur. *d. c. 2.*

Quid si Prælatus juraverit non alienare, aut non infeudare? R. Concedendo rem in Feudum, isto casu nihil facere contra juramentum, cùm hoc comprehendat tantum alienationem, quæ fit de novo, non etiam rei, quæ alienari solita, cujus concessio non spectat ad alienationem: quo modo in *d. c. 2.* eam permittit Pont. 4

Illud singulare est, quod proponitur in *c. 1. h.t. & c. 8. infra De usuris*, non teneri Dominum ex Feudo à vasallo suo sibi oppignorato fructus perceptos computare in sortem, sed citra usuræ vitium eos sibi retinere posse, salva exactione sortis. Super adæquata ratione istius decisionis Pontificiæ multum disputatur, eò quod citra usuram creditor non retineat fructus, salva sorte. Communiter eam tradunt, quod interim, dum est oppignoratum Domino Feudum, vasallus liber sit à servitio, quod Domino debet, in cujus recompensam Feudum habuit. Quæ res erit extra difficultatem si fructus non excedant servitia, ut post Innoc. in *d. c. 2.* tradit Covarr. 3. *Variar. Resc. 1. nu. 4.* quia tunc nomine tantum interesse fructus retinentur. 5

Quid si fructus excedant servitia? R. Covarr. & Ignos. *dd. locis* satis insinuare, videri 6 usuratium, eos non computare in sortem quia ad excessum. Verùm text. generaliter loquitur, & indistinctè non facta mentione, fructus excedant, an respondeant servitio: utrius opinio, etsi ratione subnixa, textui minus consentiat. Glossa *d. c. 1.* id ponit singulare in Ecclesia. Verum nec ejus nomine usura, divino, naturali, Canonico jure damnata toleranda *c. 4. h. t.* ubi ne quidem ob causam piam licitè usuræ accipiuntur. Alii in eo vim ponunt, quod utile dominium cum directo non consolidetur, verum hoc falsum videtur, cum omnis dominii jus sit salvum ipsi vasallo. Alii vis ponitur in conditione Feudi, quæ est, ut fructus cedant vasallo præstanti servitium, quo si cesset, eos non percipiat. Cessat autem in casu præsenti, nec venit hic considerandus excessus fructuum, siquidem ab initio liberaliter pro servitio fructus ampliores dati, quam merito retinentur, cessante servitio.

Restringe tamen dicta; Primò Si gratis hoc dum sit concessum; nam si data pecunia, erit à labe usuraria alienum, non computandi fructus in sortem, quia tunc fructus extra servitia, nec est interesse Domini. Secundò, res non sit multum aucta & meliorata ob stria & expensis vasalli, quia tunc ratione cessus fructuum cessat interesse, quod cedat in servitio, cui respondent fructus; & hoc Dominus sit laicus, sive Ecclesia, ut fructus cedentes sint computandi in sortem, ut Dominus ab usuraria labe liberetur. Ita Navar. alios, quos citat, in *Manuali c. 17. nu. 218.* cujus opinio mihi probabilior videtur. Cæterum quomodo Feudum dividatur, à quibus constituatur, & quibus, quo modo finiatur, non est hujus loci; cum requirant longiorem & singularem Tractatum, quem separatum tradidimus ad Usus Feudorum.

TITULUS XXI.

De pignoribus & aliis Cautionibus.

SUMMARIUM.

1. *Pignus & Hypotheca quid?*
2. *Constituitur vel expressè, vel tacitè.*
3. *Prælo*

3. *Prælati bona tacitè obligata sunt Ecclesiæ.*
4. *Pignori obligari quæ res possint.* [*tum.*
5. *Pactum commissorium in pignoribus improba-*
6. *Nisi juramento validetur.*
7. *Improbatum & pactum antichreseos.*
8. *Debitor, qui juravit non repetere rem, nisi solu-*
to debito, an compensare fructus possit?
9. *Reprobatum & pactum, de quo in* c. Illo vos 4. h. t.
10 *Finis contractus pignoratitii.*
11. *Usufructus quid, & quotuplex, remissivè.*

PRincipales contractus solent muniri accessoriis, uti Pignoribus, Fidejussoribus. 1
* Pignus in mobilibus obtinet, quod traditum ad creditorem transit. Hypotheca in immobilibus, qua res adficitur ex nuda conventione. De usu nuda non sufficit conventio, nec alias tenet, quàm si legis operæ, ut vocant, accesserint, idque ad evitandas fraudes, quæ ex clandestinis oppignorationibus oriuntur. Dat autem pignus sive hypotheca jus in rem, quod transit cum ea in quemcunque possessorem, *l. Si debitor Cod. De distract pig.*

Constituitur vel expressè, uti partium con- 2
ventione, judicis decreto, vel tacitè, ex dispositione legis, quale habet locator in res invectas, illatas in prædium urbanum; fiscus in bonis debitoris; uxor in bonis mariti, nomine dotis, etiam cum prælatione, & contra quemlibet possessorem bonorum mariti, *c. 5. h. t.* mutuans in domum reficiendam; pupillus, minor in bonis tutoris, curatoris, *l. Pro officio C. De administ. tut.* civitas in bonis administrantium res ejus, *per l. fin. C. Quo quisque ordine conven. lib.* 11. de quibus, & aliis, agitur D. & *Cod. In quibus causis pig. vel hypoth. tacitè contrah.*

Quæri potest, An bona Prælati sint tacitè 3
obligata Ecclesiis, ratione administrationis? R. Per Canones hac in materia nihil inveniri expressè dispositum: Glossam tamen in *d. c. 5. h. t.* quam Abbas *ibid. nu.* 11. & alii sequuntur, tradere, ejus bona tacitè esse obligata Ecclesiæ, argumento ducto à minori, cui Ecclesia æquiparatur, *c. 1. sup. De restitut. in integ.* Vid. Azor. *Institut. Moral. p. 3. lib. 7. c. 4. qu. 9.*

Pignori obligari potest res quælibet; pro- 4
pria, non aliena, in quam cum nihil juris sit, nihil etiam juris in eam alteri dari potest, nisi Domini consensu: existens in commercio, quo modo res sacra, religiosa, liber homo, pignori non supponuntur, *c. 2. h. t.* Idque à Domino, cui libera est rerum administratio, quia præparat viam alienationi. Unde non habet locum in rebus Ecclesiæ, nisi ex caussa, & solemnitate adhibita, *c. 1. h. t.* qua de re sup. *Tit.* 13. Hinc in *c. 3. h. t.* hæres ejus, qui rem Ecclesiæ pignoravit, cogitur eam redimere; tum quia res erat Ecclesiæ sacro ministerio deputata, tum quia aliena. Neque enim alterius res pignori capitur pro debito alieno: adeo ut ne quidem res mulieris capiantur pro delicto mariti, quod non luit alius, quam qui perpetravit, *c. Ne uxor pro marito, &c.* Quo modo in *d. c. 5. h. t.* non tantum reddenda mulieri bona sua, quæ fiscus accepit propter mariti facinus, verum & eidem salva dos esse debet ex bonis mariti, etiam apud alium existentibus, secundum *l. fin.* D. *Qui potiores in pig. hab.*

Admittit pignus pacta honesta & licita: 5
quale non est hac in materia pactum sive lex commissoria, *capite penultimo hoc titulo* cujus ea conditio, ut, si non luatur pignus intra certum tempus, pignus sit commissum, & creditori cedat. Subest enim grave detrimentum debitoris, à quo non ratò res multò pluris debito valentes pignori supponuntur: ut eo casu, propter solutionis moram creditori accederet lucrum, non sine labe usuraria. Unde & leges civiles ejusmodi pacta vocant captiones commissorias, easque improbant, *l. 3. C. De pactis pignor.* Nihil obstante, quod in emptione lex commissoria sit admissa; quia nihil continet iniqui, non solura ad dictam diem pecunia, rem manere penes venditorem tamquam inemptam. Vid. Covarr. 3. *Var. Resol. c. 2. nu.* 7. Azor. *d. p.* 3. *lib.* 7 *c.* 10. *& dicta ad* D. *De pignorib. & hypoth. nu.* 16.

Quid si debitor juramento pactum istud 6
confirmaverit? R. Servandum esse pactum, ut colligitur ex *d. c. pen. h. t.* idque propter vim juramenti, quod servandum, ubi servari potest, citra detrimentum animæ jurantis, quale est hoc, *arg. cap. 6. sup. De jurejur. ubi ea de re actum;* cum nihil involvat mali, ex parte jurantis, rem suam vili pretio penes alium relinquere: licet non sit tutum creditori, rem retinere, propter labem usurariam, & non impediatur debitor rem postea repetere, petita absolutione. Qua

&c. Qua opus non erit, si ante dictum tempus solvere fuerit impeditus, ut quia pecunia missa non fuerit tradita creditori per nuntii improbitatem. Nihil obstante juramento, quod non obligat in casu justi impedimenti, *d.c.pen. in fine.*

7 Improbatur etiam hoc jure pactum antichresios, *c.6. h.t.c.1. & c. Conquestus 8. inf. De usuris*, quo pignoris fructus creditor lucratur, salva sorte, non sine labe usuraria, quod ratione dilatæ solutionis fructuum lucrum percipiat. Nihil obstante lege civili, quæ pactum istud non reprobat, propter incertum fructuum eventum, & pretium, *l. Si ea lege C. De usuris, l si is qui 11. §.1. D. De pignorib.* Quæ ratio non tollit labem usurariam; ut recte Canones mandent fructus in sortem imputari, & ubi sortem adæquaverint, pignus liberum restitui debitori, *d.c.6. & dictum ad* D. *d.tit. De pignorib. nu.15.*

8 Posset autem dubitari, An compensatio fructuum rectè prætendatur à debitore, qui juravit non repetere rem, nisi soluto debito? R. Dictum quidem esse superius, *De jurejur. n.72.* non impediri debitorem compensare, cum sit idem quod solvere; cui rei multum obstat *c. Ad nostram 7 sup. eod.* Verum dicendum, in isto cap. non proponi, per fructus esse satisfactum creditori, eosq; sortem adæquasse sed præsupponi, necdum receptam eam copiam fructuum, aut non constare, quanti sint recepti fructus: ut non male dicatur ibi debitor contra juramentum suum pignus subtraxisse Covarr. *De pactis p.1. §.4. n.14. & seqq.* Nisi dicamus in illo cap. esse juramentum interpositum de formali facienda solutione, qualis non admittit compensationem. Quantum ad *c. Salubriter inf. De usuris* ubi maritus lucratur fructus pignoris nomine dotis, de eo agetur inf. *eod. tit. De usur.* quantum verò ad *c.1. sup. De feud.* de eo ibi actum.

9 Sunt & alia pacta damnata tamquam usuraria, quale est illud, de quo in *c. illo vos 4. h.t.* in quo videtur res quidem purè vendita, sed resolvenda: simulatam tamen esse venditionem, & verum contractum pignoris, & quidem usurarium, duæ conditiones adjectæ colligi faciunt. Prior est, quod intra certum tempus res sit redimenda, fructibus in sortem computatis. Quæ licet nihil habeat contrarium naturæ emptionis, est tamen insolita & inusitati contractu isto, & propria contractus pignoratitii, ideoque ad palliandam usuram contractui emptionis apposita præsumitur, si aliæ conjecturæ concurrant, uti hoc in casu. Altera conditio, quòd ultrà, quàm datum, pretium deberet restitui; quæ conditio contractum facit usurarium, quia nomine dilatæ solutionis redditur quid ultra sortem: atque ita Poot. in d. 4. damnat usurariæ labis istum contractum. Vid. Covarr. 3. *Var. Resol. c. 9.* Auger suspicatur emptoris qualitas, qui consuetus exercere usuras, cujus tamen Poot. in *d.c.4.* non meminit, ut ad damnandum prædictum casum sufficiant duæ istæ conditiones.

Finis hujus contractus est, ut creditoris securitas super credito. Cui nisi tempori satisfaciat, est licentia rem distrahendi, *l. fin. C. jure dom. impetran.* Ubi pactum de non distrahendo faciet tardiorem distractionem, ut additur D. *& Cod. De distract. pignor.* In casu distractionis, pluribus existentibus creditoribus illi potiores, qui tempore priores, qua de re *l. & C. Qui potiores in pig. hab.*

Ponitur hoc in Tit. *c. fin.* cujus contentum hanc ad materiam parum facit, cum specie usumfructum, qui est jus utendi fruendi alieni, salva ejus substantia. Estque alius proprius, circa rem, quæ usu non consumitur, ejus integræ restitutio est facienda abjecto usuario, data super eo cautione de utendo arbitrio boni viri, deque restituenda re in specie tempore suo: alius improprius, circa res quarum usus est in abusu, qui obligat tantum ad restituendum tantumdem ejus generis in æstimationis, data etiam in eum finem cautione, qua de re plura videantur *D. & C. De usufructu, & aliquot tit. seqq.*

TITULUS XXII.

De Fidejussoribus.

SUMMARIUM.

1. *Fidejussio quid, & qui fidejubere possint.*
2. *Mulier jurato intercedens an obligetur?*
3. *Clericis fidejubere quatenus licitat.*

4. *Effectus*

4. *Effectus fidejussionis.*
5. *Fidejussori solventi actio est adversus debitorem.*
6. *Ante solutionem quando hac actio detur.*

1 FIdejussio est obligatio, qua quis alienam obligationem fide sua esse juber, salva principali. Hæc tenet eos, quibus persona est habilis ad se obligandum. Mulieri post intercessionem salvum est S. C. Vellejanum, de quo *Cod. & D. Ad S. C. Vellejan.* idque ne sua fragilitate sibi damnum det.

2 Quid si jurato intercesserit? R. Verius videri, beneficium hoc ei salvum non esse, quod juramentum servari possit, citra detrimentum animæ jurantis, atque ita sit servandum. Pro qua parte facit *cap. Ex rescripto sup. De jurejur.* ubi mulier, quæ jurato intercessit, dicitur debere satisfacere. Ubi supplere, illam monitam renunciasse Vellejano, est divinare, cum textus iste ejus rei mentionem non faciat, & ratione juramenti in genere satis monita esse videatur beneficii competentis. Nihil facit, quod juramentum sequatur naturam actus, cui apponitur, salva scilicet exceptione actui adhærente, *l. fin. Cod. De non numer. pec.* Nam hoc verum, quando salvum esse potest juramentum naturæ actus accommodatum: hic autem, exceptione concessa mulieri, secundum actus naturam salvum esse non potest juramentum, cum quod juravit se impleturam, non impleret: imo contraveniret, non sine perjurio, cum licite quod promisit servare possit. Ut dicendum sit, naturam actus esse remotam. Abbas *ad d. cap. Ex rescripto nu. 9.* And. Gail, 2. *Obser. 77, nu. 10. ubi alios citat.* Quod & procedet si pro marito intervenerit; nam licet, secundum leges civiles, nulliter, *Auth. Si qua mulier Cod. hoc tit.* juramentum tamen non vergit in detrimentum salutis mulieris; ut servandum sit, juxta *c. Cum contingat 28. sup. De jurejur.*

3 Clericis fidejubere non est inhibitum, eoque nomine tenentur. Non cogitur autem Clericum creditor invitus accipere, etiam locupletem, quod minus ei sit provisum, propter difficiliorem excussionem, quam caussat privilegium fori & competentiæ, quo gaudent Clerici *c. 3. inf. tit. seq. & sup. De* [illegible] *competent.* Non decet tamen clericos vacare fidejussionibus, ne sæcularibus se immisceant, & à divinis abstrahantur, *inf. Tit. 50.* Quo modo dicitur talis à Clerico abjiciendus, *cap. 1. h. t.* Ecclesia per Clerici fidejussionem nullatenus obligatur, nec inquietari potest: ut nec Monasterium, ratione mutui à Monacho accepti sine Prælati & majoris partis Capituli consensu, quæ minorem ligat, secundum dicta sup. *Tit. 11.* nisi mutuum sit versum in Ecclesiæ utilitatem, quam fieri locupletiorem cum damno alieno minus æquum, *cap. pen. h. t.*

Effectus fidejussionis est obligatio etiam 4
singulorum in solidum, & excussio etiam ante principalem pro lubitu creditoris, *l. 3. Cod. hoc tit.* Quo casu subventum fidejussoribus duplici beneficio: altero ordinis, sive excussionis, quo ante excuti nequeunt, quàm principalis excussus sit inventus non solvendo, *Auth. Præsente, Cod. hoc tit.* Altero divisionis, quo in solidum conventus unus ex pluribus rejicit creditorem, ut non conveniatur nisi pro virili, si omnes sint idonei; alàs frustrà objicit hoc beneficium, *d. l. 3.* Competunt hæc beneficia non ipso jure, sed ope exceptionis tantum; qua omissa, solutio facta ab uno dat ei regressum contra creditorem, qui suum recepit, aut alios fidejussores, qui hoc ipso sunt liberati.

Est autem solventi salva actio contra debi- 5
torem, qua petat ab eo sibi refundi quod ejus nomine solvit. Ad quod cogendi sunt etiam Clerici, pro quibus fidejussum: quos si constiterit religionem fidei & juramenti tergiversando aut recusando violasse, ab officio & beneficio suspendendi sunt, *c. 2. h. t.* Ante solutionem non est actio fidejussori, quia necdum mandatum peregit: * nisi in tribus casibus, re- 6
latis in *c. fin. h. t.* Primò, Si diu in debiti solutione cessarit debitor: qui etiam per Ecclesiasticam censuram potest compelli liberare fidejussorem à molestiis, quas patitur à creditore, *c. 3. h. t.* Secundò, Si fidejussor fuerit condemnatus, quia videtur solvisse, cum sententia habeat paratam executionem. III. Si dissipare bona incipiat debitor, quia justè pro sua indemnitate est sollicitus fidejussor. Hæc de re latius *Instit. & D. eod.*

TITULUS XXIII.

De Solutionibus.

SUMMARIUM.

1. *Solutio quid ?*
2. *Ad solutionem obligati & Clerici.*
3. *Quibus tamen est beneficium competentiæ.*
4. *Nec cogendi cedere bonis.*
5. *Priv. competentiæ Clericus an renuntiare possit?*
6. *Debitor creditori non petenti quando solvere teneatur.*
7. *Indebite solutum esse quis probet.*
8. *Exceptio per errorem omissa locum dat repetitioni.*
9. *Effectus solutionis.*

1 OBligationis finis ad solutionem tendit : quæ largiùs sumpta compensationem, acceptilationem, confusionem, transactionem, similesq; satisfactionis species continet. Propriè sumpta est ejus, quod in obligationem deductum, naturalis præstatio. 2 * Ad hanc tenetur quisquis justè obligatus, etiam Clericus; neque enim illi hac in re privilegium : imò & Ecclesia, ratione debiti, per Prælatum ejus nomine contracti, & successor ratione prædecessoris, quatenus obligatio concernit Ecclesiæ utilitatem, *c. 1 h. t.* Neq; alias Ecclesiam conveniri æquum : ut nec debitum proprio Prælati nomine contractum successorem, aut Ecclesiam tenet, etiamsi Ecclesia sit deducta in obligationem. Quod minimè permissum Prælatis, qui obligantes Ecclesiam pro suis aut alienis debitis, suspenduntur hoc ipso ab administratione & spiritualium & temporalium, *c. 2. h. t.* Quo casu in hæredes Prælati agetur, qui tenentur nomine defuncti etiam ad ea, quæ ex delicto veniunt, *c. fin. inf. De sepult.*

3 Est verò Clericis beneficium competentiæ, id est ne possint excuti ultrà quàm facere possunt. Juxta *c. Odoardus 3. h. t.* ubi sufficit, si Clericus, qui satisfacere non potest, idoneam cautionem præstet de satisfaciendo, ubi ad pinguiorem fortunam devenerit, ut in carcerem detrudi aut detineri nequeat, & excommunicationis sententia in eum lata sit relaxanda, ne cogatur 4 ad impossibile. * Ubi aliqui volunt eum cogi cedere bonis : quod non est probabile, *arg. l. Miles 6. D. De re jud.* ubi miles non cogitur ad cessionem, nec ultrà, quam facere potest, convenitur, ne avocetur à militia. Quæ ratio etiam in Clerico militat, ne avocetur à divinis. Abbas *d. c. 3* Covarr. 2 *Variar. Resol. c. 1. nu. 9.* Barbosa ad *l. Alia 14. § eleganter n. 18. D. Soluto matrim.*

Quæritur autem, An prædicto privilegio Clericus possit renuntiare? R. Non videtur ei, quod privilegium hoc sit concessum nomine ordinis, ne in ejus opprobrium Clericus bonis spoliatus cogatur mendicare, & à divinis avocetur. Ut hoc beneficium sit eatenus publici juris, cui non renunciatur privatorum pactis, *Ius publicum D. De pactis.* Nihil facit, quod aliqui dicunt, militem posse huic privilegio renunciare, per *l. pen. Cod. De pactis.* Nam negat optimè potest, *d. l. pen.* agi de privilegio publico, sed de eo, quod personæ conceditur, cujus renuntiationem etiam Clerico competere non est dubium. Barb. *d. loco n. 20.* Quo modo privilegium Clero certæ provinciæ concessum, ne cogi possit alibi ad solutionem, potest eum Clerus sibi auferre, ei renuntiando, quod tantum respiciat personas. Exemplum est in *c. Delecti 17. sup. De foro compet.*

6 Cæterum tenetur debitor solvere creditori etiam non petenti, propter metum, aut alium causam, eum invadere alienum & injustè detinere parata sint, *c. pen sup. De restit spoliat.* Injustam detentionem hic in debitore causat metus, quo adficitur creditor, quò minus debitum exigat, cujus cessatio non debet debitori prodesse, nec inducere liberationem.

7 Indebitè à se solutionem factam allegans non auditur, nisi probet, *c. fin. h. t.* eo quod non præsumatur quis tam supinus, ut indebitas pecunias effundat, *l. Cum de indebito 25. D. De probat.* Nisi solvens sit pupillus, mulier, miles, aut alias rerum forensium imperitus, aut etiam cautio indebitè exposita dicatur, & indiscretè loquantur. Est enim hisce in casibus præsumptio contrarium. *d. l. 25 § 1. & § fin.* Uti & si non primò institerit solutionem, convictus deinde fuerit; tunc enim eum onerat præsumptio de debito accepto, ut probatio ei incumbat, debitum fuisse, quod recepit. *d. c. fin. h. t.*

8 Exceptio omissa per errorem, quatenus actionem & obligationem elidit, facit indebitum esse solutum, datque locum repetitioni. Aliter se res habet, si exceptio tantum moretur solutionem, quia solutum non potest videri verè non debitum, ut repeti nequeat secundum

dicta D. De *Condict. indeb. & Inst. Quibus modis de contrah. oblig.* §. 2.

Solutionis effectus est, quòd liberet, facta ab 9
eo, cui libera rerum administratio & distrahendi licentia sit, cui debetur, ejus rei, quæ debetur, & quidem integrè, loco ac tempore debito; qua de re latius D. *h.t. & Instit. Quib. modis tollitur oblig.* §. 1.

TITULUS XXIV.

De Donationibus.

SUMMARIUM.

1. *Donatio quid, & quotuplex.*
2. *Donare prohibentur Religiosi: item Clerici, Prælati, certis casibus.*
3. *Episcopo quatenus donare concedatur de rebus Ecclesiæ suæ.*
4. *Ecclesiarum donationes quando licitè fiant.*
5. *Filiisfam. quando & de quibus donare liceat.*
6. *Quæ res donari possint.*
7. *Donatio quatenus stricti juris.*
8. *Effectus donationis.*
9. *Donatio acceptanda à donatario.*
10. *Donatio revocatur ex supernascentia liberorum.*
11. *Item ex caussa ingratitudinis.*
12. *An & ex aliis caussis non expressis in c. fin. h.t.*
13. *Hæredi an revocare liceat?*
14. *An collatori beneficii?*
15. *Feudum ob ingratitudinem Prælati in dominum quatenus auferatur.*
16. *Donatio ex turpi caussa facta, veluti à milite concubinæ, revocari potest.*
17. *An & à Clerico facta focariæ?*
18. *Donatio Constantini Imp. facta Silvestro Papæ an rata & firma?*

DOnatio cùm magis ad beneficii caussam quàm contracti negotii speciem pertineat, nec civilis, nec Canonum jure contractuum tractatui inseritur, etsi non malè contractibus juris gentium nominatis adnumeretur, cum constet duorum consensu, donantis scilicet & donatarii, & habeat nomen specificum, & hodie actionem, quâ cogatur donans tradere rem donatam, ut infrà dicetur.

1 Est autem liberalitas, nullo jure cogente facta. Alia est simplex, quæ & propriè donatio dicitur, ad quam spectat data definitio, cujus generis est donatio inter vivos. Alia ob caussam, cujus generis est donatum nomine dotis, donationis propter nuptias, cujusmodi proprium donationis nomen non merentur; caussæ enim nomine ea venit, per quam quis cogitur ad donandum. Ut donatio mortis caussa rectè adscribatur donationi simplici, cùm non coactè, sed libere fiat, qua de re latius D. *Cod. & Instit. h.t.*

Donat quilibet, cui est libera rerum suarum 2
administratio. Non donant ergò Religiosi, cum nihil proprii habeant, nec liberam rerum Ecclesiæ administrationem, non Clerici fructus suorum beneficiorum in usus profanos & inhonestos profundunt sine peccato. Prælati non aliàs donant res suarum Ecclesiarum, aut Monasteriorum, quàm si parvæ sint quantitatis, & ferat consuetudo, *c. 3. h.t.* Quas alias successor revocabit tam à Clericis, quàm à laicis, *c. 2. h.t.* nisi caussa & solemnitas ratam faciant donationem, *sup. Tit. 13.* aut tantumdem offeratur Ecclesiæ, *c. 3. & 4. sup. tit. 13.* In feudum posse Prælatum dare rem infeudari solitam dictum supra *Tit. 20.* & reperitur *c 5. h.t.* Non obstante juramento de non infeudando, quia intelligitur de re non solita infeudari.

Concessum autem Episcopo donare con- 3
structo à se Monasterio partem quinquagesimam, aut alteri Ecclesiæ non monasticæ centesimam redituum suæ Ecclesiæ, *can. Bona pen. 12. qu. 2* quatenus ea res non cedit in grave Ecclesiæ suæ detrimentum; nam eatenus donatio revocanda foret, nisi hujusmodi revocatio legitima præscriptione aut alia exceptione excludatur, *c. pen h.* Prædictam summam non excedit Episcopus, etiam si nullum subsit detrimentum suæ Ecclesiæ, sine consensu Pontificis, *d. c. pen.* Hospitalarii in suum præjudicium se & domum suam alteri loco religioso subjicere donando non prohibentur, ubi consensus omnium adest. *c 8. h.t.*

Ecclesiarum donationes privatis quidem 4
non fiunt personis, quoad beneficium, nisi vacent, secundum dicta supra *Tit. 8.* rectè tamen proprietas earum transfertur in locum religiosum ab Episcopo, etiam si non vacent quoad beneficia, salvo jure eorum quibus beneficia collata quoad vitam, *c. 4. h. t.* Ecclesiam pio loco concedens Episcopus simpliciter, videtur etiam concedere proventus omnes, consensu tamen Capituli sui; excepto Cathedratico, *c. 7. eod.* quod solvitur in signum sub, ectionis, à qua

non

non est libera ista Ecclesia, & in honorem Cathedræ: Isto casu, si ex consensu patroni concedatur Ecclesia pio loco, videtur patronus jus suum remisisse.

5 Filiis familias de castrensi & quasi castrensi peculio donare est liberum; non etiam de aliis, nisi ex consensu patris, cui præjudicatur, *l. 7. D. h. t.* Inter patrem & filium quò minus stet donatio, facit potestas. Inter conjuges non fert honestas, ut dicetur libro sep. *Tit. 20.* morte tamen confirmatur, *l. Donationes 25. C. De donat. inter vir & uxorem.*

6 Donatur res quælibet, quæ est in commercio; sua, & quidem liberè, quia quilibet est rerū suarum moderator atq; arbiter, *l. In re mandata C. Mandati.* Nisi quòd insinuatione sit opus, quando excedit summam quingentorum solidorum, *l. pen. in fine C. h. t. & §. Alia autē Instit. eod.* Exceptâ eâ, quæ fit in remunerationem & piam causam, aliisq; casibus, de quibus actū D. *eod. nu. 42. & seqq.* Ubi etiam dictum, *nu. 28.* omniū bonorum, præsentium & futurorum, donationem tenere.

7 Est autem donatio stricti juris; ut non præsumatur, cùm nemo præsumatur suum jactare. Plenissimam tamen recipit interpretationem, *c. 6. h. t.* ne donantis mens excludatur, & impediatur liberalitas; nisi tamen jus commune obstet, aut tertii jus lædatur. Testamenta plenius interpretamur, quia non continent tam propensam liberalitatem: contractus verò plenè tantum, *d. c. 6.* ut actus valeat. Æqualitas enim in contractibus servanda, ne strictè aut largè agendo, odium uni, favor alteri procuretur, contra agentium intentionem.

8 Effectus donationis hodie, est, quòd nudo pacto perficiatur, possitque ex ea cogi ad traditionem donans; quatenus inter vivos facta, quæ continuò suam sortitur firmitatem, *Inst. h. t. §. 2. l. Si quis 35. C. eod.* Nisi effectus ejus differatur in mortem, cujusmodi est inter patrem & filium, maritum & uxorem; aut conditio subjecta vim ejus suspendat in sui eventum. Mortis caussa donatio ante mortem non est perfecta, cum admittat pœnitentiam, nisi ei subsit pactum de non revocando, quòd faciet eam transire in donationē; quæ est inter vivos irrevocabiliter, qua dere disputatur ad *l. Vbi ita*
9 *donatur 27. D. de donat. mortis caussa.* * Procedit & dictus effectus, si donatio sit accepta nam ante acceptationem donans ne quidem naturaliter tenetur, cum requirat duorum consensum: ut, donatarii consensu deficiente, ei possit videri adquisitum, nec teneatur donans, qui potius donare voluit, quàm donare *l. Qui absenti 32. D. De acquir. poss.* Acceptatio firma est, ut temerè non revocetur, inter vos scilicet, *Instit. h. t. §. 2.* cum jus quæsitum alicui auferendum.

Sunt tamen duæ causssæ, quæ faciunt donationem perfectam revocari. Altera est sopervenientia liberorum ei, qui orbus donavit nia bona sua, vel majorem eorum partem, donasset propter liberorum carentiam, non donaturus. Ut eorum nativitas faciat sare donandi causssam, atque ita res donata se sine causssa penes donatarium, ut hoc ipso solvatur donatio: & ita decisum *l. Si unquam Cod. De revoc. donat.* ubi ista materia tractatur à diversis; & præcipuè ab And. To quello. Si tamen donanti liberi non fuerint pore donationis aut de iis non fuerit cogitum; alias non nisi quoad legitimam fierent nationis resolutio, quam parens, velit nolit, ber salvam relinquere liberis suis. Ratio retionis istius est, quòd nemo præsumatur posteritatem alienæ postponere velle. Et ita, si liberi justi ex legitimo matrimonio pernascantur: naturales enim non causssam hanc revocationem, cùm in eos non sit transfectus, ne quidem si legitimentur, quia aliacile foret illudere donatario. Nisi legitimentur per matrimonium subsequens, qui eodem habentur, quo legitimè ab initio nati, ut dicetur inf. ad *tit. Qui filii sint legit.* & dixi D. *num. 111. & seqq.* ubi plenius vide de hac causa revocandæ donationis.

Altera causssa est ingratitudo commissa donatarium in donantem, quæ non tam ipso facto donationem resolvi, quàm postea vocari per ipsum donantem. Ratio est, ne quàm sit licentia & alienas res rapere, & galitatem donatoris irridere, & ipsum donatorem, ejusque res perdere. Causssæ ingratitudinis referuntur quatuor *c. fin. h. t.* Si impus manus in donatorem injecerit, atroces injurias intulerit, magna substantiæ jactura adcerit, vitæ periculum procuraverit. Addit

quinta in *l. fin. Cod. De revoc. donat.* si conventionem subjectam non impleverit; quæ tamen non spectat propriè ad ingratitudinem, sed ad neglectam conditionem.

12 Ubi quæritur, An extra dictas causas possit alia adduci? R. Id quidem plerosq; velle; sed verius esse, non posse ex alia causa revocari donationem, quod ea revocatio sit pœnalis, & proinde non inferenda sine textu; præcipue cum ipse textus sufficienter causas enumeret, & tanativè loquatur, restringens revocationem ad causas enumeratas *V. dicta* D. *h. t. nu* 90.

13 Q. II. An liceat hæredi revocare? R. Hæredi id non licere, nec ex ingratitudine in se commissa à donatario, quæ non punitur hoc modo per leges; nec etiam in defunctum: sive sciverit eam commissam, quia tacendo videtur eam remisisse; sive ignoraverit, cum hæc revocatio sit actus vindictæ, qui hæredi non est permissus; & in dubio inclinandum in partem mitiorem. Quò facit, quod in *d. l. fin & d. c. fin.* indistinctè negetur hæredi ista facultas. *Vide* D. *eod. nu.* 104.

14 Q. III. An collator beneficii, propter ingratitudinem beneficiarii, possit revocare collationem? R. Non posse, quod non sit propria donatio, respectu collatoris, qui confert tantum ex necessitate officii, & distribuit munera Ecclesiæ: ut in ipsum ingratitudo commissa non causset hanc revocationem. Ecclesiæ tamen si seingratum ostenderit beneficiatus, privari beneficio poterit, *c. fin. sup. De postulando; ubi eadere quid dictum.* Abbas in *c. fin in fine h. t.*

15 Ingratitudo Prælati in dominum, à quo feudum obtinet, facit ab eo feudum auferri pro vita ejus, ne impunita sit ejus ingratitudo. Post cujus mortem ad Ecclesiam feudum revertitur, ne factum unius alteri obsit, 2. *Feud. tit.* 40. *in fine.*

16 Sunt & donationes, quæ ideo revocari possunt, quia factæ ex causa turpi, de quibus D. & *Cod. De condict. ob turpem caus.* inter quas est facta à milite concubinæ, *l.* 2. C. *De donat. inter virum & ux.* Quod ita in milite statutum, ne contingat adulatione concubinæ spoliatum avocari à militia. Quod & procedit in relictis testamento quæ auferit fiscus, *l. Miles ita* §. 1. D. *De testam. milit. l. Mulierem de his, quæ ut indignis auferr.* Cum alias pagano non sit illicitum donare non tantum concubinæ, sed & meretrici, *l. Adfectionis* 5. & *l. Donationes* 31. D. *h. t.* Imo & legare. Jason. *Cons* 37. *lib.* 3. Covarr. *ad c. Peccatum p.* 2. §. 2. *nu.* 2.

Ubi quæsitum, An idem procedat in Clerico? R. Ita plerosque velle, quos *d. loco* citat Covarr. alios allegans; ex ratione, quod Clericus sit miles Dei, & dicatur cœlestis militiæ miles, *c.* 2. *De pœnis in* 6. & eadem subsit ratio, ne avocetur à divinis. Quo facit, quod privilegia competentia armatæ militiæ etiam concedantur cœlesti. Et ita tenet Gl. in *l.* 5. D. *De donat.* & passim Interpretes, licet textus super ea re nullus exstet. Vid. Wamesi. *Cons.* 369. *num.* 5. & 6. & *Cons.* 370. *nu.* 2. & *per tot. h. t.* Et hoc ita in donatione: secus dicendum de pretio usus corporis, aut compensationis obsequiorum, quia non potest videri donatum, quòd meretrix, licet turpiter agat, cùm tamen talis sit, datum retineat, citra condictionem, cum turpiter non acceperit, *l.* 4. §. *sed quod* D. *De condict. ob turp. causam.* 17

Lubet subjicere de donatione Constantini Imp. qui Sylvestro Romano Pont. diadema aureum, chlamidem purpuream, aliaque Imperii ornamenta, simulque Imperatoriæ majestatis gloriam & potestatem dedit; urbem Romam, Italiam, omnesque Occidentis provincias reliquit disponendas sede Imperii in Græciam translata. Movetur autem quæstio, An ea subsistat? R. Esse quosdam, qui negent umquam factam: alios in dubium revocare, & ut factam admittant, nullo tamen jure subsistere pertinaciter asserere, quod absuerit populi consensus, sine quo non liceat Principi Regni sui loca alienare, præcipue caput ipsum, & potissimam Regni partem. Cui opinioni adhærent potissimum illi, qui Romanæ Sedis parum sunt æqui judices, & quorum animus hæretica fæce imbutus. Sanior & verior est sententia, eam non tantum validè factam esse, sed etiam videri profectam ex divina inspiratione, ad splendorem & dilatationem Ecclesiæ, & quasi in remunerationem, pro salute, victoriis divinitus comparatis, fide aliisque beneficiis à Deo concessis. Nec est, quòd defectum consensus populi quis culpet; siquidem is necessarius non fuerit, quippe populi auctoritate omni translata 18

in Principem, ejusque arbitrio omnibus subjectis: ut ea possit Princeps, quæ potuit populus, quem hoc potuisse certum est. Facit, quod tum temporis Imperatores non fuerint adstricti juramento non alienare bona Imperii. Vacca *ad l. Legatus* D. *De off. Præs.* Deinde populum Romanum cum Nobilibus consensisse rectè adfirmatur, *c. Fundamenta* 17. De *elect. in* 6. ubi hoc ipsum adserit Pont. Verum ei tamquam in propria caussa parum fidei habent adversarii. Unde addo, ad donationis istius validitatem, tacitum populi consensum suffecisse; uti & approbationem quorumdam subsequentium Imperatorum, quorum aliqui dictam donationem expresse etiam approbarunt, *can. Ego Ludovicus Dist.* 63. Patet & ex variis historiis. Ut nihil sit laborandum super *can. Constantinus Dist.* 96. quem adulterinum & excogitatum plerique volunt, atque ita historiæ fidem detrahunt: minùs rectè, cum ejus veritas aliunde pateat. Ut non nisi perversæ sint mentis hanc rem in dubium vocare, & facessere sint jubendi Laur. Valla, Car. Molinæus, & alii, qui calumniandi potius studio, quam veritatis indagandæ, in sacrosanctam Ecclesiam debachati, donationem istam vel negarunt factam, vel improbarunt, quos pereutere caput contra montem Murellum dicit Everardus, in *Loco à Verisimili n.* 15. *in fine* Vid. Præpos. in *d. can. Constantinus*, Abbas in *c. Intellecto* 33. *n.* 6. *sup.* De *jurejur.* Augustinus Steuchus *singulari Tract. hac de re adversus Vallam.* Covarr. 4. *Var. c.* 16. *n.* 8. Molina *De Iust. & jure Tract.* 2. *Disp.* 25. §. *Hinc dubitant.* Card. Baron. *Annal Eccles. tomo* 3. *ad an.* 324 *nu.* 117. *& tomo* 12. *an.* 1191. *num.* 53.

TITULUS XXV.

De peculio Clericorum.

SUMMARIUM.

1. *Peculium propriè quid, & quod Clericorum.*
2. *Clerici bonorum patrimonialium & quasi patrimonialium sunt veri domini.*
3. *An & fructuum beneficii Ecclesiastici?*
4. *An profanè eos expendentes teneantur ad restitutionem?*
5. *Clericus an rectè disponat de iis, quæ parcius vivendo sibi subtraxit?*
6. *An & de fructibus ratione pensionis Ecclesiasticæ perceptis?*
7. *Patrimonium sufficiens habens licitè ... fructibus beneficii.*
8. *Adquisita ex fructibus beneficiorum ... relinquenda Ecclesiæ.*
9. *Adquisita ex rebus Ecclesiæ cedunt Ecclesiæ.*
10. *Bona Religiosi professi cui cedant.*

VT apertius cognoscatur, quarum ... alienatio Clericis sit permissa, de ... lio Clericorum hic subjicitur: quod pro... eorum, qui sunt juris alieni: ut servorum ... liorumfam. consistens in pusilla pecunia ... separatam à patris vel domini rationibus ... bent, deducto quod ipsi debetur, *l.* 5. §. ... *De peculio.* Vocatur tamen hic Peculium ... ricorum, etiamsi sint sui juris, respectu ... rum, quæ præsidii caussa seponunt, *l. Si ...* 79. §. 1. *De leg.* 3. aut separatam ab aliis ... habent; cujusmodi sunt fructus beneficiorum, quorum caussa separata à rebus patrimonialibus: * quia patrimonialium ... Clericos est verum dominium & liberum arbitrium, quoad usum & abusum, non ... atque laicis, *can. Episcopi* XII. *q.* 1. Quod ... cendum de quasi patrimonialibus, cujus ... nis sunt ea, quæ Clerici quidem in tales ... runt, sed intuitu sui laboris, veluti conciliando, sacra faciendo, confessiones audiendo, ... cendo, cum dentur quasi merces operis ... ti, sine ullo alio gravamine. Covarr. in *c. ... in officiis n.* 4. *inf. De testam.* Navarr. *De ... tib. Eccles. q.* 1. *monito* 19. & 39.

Dubia autem inter DD. est quæstio, An ... fructuum beneficii Ecclesiastici dominium ... an verò usum tantum habeant Clerici? R. ... sum dumtaxat iis concessum videri, secundum ... Navar. *d. Tract. De Reditib. Ecclesiast.* esse ... tantum dispensatores, non etiam Dominos ... fructuum. In quam rem adferuntur varia ... ca: & Primò *Dist.* 44. in cujus principio ... tur ex S. Hieronymo: *Tibi, O Sacerdos, de ... vivere, non luxuriari permittitur.* Secundo ... *fin.* XVI. *q.* 1. ubi quidquid habent Clerici ... citur esse pauperum, & ultra sustentationem competentem quid accipientes, quod pauperum est, sacrilegium committere, & ... abusionem talium judicium sibi mandare ... & bibere. Contraria tamen sententia, ... Cle-

Clericos hodie, post distributionē redituum in quatuor portiones, de qua *can Quatuor & seqq. xii. q. 1.* esse fructuum, ratione beneficii perceptorum, dominos, verior & hodie receptior est. Nam distributio ista redituum Ecclesiæ, quam mores videbantur requirere, quoad portionem Clericis adsignatā, pro eorum qualitate, & meritis inter eos dispensandā, nihil sanè aliud fuit, quam reditus, alias cōmunes, facere proprios eorum, quibus in particulari computabātur in stipendium; cum divisionis titulus, emptioni, venditioni aut permutationi similis, *l. 1. C Com. utrin. s. jud.* dominium transferat, & proprium faciat, quod an antè erat cōmune & indivisum, *l. Reste 25 §. 1. D. De verbor. signif.* Quò facit, quod ministri sæculares dominium stipendiorum suorum sibi comparent, uti & milites: ut ex eadem ratione idem sit statuendum in Clericis, qui militare Deo, & suum peculiū quasi castrense respectu fructuum habere dicūtur: præcipuè cum progressu temporis adsignata Clericis in certa beneficia sit distributa, quæ, abrogatā dispensatione redituum, per œconomum singulis conferuntur, ut jure proprio reditus eorum sibi percipiant ut suos, uti D. Th. 2. 2 *q.* 85. *art.* 7. Probatur ea sententia *c. un. De Clericis non resid. in* 6. ubi qui non intersunt divinis, dicuntur quotidianas distributiones suas nō facere; unde præsupponitur necessario, si intersint, suas facere. Alias quænam foret pœna eorum, qui non intersunt, quam intendit ibi Pontifex? Nec est, quòd quis arguat, ibi tātum agi de distributionibus; nam idem dicendum de fructibus aliis, quos grossos vocant, cum eadem omninò sit natura & conditio, & ex fructibus pars in distributiones conversa, ut patet ex Trid. *Sess.* 22. *c.* 3. *De reform.* ubi distributiones amittunt, qui competens servitium non implent, nec earum quoquo modo dominium acquirunt ut dicendi sint alias acquirere, secundum jam dicta. Facit pro ista sententia, quod, ut dicetur *Tit. seq.* de iis hodie testentur Clerici. Hujus sententiæ est Covarr, *ad d. c. Cum in officiis inf. De testam.* eam ue sequitur Sotus *De Iust. & Iure lib.* 10. *q.* 4. *art.* 3. & 4. ac defendit multis Franc. Satmientus *De Reditib. Eccl. p.* 4. *c.* 1. *§.* 6. ubi Clericos facit dominos rerum beneficii, eos comparando maritis quoad dominium dotis, stante matrimonio. Adde Asor. *Instit. Moral. p.* 2. *l.* 7. *c.* 8. Molinam *De Iust. & Iure Tr.* 2. *Disp.* 143 Less. *l.* 2. *c.* 4. *Dubit.* 6. *n.* 41. *& seqq.*

Adjura superius allata dicendum, illa obtinuisse eo tempore, quo Clerici in communi vivebant, & dispensatores erant redituum Ecclesiæ, tantum ex iis sumentes, quantum cuique necessarium, reliquum in pauperes distribuentes, quibus sua portio necdum erat discreta: ut ea in re def. ctuosi vocati sint fures, sacrilegi, raptores. Vel dici potest, non malè secundum dicta jura, reditus Ecclesiæ vocari bona Dei & pauperum, non ea intentione, quasi propriè hodie talia sint: sed quod peculiari ratione à Clericis superflua eorum sint eroganda in pauperes, aliave opera pia. Ut videantur quidem Clerici quoad fructus beneficiorum æquiparandi fructuario in adquirendo, non tamen ita in disponendo habere libertatem. Quo facit, quòd Trid. *Sess* 25. *cap.* 1. *De reform.* interdixit non tantùm Episcopis, sed & omnibus beneficia Ecclesiastica obtinentibus, ne ex reditibus Ecclesiæ secundùm carnis affectum propinquos augere studeant, sed in pauperes superflua distribuant.

Unde alia exoritur quæstio, An Clerici malè & in profanos usus expendentes fructus, teneantur ad restitutionem? R. Aliquibus videri, & letaliter eos peccare, & ad restitutionem teneri: quam sententiam tuentur, qui Clericos usuarios tantum ponunt, non etiam fructuarios. Ducuntur Primò auctoritate Canonum, qui Clericos tantum faciunt dispensatores, quos malè dispensantes certum est teneri obnoxios restitutioni. Secundò, Quod empta ex fructibus sint reservanda Ecclesiæ, ita ut non liceat Clericis de iis disponere per ultimum elogium, ut dicetur infrà *Tit. seq.* III. Quod Trid. *d. c.* 1. interdicat Episcopis augere ex reditibus Ecclesiæ propinquiores, sed velit eos in pauperes erogari. IV. Quòd ea fuerit intentio fidelium bona sua Eccl. siis offerentium. Et hanc sententiam plures adserunt, quod citat Covarr. *ad d. c. Cum in officiis n.* 10 & multis probat Nav. *Tract. De Reditib. Eccl. q.* 2. Verior sententia est peccare quidem letaliter Clericos, prodigaliter fructuum notabilem quantitatē dissipando in profanos ac vanos usus, non teneri tamen ad restitutionem: quæ est opinio D. Th. 2. 2. *q.* 85. *art.* 7. quam amplectitur

4

Covarr. *d. loco n.* 11. & multis adstruit Sarmient. *d. Tr. De Redit. Eccles. p. 2. c. 2.* Posterior pars probatur, ex eo, quod uti jam dictum, respectu beneficii sint potius fructuarii, quam usuarii; ut fructuum dominium adquirant, & liceat iis res suas disponere pro lubitu, citra læsam justitiæ legem. Quæ tum lædi dicitur, quando de alieno in finem non permissum disponitur, non etiam quando de suo, licet in usus malos, quia ea res non facit obnoxium restitutioni, cum nemo possit dici læsus, cui restitutio facienda. Quò facit, quòd laici bonis suis abutentes non teneantur ad restitutionem; sua enim sunt nulli propriè debita: quòd ipsum cùm & obtineat in Clericis, idem etiam ponendum juris. Strictius tamen hos teneri, propter perfectiorē statum, certum est. Prior pars probatur, tum quod sit contra Canones & mandata Ecclesiæ, ut patet ex Trid. *d. c.* 1. tum quòd sit contra charitatem, miseris multis & fame pressis non subvenire, præcipuè ex bonis in eum finem destinatis, ut eas possidentes eleemosynas & opera pia exercerent, ut patet ex loco Trid. jam allegato.

Non obstat primum argumentum; quia loquitur de tempore, quo necdum erant bona divisa: vel accipiendum de dispensationibus non ex lege justitiæ, sed charitatis, ut peccato involvantur malè dispensantes, non etiam restitutioni obstringantur. Ad secundum dicendum, hoc onus ab Ecclesia impositum esse Clericis, ne rerum augendarum cupiditate & ambitione, patrimonialibus amplificandis incumberent: ut nihil ea res dominium & dispensationem liberam deminuat. Ad tertium, præceptum istud tantùm respicere legem charitatis, non etiam justitiæ, cùm contra illud factum non irritet, nec restitutionis ullam mentionem faciat. Ad quartum, illam quidem fuisse intentionem fidelium non tamen per eos modum & onus impositum fuisse, sed solùm eâ spe & intentione obtulisse sua Ecclesiæ; quæ in mente retenta nihil operatur, cum alias expressa induxisset legem justitiæ. Plura de hac quæstione vide apud Azor. *d. c.* 8. *q.* 2. Molin. *d. Tract.* 2. *Disp.* 144. Less. *d. loco n.* 44. *& seqq.*

5 Q. III. An Clericus super iis, quæ parcius vivendo, necessariæ & decenti sustentationi subtrahendo corrasit, liberè disponat? R. Hoc adserere Navarr. *De Reditib. Eccl. q.* 1. *n.* [illegible] 82. quem sequitur Azor, *d. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 9. *q.* [illegible] nere id ipsum Covarr. *ad d. c. Cum in officiis ubi alios citat*; ex ratione, quòd à Canonibus antiquis ista pars sit constituta Clerico, ut quasi propria, & ei sit libertas eâ utendi tamquam libera ab omni obligatione, quasi sua [illegible] & labore parta esset. Contra eos tamen [illegible] quod ejusmodi superflua debitæ sustentationi subtracta non sint alterius conditionis, [illegible] que ea, quæ decenti & honestæ sustentationi [illegible] persunt. Ut libera ab obligatione distribuendi in pios usus dici nequeant, cum Ecclesiæ [illegible] ceptum sit generale, non distinguens [illegible] perflua. Accedit, quòd sordidus animus [illegible] subtrahens non debeat esse melioris conditionis, quam liberalis, pro dignitate se suosque [illegible] hibens. Ita Abbas in *repet. c. Cum esses* 10. [illegible] *inf. De testam.* qui superflua ejusmodi non [illegible] mit ab obligatione dispensandi in pauperes, sequiturqu Franc. Sarmient. *De Reditib. Eccl.* 2. *c.* 8. *n.* 1. *& p.* 3. *c.* 5. Quæ opinio magis [illegible] dit secundum eos, qui volunt Clericos [illegible] esse usuarios; quorum conditio est ut quo [illegible] utuntur, id domino cedat, ex natura usus.

Q. IV. An pensionis Ecclesiasticæ superflua libera sint ab ista obligatione elargiendi in pios usus? R. Esse, qui pensiones [illegible] beneficiorum secludant, quasi quid sint temporale & profanum, datum loco alimentorum Gigas *De Pension q.* 52. *alios citans*, & Covarr. *ad d. c. Cum in officiis n.* 19. *inf. De testam.* Ut non sint obnoxia dictæ obligationi, [illegible] libertas pensionario ea pro lubitu disponendi ad instar patrimonialium. Probabilius, idem in pensionibus juris esse, quod in beneficiis, quòd scilicet ex iis superfluum non minus [illegible] dispensandum in pios usus, quam superfluum ex beneficiis, cum nomine beneficii [illegible] pensiones, & ex ejus fructibus veniant præstandæ, ut non possint non sapere naturam beneficiorum. Non faciat, quod dentur loco alimentorum; nam ea caussa non liberat ab obligatione elargiendi quod superest in pauperes, secundùm jam dicta Navar. *De Reditib. q.* [illegible] *n.* 7. Sarmient. *d. c.* 5. *n.* 7. Azor, *d. p.* 2. *lib.* 7. *c.* [illegible] 12. *& lib.* 8. *c.* 12. *q.* 4. Bona aliunde quam ex reditibus Ecclesiæ quæsita, intuitu scilicet personæ, sunt ab ista obligatione, quæ major est in

Clericis

Clericis quam in laicis, libera, *can. Fixum* 111. *q. 5 & per tot.*

7 Postremo dubitatur, An Clericus patrimonium sufficiens habens, illo reservato, licitè utatur beneficii fructibus? Resp. Dubium moveri ex *can. Pastor & can. Clericos* 1. *q.* 2. *can, Illi XII. q.* 1. quibus videtur hoc negari. Adfirmandum nihilominus, hoc licere, quod dignus sit operarius sua mercede, nemo militet suis stipendiis, bovi trituranti non sit obligandum os, alteri inserviens de eo vivere debeat, Innoc. & Abbas in *c. Episcopus sup. de præben.* Covarr. *ad c.* 1. *n.* 2. *& 3. inf. De testam.* & ita communiter receptum. Non obstant allegata loca, cum potius consilium contineant, quàm præceptum; vel referenda ad pristinum usum Ecclesiæ, quo distributio fiebat in Clericos indigentes causa alimentorum: vel denique accipienda de maxima pauperum egestate; tunc enim bona sua reservans, & Ecclesiastica in suos expendens usus, pauperibus non subveniens, non est extra peccatum Boetius Epo. ad *d. c.* 1 *n.* 62. *& seq.* Azor. *d. c.* 9. *qu.* 13.

Hæc ita in Clericis sæcularibus, quibus licet jure dominii fructus beneficiorum cedant, quatenus officio deserviunt, adquisita tamen ex fructibus sunt Ecclesiæ relinquenda de jure scripto, *c.* 1. *& 3. h. t. c.* 1, *inf. tit. seq.* quæ & eadem post mortem Clerici vindicat, non etiam antè, quòd tunc eorum dominium Ecclesiæ quæsitum dici nequeat, cum ejusdem, cujus fructus,
8 sint rationis, quos dictum cedere Clericis. * Exceptis iis, quæ pecunia aut ex rebus Ecclesiæ comparata sunt, cui incontinenti eorum dominium cedit, etiamsi non Ecclesiæ, sed Clerici nomine sint comparata: quod in Ecclesia speciale esse tradit Covarr. *ad d. cap.* 1. *num.* 7. Quæ ex patrimonio habet & aliunde quàm ex Ecclesiæ quæsivit reditibus, cedunt amicis An autem in dubio præsumantur quæsita ex bonis Ecclesiæ, dicetur infrà Tit. 27.

9 Quantum ad professos, illi ex voto paupertatis ne quidem rem sui patrimonii possident; nam & hæc cedit Monasterio, bonorum tamen capaci, *Auth. ingressi C. De SS. Eccles.* Qui sine consensu tacito vel expresso, sui Superioris quidquam recipere, aut receptum retinere, aut distribuere ausi sint, gravem reatum incurrunt, ut patet ex *can. Scimus 9. & can. Non dicatis XII. q.* 1. Abbates & alii Superiores, etsi dominium non habeant, quod ratione Ecclesiæ est penes Religiosos in communi, Trid. *Sess.* 25. *c.* 3. *de Regular. Nicolaus III. in Extravag. Exiit*, habent tamen potestatem administrandi bona Monasteriorum in usus honestos & licitos.

TITULUS XXVI.

De Testamentis & ultimis voluntatibus.

SUMMARIUM.

1. *Testandi facultas permissa jure Canonico.*
2. *Clericus de quibus bonis rectè testetur.*
3. *Adquisita ex fructibus beneficii cedunt Ecclesiæ, in qua quis beneficium obtinuit.*
4. *Ecclesia nomine quid hic veniat.*
5. *Licentiam testandi super ejusmodi bonis concedere Clericis potest Pontifex.*
6. *Hodie ea permissa, ex consuetudine generali.*
7. *Consuetudo talis justa & valida asseritur.*
8. *Testandi prohibitio an concernat pensiones?*
9. *Testandi licentia non est Religioso.*
10. *Ne quidem electo Episcopo.*
11. *Quam tamen Religioso concedit S. P.*
12. *Testamentum ante factum an convalescat per hujusmodi licentiam?*
13. *Licentia illa an existeret primo actu?*
14. *An finiatur morte concedentis?*
15. *Testamentum an ingressu Religionis rumpatur?*
16. *Novitiis est libera voluntas disponendi.*
17. *An quid circa hoc mutaverit Conc. Trid.*
18. *Excommunicatus quatenus testari possit.*
19. *Forma testamenti ordinandi hoc jure requisita quoad numerum testium.*
20. *Testium qualitas.*
21. *An mulier admittatur testis?*
22. *Testamentum ad pias causas an testem desideret?*
23. *Institutio sui hæredis, vel exhæreditatio, etiam hoc jure necessaria.*
24. *Institutio in alienum arbitrium an rectè conferatur.*
25. *Legatum rei alienæ an valeat hoc jure?*
26. *Intellectus* c. Filius noster 5. h. t.
27. *Solemnitas quoad numerum testium in terris*

Ecclesiæ obtinet, non Imperii.

28. *Legitimæ Trebellianicæ detractio admissa jure Canonico.*

29. *Hæres non exequens voluntatem defuncti qualiter puniatur.*

30. *Leganda res quæ est in commercio, & capacibus.*

31. *Rei immobilis legatæ Ecclesiæ vel Monasterio an debeatur æstimatio?*

32. *Portio Canonica cui debita.*

33. *Portio Canonica Cathedrali Ecclesiæ quando debeatur.*

34. *Prælato relictum quando nomine vel proprio vel Ecclesiæ relictum censeatur.*

35. *A portione Canonica liberat privilegium vel consuetudo.*

36. *Ecclesiæ exemptæ an liberæ ab hoc onere?*

37. *Portio Canonica quanta.*

38. *Relicta alia libera à dicto onere.*

39. *Executores testamenti qui esse possint, & eorum munus.*

HActenus de actibus inter vivos: nunc de ultima voluntate subjicitur, quatenus per eam alienatio licita; & hoc Tit. de eo agitur, quæ testamento explicatur. * Ea non minus permissa hoc jure, quam civili; sive quoad institutionem, substitutionem, (quæ pupillaris expressa etiam matrem excludit, ut ne quidem ad legitimam illi sit actio, *c. 1. eod. in 6. & latè probatum D. de vulg. & pupil. substit. num.* 49 quod nec peccetur à patre testamentum filio faciente, qui non tenetur uxorem instituere, nec à filio, qui testamentum non condendo non potest videri impius in matrem) sive quoad legata, fidecommissa, codicillos, quatenus tamen testator est sui juris, habens legitimam testandi licentiam super rebus Quo modo impubes, filiusfam. nec hoc jure testantur, nisi de castrensi, aut quasi castrensi peculio, ne quidem pro anima sua. Accedente tamen patris consensu relictum tenet. *c. licet de sepult. in 6.* Jul. Clarus *§. Testamentum qu. 5. num. 7.*

1

2 Clerico testandi licentia non est denegata super iis bonis, quæ ante clericatum habuit, *c. 1. h. can. XII. q. 5.* & quæ post eũ adquisivit ex successione amicorum, aut sua industria, etiam ratione ordinis: quæ licet ratione Ecclesiæ adquirantur, non tamen immediatè ex ejus bonis proveniunt, ut nulla Ecclesiæ fiat injuria, relinquendo ea aliis. Covarr. *ad d. c. 1. num. 13. per c. Relatum 12. in fine eod.* Navar. *Tr. de Rad. Eccl. qu. 3.* Clarus *d. §. Testamentum qu. 27.*

Aliud juris est in adquisitis ex fructibus beneficii, quos exstantes, aut ex iis comparata, volunt Canones cedere ei Ecclesiæ, in qua beneficium obtinuit Clericus, *d. c. 1. quia nos h. t. can. Placuit XII q 3.* Non obstante, quod tamquam dominus in vita iis uti & abuti potuerit, ut dictum Tit. superiori: potuit enim Ecclesia legem & modum circa dominii usum præscribere, læso non dominio. Ut nihil obstet reg. quod concessum in vita non sit denegandum morientibus; quam justè ab Ecclesia restringi, aut mutari potuisse, non est dubitandum. Ratio est, tum quia nihil continet iniquitatis, ab Ecclesia profecta ad eam redeuntem verò præcipuè, ut Ecclesiastici ab insatiabili opes congerendi cupiditate arceantur, & in vita liberalitatem erga pauperes exercere studeant, suaque in usus pios potiùs convertant & expendant, quàm avarè multa accumulata, non sine scandalo relinquant. Et hoc procedit in bonis tam mobilibus, quàm immobilibus; nisi quòd non judicetur improbatæ consuetudinis, mobilia quædam relinquere in pios usus, & in compensationem servitii, *d. c. 12.* * Ubi nomine Ecclesiæ dicitur venire ipsa congregatio, uti est Collegium Clericorum: ubi autem unus tantùm ordinandus, ipse successor, præcipuè in vacante Ecclesia, Cathedrali, Regulari, aut Collegiata Ubi Capitulum, aut Collegium, singularis aliqua persona immiscere se prohibetur, bona à Prælatis relicta occupando, dividendo, consumendo, sub pœna suspensionis, donec plenè restituat, sed ea expendenda in usum Ecclesiarum, aut futuro Prælato reservanda, aut obvenientia tempore vacationis, *c. Quia sæpe 40. de elect. in 6. Clem. Statutum pen. eod.* Postea supervenerunt novæ Constitutiones variorum Pontificum, quibus spolia Clericorum (quo nomine veniunt, non tantùm quæ illicita negotiatione aut modo alio Clericis adquisita, sed omnia ab iis relicta ex fructibus beneficiorum) reservantur Cameræ Apostolicæ. Vid. Navarr. *De spoliis Cler. §. 5.* Molina *De Iust. Tr. 2. disp. 147.*

Licet

Licentiam testandi super ejusmodi bonis
5 per Pont. Rom. Clericis concedi posse, etsi aliqui in dubium vocent, rectè tamen sentiunt, qui adfirmant; tum quod ipsi Ecclesiasticorum bonorum administratio sit commissa; tum præsipuè, quod hæc prohibitio testandi sit juris humani, supra quod cum sit P. R. ejus relaxandi habet potestatem. Covarr. *in c. cum in officiis 7. n. 20. h. t.* Azor. *Instit. Moral. p. 2. lib. 7. c. 9. qu. 2.* Wamesi. *Cons. 72. n. 1. de pecul. Cleric.* An autem ista licentia primo actu finiatur, mox inferius dicetur. *Licentia hujusmodi hodie opus
6 non est, quandoquidem generali consuetudine testamenti factio Clericis sit permissa, licet non passim omnibus Prælatis ea competat, ut post alios tradit Covarr. *ad d. c. 7. n. 23.*

Dubitatur autem, An talis consuetudo sit
7 dicenda justa & valida? R. Non esse quæstionem super testamento in pios usus, cum ista prohibitio sit tantum juris humani, cui derogari potest per justam consuetudinem, qualis est ista, per quam bona ejusmodi in usum, in quem destinata convertuntur, & facit eò *c. ad hæc 8. & d. c. Relatum 12. h. t.* Tantum esse quæstionem, An etiam in non pios usus testamenta valida ponat? Negat omninò Navar. *Tract. de reditib. Eccl.* eaq; multis impugnat, hoc præcipuè argumento, quod fructus isti non sint in Dominio Clericorum, sed ex lege justitiæ teneantur eos sustentationi non necessarios in pauperes, piosque usus distribuere; atque ita videantur de re aliena testari, quod non potest induci consuetudine. Verum falso nititur fundamento hæc Navarri opinio quia supra probatum, Clericis Dominium cedere fructuum, & adquisitorum ex iis, pro servitio, & non tam lege justitiæ, quam caritatis eos teneri superfluos fructus dispensare in pios usus. Facit, quod non nisi jure humano testandi prohibitio sit inducta, ut non videam, qui possit damnari ista consuetudo, per quam juri humano detogari posse, dictum sup. *De consuet. n. 4. & ad l. de quibus 32. n. 29. & seqq. D. de legib* si non foveat malitiam aut peccatum qualis hæc, cum nihil mali involvat, disponere super rebus suis, quod jure communi permissum, ad quod reditur per istam consuetudinem. Quod attinet ad occasionem avarè congerendi, illa accepta est, non data, atque ita non inficit consuetudinem per se justam & nixam bono fundamento. Deinde Ecclesiæ iste est finis, qui non semper advertitur, etiam ubi jus scriptum in usu est, cùm non ideo minus aliqui inveniantur addicti coacervandis pecuniis. De quibus proprerea Clericus in profanos ac vanos usus disponens, divitibusque consanguineis bona sic adquisita relinquens, neglectis pauperibus, non videtur à reatu mortali immunis: ut neque inter vivos disponens in hujusmodi usus est immunis à peccato, uti dictum Tit. superiori. Sed hominis hoc est vitium, non rei aut consuetudinis; propter quod ut dispositio non irritatur, ita nec ultima voluntas irritanda, cum abusus licentiæ non ponat juris iniquitatem. Fundatur enim in publica Reip. tranquilitate, quæ aliàs sæpe turbaretur, si ejusmodi testamenta non tenerent, & bona tamquam spolia occuparentur. Facit, quod Pont. sciens talem consuetudinem, nec eam improbans, videatur approbare. Atque ita eam probat Covar. *d. c. 7. n.* 24. & multis confirmat Franc. Sarmientus. *Tract. de Reditib. Eccles. in princ.* quibus adde Vasq. *De Success. tomo* 1. §. 22. *n.* 56. Azor. *d. c. 9. in princ.* Boer. Eponem *ad c.* 1. *n.* 84. *& seqq. h. t.* Less. *De Iust. & jure lib.* 2. *c.* 29 *Dub.* 4. *n.* 42. *& seqq.*

Illud etiam controverti[illegible]t, An dicta pro- 8
hibitio concernat pensiones, quæ recipiuntur causa resignati beneficii? R. Plerosque velle pensiones non contineri dicta prohibitione, inter quos est Gigas *De Pensionib. qu.* 52. Cov. *in d. c. 7. n.* 14. quod pensio non tam sit beneficium, quàm merè quid temporale. Verum cum contineat partem redituum Ecclesiastici beneficii contrarium dici posset, juxta tradita Tit. superiore nu. 6.

Religioso testandi licentia denegatur; tum 9
quod per professionem omnibus se bonis exuerit, ut nihil proprii habeat, de quo testetur: tum quod in voluntatem alterius, cujus se obedientiæ subjecit, arbitrium suum contulerit, à quo non potest dependere ultimum elogium. *c. 2. h. t. ubi* Covar. *n.* 17. *&* 18. Clar. *qu.* 28. *n.* 7. Licitum tamen ei, qui non facta dispositione est ingressus, post professionem inter liberos distribuere suam substantiam, parte ejus sibi reservata, quæ Monasterio cedat, & hoc non tamquam Domino, sed

sed ut dispensatori à jure ad hunc effectum constituto, *auth. Si qua mulier* C. De *sacros. Eccl.* Nav. *Comment. 2. de Regularib. num. 45.* Lest. *lib. 2. c. 41. Dub. 10. nu. 82. vers. Circa prædicta.*

10 Ubi quæritur primò, An si Religiosus eligatur Episcopus, liberetur à voto paupertatis, & ad instar aliorum Clericorum hodie testari possit? Resp. Minimè absolvi à voto paupertatis, uti nec ab aliis substantialibus, sed iis, ut antea, obstringi, cum nullo Canone id sit expressum, & contrarium potius insinuetur in *can. de monachis* XVI. *q.* 1. & præcipuè *in c. Clerici pen. sup. de vita & honest. Cler.* ubi in Episcopum electus Monachus habitum Monachi deferre jubetur. Nec obstat *can. Statutum* XVIII. *q.* 1. ubi dicitur à jugo monasticæ regulæ absolutus; nam hoc verum est quoad jurisdictionem Abbatis, & alia Monasterii statuta, non etiam quoad tria vota substantialia, quæ non admittunt testamenti factionem, *Gl. in d. can. de monachis*, Covarr. *ad c. 1. n. 26. h. t.* Jason. *in Auth. Ingressi n. 12. Cod. de SS. Eccles.* Baldus *in d. c. pen. in fine.* Wames. *Cons. 404. n. 1. h. tit* Est tamen ei administratio rerum Ecclesiæ concessa.

11 Q. II. An testandi licentia possit Religioso concedi à R. P.? Resp. Posse concedi super iis, quæ ad eos devolvuntur. Potest enim Pont. dispensare super voto, & ab eo eximere Monachum, ut tradetur infra *De statu Monach.* ut possit eximere à voto paupertatis, quod in omni voto censeatur excepta Superioris auctoritas. Et hanc esse communem opinionem tradit Covarr. *in c. 2. num. 17. h. t* Boetius Epo *ad d. c. 2. num 22. & seqq.* multosque eam in partem allegat. Felin. *in c. Si quando n. 5. De rescriptis.*

12 Q. III. An ejusmodi licentia faciat testamentum ante factum convalescere? Resp. Hoc posse videri, per *l. si quis 6. §. sed & etsi* D. *de injusto, rupto &c.* ubi damnato concessa testamenti factio facit etiam testamentum ante factum subsistere. Dicendum tamen è contra, eò quod ista licentia sit futuri temporis, ut non trahatur retrò in confirmationem ejus quod factum inutiliter. Ratio est, quod cum istæ dispensationes sint odiosæ, *c. 1. in fine de filiis presbyt. in 6.* non admittant extensionem ad aliam actum, *Cæterùm in c. Postulasti 27. de rescriptis*, Abbas *in c. ad aures 8. eod. tit* [illegible] *in l. quo minus 2. num. 134.* D. *de fluminibus* [illegible] hil facit *d. §. sed etsi*, quia loquitur in casu, [illegible] testamentum ante valuit, & irritum est factum per sententiam. Quæ irritatio non habet locum in testamento militis damnati ex crimine [illegible] tari, *tex. ibi & l. 1.* D. *de veteran. & militum successor.* ut non possit trahi ad casum, quo defunctus ab initio testanti licentia testandi.

Q. IV. An testandi licentia exspiret [illegible] actu? Resp. Id aliquos velle, *arg. l. hoc* [illegible] D. *de verb. signif. & l. Dotis 68. de jure dot.* ubi sermo simpliciter prolatus de primo actu intelligitur, in eoque consummatur. Quare gula ut habeat locum in actu non revocabili, non tamen in actu revocabili, qui ex natura & conditione sua non finitur primo actu, [illegible] non censetur consummatus, si revocetur qualis est actus testandi, qui ante mortem [illegible] statoris non habetur firmus. Qua ratione in hanc posteriorem partem inclinat Covarr. *ad d. c. 7. num. 22. h. t.* Barbosa *ad l. 8. §. quæ anno num. 19 Soluto matrim.* Nam verba dispositiones debent intelligi secundum naturam actus, ad quem referuntur. Est autem natura sua testamentum revocabile. Deinde non datur prima & secunda voluntas ultima, sed unica tantùm, & illa tantum voluntas dicitur, quæ suprema est. Nec obstat, quòd versemur in materia odiosa, qualis ea cum qua immutatur conditio Religiosorum; non non ideo concessiones ita interpretandæ, [illegible] reddantur ridiculæ & captiosæ. Sarmient. *Reditib. Eccles. p. 4. c. 4. n. 3.* Azor. *d. c. 9. qu.* Fach. 5. *Contr. c. 99.*

Q. V. An ista licentia finiatur morte concedentis? Resp. Hoc posse videri, ex eo quod mandatum re integra, morte mandantis exspiret, *c. Gratum. c. Relatum sup. de deleg.* Verum cum hæc res non tàm ad mandatum spectet, quàm ad gratiam factam, verum est, concedentis morte non finiri eam licentiam, *c. si cui 36. de præben in 6.* ubi gratiam re[illegible] ctam non facit extingui mors concedentis re integra, licet secus in gratia facienda. Navarr. *can. Placuit num. 162. de pœnit. dist. 6.* Sarmient. *d. loco num. 3.* Azor. *d. c. 9 qu. 4.* Fachin. *d. l. 5. c. 100.*

Q. VI. An testamentum factum ante [illegible]

gressum per eum rumpatur ? R. Hoc aliquos velle, si non cogitaverit testator de ingressu, 15 quod per ingressum videatur tacite revocasse voluntatem, *Auth. Ingressi Cod. De SS. Eccles.* ubi ingrediens se & sua censetur Monasterio dedicare: & per *Auth. Nisi rogati Cod. ad S. C. Trebell.* ubi Monasterium habetur loco liberorum & quasi posthumi. Contrariam tamen opinionem esse veram indistinctè, sive de ingressu cogitaverit, sive non; cum nullus textus distinguat, sed det liberam potestatem testandi ante ingressum de suis, *Novella de Monachis* 1. §. *illud*, nec sit ratio distinctionis. Nam quod agunt de tacita revocatione, in casu, quo non cogitavit ingredi, nihil arguit, cùm illi non sit ista vis, quæ ne quidem competit expressæ revocationi, nisi solemni, ut dictum *Instit. quib. modis testam. infirm.* Censetur enim testator tabulas approbare, quas non mutavit sequenti justa voluntate. Nihil facit *d. auth. nisi rogati*, quia ejus decisio tantum habet locum in casibus expressis, inter quos non est hic, de quo agimus, & quando ab intestato decedit ingressus ex tacita ejus voluntate. Videtur hanc opinionem amplecti Covar. *ad. c. 2. nu.* 10. *h. t.* ubi Boet. Epo. *n.* 2 *&. seqq.*

16 Hæc ita in Professis. Aliter se res habet in Novitiis, qui cum necdum in potestatem alterius suam remiserint voluntatem, bonisque se exuerint, nec regulæ se alligaverint, non possunt dici obligati Religioni, cum solus habitus non faciat Monachum, *d. c.* 2 *h. tit.* Ut habeant plenum & liberum arbitrium disponendi super rebus suis.

17 Dubitari tamen posset, An hoc non sit mutatum per Trid. *Sess* 25. *c.* 16. *de Regularib.* R. Prohiberi quidem ibi dispositionem Novitii, nisi ex licentia Episcopi, aut ejus Vicarii, intra duos menses ante professionem, non eam, quæ est ultimi elogii, sed quæ fit inter vivos. De qua tantum agi patet; Primò, ex verbis, *renuntiatio aut obligatio in favorem facta, etiam cum juramento sit irrita*; qualis spectat ad actum inter vivos. Nam disponere de rebus suis per ultimum elogium non est renuntiare, aut se obligare. Secundo ex ratione Concilii, quæ est, ne spoliatus bonis ante ingressum, minùs liberè ingrediatur, in Monasterii detrimentum. Quod non contingeret per ultimum elogium, quod non privat aliquem bonis, cum non sortiatur effectum ante mortem naturalem, aut civilem, quæ inducitur per ingressum, ut ante non præjudicetur Novitio. Tertiò, quod non alias renuntiatio aut obligatio Novitii teneat, quàm intra duos menses, ex licentia Episcopi, aut ejus Vicarii qua non opus in testamentis, quæ non possunt dependere ab alieno arbitrio, & hic frustra requireretur, cùm nullibi sit adempta testandi facultas Novitio.

Usurario manifesto, ante restitutionem aut 18
cautionem de restituendo, non esse licentiam testandi dixi *ad D. h. t. num.* 21. & dicetur infra ad *tit. de usuris* Excommunicatum non esse prohibitum testari, ex eo patet, quod tantum sit prohibitus testari excommunicatus ob percussionem Cardinalis, aut hæresin, *c. fin. De pœnis in* 6. *& Auth. Credentes C. de hæred.* Quod minimè extendendum, tum quia pœnale, tum quia exclusio unius est inclusio alterius. Covar. *de testam. p.* 2. *Rubr. n.* 56. Clar. §. *Testam. q.* 24.

Ad formam quod attinet, non desideratur 19
hoc jure tanta solemnitas atque civili, cum sufficiat duorum aut trium testium præsentia, coram Parocho, *c. cum esses* 10 *h. t* ubi dicitur in ore duorum aut trium stare omne verbum. Ut probationis causa videantur potius requisiti testes, quàm solemnitatis substantialis. Ut saltem hoc jure verior sit eorum opinio, qui volunt minus solemne testamentum obligare hæredem, certum de voluntate defuncti, ad præstanda relicta, cum probationibus non sit opus, quando propria confessione constat de veritate, nec aliàs ad extraneam fidem decurratur, quàm si aliter non possit haberi veritas, ut ait Imp. in *l. fin. Cod. de fideicom.* quod & jure civili teneri posse diximus ad D. *tit. qui testam. facere poss. n.* 43.

Quantum ad testium qualitatem, rejiciun- 20
tur & hoc jure suspecti; veluti domestici, quales hac in materia ponit potestas patria, non etiam cognatio, aut cohabitatio. Removentur & ii, quibus deest sensus, furiosi, impuberes: itè quorum causa agitur, quia nemo in propria causa idoneus testis. Vide dicta ad D. *eod. n.* 31. *& seqq.*

Quæritur autem, An hoc jure mulier hac 21
in causa admittatur testis ? R. Probabile esse, non admitti, cum *d. c.* 10. nihil mutetur de

qualitate testium, sed tantum de numero; ut procedat argumentum *c. 1. inf. de novi operis nuntiat.* Pro qua parte facit, quod & hoc jure desiderentur testes idonei & legitimi, *c. relatum 21. h. t.* quales in hac materia non sunt fœminæ, sed masculi. Hanc opinionem sequitur Covarr. *in d. c. 10. in fine*, Clarus § *Testamentum qu. 55. num. 3.* Contrarium tenet Viglius, *in §. testes n. 3. Instit. eod.* quod in testamentis, quæ jure gentium subsistunt [cujusmodi vult esse factum secundum jura Canonica) non inspiciatur sexus testium. Cujus opinio bene procedet in testamentis parentum inter liberos, quæ cum valeant etiam sine ullo teste, modo de voluntate constet, valebunt quoque teste muliere, cujus testimonium jure gentium est receptum. Quod & obtinet in testamento militari. Quoad alia testamentorum genera posset dubitari, cum non sufficiat in iis quilibet voluntatem probandi modus sed desideretur coram testibus, duobus aut tribus, & Parocho explicetur voluntas: ut rectè dicatur ista testamenti factio non esse redacta ad jus gentium.

Alia quæstio est, An testamentum ad pias causas sine teste valeat? R. In *c. Relatum 11. h. t.* 22 requiri etiam in testamento ad pias causas duos aut tres testes, eosque legitimos: nec ullibi expressum in jure, sine testibus testamentum ad pias causas subsistere, excepto testamento parentum inter liberos, de quo in Constitutione Theodosii, *l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto Cod. h. t.* à cujus similitudine sumptum argumentum fragile est & fallax: propterea quod nullum simile sit idem, & facile sit dare instantiam ac dissimilitudinis rationem: ut hoc in casu, quo liberi sunt magis favorabiles, quam pia causa, ut patet ex D. Augustini sententia, *can. fin. XVII. q. 4. D.* Wamesius *Cons. 376. n. 4. 5. 6. de peculio Cleric.* Plures casus, in quibus fallit hoc argumentum, videre est apud Everardum, in *loco à simili.* Plerique tamen dictam Theodosii Constitutionem extendunt ad pias causas, ut, licet sine ullo teste sit conditum testamentum, nec publicatum, si tamen inveniatur scriptura perfecta quoad voluntatem holographa, id est scripta manu testatoris disponentis in pias causas, servanda ea sit, & pia causa admittenda ad bona: & ita communius receptum est, ut patet ex Tiraq. *De Privil. pia causa Pr. 4. & seqq* sit hoc, quanus scriptura non vocatur in controvers. quia alias nullam faciet probationem, ut tradit Mantica, *De conject. ultim. volunt. c. 2. n. 9.* Mulierem admitti in tali testam. vult Tiraq. *d. loco n. 8.*

Ad formam testamenti maximè spectat stitutio hæredis. Ubi suus nec hoc jure tereundus, sed vel instituendus, vel nomin exhæredandus, ad testamenti valorem dem ex una causarum, de quibus *Novell. de appellat. §. aliud quoque capit* & hoc movendam querelam. Quod addo, quia exhæredatio facit testamentum subsist cet inverti possit per querelam; qua de *D. de lib. & posthumis hared. instituen de hared. lib.* Vult autem lex civilis testam rum jura per se firma esse, aliunde non dere. Unde institutio sive ultimum elogium alienum arbitrium eo jure non rectè con *l. Illa institutio 32. de haredib. instit.*

Ubi dubitatur, An hac in parte Canones sentiant à jure civili? Resp. Id non patere qui putant hoc jure in alterius arbitrium remitti dispositionem, per tantum exper uti volunt, in *c. cum tibi 13. h. t.* qui habet qui extremam voluntatem in alterius d tionem committit, non videri decedere in tum. Quod plerique accipiunt dispensum one piæ causæ, in quam bona distribuun tenet Abbas *ibi n. 3.* & Covarr. *ibid. n. 13.* men ibi nulla fiat mentio piæ causæ. Dicen hac in parte non dissentire Canones, cum in isto textu non velit dicere, talem simpl esse testatum, sed tantum ad exclusion piscopi, cui bonorum ab intestato dispen est mandata, ut patet ex *c. cum tibi 18. verb. signif.* cujus *d. c. 13.* est pars, utpote Pont. Innocentii, & ad eumd. m scriptum, qui proinde frustra sibi adroga dispensationem, utpote jam alii commi defunctum, qui eatenus non potest dici stratus. Ita subtiliter Sarmient. *Select. c. 6. n. 33. & seqq.* Fachin. *5. Contr. c. 57.* Com ter traditur, eum, cujus arbitrio dispen commissa, censeri institutum hæredem distribuere in pias causas. Abbas, Covarr. *d. loco.* Quo admisso non tam à legibus dis dant Canones; quam consonant.

Relinquuntur etiam hoc jure legata, fideicommissa, non tantùm testamento & codicillis, sed & ab intestato, nudis verbis, *c. 4. h. t.*

25 Ubi quæsitum, An in eo differant Canones à legibus, quòd non admittant legatum rei alienæ? R. Hoc aliquos velle indistinctè, sive res sit Ecclesiæ, sive alterius privati, eo quòd lex civilis tale legatum permittens foveat lucrum odiosum hæredi, atque ita non sit servanda ab Episcopo: aliquos vero restringere ad rem Ecclesiæ, quia non sit in commercio. Fundantur in ratione textus *c. Filius noster 5. h. t.* in quo agitur de legata re aliena, Ecclesiæ scilicet & resolvitur, contra legem Dei esse, rem alienam legare. Ubi aliqui dicunt, Pontificem minus intellexisse leges, aut probabilem aliquorum opinionem secutum; contrariam verò esse probabiliorem. Quorum dictum ineptum, cum susciperet reverenter, vel suscipere potius Pontificum decisiones deceat. Undedicendum, cum statutum juris civilis permittens legari rem alienam, nihil peccati includat (nam si quod includeret, esset ratione detrimenti domini, cujus res legata, quod nullum ei est, quippe cui invito non auferatur res sua, sed vendere volenti detur æstimatio, quæ aliàs offerenda legatario tamquam ei legata, *Instit. de legatis §. non solum*) verius esse, hac in parte Canones à legibus non recedere, & permittere legatum rei alienæ.

26 Nihil obstante *d. c. 5.* nam in eo tantum reprehendit Pont. apprehensionem, & detentionem rei alienæ per legatarium, domino invito, ut patet ex finalibus verbis istius text. qui non cogitur rem suam invitus alienare, cum in rem alienam alteri nihil sit juris, ne quidem per ultimam voluntatem. Ita Covarr. *ad. d. c. 5.* Nec debet quemquam movere, quòd ibidem post verba, *si auctor ejus legaverit rem alienam*, subjiciat Pont. *Sed quia lege Dei vivimus*: quia non referenda ad illa priora verba, sed ad subjectam decisionem, scilicet, *Valde mihi videtur injustum, &c.* Quibus non tam reprehendit leges sæculi, quæ, ut dictum, hac in parte nihil mali involvunt, quàm iniquum detentorem, sæculi leges perperam in sui defensionem allegantem, quasi sicut licet legatarem alienam, ita etiam auferre & detinere liceret. *Vide hæc repetita D. de leg. & fideicommiss. cap. 2. n. 23 & 24*

Quantum ad testamenti vel voluntatis mu- 27
tationem, illà etiam hoc jure est licita; uti & Falcidiæ ac Trebellianicæ detractio, quam in piis causis nec Canonico nec civili jure obtinere, recepta habet sententia.

Ex dictis patet, in testium numero & solemnitate Canones differre à jure civili; quorum tamen statutum non obtinet nisi in terris Ecclesiæ manente requisita solemnitate à jure civili[illegible] in terris Imperii. Usus tamen passim se a[illegible]odavit decisioni juris Canonici.

Est & in eo differentia, quod jus Canoni- 28
cum admittat detractionem duarum quartarum, legitimæ scilicet, tamquam à suo, & Trebellianicæ, tamquam ab hærede gravato, *c. Raynutius 16. c. Raynaldus 18. h. t.* cùm leges, secundùm veriorem sententiam, tantùm admittant alterius detractionem, cùm passim velint, retento quadrante, reliquum dodrantem restitui, ut traditum *D. Ad S. C. Treb. n. 91.*

Ad effectum testamenti, alteriusve ultimæ 29
voluntatis pertinet, ut hæres eam exsequatur intra annum, *c. 3. h. t.* Qui si legata pia distulerit solvere, donec judicio conveniatur multatur in duplum, *§. ex malificiis instit. de actionib.* Jure Novellarum monitus à judice non adimplens intra annum quod jussus est, privatur omni emolumento, quod posset consequi ex hæreditate excepta tamen legitima, *Auth Hoc amplius Cod. De fideicom.* Cui videtur obstare textus in *c. licet inf. de voto*: de cujus intellectu ibi commodius agetur.

Solvenda legata iis, quibus relicta: nisi is, 30
cui relicta sunt, sit inhabilis, aut res talis sit, quæ relinqui non potest, quia non sit in commercio, licet etiam stipulatoris tantum, adeo ut ei non debeatur æstimatio, *l. multum 34. D. de V. O.* Sic Ecclesiæ aut piis locis ex statutis quarumdam Regionum, uti & harum ex Constitut. Caroli V. an 1520. non relinquitur res immobilis.

Ubi occurrit quæstio, An legatum rei im- 31
mobilis Ecclesiæ sit omnino inutile, ut ne quidem pretium debeatur? R. Controversiam hanc esse quæstionem, patet ex iis, quæ tradit

D. Peckius *in Tract. de Amortizat. c. 9.* comuniore tamen & benigniore opinione esse receptũ, ut debeatur rei relictæ æstimatio, quasi statuta ejusmodi nõ resistant adquisitioni pretii seu æstimationis. Quæ opinio probatur per *l. Fideicommissa* 114. § *si quis alicui de legat.* 1. Facit eodem *Clem. Exivi de verb. signif.* quæ rerũ immobilium Frãciscanis legatarum, quarum sunt incapaces, vult præstari pretium. Et hoc quatenus res relicta est aliàs in comercio: nisi tamen clausula irritans decreto prohibitionis sit adjecta, ut in dicta Cõstitut. Caroli V. quòd nolit relinqui Ecclesiis aut piis locis bona imobilia: quæ cum sit loco formæ, facit quasi non exstitisse defuncti voluntatem, aut nihil ex ea sequi, *l. Non dubium Cod. de legibus.* Admonet tamen Peck. *d. loco in fine*, si de voluntate certò constet, etiam isto casu mitiorem viam esse eligendam viro bono, & præstandam æstimationem, ad eximendum omnem scrupulum juxta textum in *cap. Consilium inf. de observat. jejun.* Et hoc omninò, si testator voluerit dari ejus pretium, quia talis voluntas neutiquam contradicet dictis statutis, quæ tantum prohibent adquisitionem rei immobilis, quæ hic non acquiritur, nec relinquitur, sed pretium ejus non prohibitum, Vide plura hac de re ad *D. de leg. & fideicom. num.* 27. *& seqq.*

32 Receptum hoc jure, ut ex relictis Ecclesiæ portio Canonica debeatur Prælato, & è contra ex relictis Prælato sua portio præstetur Ecclesiæ Cathedrali, non etiam inferiori, cum qua non est tanta communio. Et hoc nisi testator reliquerit quid Episcopo ipsi, citra fraudem, ut eo contentus esset, & ille acceptaverit, *c. Officii* 14. *h. t.* Aliàs non potest testator impedire, quò minùs portionem suam salvam habeat Episcopus, aut eam deminuere, sive conjunctim, sive separatim Ecclesiæ sit relictum, cum debeatur de jure communi,
33 cui non derogat privatus. * Non semper autem Cathedrali Ecclesiæ sua debetur portio ex relictis Episcopo, sed tum demùm, quando contemplatione Ecclesiæ est relictum Episcopo, non autem si contemplatione personæ, *c. requisisti* 15. *h. t.* Quare autem Prælatus hac in parte sit potior Ecclesia, rationem dat Gloss. *ibi V. secus*, quod nomine Ecclesiæ contineatur & Episcopus, tamquam ejus caput, quam approbat ibi Abbas & Cov. n. [illegible]

Quando vero censeatur quid relictum [illegible] lato suo nomine, quando nomine Eccle[illegible] dubitatum fuit, & distinguit Pont. In *d.* [illegible] Nam vel est relictum Prælato à propinqu[illegible] vel ab extraneis, hoc casu relictum [illegible] tu Ecclesiæ censeri; illo verò Prælato [illegible] tùm, quod consanguinitas faciat personam [illegible] tiùs electam videri, *arg. l. si plures* §. *in adrog.* [illegible] *in fine* D. *de vulg. & pupil.* Idem dicendum in relicto ab amico *arg. l. Nemo* 38. D. *de hæredib. instit.* Relictum illi, qui proprium habere potest, nec ullam administrationem Ecclesiæ habet, illius proprium est, sive relictum propinquo, sive ab extraneo, quia censetur relictum personæ intuitu, nisi aliud appareat *d.* 15. *in fine.*

Debetur autem dicta portio Episcopo [illegible] omnibus Ecclesiis ejus diœcesis. Hostiens. *Summa inf. de sepult. n.* 12. nisi privilegium [illegible] pressum eas liberet, aut consuetudo legitima præscripta, secundùm Abbatem, in *c. certificat.* 9. *n.* 6. *&* 7. *inf. d. tit.*

Verùm dubites, An & Ecclesiæ exemptæ debeant hanc portionem? R. Hoc adserere Hostiens. *d. loco*, ex eo, quod habeatur respectu personæ, à qua fiunt oblationes, non etiam loci, cui fiunt, contrarium verius, & communiter receptum, secundùm Abb. in *d. c. Officii* 6. *h. t.* quod non tam debeatur ratione offerentium, aut relinquentium aliquid, quam ratione curæ, quæ est Episcopo super Ecclesiis: quæ cum nulla sit super exemptis, non est etiam tanta quare ei quid debeatur.

Cæterùm portio ista interdum est quarta, interdum tertia, aut alia, pro locorum consuetudine, quæ servanda, *d. c.* 9. *inf. De sepult.* Boëtius Epo *ad d. c. Officii in prin.* Est [illegible] portio parœcialis, quæ debetur parœciali Ecclesiæ, de qua agemus inf. *De sepult.* [illegible] frequens ejus mentio. * Sunt etiam quædam relicta extra hujus portionis detractionem, ut quæ sunt relicta pro ornamentis, fabricis, luminaribus, anniversariis, in perpetuum cultum divinum, cessante tamen fraude, *c. fin. h. t. & c. Ex parte* 31. *inf. de V. S.* Sunt & illa libera ab hoc onere, quæ Ecclesiis ab existentibus [illegible] nis donantur inter vivos, *c.* 4. *inf. de sepult. &* 1. *inf. de statu Monach.* Sunt quoque extra illud [illegible]

equi, arma, relicta in subsidium terræ sanctæ, *c. In nostra* 10. *inf. eod.* Item relicta pauperibus simpliciter, quod censeatur relictum personis, non locis, secundùm Gloss. in *c.* 2. *inf. eod.* & Joan. Andr. in *d. c. In nostra.* Et licet textus loquantur de portione parœciali, idem tamen dicendum de Episcopali, cùm parificentur in jure & privilegio. Dixi, ab existentibus sanis; ne obstet *d. c.* 2. quod accipiendum de datis ab ægrotis, ex eo morbo decidentibus.

30 Potrò ut faciliorem habeant exitum ultimæ voluntates, solent testatores certos delegare executores, *c. penult. h. t.* sive laicos, sive Clericos, etiam Religiosos, accedente tamen Superioris auctoritate, quòd ipsi velle aut nolle non habeant, *c. fin. eod. in* 6. imo etiã Prælatos, *Clem. un. eod.* Quorum est adimplere testatoris jussum, intra tempus adsignatum, aut eo non adsignato, intra annum; alias ad Episcopum devolvitur executio; *c.* 3. *h. t.* Qui & potest cogere executores, ut citius voluntates exsequantur. Covar. in *c.* 6. *nu.* 4. *h. t.* Ex pluribus datis, alio mortuo, absente, aut recusante, alter exsequi non impeditur, in favorem voluntatis, nisi testator aliter providerit, *d. c. fin. eod. in* 6. Post executionem ratio ab executore reddenda loci Ordinario, quem non excusat prælationis officium, *d. Clem. un. h. t.*

TITULUS XXVII.

De Successione ab intestato.

SUMMARIUM.

1. *Bona Clericorum patrimonialia, vel quasi, ab intestato quibus deferantur.*
2. *Adquisita ex fructibus beneficii cui succedant.*
3. *An in dubio præsumantur ita adquisita?*
4. *Consuetudo an rectè admittat ab intestato ad hujusmodi bona proximos defuncti?*
5. *Monachi bona cui adquirantur.*
6. *Mutato monasterio cedunt novo.*
7. *Monacho facto Episcopo cui bona cedant.*
8. *Decedenti in novitiatu Monasterium non succedit.*
9. *In Monasterio manens quatenus se & sua censeatur ei dedicasse.*
10. *Statuta prohibentia adquiri bona immobilia piis locis an justa?*
11. *An & ea, quæ arcent Religiosos à jure succedendi.*
12. *Monacho recusante, an Monasterium possit adire hæreditatem?*
13. *Fructus pendentes cui competant, hæredi, an successori in beneficio.*
14. *Consuetudo ea in re varia.*
15. *Fructus anni primi ac secundi an statuto rectè reservantur domui mortuaria ac fabricæ?*
16. *Decretum Conc. Trid. hac in re.*

PAtrimonialia & quasi patrimonialia bona 1
Clericorum Ecclesia ab intestato cognatis defert, *can.* 1. XII. *q.* 4. pro linea & gradus prærogativa, secundum distinctionem traditam in *Novella* 118. *De hæredib. ab intest. venientib.* probatam potius, quam improbatam per Canones, *d. can.* 1. de qua actum *Instit. & D.* in materia de successione ab intestato. Si nulli fuerint cognati, bona deferuntur Ecclesiæ, *c.* 1. *h. t.* eo modo, quo fisco bona laicorum decedentium absque hærede deferuntur.

Quantum ad collecta ex fructibus beneficii, 2
ea spectant ad Ecclesiam, in qua beneficium obtinuit defunctus, *d. can.* 1. Si in pluribus Ecclesiis defunctus habuerit beneficia (quod fieri posse dictum sup. *de præben.*) pro rata singulæ admittuntur, *c. Relatum* 12. *sup. De testam.* Ubi cautè advertendum, an defunctus bona ante clericatum habuerit, aut aliunde quàm ex fructibus beneficii: nam attenta eorum qualitate & quantitate, cum iis, quæ ab Ecclesia acquisivit, pro rata inter hæredes defuncti ad Ecclesiam eorum fiet distributio, *d. can.* 1. & *c.* 5. *sup. De testam.*

Ubi quæri potest, An in dubio præsumantur adquisita ex bonis Ecclesiæ? R. Si aliunde 3
non domonstretur advenisse, præsumi adquisita ab Ecclesia ejusve nomine, *arg. l. Quintus* 31. *D. De donat. inter vir & ux.* & *l.* 6. *Cod. eod.* Quæ tamen loca non ita convincunt, quandoquidem ibi præsumptio talis sumatur ad evitandam suspicionem turpis quæstus ex parte mulieris, quæ hic cessat. Communem tamen eam esse opinionem, testantur relati à Covar. *ad c.* 1 *nu.* 9. & *seq. sup. De testam.* quod & tenet Cujac. *ad Nov. De Eccles. tit.* 137. Nam cùm non appareat bona ante dignitatem Clerico aliqua fuisse, aut aliunde advenisse, verosimilius

zosimilius est, ex bonis Ecclesiæ proveniſſe, & data aut relicta potius ex pietatis & religionis intuitu, quam perſonæ, ſive poſſeſſio ſit apud hæredem, ſive apud Eccleſiam. Et ita in dubio; nam præſumptio pro altera parte ſtans transferet onus in adverſarium.

Hæc ita de jure ſcripto: cui conſuetudo pleriſque in locis derogavit, ab inteſtato admittens ad bona, etiam ex fructibus beneficii quæſita, proximos defuncti, exclusâ Eccleſiâ.

1 An vero iſta conſuetudo ſit proba, dubitari poſſet? R. ita videtur eſſe, [illegible] ne, quâ conſuetudo teſtandi de bonis adquiſitis per Eccleſiam probata Tit ſuperiori. Quò facit argumentum ab expreſſo ad tacitum, in jure validum, cum procedat ex eadem potentia cauſſæ efficientis, ut videre eſt apud Everardum, in *loco Ab expreſſo ad tacitum*. Facit etiam, quod per eam evitentur lites atque alia inconvenientia, cauſſata ex eo, quòd neſciatur, unde bona ſuperflua ſint adquiſita, ex fructibus Eccleſiæ, an verò aliunde. Et ita plerique eam probant, citati à Covarr. in *c. Cum in officiis nu* 24. *ſup. De teſtam.* quamvis non deſint, qui velint iſtam conſuetudinem procedere quidem in foro exteriori, non etiam interiori; eo modo, quo diximus antè, *ad Tit. præced.* teſtantes de bonis quæſitis ab Eccleſia poſſe peccare contra ordinem charitatis, omiſſis pauperibus, aut Eccleſia, ea relinquendo divitibus. Vid Molina *De Iuſt. & Iure Tr.* 2, *Diſp.* 147. *concl.* 8.

5 Monachus non habet alium hæredem, quàm Monaſterium; imò non habet hæredem, cum ipſo ingreſſu adquirantur omnia ejus bona Monaſterio, *c.* 2 *ſup. De teſtam.* Qua in re nihil operabitur conſuetudo, cum bona Monachi etiam patrimonialia per ingreſſum adquirantur Monaſterio. Cui ſimiliter cedunt, quæ poſtea ex ſucceſſione, aut alias Monacho deferuntur, *d. c.* 2. 6 Niſi mutaverit Monaſterium; nam poſt mutationem adquiſita cedunt novo Monaſterio, cum jus hoc ſit perſonale, adhærens perſonæ Monachi: ut quia ſequitur perſonam, & cum ea tranſeat, Covarr. in *c.* 1. *nu.* 29 *ſup. De teſtam.* An autem bona delata ad Monaſterium prius ſecum deferat tranſiens, dicemus infrà, *ad tit. De Regularib.* Hæc ita, ſi Monaſterium ſit bonorum capax, & ante non diſpoſuerit ingreſſus de ſuis bonis, uti licere dictum Tit. ſuperiori.

Quid ſi Monachus ſit factus Epiſcopus? Tunc bona non ad Monaſterium, ſed ad Eccleſiam ſpectare, ad quam adſumptus, & cujus eſſe cenſetur, non etiam Monaſterii; meritò illi quærat, *can. Statutum* XVIII. q. 1. *Gl. in can. De Monachis* XVI. *q.* 1. Molina *De Iuſt. & I. Tr.* 2. *Diſp.* 140. *in fine.* Nihil facit, quòd omnia ſua Monaſterio detulerit, atque adeò ſpem ad futura; nam hoc verum eſt, quando [illegible] tur ad Epiſcopatum. Quò facit, quod dictum *Tit. ſup. nu.* 10. liberari eum per hoc ab onere Monaſterii. Idem obtinet & in eo, qui admittitur ad parochialem Eccleſiam ſubjectam Epiſcopo: nam iſti Eccleſiæ adquirit; Monaſterio verò non alias, quàm ſi Eccleſia ei ſubjecta.

Illud etiam hic quæri poſſet, An Monaſterium ſuccedat ab inteſtato decedenti in novitiatu? R. Minimè; nec ad id ſpectare Novitiorum bona, ſi aliter non ſit ab eo diſpoſitum. Nam translatio corporis nulla eſt ante profeſſionem, ita & bonorum; ſequitur enim acceſſionem ſuum principale: ut ſuper his maneat Novitio plena libertas diſponendi, ſive intet vivos, ſive ultimo elogio. Cui etiam non denegandæ cultas redeundi ad ſæculum.

Si tamen in Monaſterio maneat, non ſub diſpoſitione, ſe & ſua ei cenſetur dedicaſſe. *Auth. Ingreſſi C. De SS. Eccl.* Quod verum in quibuſdam locis tantùm quoad mobilia, non etiam quoad immobilia, eorum translatio in Eccleſiam prohibetur ſtatutis etiam horum Provinciarum, ex Conſtitutione Caroli [illegible] an. 1520.

De quibus, An ſint juſta, dubitatur? R. Ita dicendum eſſe, cum non directè contra Eccleſiam, aut Eccleſiaſticas perſonas, nec ſuper rebus Eccleſiaſticis ſint concepta, ſed profanis tantùm, & quidem in bonum publicum; tum ne crebra & perpetua facultate acquirendi juriſdictio laicorum minuatur, cujus manuum mutantia in alterius generis juriſdictionem, Eccleſiaſticam ſcilicet, tranſeant, & eximantur à vectigalium, & ſimilium impoſitionum onere, in gravamen laicorum; tum ne, auctis ultra modum ſæcularibus [illegible] jura

luxuriandi, lasciviendive causa præbeatur, cum destructione boni ordinis. Gail. 2. *Obser.* 132. *nu.* 8. Wamesius. *Cons.* 432. *n.* 3. *h.t.* Qua ratione & statuta probari possunt, quibus Religiosi à jure succedendi cognatis [quod jure communi eos habere, quatenus Monasterium est bonorum capax, certum est, sive inspicias jura Canonica, *can. Abbates* XVIII. *q.* 2. sive civilia, *l. Deo nobis* 56. *C. De Episc. & Cler.*] secluduntur, Chassan. *ad Consuet. Burg. Rubr.* 7. *§. fin.* 11

Ut autem de jure sit Monachis salvum jus succedendi, ex causa cognationis, eisque deferatur hæreditas, non tamen sibi quærunt, sed Monasterio. Wamesius. *d. Cons.* 432. *num.* 5. 12

Ubi quærat aliquis, An, Monacho adire delatam hæreditatem recusante, possit adire Monasterium? R. Pro negantium parte facere text. in *l.* 3. *Cod. De jure deliber.* ubi servus, cui Monachus comparari solet, potest non adire, quod additio sit facti, & facienda per personam vocatam, atque ita Dominum impedire, quominus hæreditatem consequatur. Frequentius tamen receptum, hoc esse isto in casu Monasterio adire, non tantum Monacho adhuc vivente, sed etiam post delatam hæreditatem mortuo, aut ad aliud Monasterium translato; propter jus ex delata semel hæreditate quæsitum, quod per mortem, aut translationem non tollitur. Rationem plerique dant, quod Monachus velle aut nolle non habeat, secundum *c. Si religiosus* 27. *De elect. in* 6. Verum ea ratio non admodum urget, cum & servus velle aut nolle non habeat; quo tamen invito non acquiritur Domino hæreditas, *d. l.* 3. Unde dicendum, Religiosum potius comparari filio hac in parte, quam servo, vel in genere filio aut servo comparari, prout Monasterio est utilius. Atque ita, ut, filio recusante adire delatam sibi hæreditatem, patri est concessum adire, *l. fin. Cod. De bonis quæ liberis &c.* ita & Monasterio liceat adire, recusante, vel mortuo, translatove Monacho. Covarr. *ad c.* 1. *nu.* 31. *sup. De testam.*

13 Hæc ita in fructibus perceptis. Quid in pendentibus statuendum? R. Esse, qui omnes successori reservandos putent, neutiquam autem hæredi competere, in casu, quo ab intestato devolvitur hæreditas Clerici ad proximos, ex consuetudine. Ducuntur argumento eorum, quæ alibi dicta de usufructu, fructuarium scilicet fructus non perceptos ad hæredem non transmittere, quia jus tantum habeat personale, quod cum ejus persona extinguitur; sit autem loco fructuarii Clericus, uti dictum supra *Tit.* 25. Pro qua parte facit textus in *c. fin. De officio ordin. in* 6. & *c. Quia sæpe* 40. *De elect. in* 6. Veriorem judico eorum opinionem, qui pro rata temporis volunt eos dividi inter hæredes defuncti & successorem, *arg. l.* 8. *§.* 1 *Soluto matrim.* ducto argumento à matrimonio carnali ad spirituale, de quo Everardus, in *suis Locis.* Quod procedit, quando est paritas rationis, uti hoc in casu: nam ut ibi sunt onera matrimonii, cujus nomine fructus percipiuntur pro rata, ita & hic serviti um Ecclesiæ præstitum, nam alias alteri deserviens, ab eo non alteretur. Ut nihil faciat argumentum ab usufructu desumptum; cum in eo non habeatur ratio onerum, uti hoc in casu, argumento matrimonii. Et licet sint majora in matrimonio onera, quam in beneficio, non tamen ideo convincitur, beneficiorum causam non esse onerosam Covarr. 1. *Var. Resol. c.* 14. *nu.* 21. Et hoc ita de ratione juris teneri posset: nihil obstante *d. c. fin. & d. c. Quia sæpe.* quia accipienda de fructibus aliis qui non debentur defuncto.

Verum hac in re consuetudo plurimum potest: quæ alibi dividit fructus pro rata temporis, alibi successori adsignat, præcipuè Prælato, juxta *d. c. fin. & d. c. Quia sæpè De elect. Clem. Statutum eod.* alibi Ecclesiæ reservat; alibi etiam totum annum sequentem adsignat domui mortuariæ, sive hæredibus defuncti, quem vocant annum gratiæ. Imò & secundi anni fructus alibi attribuuntur fabricæ, aut alteri ulli Ecclesiæ, ut successor in beneficio toto biennio carere debeat fructibus. 14

Ubi quæsitum, An valeat talis consuetudo, aut statutum? R. Videri, si non manifestam iniquitatem & irrationabilitatem, saltem dutitiei aliquid continere; tum quod succ: ssor in beneficio, ad quem regulariter pertinere fructus constitutum est, pro servitio Ecclesiæ, iis fraudetur totius anni vel biennii tempore: tum quod absurdum sit, fructus ad eos deferri, qui non sunt beneficii possessores, nec ei deserviunt, quod repugnat intentioni 15

Eccle-

Ecclesiæ. Quibus & aliis non obstantibus, videtur Joanni Andreæ sustinenda consuetudo, in *c. Nemo potest 79. n 3. & seqq. De R. I. in 6.* propterea quod consuetudini sit vis derogandi Canonibus, secundum dicta sup. *De consuet. nu. 8.* si non tendat in detrimentum Ecclesiæ: hæc autem non tendit, cum solum præjudicet successori, cui idem jus post mortem reservatum. Adserit ipse super hac re fuisse antiquas Decretales: nec esse omninò improbandam talem consuetudinem patet ex Constitutione Joan. XXII. in *Extravag. Suscepti De elect.* qui eam ad moderationem redegit & restrinxit, ut saltem aliqua pars primi aut secundi anni successori adsignetur. Verum ea Constitutio in Regionibus præsertim Ultramontanis vel non recepta, vel usu & consuetudine abrogata, & prædicta consuetudo in usu remansit, ut patet ex variis Doctorum responsis. Oldrad. *Cons.* 140.

Improbavit vero Conc. Trid. *Sess.* 24 *c.* 14.
16 *De reform.* consuetudinem & statuta, quibus successor in beneficio gravari solet, tempore admissionis, & institutionis. Et secutus Pius V. insistens Tridentini vestigiis, Constitutione suâ editâ anno 1576. incip. *Durum nimis*, eadem improbavit, non obstante confirmatione Apostolica, aut tempore immemoriali, aut etiamquod juramento sint confirmata, ipsa juramenta irritans; & tantum permittens, si fructus ultra semestre fabricæ, aut alterius pii loci usibus reperiantur concessi, dimidiam partem fabricæ aut alii pio loco attribui, reliquam dimidiam fructuum anni concedi successori.

TITULUS XXVIII.

De Sepulturis.

SUMMARIUM.

1. *Sepeliri quo in loco quis debeat.*
2. *Sepulturam eligere cuique licet.*
3. *Inducere quem ad eligendum non licet.*
4. *Mulier sepelienda cum viro.*
5. *Pater liberis impuberibus sepulturam eligit.*
6. *Portio Parochialis quæ dicatur.*
7. *Sepultura Ecclesiastica quibus debita, vel non.*
8. *Infidelibus & hæreticis deneganda.*
9. *An & excommunicato non vitando?*
10. *Occultè excommunicato non deneganda.*
11. *Hæres ad damna ex delicto defuncti datam & quatenus teneatur.*

VT habetur ratio bonorum defuncti, sive ex testamento, sive ab intestato ... corporis habenda; quod sepeliendum in loco sacro, propter participationem precum, quæ ibi pro defunctis funduntur, *can. Cum gravat. 17. & can. Non æstimemus* XIII. *q.* 2.

Sepeliendus quisque in loco, in quo Sacramenta percipit, etiam alibi fortè mortuus, ... *& 3. h. t. in 6.* Alienum parochianum sepeliens restituit & corpus, si petatur, & quidquid ... nomine percepit.

Licet tamen alibi eligere sepulturam, ut patet ex *d. c.* 3. Exceptis Religiosis, qui cum ... aut nolle non habeant, nec electionem, ... peliendi sunt in suis Monasteriis; nisi longius ab iis absint, *c.* 5. *eod. in 6.* Wamel. *Cons.* ... *nu.* 3. *h. t.*

Est autem strictè inhibitum, inducere ... quem ad eligendam penes se sepulturam, ... hoc obstringere pacto, juramento, voto ... interpositâ, ut & impedire, electam sepulturam immutare. Quo casu & corpus restituendum suæ parochiæ intra decem dies, omniaque occasione sepulturæ percepta, *c.* 1. *eod. in 6.* ubi ... clesiæ, & cœmeterea eorum, manent subjecta interdicto, donec restitutio sit facta.

In sepulturis majorum alibi positis ... quis sepelitur, *c.* 1. *h. t.* * Mulier cum viro est sepelienda. Si plures habuerit, cum posterior ... quod ejus domicilium & honorem ... vel posset hoc videri unioni dandum, cum ... maritus cum uxore sepeliatur. Abbas *c.* 7. *nu.* ... *h. t.* Si tamen verus fuerit maritus, & alibi sepulturam non elegerit, *d. c.* 3. * Pater impuberibus liberis sepulturam eligit, si ita ferat consuetudo loci, non alias, *d. c.* 1. *h. t. c.* 4. *eod. in 6.* Pubes quisque eam sibi eligit, *d. c.* 1. *h. t. & c.* ... *Licet eod. in 6.* etiam in Monasteriis, quibus ... privilegii est concessum, *c. In nostra* 10. *h. t.* ... si ei per pactum cum Parocho sit derogatum, ... *c. fin. De pactis in 6.* Quod sustinetur, cum facilè revertamur ad jus commune, quo non licet Monachis recipere alienos parochianos, *c. fin. De pactis in 6.*

Elect.

6 Electa autem alibi, quam in propria parochia, sepulturâ, debetur propriæ Ecclesiæ eorum, quæ relicta sunt loco, in quo electa sepultura, portio tertia aut quarta, major aut minor, pro loci consuetudine, *c. 1. 8. & 9 h. t.* quæ vocatur Parochialis. Quam portionem sibi non adrogat Ecclesia, in qua sunt parentum sepulchra, si ea dimissa alibi eligatur sepultura, sed debetur ei, in qua defunctus solitus erat audire divina, *c. 2. eod. in 6.* Ex relictis Ecclesiæ, in qua quis non sepelitur, non est præstanda hæc portio Ecclesiæ parochiali, secundum Innoc. in *c. 2. h. t.* quia tantum præstanda ex iis, quæ causa sepulturæ & funeris relinquuntur. Quo modo nec debetur ab eo, qui sanus intrat Monasterium, se suaque ei dedicando, *c. 4. h. t.* Nihil obstante *d. c. 2.* quia loquitur, quando quis morbo adfectus intrat, & ex eo moritur, ut rectè ibi supplet Glos. idque ne fiat fraus propriæ Ecclesiæ. Cessabit etiam quartæ istius exactio, si Ecclesiæ parochiali tantumdem sit relictum, quia non videtur lædi, quod & dicunt, si aliquid sit relictum; cum conditione tamen sit contenta illa portione, & acceptaverit, juxta *c. Officii 14. sup. De testam.* Quamvis aliqui putent tenere relictum, & esse locum actioni ad supplementum. Relicta fabricæ, pro cereis, ornamentis, divino ministerio celebrando, & aliis, ut non diminuuntur per portionem Episcopalem, uti dictum sup. *De testam* ita nec parochialem.

7 Dicta de sepeliendo cadavere humano in loco sacro, locum habent in baptizatis, & in fide orthodoxa mortuis, etiam repente & casu, *c. Exparte 11. h. t.* ne talis privationem justæ sepulturæ sentiat, non sine nota; qui publicæ non tam præsumitur nocens, quam bonus. Nisi sibi manus violentas intulerit, *d. c. 11. ubi Gl. V. non sponte*, cum homicidium sui sit peccatum mortale; aut in peccato mortali occisus fuerit, ut furto, latrocinio, *c. 2. inf. De furtis.* Quod & dicendum videtur in defunctis cum notorio peccato mortali: quo adfectis sepultura sacra non tam absolutionem quàm majorem damnationis cumulum adfert, *d. can. Cum gravia* XIII, *q. 2.*

8 Infidelibus, [quo nomine & veniunt Christianorum liberi non baptizati,] hæreticis, excommunicatis, terram sanctam denegatam esse certum est, quorum etiam ossa, si internosci possint, eruenda & procul à sactis locis abjicienda, *c. Sacris 12. h. t. & can. Ecclesiam 27. cum seq. De consecrat. Dist.* 1. Vid. Card. Baron. *tomo* XI. *ad an.* 1034. §. 17. ne loca sacra polluant, ut dicetur infrà *Tit.* 40. Quibuscum enim non communicamus vivis, nec cum iisdem mortuis communicandum. Qui tales scienter sepeliunt, ipso jure excommunicationem incurrunt, *Clem 1. h. t.* ubi eadem pœna manet sepelientes nominatim interdictos, & usurarios manifestos.

Quæritur autem, An excommunicatus 9
non vitandus, juxta Bullam Martini Quinti, de qua infrà, possit sepeliri in loco sacro? R. Ita adserere Navarr. *Cons. 4. h. t.* ex ratione quod per istam Bullam liceat fidelibus communicare cum talibus excommunicatis, uti in vita, ita & in morte, ducto argumento à contrario ex *d. c. Sacris h. t.* Facit, quod prohibitio non communicandi non cadat in excommunicatos, sed in alios fideles, quibus non aliter est prohibita communicatio per sepulturam, quàm quælibet alia, *c. Episcoporum 8. De privil. in 6.* ut hac permissa etiam illa dicenda sit permissa. Facit &, quod violatio sit in prohibita communicatione, qua limitata, limitatur & violatio. Dubia tamen mihi videtur hæc opinio Navarri, cum communicatio cum tali excommunicato non alias à Martino V. sit permissa, quam ut succurreretur timoratis conscientiis: ut minimè relevet ipsos excommunicatos, uti & Bulla ipsa exprimit. Quæ ratio cum tantum habeat locum in vita, non extendenda decisio dictæ Bullæ ad eam, quæ fit post mortem, contra jus antiquum, cujus correctio non est inducenda, si non sit expressa. Atque hæc posterior opinio videtur etiam tutior, cum agatur non tantum de communicando, sed de violatione loci, qui polluitur per ejusmodi sepulturam. Uti & violatur per sepulturam infantis non baptizati; infidelis, qui non vitandus: uti & hæretici sepulti. Ut permissa communicatio inter vivos non tangat sepulturam, quæ spectat ad locum sacrum, in quo reponi eum, quem constat publicè, uti præsupponitur, esse excommunicatum, est indecens, *d. can. Cum gravia.* Quo facit, quod peccato mortali adfectus non sit sepeliendus in loco sacro, cum ea res non tam

levet sepulturam, quam gravet, uti paulò antè dictum. Ubi aliqui excipiunt, nisi dederit signa pœnitentiæ: minus rectè, cum id nihil faciat ad forum exterius, de quo agimus, si non sequatur absolutio, quæ etiam post mortem sequi potest, in casu, quo de pœnitentia constat. * Occultè excommunicato deneganda non est sepultura; cum & occulto peccatori non sit deneganda Sacramentum Eucharistiæ, nam cum privatio sepulturæ sit publica, requirit & publicam causam, ne alias pœnæ delictum excedat, & qui habetur bonus, hac via infametur. Excommunicato propter crimina, ut homicidium, incestum, percussionem violentam Clericorum, etiam Ecclesiarum violationem, si in extremis agens & pœnitens absolutus fuerit, terra sancta non est deneganda, *c. fin. hoc tit. & c. 5. inf. De raptorib.* ubi hæredes dicuntur monendi, & censura Ecclesiastica compellendi ad satisfactionem damnorum per facinora defuncti contra justitiam aliis illatorum.

11 Ubi quæritur, An hoc procedat simpliciter? R. Jure civili non alias teneri hæredem ex delicto defuncti, quam quatenus ad eum pervenit, aut à defuncto lis est contestata, *l. unica C. Ex del. defunct. in quant. hæred. conven. & Instit. De perpet. & temporal. act.* Jure Canonico hanc rem esse controversam; tamen communiorem & veriorem videri sententiam, hæredem teneri ad omnia damna per delictum defuncti data indistinctè, quatenus fert substantia relicta, *per text. in d. c. fin. & ibi Gl. communiter recepta, & in d. c. 5.* Verum eam sententiam ita accipiendam putat Abbas, si defunctum pœnituerit; quasi tunc ex cautione ejus teneantur hæredes, quod alias pœnitentiam non accipiat, nisi promissa satisfactione, non etiam si impœnitens decesserit, *per text. in d. c. fin. & d. c. 5.* quorum uterque loquitur in casu pœnitentiæ. At verò ratio dictorum textuum non est fundata in pœnitentia delinquentis, sed in exoneratione conscientiæ ejus, qui ut tenebatur actione ex maleficio ad damni refusionem, ita & hæredem reliquit obligatum, ad quem transeunt obligationes activè & passivè. Quæ ratio eam habet locum in hærede ejus, qui impœnitens est defunctus, quam qui pœnitens, cum ea res non minuat jus alteri quæsitum. Facit pro hac parte text. in *c. Tua nos 9. inf. De usur.* ubi, non facta distinctione inter pœnitentem & non pœnitentem, dicuntur usurarii hæredes cogendi ad restitutionem usurarum. Si non rectè quis objiciet agi quasi ex contractu; nam idem in hærede furis, & aliorum, quia eundo non minus obligantur, quàm usurarii. *Si pro 7. & 9. D. De condict. furt.* Nec obstat quod mutuum sit contractus, cum usurarum exactio veniat citra naturam contractus & maleficio. Covarr. 3. *Var. c. 3. n. 7. ubi Tiraq. Cravetus §. fin. q. 15. n. 16.* & Vasquius *Illustr. Gran. 90. n. 27. ubi alii allegantur.*

TITULUS XXIX.

De Parochiis & alienis Parochianis.

SUMMARIUM.

1. *Parochia & Paræcia unde dicta.*
2. *Sacramenta in sua quisque parochia petat.*
3. *Missa similiter in propria parochia audienda.*
4. *Missa audienda diebus Dominicis & Festis.*
5. *Festo locali quinam teneantur audire Missam.*
6. *Peregrini, veluti Studiosi, an & quatenus obligentur.*
7. *Missa integra an audienda sub peccato?*
8. *Pars omissa in una Missa an & qualiter supleri in alia possit.*
9. *Missa quæ intentione attentionis audienda.*
10. *Evangelium stando audiendum.*
11. *Quæ causæ excusent ab auditione Missæ.*

DE Parochiis superius facta mentio: de quibus plenius hic subjungitur. * Dicta videntur vel à præbendo Sacramenta, ducto etymo à verbo Græco παρέχειν, id est *præbere*, ut secundum alios, à verbo παροικία, id est *Vicinia*, unde volunt legendum esse *Paræcia*. Designat verò loci Ecclesiam, quam quisque obtinet ratione domicilii.

Quisquis autem Sacramenta in sua Parochia accipit, præcipuè pœnitentiæ; non enim in aliena, cum alieno Parocho non sit jurisdictio in alienum parochianum, sine qua non tenet absolutio: uti & matrimonium inter eos dum non nisi coram suo Parocho, ex Concil. Trid. decreto de quo infrà *lib. IV. Vagabundi*. quicumque confitentur Parocho, & com-

que

quocumque nuptias contrahunt, quia non est major ratio de uno, quam de alio, cum nulli subsint, & ubique forum sortiantur.

3 Est & audienda Missa in sua parochia. In aliena non rectè auditur; adeo ut Parochus alienum parochianum abjicere possit ab Ecclesia sua, si tamen cesset contemptus. *c. 2, h. t.* Et ita consuetudo permisit alibi sine noxa audire Missam. Vid. Navar. in *Manuali c. 21. nu. 5.* Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 7. c. 6. qu. 4. & 5.* Joan Filesac. *Tract. De orig. Parœciarum & Missa parœciali audienda c. 6. & 7.* Sacramentum quoque pœnitentiæ rectè accipitur in Ecclesiis quorumdam Religiosorum, nisi quod festo Paschali SS. Eucharistiæ Sacramento in propria parœcia quisque se munire jubeatur sub pœnis, de quibus in *d. c. Omnis inf. De pœnit. & remiss.* Navarr. in *manuali c. 21. nu. 51.* Cui rei, ut commodius fiat, adsignari dies quatuordecim, scilicet à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis exclusivè: ut qui antè aut post, licet pluries, susceperit venerabile Sacramentum, non satisfaciet Ecclesiæ præcepto, quod est præcisum, illos tantum dies concernens; licet scioli quidam aliter se sentire & agere jactitent. Dabit tamen dilationem caussa rationabilis ex Parochi consilio, *d. c. Omnis in princ.*

4 Porro Missa audienda diebus Dominicis, & omnibus iis, qui ex præcepto, aut consuetudine habentur festi, *c. 2. hoc tit. & can. Missa. De consecrat. Dist. 1.* idque ex præcepto, non tam divino, quam Ecclesiastico, nec tam jure expresso, quam ex traditione accepto. Nam in *d. c. 2. hoc tit.* fit quidem mentio audiendæ Missæ, non tamen id tam præcipit, quã præsupponit, quemlibet scilicet obligari audire Missam in sua parœcia. Et quantum ad *d. can. Missas*, ille est Concilii provincialis, non universalis, nec loquitur de omnibus diebus festis, ut habet traditio, sed tantum de Dominicis, Vid. Suarez *De Relig. Tr. 2. lib. 2. c. 15.* Verum parum refert, sit expressum in jure istud præceptum, nec ne, cum constet de universali traditione & consensu Ecclesiæ. Ut inducat gravamen obligationem, quæ in reatu mortali constituit omittentes baptizatos fideles, qui tunc incipiunt teneri hoc præcepto, ubi inter bonum & malum discernere possunt; ante non sunt capaces præcepti. Infideles hoc præceptum non obligat, cùm legibus Ecclesiæ non teneantur; sunt enim foris, non capaces istius sacrificii, cui ne quidem interesse possunt.

De festo generali nõ est dubium, omnes obligari, quocumque in loco fuerint. Tantum quæstio esse potest de festo locali. Ubi dicendum, cum Navar. *c. 13. nu. 5. & 23. 120.* incolam in loco alieno, ubi festum non est, morantem eo die non teneri ibidem ad observationem festi sui domicilii, quia non alii aut non alias ejus observationi obligantur, quàm in loco inventi. Unde licet illis etiam pridie è loco inveniri. Unde licet illis etiam pridie è loco suo exire, & alibi operas suas præstare, sine peccato; nisi illud causserur per finem aut caussam. Vid. Suarez *d. lib. 2. c. 13. in fine &* Sanchez 3. *De matrim. Disp. 8. q. 1.* Quantum ad incolam in loco audire Missam; non obstante, quod brevi tempore ibi sit mansurus, & alio perrecturus ad operas suas præstandas. Nam cum dies festus ipsum deprehenderit, etiam ad Missam eum obligavit, quam audire tenetur; cum obligatio jam sit nata hoc ipso, quo ibi deprehensus, cui quamprimum satisfaciendum. Quòd si tamen Missa serius dicatur, ut non possit exspectari ejus hora, nisi cum detrimento incolæ, qui alio tendit ad operas præstandas, posset dici is non teneri exspectare; cum præceptum non obliget ad inibi permanendum, sed tantum ad audiendam Missam: quæ si non dicenda nisi serò, videtur non obligari incola exspectare. Cesset tamen scandalum, & non obstet consuetudo. Suarez *d. lib. 2. c. 15. nu. 9.* 5

Quod attinet ad peregrinos, qui quasi domicilium habent, cujus ordinis sunt Studiosi, certum eos est teneri, cum hoc genus habitationis sufficiat ad forum adquirendum in ordine ad usum Sacramentorum, atque ita etiam ad obligationem festorum ibidem præceptorum: & absurdum esset, illos non teneri vivere secundum leges, quæ alios stringunt. Suarez *d. lib. 2. c. 14.* Quod si peregrinus tantum ad aliquot dies mansurus in loco, idem dicendum, ut teneatur ad observantiam festi localis, *can. Quæ contra Dist. 2.* Si verò se habeat tantum instar transeuntis, non tenetur ad Missam, licet teneatur abstinere ab operibus servilibus, donec in loco est, quia præceptum est negativum. Quod si in loco dormierit, 6

sed statim perrecturus in locum alium, ubi festium non est, nō tenebitur audire Missam secus si mansurus ibi toto tempore matutino: ut & si toto tempore matutino sit futurus in isto territorio, quia pro toto isto tempore obligat statutum loci ad Missam. Suarez. *d. loco n. 23.*

Q. An sit audienda Missa, quam majorem vocant? R. Videri id posse, per *can. Omnes fideles 82. can. Cùm ad celebranda 65. & can 66. De consecr. Dist.* 1. quæ loca cum faciant mentionem solemnitatis Missarum, videntur accipienda de Missa solemni, uti & *can. Et hoc 52. d. loco* Quò etiam tendit *Extravag. Sixti IV. Vices, vers. Quodque fratres De treuga & pace.* Ubi prohibentur Fratres mendicantes prædicare verbum Dei tempore Missæ in diebus festivis & Dominicis, ne populus abstrahatur à Missa, scilicet solemni. Eò etiam facit, quod tempore solemnis Missæ fiant publicationes dierum festivorum, jejuniorum, & similium, quæ culpabiliter ignorabuntur. Quod ut ita observaverit antiquitas, & ita observari foret conveniens, contrarium tamen hodie induxit consuetudo, quæ vim legis habet: ut parvam & simplicem Missam audiendo satisfiat præcepto Ecclesiæ, etiam unam tantùm, quia non est præceptum nisi ad unam, ne quidem die Nativitatis. Nec facit, quòd Sacerdotes tres celebrent; hoc enim de indulgentia, non etiam de præcepto, ut dicetur inf. *De celebrat. Missar.*

8 Alia quæstio est, An integra Missa sit audienda sub peccato? R. Omnino, nec ante benedictionem Sacerdotis, quam accipere pium est, egrediendum: egredientem ante posse privari communione, aut confundi per Episcopum, *d. can. Omnes & can. Missas De consecr. Dist.* 1. Unde patet, esse grave peccatum, Missam non audire, aut non integram audire, cum talis pœna non veniat inferenda ex levi culpa. Non ponet tamen gravem culpam nisi notabilis partis omissio, qualis est, si post lectum Evangelium quis veniat: nam tum ponitur defectus partis notabilis, non etiam ab Introitu usque ab Epistolam, vel exclusive, ut quidam volunt, vel etiam inclusive, secundum plerosque. Ut audiens Missam ab initio Evangelii non censeatur partem notabilem omisisse, & satis fecisse præcepto. Si tamen usque ad finem audiat; nam si statim post communionem sumptam à Sacerdote egrediatur, nimia erit licentia, nec res carebit scrupulo peccati mortalis, sed oportebit, ut adsistat ad dimissionem populi. Sic etsi ab initio sive ab Introitu Missæ adsistat quis, & post communionem abierit, non exspectata reliqua parte, non potest dici omisisse partem notabilem. Imò si ab initio quid omittatur, sive, licet tum constituatur pars notabilis, tamen putem non continere peccatum mortale. Vid. Suarez *tomo 3. in p. 3. D. Th. Disp. 88. Sect. 1. vers. secundò sequitur.*

An igitur licitum erit partem omissam in una Missa, etiam voluntariè & absque causa in alia supplere, audiendo illam partem, quæ in priori omissa? Ita inter alios censet Navar. in *Manuali c. 21. nu 2. & ad can. Quando 71. De consecr. Dist.* 1. *Notab.* 10. *nu.* 18. quem sequitur Azor. *d. lib.* 7. *c.* 3. *qu.* 3. quia præceptum tantum obliget ad Missam audiendam, sed quia partem unius Missæ omissam supplet in alia, audit Missam integram, etiamsi præposterè prius audiatur posterior pars, deinde prior. Verum non videtur propriè taliter audiendo quis satisfacere præcepto, quod requirit, audiatur tota Missa. Propriè autem totum non significat partes disjunctas, sed unitas & debito ordine conjunctas, maximè si totum sit artificiale: ut partes taliter audire non sit audire Missam. Alias sequeretur, posse quem implere præceptum de audienda Missa, audiendo simul duas partes Missæ, v. g. si una in altari deventum ad medium Missæ, in altera autem inchoetur à principio. Consequens ut absurdum nemo concesserit. Sequela patet, quia etiam ille audit Missam totam, per duas partes, quarum utrique potest esse sufficienter præsens, & adhibere requisitam attentionem. Quòd simul id fiat, non refert, quia potest quis simul duo præcepta implere, scilicet recitando Horas Canonicas, & audiendo Missam. Nihil etiam obstat brevitas temporis, quia ea est per accidens. Est que hæc aliquorum doctrina, *Gl. in can. Quorumdam Dist.* 23. quæ posset sustineri, ex eo, quòd in Missa, cujus unitas est cujusdam solemnitatis, ex duobus imperfectis possit constitui aliquo modo unum, ita ut sufficiat ad supplendum præceptum; nam quod deest ad perfectionem non est sufficiens ad

ad peccatum mortale, & posset incidere causa etiam à veniali excusans. Verùm meritò suspecta videri debet sententia ista, ut parum consentanea intentioni Ecclesiastici præcepti, & religioni ac reverentiæ debitæ huic sacrificio; cum ad substantiam præcepti istius in primis pertineat, ut tota Missa audiatur continuè & per modum unius sacrificii, ut audiens debitè possit exhibere partes suas ad integrè offerendum sacrificium per Sacerdotem, eo modo, quo sibi possibile. Vid. Azor. *d. l. 7. c. 2. q. 3.* Suarez *d. disp. 88. Sect. 2. vers. Sed tunc.*

10 Ut autem quis audivisse Missam dicendus sit, opus non tantum corporali præsentia, sed & debita intentione attentioneque, & quantum in se est, audire & videre seu percipere aliquo modo Sacerdotis ministerium. Nam evagatio mentis ad exteriora, & animus fabulis ac confabulationibus super divitiis, mercibus, aut aliis, ut aliquibus moris est, quibus divitiæ in corde & ore, citra attentionem requisitam, pro notabili parte faciet non esse satisfactum huic præcepto ut rectè contra Medinam sentit Suarez *d. Sect. 3. §. Ex his autem.* Adde Azor, *d. lib 7. c. 5. qu. 1. & 2.*

Adsit attentio interior. Quod probatur ratione clara, quia lege præcipitur auditio Missæ, ut est actus humanus, sufficiens ad moralem præsentiam. Sine attentione autem non potest esse actus humanus, nec præsentia moralis. Aliàs qui tempore Missæ dormiret, studeret legendo, scribendo non haberet præsentiam necessariam, sed haberet se potius instar absentis. Deinde præcipitur hic actus etiam ut religiosus, & ad cultum Dei pertinens: ut non quævis attentio sed religiosa requiratur, ut Deum oret, ad verba Sacerdotis attendat. Nihil obstat, quòd solum attentio exterior cadat sub præceptum, non etiam interior actus, qui non præcipitur lege humana; nec cadit sub legem humanam: nam interior illa attentio ita est conjuncta exteriori, ut si illa desit, non possit dici hæc adesse, cum auditio Missæ præcepta requirat actum humanum sufficientem ad moralem præsentiam. Sine attentione autem interiori non potest esse actus humanus constituens moralem præsentiam. Unde voluntariè exercentes actus exteriores, attentioni Missæ repugnantes, peccant contra reverentiam rei sacræ, & si magnam partem Missæ taliter consumant, peccant mortaliter, nec possunt dici audisse Missam. Navar. *c. 13. num. 17. & c. 21 numer. 6. & in can. Quando de consecr. Dist. 1. Nota. 10. num 13.* Suarez *d. disp. 88. Sect. 3.*

Dum recitatur Evangelium, mandatur præ- 11
sentibus, non sedentes, sed stantes venerabiliter curvi verba Dominica audiant, & fideliter adorent, *can. Apostolica 68. de consecr. Dist. 1.*

Sunt autem causæ ab audienda Missa excu- 12
santes: ut impotentia; vel spiritualis, qualis detinet excommunicatum, interdictum, cui interesse sacris inhibitum; vel corporalis, qualem ponit infirmitas, quæ domo egredi non patitur; periculum vitæ, proximi, cui adsistendum, necessitas, aliudve impedimentum, quod ponit carcer, sive justus sive injustus: uti & officium, quod moram non patitur. Sic milites custodientes castra, portas, muros, excusantur. Dat & consuetudo excusationem mulieribus ante purificationem, quæ ex quadam decentia & reverentia non improbatur, *c. un. de purificat post partum.* Consuetudinem, qua viduæ nobiles ad certum tempus post maritorum mortem domo se continentes, Missam non audiunt, laudabilius foret non servari: si tamen verè introducta est, Prælatis non contradicentibus, excusat. Quod & dicendum de ea, qua virgines nobiles domo non egrediuntur nec Missas audiunt, quatenus sufficienter præscripta. Convenientius tamen foret, ad audiendas Missas egredi. Vid. Navarr. *in summa c. 21. num. 9.* Azor *d. lib. 7. c. 7. qu. 1. 2. & 3.* Suarez *d. disp. 88. Sect. 6. §. Sextum caput.*

TITULUS XXX.

De Decimis, Primitiis, & Oblationibus.

SUMMARIUM.

1. *Decima vel Decima quid?*

2. *Decimæ quo jure debitæ.*
3. *Decimarum quota an justè & convenienter determinata per Ecclesiam.*
4. *Decimæ debentur ex omni re frugifera.*
5. *Sunt Personales, Reales, Mixtæ; & Personales unde debeantur.*
6. *An ex adquisitis titulo lucroso?*
7. *An & ex rebus illicitè quæsitis?*
8. *An meretrix ex quæstu corporis debeat decimas?*
9. *An miles de præda ac stipendio?*
10. *Prædiales quæ, & unde debeantur.*
11. *Non distinguitur inter prædia justè vel injustè quæsita, ex quibus decimæ debeantur.*
12. *Differentia inter personales & prædiales.*
13. *Intellectus* c. Non est 22. h. t.
14. *Mixtæ quæ dicantur.*
15. *Decimas præstare tenentur fideles baptizati.*
16. *An & hæretici?*
17. *Non tenentur Iudæi, Ethnici.*
18. *An neque ad prædiales?*
19. *Pauperes an & quatenus obligentur?*
20. *An & Clerici, & ex quibus bonis?*
21. *Prædia unius Ecclesiæ sita in alia parochia debent ei decimas.*
22. *Clerici simplices utrum teneantur.*
23. *An Religiosi?*
24. *Dominus an teneatur ex pensione, quam recipit à colono?*
25. *A præstatione decimarum qui, & qualiter eximantur.*
26. *Exemptio ea an & pertineat ad bona adquirenda?*
27. *An ad conductores prædiorum exemptorum?*
28. *An ad prædia concessa in emphyteusin?*
29. *An ad conductores talium prædiorum?*
30. *Laicos ab hac obligatione eximere potest S. P.*
31. *An hoc possit sine causa?*
32. *Prælatis inferioribus non est ea potestas.*
33. *Consuetudo quid possit circa solutionem decimarum.*
34. *Quid item præscriptio.*
35. *Decimarum solutio imperari potest, non obstante privilegio, aut consuetudine.*
36. *Idem privilegium amittitur & per usum contrarium solvendi decimas: & an per renuntiationem?*
37. *Decima solvenda Ecclesiæ parochiali.*
38. *Mixta cui debeantur.*
39. *Debentur jure communi solis earum rectorum habentibus.*
40. *Etiam divitibus.*
41. *Etiam malis.*
42. *Ex causa tamen privilegii, consuetudinis, præscriptionis aliis deberi possunt.*
43. *Decimæ an per se sine parochia præscribi possint?*
44. *Laicis deberi aut ab iis possideri nequeunt.*
45. *Fructus tamen earum percipere possunt.*
46. *Decimæ cur olim concessæ Principibus laicis.*
47. *Episcopis, aliisque Prælatis inferioribus infeudare decimas laicis an & quatenus liceat.*
48. *Summo Pont. an id liceat sine causa?*
49. *Laici decimas ita obtentas in alios laicos transferre possint?*
50. *An saltem in ipsam Ecclesiam?*
51. *An præscribere decimas?*
52. *Anne quidem laicus contra laicum?*
53. *Decima novalis, & Novale quid?*
54. *Privilegium de non solvendis decimis novalibus debeat ad novalium decimas?*
55. *An & consuetudo decimas unius loci attribuens alteri?*
56. *Et quid si ex privilegio Pont. alteri debentur decimæ.*
57. *Intellectus* c. cum contingat 29. h. t.
58. *Communio laici cum Pastore non tribuit jus.*
59. *Decimæ offerendæ non petitæ, & sine mora.*
60. *In mora quando quis esse censeatur.*
61. *An petere ab Ecclesia possint actione reali?*
62. *Non solutæ an sequantur possessorem prædii.*
63. *Quo tempore solvi debeant.*
64. *Primitiæ quid, unde & qualiter debitæ.*
65. *Oblationes unde & quibus debeantur.*
66. *An rectè acceptentur à personis criminosis.*

QUi spiritualia ministrant, merito carnalem sustentationem exigunt 1. ad Corinth. c. 9. & 1. ad Timoth. 5. ne a divinis abstrahantur cultu, dum sibi necessaria ad vitam transigendam procurant. Hinc est, quod debeantur Decimæ, Primitiæ, Oblationes.

Ad Decimas quod attinet, frequenter hoc nomine in plurali utimur; interdum

men & in numero singulari, *c.7.15.17.19.h.t.* Sunt autem quota pars bonorum licitè quæsitorum, *c.1.& c.Ex transmissa 23.h.t.*

2 Decimarum solutio est præcepti. Sed quæritur: An divino, an verò humano jure debeantur? R. Olim lege divina illarum præstationem esse impositam ex consonantia quadam cum lege naturali, idque constare ex variis Testamenti veteris textibus: hodie verò rectè dici, obligationem alendi ministros Ecclesiæ esse de jure naturæ, confirmatam lege Evangelica per Christum & Apostolos, qui dignos judicarunt mercede sua operarios, & altari inservientes de altari vivere oportere: modum autem sive determinationem hodie esse de jure Ecclesiastico. Cui non obstat, quod lege veteri decima pars sit præcepta: nam lex ista est judicialis, vel secundum quædam cæremonialis: ut non obliget sub lege nova, per quam judicialia & cæremonialia præcepta sunt abolita. Nihil faciunt varia Capitula, adserentia à Deo esse institutas decimas, intelligenda enim quoad sustentationem, non etiam quoad quotam, quæ determinata est per Ecclesiam, ad exemplum legis veteris, decima scilicet. Navar. *in Summa c.21.n.28.* Covat. 1. *Var. Resol. c.17.* Azor. *late Instit. Moral. p.1. lib.7. cap.23.qu.4.* Less. *De Iust. & Iure 2 c.39. Dub.1, num.4.* Suarez. *De Relig. p.1. lib.1.c.9.& 10.*

3 Ubi dubitatur, An convenienter id factum sit? Ratio dubitandi in eo est, quod non sit eadem ratio inter hoc tempus, & illud, hanc legem & illam; propterea quod in populo Israelitico ex duodecim tribubus una erat Sacerdotalis, ut proportio esset inter partem decimam fructuum, & duodecimam totius gentis. In Ecclesia verò ne quidem vicesima pars populi pertinet ad Clerum, ut sufficere deberet. Deinde isti tribui Sacerdotali nulla pars erat adsignata in possessionibus; Ecclesiasticis autem nostris sunt suæ possessiones. Dicendum tamen, istud præceptum quoad quotam justè & convenienter esse institutum; quod non tantùm ex Canonibus, Conciliis, SS. Patribus, qui passim loquuntur de decimis, easque approbant *XII q.1, per tot*, verùm & ex auctoritate universalis Ecclesiæ constat. Facit eodem ministeriorum ratio & dignitas, quæ in Sacerdotibus novæ legis est major; functio gravior & excellentior, quàm in Sacerdotibus legis veteris; ut indigeat majori splendore atque auctoritate, ut in debita habeatur veneratione. Præterea Sacerdotes legis novæ debent abstinere ab omni negotiatione, quæ non erat prohibita Sacerdotibus legis veteris. Denique etiam ante legem veterem, insignes Dei cultores, Abraham, Jacob, eam quotam elegerunt & obtulerunt, ad colendum Deum & recognoscendum omnium beneficiorum auctorem, non sine instinctu Spiritus sancti, non habita ratione paucitatis aut multitudinis ministrorum. Imo & naturali instinctu infideles ad gratias agendas suis Diis, decimarum sunt usi solutionibus. Per Greg. *Tolos. Syntag Iuris universi lib.2.c.22.n.5 & lib. 16.c.8.n.24. & 25.* Baron. *tomo 1 ann 57.§.74.* Azor. *d.c.23.qu.2.* Ut non possit negari moralis congruitas, quam hac in parte Ecclesia observare voluit.

Non obstat prior dubitandi causa: nam licet sit minor quantitate: major tamen splendore & auctoritate, uti dictum, & excellentior propter varios Pontificum; qui tunc onus. hodie tes dignitatum, Clericorum ordines & onera. Olim quippe unum templum, nunc innumera. Sacerdotes plurimi, quos decet esse doctos & in perpetuo ministerio Ecclesiæ. Bellarm. *tomo 1. Controvers. De Clericis lib.1.c.25. Dub.4.* Non obstat posterior; nam quod Clerici sint divites, hoc est per accidens, neque tollit fundamentum obligationis, cum non debeantur ut pauperibus, sed ut ministrantibus, atque ita ex vi justitiæ commutativæ. Mutari hanc quotam in nonam, duodecimam, vicesimam, aut aliam, imò & tolli posse, dicetur infrà *eod.* Vid. Less. *d.c.39. Dubit.2* Suarez. *d.lib.1.c.11.*

Ut autem clariori ordine hac in materia procedatur, tribus capitibus ea est concludenda. I. Quæ sit earum divisio, & simul quibus ex rebus debeantur. II. Qui eas præstare teneantur. III. Quibus præstandæ.

CAPUT I.

Quotuplices sint Decimæ, & quibus ex rebus debeantur.

4 DEbentur de cimæ ex omni re frugifera nulla excepta, *c.Ex parte 21. & c.non est 22.h.t.* ut et-

ut etiam ex lana ovium sint solvendæ, cum in fructu sit. §. *in pecudum Instit. De rer. divis.*

5 Cum autem res sit in triplici differentia, sunt & triplicis generis decimæ, scilicet Personales, Reales, & Mixtæ. Personales sunt, quæ debentur ex lucro proveniente ex personali industria, veluti ex officio, scientia, negotiatione, artificio. Inter has computantur, militia, præda ex justo bello accepta, nam lucrum est; venatio, piscatio: nisi sint in fructu prædii, quia tunc magis ad prædiales pertinent; & similia, quæ honestum lucrum habent, *d. c.* 22. *ubi* Innoc. *can. Decimæ* XVI. *q.* 1. Ratio hujus est, quia Deus de omnibus est honorandus, & non est major ratio de uno lucro, quàm de alio.

6 Quæritur autem, An etiam ex adquisitis per largitionem liberalem, testamentum, legatum? Resp. Posse hoc prima facie videri, per *c. extransmissa* 23. *h. t.* ubi ex omnibus licitè adquisitis decimæ sunt dandæ. In rigore tamen juris probabile esse, non deberi, cum ex nullo jure hoc colligatur, & non sint augenda onera sine jure cogente. Probatur ex eo, quod jure solum sint solvendæ decimæ ex frugibus seu fructibus terræ, aut emolumentis rerum immobilium, aut animalium, quoad prædiales & mixtas; vel ex adquisitis, manu, opere, sive industria, quoad personales. Dicto autem modo adquisita bona nec spectant ad prius membrum, quia ex immobilibus non nisi prædiales debentur, ratione fructuum: non etiam ad posterius, quia non proveniunt ex nostra actione & industria, uti accipiendum *d. c.* 23. & similia. Et in hanc sententiam inclinat Innoc. *in d. c.* 22. *& Glos. in c. Pastoralis* 28. *h. t.* Vid. Azor. *d. lib.* 7. *c.* 24. *qu.* 8. *&* 11. Suarez. *d. lib.* 1. *c.* 31. Canis. *in c.* 1. *num.* 7. *h. t.* Abbas verò *in d. c.* 28. *num.* 8. admittit quidem id ipsum in filio succedente patri; in extraneis verò dicit non esse facilè sententiam præcipitandam, sed standum consuetudini. Ut ea de re sit hodie parum curandum, cùm de consuetudine personales decimæ non exigantur, ut dicetur inferiùs, quamvis alias de ea dubitari posset.

7 Q. II. An & debeantur ex rebus illicitè quæsitis? Resp. Distinguendo: nam vel acquiruntur per formalem injustitiam, uti per furtum, rapinam, usuras, vel non. Illo casu non debentur decimæ. Ratio clara est, quia lucrans ... acquirit rerum ita quæsitarum dominium, ... non possit de iis disponere, nec teneatur ... clesiæ ad partem lucri, quod est restituere ... obnoxium: ut non sit in bonis, atque ... lucrum. Posteriori casu debentur decimæ, ... se loquendo, propterea quod non sit lucrum ... justum, vel non formaliter injustum, dicere ... turpi causa, quæ non impedit ejus adquisitio- ... minium citra restitutionem. Dixi, per ... quendo; quia si sequatur scandalum, aut ... centia ex acceptione, tunc Ecclesia decimas ... cipere ex eo respuit. * Sic licet publica me- ... triæ ex quæstu corporis decimas debeat, ... illum suum faciat citra restitutionem *l.* 4. ... *sed quod meretrix* D. *de condict. ob turp.* ... respuit tamen Ecclesia recipere eas pro- ... scandalum, quia videretur approbare eam ... pitudinem. Quo casu aliqui malè volunt ... teneri dare pauperibus, cum de eo nullum ... præceptum, quod tantum obligat ad ... decimam Ecclesiæ, quæ illo casu videtur ... remittere. Et hoc, si sit publica: nam si occ- ... ta, tenetur offerre peccatrix, & Parochus ... cessante scandalo, accipere potest, ... delicti conscius. Silvester *in Summa V.* ... *qu.* 6. Azor. *d. c.* 24. *qu.* 13. Suarez. *d. lib.* ... *n.* 10.

Quid dicendum de adquisitis ex ludo? ... De licito ludo non esse dubium; quia cum ... nat contractum licitum, ponit & justum ... crum, ex quo deberi decimas dictum. De ... cito judicandum juxta dicta de adquisitis ... citè. * Pater quid dicendum de acceptis à ... in bello injusto, quod scilicet de præda ... teneatur solvere decimas, cùm ad ejus ... tur restitutionem, de stipendio verò ... quia licet ad turpe lucrum spectet, non ... injustum ex parte dantis, ejusque verè ... fierit dominium, non obnoxium restitu- ... si servitium præstiterit. *Gl. ad d. c extran. ... in V licitè h. t.*

Prædiales sunt, quæ ex fructibus ... nientibus ex terra debentur, cujus generis ... frumentum, oleum, vinum, ligna, ... arborum, olera & similia, de quibus ... mas deberi passim habent textus *h. tit. &* ... *in c.* Venatio quoque & piscatio, quatenus ... considerantur ut fructus prædii, uti ... dicetur

dicinæ, metallo, & id genus alia, quia sunt in usufructu fundi. *l. item si fundi D. de usufr.* Secus si lucrum tantum consistat in venatione ipsa, & ea percipiatur, non etiam ratione prædii; tunc enim potius censebuntur personales.

11 Ubi quæsitum, An & hic sit facienda distinctio, justè an injustè prædia sint quæsita? R. Hoc disputandum non esse, cum etiam ab invasore debeantur *Gl. in d. c. 23. V. licite.* Cujus ratio est, quod ejusmodi decimæ debeantur ratione oneris realis, quod rem comitatur, à quocumque possideatur. Ut non possit Ecclesia videri accipere alienum, aut approbare factum injustum, aut injuriam domino facere: qui & ipse, si rem possideret, tenetur persolvere decimas.

12 Unde patet prima differentia inter decimas personales & prædiales, quòd illæ non debeantur ex injustè adquisitis, secundùm distinctionem antè datam. Secunda est, quod illæ debeantur Ecclesiæ, sub qua domicilium habet adquirens, & Sacramenta percipit, etiamsi alibi lucrum perceperit; hæ verò parochiæ, sub qua sita prædia, ex quibus debentur. *c. ad Apostolica 20. h. t.* Ratio diversitatis est quod hæ sint onus reale, quo prædia sunt adfecta certis Ecclesiis ex ipsamet Ecclesiæ institutione, & parochiarum divisione, per quam factum, ut prædia in parochiis singulis sita penderent iis decimas: non faciente, quòd dominus prædiorum alibi habitet, quia hoc non mutat qualitatem prædiorum, *c cum in tua 30. h. t.* Saltem jure ordinario, nam potest mutari consuetudine, *d. c. 20.* Illæ verò nihil realis oneris contineant, sed merè personale (debitæ quippe ratione ministerii, & beneficii, quod recipitur ab Ecclesia) debentur ei Ecclesiæ, etiamsi aliunde percipiantur, cum sequantur personam: quo modo & ea translata ad aliam Ecclesiam, eidem debebuntur. Tertia differentia est, quòd prædiales integræ sint præstandæ; non deductis expensis, veluti seminis, culturæ, vel alterius rei, *d. c. Non est 22. c. Tua nobis 26 & d. c. Pastoralis 28. h. t.* non deductis etiam tributis & censibus, ut expresse traditur *c. cum non sit, 33. h. t.* personales verò deductis prius expensis, *d. c. 26. & 28.* Ratio differentiæ est, quòd prædiales Deus sibi ministrisque suis reservavesit, in signum universalis dominii, & videantur debitæ quasi à partiario colono, qui ut domino solvit conventam fructuum portionem, liberam ab omnibus expensis, ita & decimarum portio Deo reservata præstanda citra eminutionem, nomine expensarum, ut argumentatur Pont. in *d. c. 26.* Ut hæc portio non veniat detralienda lucro sed fructibus, ut sunt è terra producti atque hoc in casu cesset regula, quæ habet, non censeri fructus, nisi quod deductis expensis supereat, *l. fructus 7. D. Soluto matrim. l. 1. C. de fructib. & litium expens.* personales verò non debeantur nisi de lucro, ut patet ex *d. c. 28.* in verbis, *& de residuo, quasi de lucro.* Lucrum autem non est nisi quod deductis expensis supereat, secundùm jam dicta. Nec facit, quod *d. c. 26.* non loquatur nisi de negotiatione, cùm extendatur ad alia lucra, rationis paritate cogente; quia, ut in negotiatione, ita & in aliis personalibus adquisitis non dicitur quis adquirere, nisi quod supereat deductis expensis, quales hac in parte judicandæ illæ, quas negotiatio præcisè requirit.

Nihil obstat *d. c. 22.* in quo etiam ex negotiatione, militia, venatione, dicuntur decimæ præstandæ, non deductis expensis, nam dicendum, illa verba esse accomodanda ad materiam subjectam; ne sequatur absurdum, contra aliam legem posteriorem expresse disponentem. Dici & posset, fuisse abrogatâ dictis. *c. 22.* decisionem, quoad negotiationem, per consuetudinem postea *d. c. 28.* in jus redactam, cùm ibi dicatur, *sicut est in negotiatione concessum*; nec inveniatur jus aliquod antiquius scriptum in ista materia, ut de consuetudine sit accipiendum. 13

Mixtæ dicuntur, quæ ex fructibus animalium debentur, ut ovibus, vaccis, & similibus, sive sint ipsi fœtus, sive lana, caseus, & similia. Vocantur autem mixtæ, quod non tantum proveniant ex solis prædiis, sed ex adjuncta industria hominum. Vid. Suar. *d. lib. 1. c. 9. n. 3. & 4.* Hanc speciem aliqui superfluum judicant, & ejusmodi decimas prædialibus adnumerant: duas tantum species ponentes, & personales scilicet & reales. Has iterum subdividentes, in majores, quæ ex frumento, vino, oleo, aliisque id generis penduntur; & minores sive minutas, quæ ex hortis, & partu animalium solvuntur. 14

CAPUT II.

Qui teneantur præstare decimas.

15 REgula generalis est, Quemlibet baptizatum, qui de manu Sacerdotis tenetur Sacramenta percipere, cujuscumque gradus aut ordinis, teneri per se loquendo ad functionem decimarum: ut ne quidem Imperator sit immunis, nisi legitimo jure exemptum se doceat. Probatur *c. ex transmissa 23. & 24. h. t.* ubi dicitur quilibet fidelis homo teneri erogare decimas, sub jam dicta exceptione, de qua infra latius.

16 Ubi in primis quæritur, An teneantur & hæretici? R. Causam dubitandi esse, quòd non utantur ministerio Sacerdotis, cujus nomine debentur decimæ, imò illud potius vilipendunt. Verùm dicendum & illos teneri; cum fidem in baptismo receperint, & characteris in eo suscepti ratione obligentur præceptis Ecclesiæ: à qua obligatione se non eximunt rebelli & impia sua contumacia, ne ex sua improbitate commodum consequantur. Et licet de facto Ecclesiæ, unitati se subtraxerint, nec recipiant spiritualia, possunt tamen cogi ad eam redire, & spiritualia recipere à Sacerdotibus, ad ea ministranda paratis. Abbas in *c. de terris 16. in fine h. t.* Suarez, *d. lib. 1. c. 16.*

17 Q. An Judæi, Ethnici? R. Patere ex dictis, per se non teneri; cum nec subsint Ecclesiæ propter defectum characteris baptismi, ut præceptis ejus obligari nequeant; nec ministrentur illis spiritualia, neque ministrari etiam possint, cùm illa spectent ad fideles. Quod omninò ita procedit quoad decimas personales, ex jã dicta ratione, quòd personæ eorum non sint subjectæ Ecclesiæ nec Sacramenta percipiant, in quo consistit obligatio harum decimarum persolvendarum, *d. c. ad Apostolica 20. h. t.* Azor. *p. 1. lib. 7. c. 24 qu.*
18 3. Suarez, *d. c. 16. num. 4.* * Sed quæstio est, an idem sit dicendum quoad prædiales? R. Hoc velle Abb. *d. loco*, ad eas scilicet teneri, quem sequitur Oldrad. *Cons. 19.* ea ratione, quòd debeantur Deo tamquam universorum Domino, *c. Tua nobis 26. h. t.* Facit pro iis *d. c. 16. & c. Quanto 18. inf. de usur.* ubi Judæi non baptizati dicuntur compellendi persolvere decimas ex terris, quas possident, aut possessionibus suis cedere. Verum improbabilis est opinio & contraria vera, ex dictis modo rationibus. Loca in appositum allegata magis etiam posteriorem sententiam adjuvant, cum tantum loquantur de terris occupatis per Judæos ante decimarum solutionem obligatis: ut circa eas sit jus reale ipsi Ecclesiæ, quod non comitatur, ex communi axiomate rectè loquitur Judæi earum possessores, licet non subjecti Ecclesiæ, agnoscere onus illud, ne per eos Ecclesiam defraudari suo jure contingat. Ut ubi locis præsupponatur Ecclesiæ jus ante quæsitum fuisse, & quoad terras, quæ necdum fuerunt Ecclesiæ obligatæ, non teneantur Judæi decimas, ex regula, quod inclusio unius est alterius exclusio, & quia non possint dici defraudare Ecclesiam. Nec obstat, quod dicitur *d. c. 26.* Deum in recognitionem suprema dominii decimas sibi reservasse; recognoscunt autem Deum ut dominum etiam Judæi & gentiles: nam tenentur quidem Deum agnoscere, ut dominum jure naturæ, non tamen vi ejusdem juris per decimarum solutionem, quæ tantùm jure positivo imposita populo est Israëlitico, non etiam omnibus hominibus, & postea revocata ab Ecclesia sub lege gratiæ, per quam nec extensa nec extendi potuit ultra suos fines. Vid. Suarez, *d. loco*, & Azor, *d. c. 24. qu. 2.*

Q. III. An pauperes obligentur præstare decimas? R. Eos teneri, cùm debeantur ratione justitiæ commutativæ, pro ministerio, quæ & pauperes participant, in qua non habetur ratio conditionis personæ, sed rei ad rem, ut inopiæ obtentu non liberetur debitor ab obligatione. Facit, quod decimæ dicantur pertinere ab Ecclesiam, ex constitutione divina, ut ne quidem Imperator ab earum obligatione quempiam liberare possit, *c. Tua 25. h. t.* Non est tamen hoc jus cum rigore exercendum in pauperes, *arg. c. licet inf. De censib.* Postulat enim remissionem necessitas magna, quæ excusat à culpa non offerentem, & liberat ab injustitia. Facit & quòd extrema necessitas secundùm aliquos faciat omnia communia, sive potius communicanda; ut positus in extrema necessitate rem subripiens [illegible]

extra furti delictum, ut dicetur inf. *de furtis*. Denique subveniendum pauperibus per decimas, ut ab iis rigidè non sint exigendæ. Vid. Suarez *d.c.16.n.*14. Bellarm. *Tomo* 1. *Contr. De Clericis lib.* 1. *c* 25. *dub.* 2.

20 Q IV. An teneantur Clerici? Resp. Videri posse non teneri, per text. in *c.*2. *h.t.* ubi dicitur, novum esse genus exactionis, & præter jus, ut Clerici à Clericis decimas exigant. In contrarium tamen est communis opinio, eos scilicet teneri, etiamsi sint Rectores parochiarum: quæ suaderi potest ex *d.c.* 2. *in fine*, quod habet, illos Clericos, quia à Clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debere. Et hoc quâcum ad jus reale circa decimas prædiales, ratione prædiorum patrimonialium; nõ tantùm quæ sunt in parochia aliena (neq; enim hujusmodi bonorum conditio debet mutari, quod devenerint ad Clericum, cùm res transeat cum suo onere) verùm etiam in propria, cùm non pervenerint ad eos ratione sui ministerii, ut non mutent qualitatem. Covarr. 1 *Var. Resol. c.*17 *num.*7. *vers. Primum.* Ubi non rectè objicies, quòd Parocho sive Rectori debeantur decimæ; debentur enim Ecclesiæ ut inter ejus ministros dividantur. Dico, patrimonialia; nam si sint prædia Ecclesiæ, & Parocho in particulari attributa in sustentationem, non debentur ex illis decimæ, cùm ejusmodi prædia data pro ministerio obtineant decimarum locum. Si inspiciamus personale debitum, quod ratione personæ debetur, verius est, hoc non deberi ab iis, qui Sacramenta aliis distribuunt, ut Episcopi, Parochi, quod non inveniatur persona, præter propriam, cui earum solvendarum debitores constituantur, cùm non tam aliis divina percipiant, quam potiùs distribuant. Et licet Parochi pascantur à suis Episcopis, non tamen eorum respectu est iis imposita jure communi hæc obligatio. Eadem decisio procedet quoad Episcopos & Rem. Pont. quod scilicet teneantur, ratione juris rea'is, ad decimas prædiorum, quæ possident tamquam patrimonialia; non etiam ratione ministerii, uti nec ad personales, ratione personæ, præcipuè Pont. qui superiorem non habet. Vid. Azor. *d. cap.* 24. *qu.* 4. Suarez *d. lib.* 1. *cap.* 17.

21 Q. V. Quid si prædia unius Ecclesiæ sint sitæ in alia parochia, an pendant ei decimas? R. Affirmativam sententiam rigori juris respondere: ex ratione, quod onus rem comitetur, & aliàs contingeret Ecclesiam unam propter aliam suo jure privari. Facit eo text. *cap.* 4. *& pen. h.t.* in quo prædia adquisita Monasteriis dicuntur debere decimas: & text. *in can. Ecclesia & can. Quicumque XVI. q.*1. ubi antiquiores Ecclesiæ non debent privari propter novas ædificatas: quam opinionem ut communem probat Covarr. *d. num.* 8. Suarez *d. c.* 17. *num.* 27.

Q. VI. An simplices Clerici teneantur ad de- 22
cimas? R. Non esse in his quæstionem de debito reali, quoad prædia patrimonialia, secundùm superiùs dicta: tantum quæri de debito personali, ex lucro, quod sua industria perceperunt. Et ad tales decimas eos teneri, licet Ecclesiæ interveniant, ex eo convinci potest, quod *d.c.* 2. *in fine* dicitur, eos Clericos, qui ab aliis Sacramenta percipiunt, iis teneri ad decimas, ratione laboris in eos impensi. Ex quo titulo oritur debitum personale, saltem quoad lucrum ex temporali causa adveniens: nam quoad lucrum quæsitum titulo spirituali non videntur teneri, per *d.c.* 2. ubi dicitur, Levitas à Levitis non accepisse decimas, quod non haberent alia bona quàm decimarum, quarum naturam sapere videtur tale lucrum: ut similiter non teneantur isti Clerici. Quo facit, quod dictum supra, ex prædiis ratione ministerii parocho adsignatis non deberi decimas, Vid. Suarez *d.c.* 17. *nu.* 21.

Q. VII. An Religiosi teneantur ad decimas? R. Hoc dicendum esse, per *c.* 3. & 4. *h.t.* 23
eum non eximantur ab onere isto, ex eo præcisè, quod sint personæ Ecclesiasticæ, cùm & Clericos ad eas teneri dictum sit, & probetur idem per text. in *c. Veniens sup. De transact.* ubi expressè Monachis imperatur decimarum solutio, nisi per transactionem auctoritate Apostolica confirmatam se defendant, aut per privilegium, aut aliàs, qua de re inf. à. Sequitur autem hoc jus decimas percipiendi ipsa prædia: quo modo si elocentur, manet nihilominùs salvum, quia, uti dictum, rem comitatur. Adeo ut non sit minuenda quantitas ratione pensionis domino præstandæ: quæ nomine decimarum est minor,

cum fructus minuantur per earum detractionem. Si partiarius fuerit colonus, qualis pro parte fructuum colit, alia parte domino præstanda, uterque tenetur, sive prius ante divisionem eas recipiendo, sive post divisionem ab utroque exigendo, uti fieri posse apparet ex *d. c. Tua nobis 26. in fine h. t.*

24 Q. VIII. An ex pensione, quam recipit à colono, teneatur dominus solvere decimas? R. Esse, qui putent talem pensionem spectare ad personale lucrum, quasi de novo adcrescens, & proinde ex ea deberi decimas personales. Sed verius est pertinere ad fructus prædiales, in quorum locum subrogatur. Non deberi autem ex ea decimas patet, quòd dominus fundi per colonnm semel eas solverit, ut iteratò non sint exigendæ. Sequuntur itaque decimæ rem ipsam, ipsumque prædii possessorem, potestquæ conveniri ipse conductor, *c. Dilecti 8. h. t.* non secus ac possessor novus.

25 Hæc ita obtinent de jure communi; nisi ab eo demonstretur exemptio, *c. A nobis 34. h. tit.* Est enim hæc obligatio juris humani, saltem quoad quotam unde fieri potest, ut ab eo aliqui eximantur jure speciali, uti privilegio per Rom Pont. *c. 2. §. pen. eod. in 6.* qui est supra jus humanum in suo foro. Sic per Paschalem II. Religiosis & Clericis in communi viventibus concessa exemptio decimarum ex prædiis, quæ suis manibus aut sumptibus excolunt, *can. decimas XVI. q. 1.* Postea per Adrianum IV. restricta fuit ea exemptio ad Cistertienses, Templarios, & Hospitalarios, *c. ex parte 10. h. t.* & ad terras ante Lateranense Concil. adquisitas per Innocentium III. ut aliqui explicant *c. penult h. t.* quod est ejusdem Innoc. qui præsedit Concilio Lateranensi, sive, ut alii & conformius textui volunt, per ipsos Abbates Cistertienses, ad commonitionem Inn. Tertii. In cæteris Religiosis ista exemptio non obtinet, nisi quoad novalia, per se aut suis sumptibus exculta, & quoad animalia, & hortos suos, *d. c. 10. in fine.* Et hoc in propriis eorum prædiis, non etiam per eos conductis, *d. c. 8. h. t.* ne privilegium, quod est odiosum, quia est contra jus commune, extendatur. Hinc & emptores & conductores talium prædiorum non excusantur à decimarum præstatione, *c. licet 11. h. t.* cùm privilegium, quod est personale, personam non ingrediatur, [illegible] *omnibus D. de R. I.* An privilegium de non [illegible] vendis decimis extendatur ad novalia post [illegible] li cœpta, dicetur alio loco.

Quæritur autem hic primò, An dictum privilegium etiam concernat bona adquirenda? R. Aliquibus videri non nisi ad adquisita pertinere. I. Quod privilegium sit strictè accipiendum, ut quàm minimùm noceat. II. Quod in decimis non fiat extensio ad futura, *c. Tua 25. in fine h. t.* III. Quod res transeat cum [illegible] onere Oldrad. *cons. 268.* Verius tamen contrarium, per text. in *c. quia circa inf. de privil.* [illegible] dicitur, sub indefinita remissione decimarum non tantùm venire possessiones præsentis temporis, sed & futuri, ex ratione, quod [illegible] remittens nihil exceperit, ut poterat, videatur universaliter remisisse; & quod in benefi[illegible] Principalibus plenissima interpretatio [illegible] hibenda, nec una & eadem substantia [illegible] so jure censenda, maximè quando est [illegible] ratio, uti hic. Covarr. 1. *Var. c. 13. in fine*, [illegible] rez *d. lib. 1. c. 19. n. 7.* Non obstat *d. c. 21.* [illegible] gat de præscriptione, ut patet ex verbis, [illegible] *sione decimationis antiquæ.* Est autem præscriptio strictè accipienda, qua de re infrà. [illegible] etiam facit *c. pen h. t.* nam ibi agitur singulariter, quando ex eo gravamen oriretur Ecclesiis quibus substrahuntur terræ, ex quibus [illegible] percipiebant decimas. Aut accipi potest [illegible] *pen.* in casu, quo agitur de præjudicio [illegible] secus, si de præjudicio concedentis, quo [illegible] privilegium latiùs interpretamur & quoad futura, *d. c. 22. h. t.* & Abbas *ibi.* Barbosa *ad l. [illegible] tio al. Fructus 7. §. quod in anno 6. nu. 15. D. Soluto matrim.*

Q. II. An vi dicti privilegii eximantur [illegible] decimis conductorum prædiorum, quæ propriis manibus excolunt? R. Negando; cum privilegium tantum loquatur de propriis terris [illegible] se cultis; conductæ autem non sint propriæ, atque ita cum loquatur limitativè, non est [illegible] cienda extensio, quia fierer contra mentem concedentis, qui duo requisivit, scil. proprios agros, & culturam, hic autem unum tantum esset: ut deficiant privilegii verba, & rectè [illegible] scripserit, Alexan. III. *in c. 8. h. t.* non venire terras conductas sub hoc privilegio.

Q. III. Quid juris in prædiis acceptis [illegible] emphyteu-

emphyteusin? R. Rem esse dubiam, & negativam videri probari ex eo, quod talia videantur absolute propria, propter utile dominium. Quod facit, quod Pont. *d.c. 8.* tantum excipiat agros conductos, inter quos non rectè computantur dati in emphyteusin. Pro affirmativa tamen, quæ tutior est, facit, quòd prædia talia propriè & rigore non sint ejus, cui in emphyteusin data, *l. 1. D. Si ager vectigalis id est emphyt. pet.* ubi tales agri dicuntur locati conducti, & esse quamdam actionem in rem iis, quibus concessi non tamen esse dominos. Ut contineantur sub cõductis, atque ita pendant decimas, secundum *d.c. 8.* Estque posterior hæc opinio non tantum tutior, sed & juri conformior. Suarez *d.c. 19. n. 11.*

29 Q. IV. An conductores talium prædiorum sequatur immunitas à solutione decimarum? R. Eam tantum esse concessam Religiosis colentibus suis manibus aut expensis, atque ita sub conditione. Quæ cessat in casu, quo aliis excolenda dantur: ut etiam cessat immunitas nisi privilegium hoc non tantùm concernat personas, sed & res, quale *Gl. in Clem. 1. V. excolendas & eam secutus* Ab. in *c. Ex parte* 10. *h. t.* vocat reale; quale est, quod taliter conceditur, ut quomodocumque agri colantur, decimas non debeant Religiosi, sed sibi retineant; tunc enim nec coloni ab iis agros conductos habentes eas debebunt, quia res ipsæ exemptæ sunt. Hæc ita in Religiosis.

30 Q. V. An etiam Pont. eximere possit laicos ab hac obligatione? R. Hoc dicendum; cum & possit laico concedere decimas Ecclesiæ, *ut inf. eod. dicetur c* ut ex proportionata caussa possit laicos eximere, cum ea res non sit contra jus divinum & naturale; & desit ratio, quare non extendatur ea potestas Pontificis. Nec obstat, quod laicus sit incapax juris spiritualis, *c. 7 sup. De præscript.* quia non est incapax fructuum decimarum.

31 Ubi quæsitum, An in ista exemptione requiratur caussa? R. Probabile esse, debere caussam subesse, ne non tam in ædificationem, quam in dissipationem videatur dispensare res Ecclesiæ Pontifex. Adeo ut quidam velint, exemptionẽ decimarum laico sine caussa factam esse nullam: tum quòd ea potestas non sit data Pontifici à Deo; tum quod videatur contra justitiam commutativam, operarium privari suâ mercede. Posset tamen probabile videri, validam esse, etiam sine caussa: propter plenitudinem potestatis Rom. Pontificis, dummodo id fiat sine præjudicio juris naturalis sustentandi congruenter ministros Ecclesiæ, propterea quod exemptio hæc versetur circa dispensationem juris Ecclesiastici, non etiam divini: cum nullum tale præceptum obligans ad solvendas decimas à Christo specialiter traditum inveniatur; ut nec naturalis, cum per exemptionem unius non gravetur alter, & congrua sua sustentatio relinquatur ministris Ecclesiæ, ut præsupponimus. Nam alias exemptio non excusaret remittentem in conscientia uti nec ipsum, cui remissio facta, sed & inutilis esset, & nihilominus teneretur ad decimas solvẽdas; quia esset ea res contra justitiam naturalem, quæ dictat dignum esse operarium mercede suâ: nisi aliunde ei provideatur per populum, qui non tenetur, cum semel satisfecerit, vel à remittente, vel ab eo, cui remissio facta. Facit pro superiori sententia, quod etiam à laicis præscriptione adquiri possit hæc immunitas, ut mox dicemus. Videatur Abbas in *c. Anobis h. t.* & Covarr. 1, *Var. c.* 17. *nu.* 9.

Inferiores Prælati non habent hanc remittendi potestatem, cum nihil possint contra legem superioris. Est tamen illis licentia decimas, aut earum partem, aut beneficia ex iis instituta ad opera vel loca pia commodius applicare, uniendo, dividendo, prout res postulabit Trid. *Sess. 24. 13. De reform.* Suarez *d. lib. 1. c. 15. in fine.* 32

Quæritur autem, An consuetudo quid possit circa decimarum solutionem? R. Posse consuetudine mutari modum eas solvendi, & quotam, ut scilicet aut nova solvatur, aut duodecima aut vicesima, aliave pars; imo & remitti earum solutionem, modo sufficienter provideatur ministrorum sustentationi & fabricæ. Et hoc non secundùm eos, qui quotam volunt esse juris divini aut naturalis, quia cùm tale jus mutari nequeat, necessario tenendum cum iis, consuetudinem nihil posse; sed secundum eos, qui dicunt esse juris humani Ecclesiastici, quod mutari potest per consuetudinem: quorum opinio, juxta superius dicta *num.* 2. est vera, cùm parum intersit, 33

debitum sustentandi jure naturæ præceptum, hoc vel illo modo implearur, modò ei sufficienter provideatur. Vid. Bellarm. *tomo* 1, *De Clericis l.* 1. *c.* 25. *Dub.* 1. Suarez *d. lib.* 1. *c.* 12. Quo modo etiam introduci posset, ut nulla pars fructuum aut lucri solvatur. Sic immunitas à personalibus decimis solvendis inducta est, eo facilius, quòd cùm expensæ essent deducendæ, sæpe parum supereffet lucri, aut ignoraretur, Covarr. *d. c.* 17. *nu.* 8. Mixtæ quoque aliquibus in locis in usu esse desiêre, uti & in aliquibus prædiales. Navarr. in *Manuali c.* 21. *num.* 30. *& seqq.* Ut citra peccatum hodie non solvantur, cum usus diuturnus habeat vim abrogandæ legis etiam Ecclesiasticæ, ab ejusque obligatione liberandi, ut dictum sup. *De consuet.* atque ita & remittendi decimas per legem Ecclesiasticam præscriptas. Oportet tamen legitime sit præscripta, scilicet vel tempore immemoriali, vel saltem XL annotum, *Gl. in c. fin. sup. De consuet.* maximè hac in materia, propter grave damnum Ecclesiarum.

34 Alia quæstio est, An & præscriptione adquiratur hæc immunitas? R. Ita videri, si vel sit immemorialis, quæ est loco constituti, *l.* 3. *§. duBus* D. *De aqua quotid.* vel si XL. annorum tantùm adsit titulus, in quo fundetur talis præscriptio. Nam in præscribendo contra Ecclesiam in his, quæ simul sunt contra jus commune, ejusmodi modus postulatur, *c.* 1. *De præscript. in* 6. Est autem præscriptio, de qua sermo, contra Ecclesiam & jus comune. Ubi non rectè quis objiciet, præscriptione quadraginta annotum adquiri immunitatem citra ullum titulum: nam Resp. consuetudinem imunitatis esse quid juris, & habere vim inducendi legem, & abrogandi, quatenus legitimè est inducta; præscriptionem verò esse privatæ personæ, & quid facti. Non potest autem privata persona inducere legem, aut tollere; ideoque necesse, ad inducendam immunitatem contra legem per præscriptionem, illa habeat conditiones requisitas ad sui justitiam hac in materia, Covarr. *d. c.* 17. *nu.* 10.

35 Cæterum non obstante consuetudine, privilegio, aut præscriptione, est in Ecclesia auctoritas & potestas de novo imperandi decimas; etiam ubi numquam fuerunt solutæ, si ita videatur Pontifici expedire, propter necessitatem Ecclesiarum, quarum minister fabricæ non est sufficienter provisum, aut alias est nocivum. Exemplum est in *c. Suggestum* 9. *h. t.* ubi Abbas *nu.* 4. vult hoc in quo evidenter constat de enormi læsione, & conscientia & justitia amitti privilegium, propter deficientem conditionem inclusam, ejus defectus facit resolvi privilegium: quæ & tenet *Gl. in can. Rescripta* XXV. *qu.* 1. Quo tamen casu Ecclesia non uteretur propria auctoritate, quia nemo sibi jus dicit, sed potiorem legitimum coget privilegiatos ad decimarum solutionem. Quod si non sit evidens enormitas, recurrendum ad Pont. Privilegij auctorem, cujus est interpretari suum rescriptum. Abbas *d. loco.* Suarez *d. lib.* 1. *c.* 20. *nu.* 1. *& 2.*

Amittitur etiam privilegium per contrarium usum solvendi decimas. Ubi olim inducebant anni triginta, secundùm *c. Si de terra in De privil.* Postea verò inductum, ut non nisi annis XL. præjudicaretur privilegiis, *c. Audientibus* 15. *h. t.* ubi communiter Ecclesia non præjudicatur nisi spatio quadraginta annorum *per text. expressum in c. Illud sup. De præscript.*

Renuntiatio in privatis quidem personis facit amitti privilegium, quia illis sibi præjudicare permissum; non tamen Ecclesiæ, aut religioni, in cujus favorem est concessum; quia non est Prælatorum alienare res Ecclesiæ. Ista tamen conventio & utilis videtur sustinenda, si non sit juri communi contraria. *arg. c. Inclusi* 8. *h. t.* Per alienationem prædiorum emptorum à decimis exemptio quoad ea ita cessare videtur, quia cum in favorem religionis, aut Ecclesiæ sit concessa, cessante causa per alienationem, cessabit & privilegium, Suarez *d. c.* 20. *nu.* 6.

CAPUT III.

Quibus sint solvendæ decimæ.

EXplorari juris est, Ecclesiæ deberi decimas, ad sustentandas personas divinæ cultui destinatas. Et quidem de jure communi quilibet tenetur Ecclesiæ parochiali, in qu

Missas audit, Sacramenta percipit, persolvere: debentur enim ratione ministerii spiritualis, in sustentationem. *c. Ad Apostolica 20. h. t.* Prædiales illi cedunt, sub qua sunt sita prædia, idque jure communi, *d. c. 20. & c. Cum contingat 29. & 30 h. t.* ex Ecclesiæ institutione, quæ cuique parochiæ decimas prædiorum ibi sitorum attribuit.

38 Quantū ad mixtas attinet, posset videri, eas deberi partim parochiæ domicilii, partim parochiæ, ubi sunt pascua: ex eo, quòd partim sint reales, partim personales, & sic partim sequantur personam, partim rem. Navarr. *Cons. 1. nu. 9. h. t.* Glos. tamen in *d. c. 20. V personales* vult tamquam prædiales judicari, ideoque Ecclesiæ deberi, ubi pascuntur animalia; & si in pluribus locis pascantur, pro rata temporis deberi singulis decimas. Quæ opinio est communior & probabilior, eo quòd fructus omnis, qui producitur ex animalibus, præcipuè ex prædiis sive pascuis causetur. Azor. *p. 1. lib. 7. c. 24. qu. 15.* Suarez, *d. lib. 1. c. 21. nu. 7.*

39 Ex his patet, ad solos habentes animarum curam pertinere decimas jure communi: quales sunt Episcopi, & post eos Parochi locorum, qui proprie spiritualia ministrant. Participant & de decimis Clerici jure sui beneficii, *c. Ex parte 21. h. t.* nam cum sint Ecclesiæ ministri & concurrant saltem ad spiritualium administrationem, debetur & iis sustentatio. Simplices Clerici non habent jus ad decimas, quòd nec ministrent populo, nec ex vi solius characteris clericalis debeantur. Uti nec debentur Religiosis, ex vi sui status, qui non constituit eos Ecclesiæ ministros, nec obligat servire populo in spiritualibus, nisi iis incumbat animarum cura.

40 Quid si beneficiati sint divites? R. Nihilominus, si ministrent, decimas iis deberi, cùm nemo militet suis stipendiis, & debeatur ex vi ministerii, quod præstant. Quo facit, quòd creditori, licet diviti, debitum nihilominus sit persolvendum; ut & operario diviti debetur sua merces. Neque enim quis jure suo privandus propter divitias, quæ sunt per accidens, neque tollunt fundamentum obligationis, cum non quia pauper est, detur Sacerdoti, sed quia ex officio ministrat. Covarr. 1. *Var. c. 17. nu. 4.* Suarez. *d. lib. 1. c. 11. nu. 9.*

Quid si sint mali? R. Nihilominus esse illis 41
persolvendas, quod non debeantur propter vitæ bonitatem, sed propter servitium: quod si præstent, malitia eorum non liberabit alios à debito decimarum. Rebuff. *h. t. q. 7. nu. 14. & 15.*

Dixi superius jure communi; nam fieri po- 42
test, ut quæ ordinario jure uni Ecclesiæ sunt debitæ, solvantur alteri, ex privilegio per Sedem Apostolicam concesso locis aliis aut personis Ecclesiasticis; nam illi incumbit dispensatio rerum Ecclesiarum. Idem etiam potest consuetudo, *c. Cum sint 18. & 20. h. t.* quæ, uti dictum *sup. De consuet.* derogat juri communi. Covarr. *d. c. 17. nu. 18. vers. tertiò.* Facit & præscriptio unius parochiæ decimas alteri Ecclesiæ, vel Monasterio solēvdas esse. Quod omninò procedit, quando ipsa parochia præscriptione adquiritur, quam tamquam principale decimæ ut accessorium sequuntur.

Quæstionis est, An per se & directè sine 45
parochia Ecclesiastica persona possit præscribere decimas? R. Posse videri, negativam esse veriorem ex eo, quòd decimæ cum sint stipendium ministerii spiritualis, quod in loco exhibetur, non possint exigi ab eo, qui non servit, nec laborat. Affirmativa tamen recepta, & probatur per *t. Ad aures 6. sup. De præscript.* ubi hoc exprimit Pont. uti & *c. 1. eod. tit. in 6.* requirens ad hoc tempus immemoriale, vel quadraginta annorum, cum titulo, cum ad præscriptionem xl. annorum non desideretur titulus. Ratio est, quod juris communis præsumptio sit contra præscribentem, quo, uti dictum, decimæ debentur loco, sub quo sita prædia. Cui non obstat, quod hoc jus sit incorporale; cum & incorporalia quasi possideantur, & quasi possessione adquirantur, *l. 1. & 2. C. De serv.* Non obstat etiam, quod annuis præstationibus non præscribatur, *l. 6. §. in iis autem C. De præscript. 30. ann.* nam decimæ non sunt instar annuarum præstationum magis, quàm jus dominii, quo colliguntur fructus ex re sua, cum sint una obligatio & simplex, quæ dat jus colligendi fructus annuè ex re aliena. Non rectè denique objicitur, quod desit bona fides; cum jure communi, cujus nemo ignarus præsumitur, spectent ad Ecclesiam, sub qua sita sunt prædia:

nam

nam bonam fidem in possessore potest ponere tempus immemoriale, aut XL. annorum cum titulo Covarr. *d. c.* 17. *nu.* 7. Quam sententiã quidam accipiunt, non quatenus per se & directè adquiri possit jus decimarum præscriptione sine parochia, sed quod per eam sufficienter probetur, aut præsumatur privilegium, ratione cujus tales decimæ jure postulentur.

44 Debentur itaque decimæ Ecclesiis, personisque Ecclesiasticis divino cultui destinatis, Laicis minimè debentur per se, ut sunt fructus Ecclesiastici, nec iis solvendæ, nec ab iis possidendæ, *can. Decimas* XVI. *q.* 7. Et si contigerit in eos transferri decimas, restituendæ ab iisdem sunt Ecclesiæ, sub vinculo excommunicationis, *c. Ad hæc* 15. *h. t.* quod sanctuarium Dei jure hæreditario possideri non debeat, neque possideatur sine animarum periculo *c. Prohibemus* 19. *h. t.* Dictat enim ratio naturalis, neminem esse stipendii capacem, qui non sit & capax ministerii & laboris, cui respondet stipendium. Sunt autem laici incapaces ministerii spiritualis, cui decimæ sunt destinatæ: ut Gl. in *c. Quamvis* 17. *V. concesserit h. t.* eas rectè vocet cibum in domo Domini.

45 Non implicat tamen laicos capere decimarum fructus, non titulo proprio, sed vel nomine Clericorum, ad quos pertinent, non tantum perceptione ministeriali, qualis est in famulo, œconomo, qui domino suo eos percipiunt, sed ut fructus in suum dominium transferant, idque ex justo contractu, ut emptione conductione; vel caussa temporalis stipendii, pro obsequio Ecclesiæ exhibito. Nam decimæ hoc modo spectatæ sunt res temporales, ideoque juste possunt venire in potestatem laicorum. Quò facit, *c.* 2. *inf. D. locat.* ubi decimarum fructus dicuntur dari ad firmam, citra vitium quo casu jus decimarum non tam per laicum, quam per Clericum, aut Ecclesiam exercetur. Vid. Azor. *p.* 1. *lib.* 7. *c.* 25. *qu.* 11. *vers. De hac controversia.*

46 Fuere tamen olim concessæ decimæ Principibus laicis in feudum, propter obsequia præstita in Ecclesiæ defensionem, aut alia in eam collata beneficia, aut etiam per modum subsidii, propter imminentes necessitates, ad resistendum infidelibus, hæreticis, aliisque invasoribus Ecclesiarum. Ubi opus legitima auctoritate: quam esse penes Pontificem Ro non est dubium, propter supremam ejus ctoritatem in dispensandis rebus Eccles quam Ecclesiastica administratio desid patet ex usu Ecclesiæ: sæpe enim Pon hac gratia sunt usi in Reges Hispaniarum Galliarum. Covarr. *Pract. Quæst. c.* 35. *De decimis qu.* 10. Azor, *d. c.* 25. *qu.* 3. *lib.* 1, *c.* 15. *nu.* 3. Ubi advertendum per concessionem non tam fuisse quæsitum cipibus, aliisque laicis jus ipsum spir quam facultatem percipiendi à jure spir abstractum.

Quæstio autem est, An idem licuerit copis, aliisque Prælatis inferioribus? R. iis licuisse decimarum fructus in feudu re laicis, ex justa tamen caussa uti decim nis, etiam in perpetuum, ut colligitur *6. lib.* 1. *Feud.* ubi decimæ in feudum laicum cessæ ante prohibitionem ab Urbano II. sancta Synodo factam firmæ iis permans non etiam post eam. Quam prohibitio attribuunt communiter Concilio Later si, ut videre est ex *c. Prohibemus* 19. *h. t.* & Covarr. 1. *Var. c.* 17. *nu.* 5. magno conatu ctum Conc. licentiam istam fuisse inhib Posset tamen videri antiquior, eo qu Conc. illo videatur ista prohibitio pr præsupponi, quàm de novo fieri, ut pate textu in *d. c.* 19. qui agit de iis, qui illicit da tenent: illicitè autem prohibitionem tenebant. Facit, quòd in *d. tit.* 6. ab Urbano dicatur ea prohibitio facta in sancta Syno cum Lateranense Conc. postea sit habe sub Alexandro III. Fit tamen & mentio ranensis Concilii, eique attribui videatur prohibitio. Ut ut sit, post prohibitionem Ecclesia factam neutiquam fuisse ratas cessiones decimarum de novo factas certum est: fuitque prohibitio ejusmodi nino necessaria, propter abusus & prodig tatem Prælatorum in concedendis decim perpetuo in feudum laicis. Ut Episcopus que Præ'atis Rom. Pontifice inferioribus nimè liceat concedere in feuda, & concess sit ipso jure irrita, cum dicta prohibitio ris communis, cui sunt subjecti tales Præ nec possunt immutare statuta per Rom. Pon nisi in casibus concessis de quibus Trid. Sess.

cap.5.6.7.&8.De reform. Sess.21.c.3.4.5.7.Sess.22. c.9. & aliis locis. Rom. Pontifici id licere, nemo dubitaverit, quod sit supra jus à se aut suis prædecessoribus positum. Azor. *d.c.25.q.22.* Suarez *d.c.15.n.11.*

48 Sed quæritur, An id liceat sine caussa? R. Credendum esse, Pontifices, quando has decimas laicis attribuerunt, habuisse rationabiles & pias causssas, veluti gratitudinem pro laboribus in defendenda Ecclesia, veram indigentiam personæ alicujus, quæ mereatur subventionem, aut aliam similem. Quâ cessante, non videtur tutus Pont. in conscientia temerè decimas laicis applicans, nec etiam ipse, cui applicantur, ex humano affectu & prodigaliter, cum sit injusta applicatio. Neque enim Pont. est dominus decimarum, sed dispensator, dissipat autem potiùs, quàm dispensat, ita applicando. Imò & nulla possit dici applicatio, saltem quoad partem necessariam ad congruam sustentationem ministri, quod talis applicatio sit contra justitiam naturalem, etiam in casu, quo alteri loco pio aut Ecclesiasticæ personæ facta, quia ea non minuit injustitiam. Posito tamen quod sit facta, tenebitur ipse applicans, & is, cui talis applicatio facta, providere ministro de sufficienti sustentatione: quæ obligatio non posset gravare populum, qui semel satisfecit, decimas dando, aut iteratò cogi nequeat, uti bene tradit Covarr. in simili casu, *d.c.17.n.3. in fine.* Vid. Suarez *d.c.15.n.8.9.10.*

49 Posito autem, concessionem decimarũ laicis factam valere, quæritur, An possint laici quas obtinent in alios laicos transferre? R. Non esse locum dubitãdi in decimis post dictam prohibitionem adquisitis ab Ecclesia: hæ siquidem ut nullo jure detinentur à laicis, ita etiam nullo jure in alios transferuntur, cum nemo plus juris transferat, quàm habet. Nihil ad hoc faciente auctoritate Episcopi, cui ut non cõcessum alienare decimas, ita nec alienationi consentire, eamque confirmare. Et de talibus decimis videtur loqui textus in *c. Ad hæc 15 & 19.h.t. & c. in fine sup. De his quæ fiunt à Præl. sine Cons. Cap.* ubi consensus Episcopi in his tantummodo decimis dicitur valere, quæ perpetuò laicis concessæ licitè per eos obtinentur; ut in malè obtentis nihil faciat translatio.

Quæstio verò est, An licitè obtentæ in alios laicos rectè transferantur? R. Feudum perpetuum in successores transire, etiam laicos, ex feudi ejus qualitate, cum nequeat dici jus perpetuum, nisi transiret in successores. In exteros quoque videtur feudum tale transferri posse, saltem ex consensu Episcopi, cum translatio feudi adhuc in suo esse permanentis non facit feudũ de novo concedi. Nec subest ulla Ecclesiæ injuria, ad quam necdum spectat utile ejus dominium; ut per translationem non magis ab ea alienetur, quàm ante fuit alienatum. Facit, quod possit Episcopus tale feudum, vacans per deficientem lineam, alteri etiam laico concedere non obstante juramento, *c.2 sup. De feudis, ubi ea de re actum.* Ut etiam videatur posse Legato permittere in alium laicum transferri, ut tenet Gl. in *d.c.19.V. laicos.* Vasq. *Illustr. Contr. c.89.n.2.* & tradit Felin. in *c. Quæ in Ecclesiarum n.69. sup. de constitut.* consuetudine eam sententiam esse receptam, licet contraria sit communis, quam & putat veriorem Azor. *d.c.25.q.13.* Ideo autem consensus requiritur Episcopi, ut ille advertat, ne translatio ista contineat quid detrimenti Ecclesiæ fortè propter qualitatem feudi talis, pactis concedentium datam. Frustrà objicitur *d. c. 19.* quia loquitur de feudis malè per laicum detentis.

Alia quæstio est, An laicus, inconsulto Epi- 50
scopo, possit feudum decimarum transferre in Ecclesiam? R. Si velit tranferre in eam Ecclesiam unde feudum dependet, non esse opus consensu Episcopi, quod nihil ei Ecclesiæ subtrahatur, sed potius adquiratur, nec tam ullum vertatur præjudicium quàm commodum, argumento eorum, quæ traduntur *Instit. De auct. tutor in princ.* ubi in adquirendo pupilli non indigent auctoritate tutoris: si verò agatur de transferendo in aliam Ecclesiam, aut locum pium, Episcopi consensu opus esse, *c. Cùm Apostolica 7. sup. De his quæ fiunt à Præl. & c.2. §. Sanè h.t. in 6.* Suarez *d. lib.1.c.26. nu.10.* quod ita induxisse videtur Ecclesia non tantum, quia laicis sit inhibitum disponere super spiritualibus, aut ad ea spectantibus, suâ auctoritate, sed ut, quatenus potest, singulis Ecclesiis provideatur. Et hoc non tantum, si justè eas possideant ante Conc. Lateranense, & in locum religiosum transferre decimas velint, *d.c.1. §. Sanè, c.3. inf. De*

privil. sed etiamsi injustè, ut apertè colligitur ex *d.c.7. sup. De his quæ fiunt à Prælat.* quod agit de eo, qui malè detinet decimas, & monendus est, ut Ecclesiæ, ad quam pertinent, restituat: qui si induci nequeat, ex diœcesani consensu alteri Ecclesiæ, aut pio loco adsignans, dicitur constare donatio. Et hoc ita statutum ad majora mala vitanda, damna Ecclesiæ, prout fieri potest, reparanda, quia minus inconveniens, mutari decimas ab una Ecclesia in aliam, quàm à laico detineri. Nec per hoc potest videri fovere injustitia, cum per conniventiam Ecclesiæ materia injustitiæ subtrahatur, etiamsi restitutio fiat aliter, quàm de rigore fieri deberet, creditore dissimulante. Post Conc. Laterancnse sine justo titulo adquisitæ decimæ restituendæ sunt suæ Ecclesiæ, uti colligitur ex *d. §. Sanè.*

51 Illud etiam quæsitum, An laici possint præscribere decimas? R. Non agi de jure decimarum, ut est spirituale, cujus omninò incapax laicus, nec ullo tempore potest fieri capax, sed ut sunt fructus temporales, & percipi possunt sine spirituali titulo. Et dicendum, facultatem quidem illam ad fruendum decimis laico per privilegium concedi posse, non etiam vi præscriptionis adquiri; tum quia ejus vis est ex lege, instituente talem modum translationis dominii, quæ hac in materia nulla datur; tum quia præscriptio requirit bonam fidem & possessionem; decimæ autem à laicis possideri propriâ & civili possessione nequeunt, cum ea requirat, ut proprio nomine, jure, ac titulo res ipsa, vel jus ad rem habeatur, cujus rei laicus hac in materia est incapax. Quo modo rectè Pont. *in c. Caussam 7. sup. de præscript.* negat ullâ ratione laicos decimas præscribere, quod eas detinere non possint. Nec facit *c. 1. De præscript. in 6.* quod dicit, spatio quadraginta annorum, cum titulo & bona fide, transferri jus decimarum; quia loquitur de Clerico capaci decimarum, eas præscribente in aliena parochia. Consuetudo tamen immemorialis percipiendi decimas à laicis usurpata sufficere videtur in vim sufficientis probationis privilegii, cujus virtute illa inchoata & continuata creditur, licet non nisi per famam probari possit. Vid. Felin. in *d.c. Caussam nu. 3.* Covarr. *d.c. 17. n. 5. in fine & n. 6.* Suarez *d. lib. 1. c. 27.* Azor *p. 1. lib. 7. c. 26. q. 1. & seq.* In quam rem adduci potest, quod habetur civile, in *l. 3. §. fin. D De aqua Pluvia arc.* [illegible] eos, qui juri dicendo præsunt, tueri aqua[illegible] ctus, quibus auctoritatem vetustas dedit, [illegible] jus non probetur. Nam cum quilibet præsumatur bonus, qui non probatur malus, [illegible] antiqua possessione præsumendum, ut [illegible] sori jus pereat.

Alia hic est dubitatio, An laicus [illegible] contra laicum eas possidentem præscribat? Posse quidem videri, nec eo in casu [illegible] re præscriptionem, propter cessantem [illegible] sionem in laico, secundum jam dicta, [illegible] qua nulla præscriptio currit: tenet tamen Felin. in *d.c. Caussam n. 4.* posse præscribi adquiri decimas per laicum contra laicum, quasi justa earum translatio ante Conc. Lat[illegible] tanense fecerit eas mutasse naturam; & [illegible] tur Chassan. *ad Consuet. Burg. Rub. 1. §. 6.* [illegible] Nec facit, quod in alienatione sive [illegible] tione requiratur; Episcopi consensus, [illegible] dum dicta *sup. h. t. n. 50.* nam hoc procedit [illegible] alienatione expressa, non etiam in tacita, [illegible] non tam vitiosa. *l. Expressa 195 D. De R. I.* [illegible] cit, quod non magna subsit Ecclesiæ [illegible] cujus res non alienatur; nec multum [illegible] terest, res apud unum sit laicum, an apud [illegible] rum. Quod facilius procedet in casu, [illegible] cimæ non datæ in Feudum, sed simpliciter donatæ, quia nullum agitur Ecclesiæ [illegible] dicium, quippe ad quam res non sit [illegible] nisi ex liberalitate possessoris, quæ non [illegible] ptior in uno, quàm in alio. Quod si [illegible] concessæ decimæ in feudum prose & [illegible] dentibus non videtur præscriptio [illegible] propter præjudicium, quod Ecclesiæ [illegible] generaretur, ad quam finitâ lineâ [illegible] ped rentur. Procedent dicta de præscr[illegible] ne contra laicum facilius in Clerico, [illegible] clesia usucapiente, præcipuè ea, à qua [illegible] bentur, cum res facilè revertantur ad [illegible] turam.

Hæc ita de decimis, quæ hactenus [illegible] tæ illo loco, cui ex prima institutione [illegible] tur, sive etiam alteri postea adquisitæ. [illegible] & decimæ novales, quæ debentur [illegible] bus agri, jam primum ad culturam [illegible] Est enim novale ager de novo ad culturam [illegible] ductus, de quo non extat memoria, [illegible]

umquam cultus fuerit, *c. Quod per novale 21. inf. de verb. signif.* Quod si ante cultus fuerit, licet non protulerit fructus decimabiles, ad novale non spectat, quia fructus tales non patiuntur fundum jure novalium censeri. Ut, si postea ferat fructus decimabiles, decimæ sint illi præstandæ, cui vel de jure communi vel speciali debentur; cum fructuum mutatio non mutet jus alterius. Abbas in *c. Dum in tua 30. n. 5. & 6. h. t.* D Wamesl. *Cons. 44. num. 14. h. t.* Debentur autem decimæ novales illi loco, in quo ager situs, ab iisdem, qui prædia possident.

54 Ubi quæritur, An privilegium de non solvendis decimis extendatur ad novalia post coli cœpta? R. Plerosque auctores ponere differentiam inter privilegium absolutè eximens à solutione decimarum prædialium, & habens limitationem de propriis laboribus suorũ agrorum, secundum *c. Exparte 10. h. t.* in hoc eos admittere extensionem ad novalia, in illo negare. Rationem verò differentiæ dant, quod illo casu sit odiosum, propter sui amplitudinem, atque ita restringendum, non etiam in hoc casu, quod restrictum minus noceat. Rebuff. *alios referens De decimis qu. 14 n. 29. & 30.* Verius tamen videri, etiam privilegium absolutè eximens à decimarum solutione, ad novalia esse extendendum; cum non sit ratio, quare potius limitatum extendatur, quàm absolutum. Neque enim restrictio admittenda contra propriã verborum significationem: quod hic contingeret, cum datum absolutè circa propria prædia excluderet ea, quæ sunt propria, & illa negatio non solvendi sit absoluta, omnia comprehendens. Ut nihil movere aliquem debeat ratio differentiæ allata, quod sit odiosum privilegium; nam utroque in casu est odiosum, & admissa restrictione in uno, etiam in altero admittenda foret. Ut extensio in uno admissa, in altero quoque admitti debeat, etiamsi unum majus adferat detrimentum quàm aliud. Nam majus vel minus detrimentum adferre, est tantum per accidens, nec venit in considerationem, ad restringendam propriam verborum significationem sine ullo textu. Facit pro ista parte ratio tradita in *c. Exparte 27. h. t.* ubi qui majus conceditur, etiam minus concessum videtur: est autem exemptio absoluta à decimis majus quid respectu exemptionis novalium. Nihil obstat textus in *c. Tua 25. in fine hoc tit.* nam agit de concessione exemptionis facta laicis, quæ odiosa magis, atque ita restringenda. Covar. 1. *Var. c. 17. num. 13.* Gutierrez *Quæst. Canon. 2 c. 21. n. 13.* Suarez *d. lib. 1 c. 19. num. 4.*

Quid si consuetudo unius loci decimas alteri attribuerit, an & novales decimæ veniant? R. Non extendi istam consuetudinem ad novalium decimas, sed eas pertinere ad propriam parochiam, eique præstandas esse, ex communi sententia, quæ probatur *c. Cum contingat 29. h. t.* nisi ostendatur causa, quare & ad eas extendenda sit. De jure enim communi parochiis suis debentur decimæ etiam novalium, *c. Quoniam 13. h. t.* quibus sine rationabili causa non sunt auferendæ. Facit eodem textus in *d. c. Tua 25. h. t.* ubi ratione decimationis antiquæ [licet in feudum decimæ sint concessæ] dicitur non usurpandas novalium decimas; cum subjuncta ratione, quod in talibus nõ tam sit extendenda licentia, quàm restringenda, cum agatur de præjudicio alterius, & aliud non possit videri consuetudine præscriptum, quàm quod possessum: non possessæ autem novalium decimæ, cum ipsa novalia non exstiterint, *l. 1. §. si quis hoc D. De itin. & actu priv.* Et hoc sive consuetudo decimas attribuerit laicis sive Clericis, ut patet ex *d. c. 29.* Rebuff. *d. q. 14. n. 29.* Suarez *d. lib. 1. c. 22. n. 9.* 55

Quid si ex privilegio Rom. Pontificis alteri competant decimæ? R. Esse, qui distinguant inter laicum & Clericum, quod scilicet huic privilegium decimarum alterius loci concessum faciat etiam competere novalia, non illi; ex ratione, quod concessio ista laicis facta sit odiosa, non etiam ita facta Clericis, cùm his spiritualia possidere conveniat; non etiam illis. *d. c. Tua 28. h. t.* Et pro ista distinctione videtur facere *c. Exparte 27. h. tit.* ubi Clerico concessa immunitas à decimarum solutione ex suis agris comprehendit etiam novalium decimas, subjuncta ratione, quod ubi majus conceditur, & minus concessum esse videatur. Quæ sententia licet sit communis, ut testatur Covarr. 1. *Var. c. 17. n. 13.* contraria tamen verior, idem scilicet ponendum esse in Clericis ac laicis, & neutri competere 56

novalia ; cùm in utrisque hoc privilegium sit odiosum , licet in his magis , quàm in illis : quod non facit , quò minus simpliciter sit odiosum & Ecclesiæ propriæ præjudicet ; quo modo restringendum, *c. Olim inf. De V. S. & d. c. 25. in fine h. t.* ut quam minimum lædat jus alterius. Quo facit *Clem. fin. De rescript.* quæ habet privilegia non extendi ad futura. Et hoc, si verba talia sint , ut restringi commodè possint ad jam culta prædia, non etiam extendi ad novalia. Secus dicendum , si salvâ verborum proprietate, restringi nequeant. Fulcitur hæc sententia , *c. 2. eod. in 6.* ubi expressa concessio novalium dicitur strictè interpretanda & restringenda ad medietatem , etiamsi sit absoluta , propter detrimentum parochiarum , quibus non nimis præjudicare voluisse censendus Pontifex. Ex qua decisione, licet sit singularis, colligitur tamen, quàm sit odiosa concessio ista, sive Clericis facta , sive laicis, cum textus ille loquatur indistincte. Amplectitur hanc sententiam Covarr. & Rebuff. *d. locis.*

57 Nihil obstat *d. c. Ex parte 27.* nam secundum Covarr. loquitur de ordinario jure parochiali , quod explicat Pont. in *d. c. Cum contingat 29.* qui sensus patet ex verbis , *de laboribus terræ parochiarum tuarum.* Nec obstat huic expositioni ratio subjuncta, ubi magis conceditur, etiam minus concessum videri ; nam optimè refertur ad istam expositionem , scilicet quod cum jure communi ad eos spectent decimæ tamquam majus , spectent etiam novalia tamquam minus, non tam restituta, quàm pristino jure competentia, nec sublata per concessionem decimarum alteri factam : sub qua non veniunt comprehensa novalia , nisi, ut dictum , tali generalitate verborum sint concessæ, quæ non patiantur restrictionem.

58 Quid si laico sint communes decimæ cum Pastore loci ? R. Istam communionem nihil facere, quo minus decimæ novalium competant soli Pastori. Neque enim ista communio mutat naturam rei, aut adquisitionis, quæ tantum restricta ad ea , quæ pro tempore exstabant : & facit *arg. l. 1. C. Si in com. eademque caus.* ubi non prodest majori , cui est caussa communis cum minori, restitutio minoris.

59 Decimæ itaque competunt de jure communi parochiis, sub quibus sita prædia, præ[illegible] les scilicet: nam personales illi Ecclesiæ, in [illegible] Sacramenta quis percipit, debentur; offer[illegible] etiam non petitæ , & sine mora , prædia[illegible] tem, ubi solo sunt separati fructus, *c. Cum [illegible] nes 7. ubi Gl. V. fructibus h. t.* Azor p. 1. [illegible] 24. q. 17.

Ubi quæsitum , Quando quis in mora [illegible] sit dicendus ? R. esse, qui putent moni[illegible] pus esse, nec ante poni moram. Cujus [illegible] trarium patet ex eo, quod diximus, etiam [illegible] petitas præstandas esse , & quidem [illegible] fructus sunt collecti. Adeo ut antequam [illegible] horrea deducantur separanda sit decima [illegible] offerenda Ecclesiæ. Non obstat can. [illegible] XVI. q. 7. ubi dicitur monitione opus esse [illegible] hoc tantum ad inferendam pœnam, de qua [illegible] Volunt autem ab ipsis laicis esse decimas [illegible] ferendas ad horrea Clericorum ; quod [illegible] consuetudine non obtinet Covarr. *d. c.* [illegible] 8. *vers. Octavò.* Certum est non ideo [illegible] quempiam à præstandis decimis , quod [illegible] sint petitæ, ut aliqui malè censent, cum [illegible] dicatur super substractis & retentis dig[illegible] tisfactio exhibenda. Quò facit, quod [illegible] petitionis debiti non liberet debitorem. [illegible] varr. *d. loco.*

Quæstionis est, An decimæ ab Ecclesia [illegible] sint peti actione reali ? R. Id aliquibus [illegible] ut Abbati in *c. Tua nobis 26. num 11. & [illegible] num. 4. & 5. h. t.* per *d. c. 26.* ubi dicitur [illegible] suas decimas adseverare. Expressus textus [illegible] *d. can. Omnes XVI. qu. 7.* qui habet decimas [illegible] esse Domini : & clarior in *can. Moderamine* [illegible] *qu. 1.* ubi dicuntur decimæ vindicari. [illegible] tamen non tam reali actione , quàm personali peti posse , cum non possint dici domini [illegible] Ecclesiæ , antequam separatæ ab aliis fructibus aliquo modo Ecclesiæ sint traditæ , [illegible] sine traditione non transeunt rerum dominia. Et facit eo textus in *cap. Parochianos* [illegible] *hoc tit.* qui dicit , quasi debitum decimas [illegible] gi posse, non ergo ut res proprias : & [illegible] sim alii textus loquuntur, & nullus datur, [illegible] in Ecclesiam decimas ante traditionem [illegible] ferat, ut cessante facto hominis non sint [illegible] dæ esse in Ecclesiæ dominio , sed à possessione exigendæ actione personali. Nihil facit, [illegible] Ecclesia eas vocet *suas* ; nam hoc tantum [illegible]

propter jus peculiare, quod ad eas habet Ecclesia, ex Reg. juris Qui actionem habet ad rem, videtur rem habere *l. Is. qui* 15. *D. de R. I.* Nihil etiam obstat, *Vindicandi* verbum in *d. c. cum Moderamine* : nam illud non accipiendum ibi de actione in rem de qua non agit textus, qui tantum vult, Monachos propter ministerium posse sibi usurpare decimas, eaque sibi appropriare: & verbum vindicandi non semper actionem civilem denotare, patet *ex c. quia nonnulli* 3. *sup. de Cler. non resid.* Vid. Azor. *d. c.* 23. *q.* 9. & Suarez *d. lib.* 1. *c.* 36.

62 Postremò quæritur, An decimæ non solutæ sequantur possessorem prædii? Resp. Id velle Abbat. *in c.* 7. *n.* 6. *h. t.* ex ratione, quòd sint onus reale, quod rem comitatur, & dicantur tributa egentium animarum, *d. c. Tua nobis* 27. *h. t.* tributa autem exigi possessoribus si non sint exacta à prioribus, *l. Imperatores* 7. *de public. & vectigal.* Contrariam tamen opinionem videri æquiorem, propterea quod onus decimarum non tam respiciat rem ipsam, quàm potiùs ipsos fructus, cum passim imperetur earum solutio ipsis colonis, qui fructus percipiunt, ut in *d. c.* 6. & *c. cum non sit* 33. *h. t.* ubi illi ad quos fructus non decimati pervenerunt, per censuram Ecclesiasticam sunt cogendi ex iis solvere decimas Ecclesiis quibus debentur. Ut æquitati minùs conveniat, à possessore eas petere, qui fructus non percipit, & contra æquitatem alieno odio prægravaretur, *c. Non debet de R. I. in* 6. Non obstat *d. l.* 7. & si quæ similes, quia loquuntur de tributis & vectigalibus, quæ fundos ipsos adficiunt, ut merito cum iis transeant & possessorem gravent. Decimæ autem non sunt propriè tributa, nec eorum habent conditionem, cum, uti jam dictum, non tam fundum sequantur, quàm fructus indecimatos, *d. c.* 33. Vid. Canis. *De decimis c.* 4. & Suarez *d. l.* 1. *c.* 39. *n.* 8. & 9.

63 Quantum ad tempus solutionis personalium, nihil de eo præceptum, ut consuetudini sit standum. Quæ ubi cessat, videntur fructus in fine anni computandi à negotiatione inchoata, juxta communem modum computandi lucra solvenda. Decimæ mixtæ, sicut prædiales, videntur præstandæ hoc ipso, quo percipiuntur, ut lanæ, ubi detonsæ, fœtus, ubi sine matre vivere commodè potest; arborum, quando colliguntur. Fructus ex lacte, ut casei, butyri, cum tractu tēporis colligatur, videtur in fine temporis decimandus. Ubi multum potest consuetudo, & conventio, tacita aut expressa, cum iis, quibus debentur decimæ. Vid. Azor *d. c.* 24 *qu.* 16. & *seq.* Suarez *d. lib.* 1. *c.* 37. *nu.* 3.

De Primitiis.

64 PRimitiæ sunt primò enatorum Deo facta oblatio, ut tali munere omnium largitor honoretur. Jure naturæ non videntur debitæ, cum nullum tale præceptum extet: & licet sit præceptum naturale colendi Deum, hoc tamen aliis modis implere potest. Præceptas fuisse lege Testamenti veteris, patet ex variis Testamenti illius locis, verum etiam ea lex hodie non obligat. Jussit tamen post legem gratiæ Ecclesia eas solvi, *c.* 1. *h. t.* & XVI. *qu.* 1. & *q.* 7. Ut cum earum obligatio sit juris humani, potuerit consuetudine variari, mutari, augeri, imò & auferri, nisi sustentatio Clericorum aliud postulet: quo modo immunitas ab iis præstandis inducta valet. Quantitas earum arbitrio offerentium est relicta, nisi quòd ex magistrorum arbitrio sint offerendæ inter quadragesimam & sexagesimam partem: quod ita definitum dicitur *d. c.* 1. propter Sacerdotes; ne avarè amplius debito à populo exigant. Vid. Azor. *p.* 1. *l.* 7. *c.* 27. *q.* 1. & *seq.* Suarez *d. l.* 1. *c.* 8.

De Oblationibus.

65 OBlationes, de quibus rebus fiant, ex arbitrio cujusvis dependet. Nullo modo sunt præceptæ, nisi postulet necessitas sustentationis Clericorum. Spectant ad eos, qui spiritualia ministrant. Possunt & fieri Religiosis. In Ecclesia factæ debentur Curato Ecclesiæ, nisi aliud habeat consuetudo aut pactum. Everard. *Cons.* 30. *nu.* 6. & 7.

66 Q. An rectè acceptentur à personis crimine maculatis? R. Posse videri non accipi, propterea, quod Deus non placetur donis impiorum, nec ea respiciat: rectiùs tamen distingui, an crimen vel vitium ipsam oblationem præcedat, ipsiusve sit circumstantia prava, an

tantum adficiat personam. Priori casu non rectè accipiuntur, c 3 *inf. De usur.* quòd Ecclesia videretur approbare iniquitatem, *Gl. in can. 2. Dist. 90. ubi alios casus ponit.* Posteriori casu non est prohibitum eas accipere, cum conditio personæ non faciat oblationem vitiosam, per se loquendo, nec faciat accipientem cooperari eo modo, quo dictum sup. *h. t. n. 7.* Nisi tamen scandalum obstet; qua ratione non accipitur oblatio à meretrice, quòd intelligatur vivere de mercede prostibuli: atque ita Ecclesia videretur fovere iniquitatem acceptando oblationem de mercede iniquitatis.

Laicis neutiquam debentur, qui eas capientes raptores & sacrilegi dicuntur, *c. Causam 13. inf. De V. S.* Quo modo & sub laicorum dominio eas detineri prohibitum sub anathemate, *can. pen. & fin. X. q. 1.* Posset hic subjungi de annatis, sed de iis commodius agetur inferius materia pensionum, quæ tractabitur *tit. De simonia.*

TITULUS XXXI.

De Regularibus & transeuntibus ad Religionem.

SUMMARIUM.

1. *Professio facit Religiosum.*
2. *Alia est expressa, alia tacita, & hæc unde colligatur.*
3. *Habitus gestatio quando inducat professionem.*
4. *Habitus an suscipi debeat animo perseverandi in Religione?*
5. *Professio tacita an sublata per Conc. Trid.*
6. *Ad valorem professionis requisita. I. Ætas sufficiens. II. Annus probationis.*
7. *Annus probationis an debeat esse continuus?*
8. *II. Anno probationis an renuntiari possit?*
9. *Hodie ante eum annum emissa professio non tenet.*
10. *Transiens ad alium Religionem de novo probare debet.*
12. *III. Professio debet esse libera.*
13. *Excommunicantur cogentes impedientesve virginem aut mulierem ingredi Religionem.*
14. *Institutio hæredis an teneat facta in casum, quo quis ingreditur?*
15. *Mulier adultera detrusa in Monasterium an cogenda profiteri?*
16. *Consensus parentum an & quatenus necessarius.*
17. *Professio, eo non obstante, facta an teneat.*
18. *IV. Requiritur habilitas in professo, & quis inhabilis illegitimè natus?*
19. *Debitor quatenus inhabilis.*
20. *Mutatio circa habilitatem ex jure novissimo.*
21. *V. Acceptanda professio à Superiore.*
22. *VI. Debet esse Religionis approbatæ.*
23. *VII. Et continere tria vota substantialia.*
24. *Effectus professionis.*
25. *Bona professi an adquirantur Monasterio.*
26. *Disponere de bonis ante professionem non vivos non licet.*
27. *An neque ante admissionem ad Novitiatum.*
28. *Ususfructus bonorum adventitiorum cujus si an transeat ad Monasterium?*
29. *Legitima an debita liberis mox ab ingressu.*
30. *An & fideicommissum, quo gravatus fuit ingressus, mox restitui debeat?*
31. *Bona quæsita à Monacho facto Episcopo cedant, remissivè.*
32. *Quæsita à Monacho fugitivo cedunt Monasterio.*
33. *Quid juris in Monacho justè vel injustè capto?*
34. *Monacho, desertâ suâ Religione, ad aliam transire liceat?*
35. *An tunc transeant & bona?*
36. *Quid de bonis obvenientibus tempore Novitiatus?*
37. *Et quid de bonis transeuntis ad Monasterium bonorum incapax?*
38. *Effectus professionis etiam in tacita locum habet.*
39. *Professio irrita an validetur per actum professorum?*
40. *Reclamare hujusmodi professionem & quoliter liceat.*
41. *Hodie ex Conc. Trid. reclamare volenti non auditur nisi intra quinquennium.*
42. *Idque continuum, quod & ignorantia operatur.*
43. *Dimissio habitus an faciat audiendum professum?*
44. *Lapso quinquennio an sit locus restitutionis.*
45. *Decreto Conc. Trid. an contineatur perpetuo inhabilis ad profitendum?*
46. *Reclamandi impedimentum durans [illegible] quo

quinquennium an faciat illud non labi ?
47. *Ordinis sacri susceptio an ratificet professionem.*

NOn tantùm bona Ecclesiis addicuntur, de quibus hactenus, sed & ipsæ personæ divino mancipantur officio, eique strictiori, quales hic dicuntur transire ad Religionem ; & vocantur Religiosi sive Regulares, quòd sub certa vivant regula. * Tales facit professio, per 1
quam adsumitur status tendens ad perfectionem vitæ Christianæ, per tria vota, castitatis scilicet, paupertatis & obedientiæ, de quibus plenius *Tit.* XXXIV.

Professio alia est expressa, quæ fit verbis de- 2
signatis eaque vel solemnis, coram Prælato & Fratribus Monasterii emissa ; vel non solemnis, quando aliquis privatim alicui regulæ se obligat, *c. Sicut* 17. *h. t.* Alia tacita, quæ colligitur Primò, ex delatione habitus professorum, de permissu Superioris : nam ut ejus requiritur acceptatio in expressa, ita & in tacita, *c. Ad nostram ubi* Abbas *h. t.* modo sit habitus distinctus ab habitu Novitiorum, & per triduum saltem gestetur, quia sic gestans videtur approbasse regulam & professionem *d. c.* 8. modò sciat tali actu professionem emitti, & sponte eum gesserit ; nam metus & ignorantia effectum impediret obligationis, *Gl. in c.* 1. *V. portaverunt eod. in* 6. Si habitus non sit distinctus, requiritur gestetur per annum, modò inceperit gestari per annum discretionis, non etiam si ante, *d. c.* 1. *eod. in* 6. *c. Ex parte* 22. *h.* 1. saltem jure libri 6. Decretal. interpretamur autem illum annum decimumquartum completum.

3 Vult hoc correctum Navarr. in *Comment.* 4. *De Regularib. nu.* 74 *per Clem.* 2. *h. t.* quasi ita velit, etiam per habitum inceptum gestari ante discretionis annum, qui post completur, valere professionem ; cum & ista Clem. requirat gestari per annum ab eo, qui constitutus est in discretionis ætate. Quod ita tamen temperat *d. Clem.* nisi habitus Novitiorum non sit omninò distinctus forma, colore, scissura, ab habitu professorum, ut tunc non inducat professionem, tametsi per viginti annos gestetur, quia non est indicium, ex quo colligatur animus profitentis, Vid. Azor. *p.* 1. *lib.* 12. *c.* 4.

Secundò, ex eo, quod quis susceptо habitu professorum, agat opus professis tantùm conveniens, *c. Vidua* 4. *h. t.* quia istud opus ponit sufficiens indicium animi, etiamsi triduo non duraverit, quia textus in *d. c.* 4. non fundat se in triduo, sed indistinctè in opere gesto ; si tamen libere gesserit, sciens per talem actum induci professionem. Navarr. *d. loco nu.* 78. ubi vult non esse necesse, ut Novitiatus præcesserit, cum eo in textu nulla ejus fiat mentio. Præterea habeat justam ætatem, & Superioris ad sensum secundùm dicta *c.* 3. *eod. in* 6.

Quæritur autem, An ad tacitam professio- 4
nem spectet susceptio habitus Novitiorum animo perseverandi in Religione ? R. Ita velle quosdam textus in *c. Super* 9. *c. Consulti* 20. *h. t. c.* 4. *eod. in* 6 qui habent, voluntatem vitam mutandi & in Religione perseverandi facere non posse Novitium ad sæculum reverti. Verum contrarium verius est, per varios textus, *c. Ex transmissa* 3. *sup. De renuntiat.* ubi qui voti causa intravit Monasterium, potest libere recedere : & per tex. in *c.* 3. *inf. De voto* ubi proponens Religionis habitum suscipere, si ultrà non processerit, dicitur non esse transgressor voti, quod solum propositum non obliget, nec solus ingressus sufficiat, cùm de ratione voti sit promissio. Non obstant suprà in contrarium allata ; nam vel accipienda de intentione vitæ mutandæ firmata, vel de intentione cum animo se obligandi, ut fuerit processum ad promissionem, saltem corde, quo casu inducetur votum simplex. Abbas in *d. c.* 3. *in fine.* Azor *d. c.* 4. *q.* 4.

Q II. An tacita ista professio, ejusve effectus 5
sit sublatus per Conc. Trid. R. Per Trid. *Sess.* 25. *c.* 16. *De Regularib.* esse quidem aliqua immutata circa professionem, ut mox dicetur, non esse tamen tacitam sublatam, ejusque durare obligationem, qua subjicitur illi Monasterio in quo professus taliter, saltem post annum probationis : nam si ante obligabatur quidem olim professus, sed generaliter, non etiam specialiter, ei Monasterio, *c.* 3. *in fine eod. in* 6. in quo posteriori mutatio contigit, uti mox dicetur. Vid. Azor. *Instit. Moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 4. *q.* 6.

Quan-

6 Quantum ad professionis valorem, requiritur primò sufficiens ætas, quæ olim fuit eadem, quæ nuptiarum, *can. xx. q. 1.* In rigidioribus Religionibus ante annum decimumoctavum emitti professionem vetat *c. 6. h. t.* Concilium [illegible] ante annum decimum sextum quempiam [illegible]ceri prohibuit; cum irritatione actus *Sess. 25. c. 15. de Regularib.* ut professus non obligetur ad nullam regulam.

Secundò, Professio emittatur demùm finito probationis anno, quo admissus ad habitum stetit in Religione, & probatus est probavitque ejus austeritatem & onera, *c. 1. eod. in 6.*

7 Ubi quæritur, An annus probationis debeat esse continuus? R. Ita non malè dici; tum quia simpliciter annus requiritur, quo casu de continuo plerumque accipitur, si aliud non pateat; & facit, *d. c. 1. eod. in 6.* ibi *per totum sequentè annum*: tum quia requiritur, ut austeritatem loci sufficienter quis sit expertus, quod commodè non fiet per tempus interpolatum Navar. *alios allegans, Conf. 89. n. 1. h. t.* Azor. *d. lib. 12. c. 2. q. 8.* Less. *De just. & jure lib. 2. c. 41. Disp. 7. n. 59.* Qui tamen de licentia Superioris sub obedientia alibi agit, ut morbi, vel negotiorum Monasterii pro tempore, aut alia de caussa, potest non dici interrupisse annum probationis, eo quod non sit necessarium, ut novitius probet omnes austeritates in specie, sed satis sit generaliter probaverit. Navarr. *Conf. 32. n. 4. & Conf. 41. n. 3. h. t.* Azor *d. l. 12. c. 3 q. 7.* Flamin. *De resignat. benef. lib. 3. q. 13. n. 12.*

8 Q. II. An huic anno renuntiari possit? R. Ita rectè dici, inspecto jure veteri; propterea quod pro ingrediente videatur inductus, favori autem suo quilibet renûntiet. Et ita olim professio ante emissa tenebat, exceptis Prædicatoribus & Minoribus: quam exceptionem Bonif. VIII. ad alios Mendicantes extendit, *c. 2. & 3. eod. in 6.* ut in eorum Ordine emissa ante annũ professio non obligaret professum isti Ordini, sed libeum illi foret alio migrare, *d. c. 2.* In aliis Religionibus expressè ante emissa obligabat etiam ipsũ Ordini professum, non item tacitè *d. c. 2.*
9 Azor. *d. l. c. 4. n. 9.* Verum per Trid. *d. Sess. 25. c. 15. de Regul.* contigit hac in parte mutatio; nam eo irritatur professio ante finitum annum probationis emissa, sive ea sit expressa, sive tacita cùm textus non distinguat, & eadem ratio in utraque militet, scilicet, ne per professiones anticipatas contingat eos recipi, qui non saris probati, nec probarunt sufficienter austeritatem locorum, in grave detrimentum Monasteriorum, uti sæpe docuit experientia.

Hoc anno etiam indiget ille, qui unam religulam professus, ad aliam vult transgredi, quod licere inferius dicemus; nam licet [illegible] sit expertus austeritatem, non tamen abitus. Nec facit, quod professus dici nequeat [illegible] vitius; hoc enim quoad priorem regulam, [illegible] etiam quoad posteriorem, quæ necdum [illegible] bata; & non rarò multo est rigidior. Nav. [illegible] *Conf. 62.* * Ex quibus patet, hunc annum [illegible] concernere jus privatum, ut olim, cui quis [illegible] nuntiat, sed publicum, cui non renunciatur [illegible] vatorum pactis. Computandus autem [illegible] mento in momentum, donec recurrat [illegible] admissionis, *arg. l. 3. §. minorem D. De [illegible] norib.*

Tertiò, sit professio libera; eum non [illegible] quum, ut electio vitæ dependeat ab [illegible] arbitrio, propter varia mala, quæ ex [illegible] ne oriuntur; præcipuè in virginibus, [illegible] bus facilior caussa metum caussat, per [illegible] in Monasterium ingressæ, tamquam in [illegible] cerem detrusæ, ut in carnis libertatem, [illegible] invitæ jacturam fecerunt, se vindicent, [illegible] eumque via sæpè concitant fluctus gra[illegible] mos, in detrimentum Ecclesiæ: ut [illegible] professio jure sit irrita, ut dicetur infra [illegible] *voto.* * Et cogentes quovis modo virgi[illegible] aut viduam, aliamve mulierem intra [illegible] communicentur, uti & quovis modo [illegible] sentiam, auctoritatemque scientes et [illegible] bentes. Trid. *Sess. 25. c. 18. de Regularib.* [illegible] & excommunicantur impedientes sine [illegible] alicujus mulieris ingressum, sive impedi[illegible] tum sit immediate applicatum, sive media[illegible] veluti per pœnam subjunctam, si ingre[illegible] tur, quatenus pœna ista justum metum [illegible] bit, aut è contra, ut egrediatur, cum [illegible] nali conventione nemo ad matrimonii [illegible] debet adstringi, *l. Titia 134. D. De verb. [illegible]* ita nec ad Ingressum *arg. c. Gemma inf. De [illegible] salib.* qui textus licet loquatur de matrimo[illegible] carnali, idem tamen statuendum in [illegible]

tuali, ex ratione eadem militante, scilicet libertate summa, quæ non minor desideratur in hoc, quam in illo: quo modo bene procedit argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, de quo Everard. in *Loco à matrim. carnali ad spirituale* Vide & Azor. *d. lib. 12. c. 1. q. 2.* Sanchez *De matrim. lib. 1. Disp. 39. vers. Quarta Conclusio.*

14 Sed quæri hic posset, An institutio hæredis in casum, quo quis ingreditur, sustineatur? R. Hanc rem non tam spectare ad aliquam coactionem, ut nihil obstet *d. lib. 134.* quæ loquitur de conventione pœnali, quæ coactionem continet, & impedit voluntatem; quam ad præmium, cujus spe ad Religionem invitatur, salvâ omnimodâ libertate, ut nihil mali moris involvat: quo modo & ejusmodi spe ad matrimonium quis rectè invitatur, *l. Titio 71. §. 1. & 2. D. De condit. & demonstr.* quod tamen requirit etiam omnimodam libertatem. Sic & licitum auferre impedimenta, quo minus quis ingrediatur, veluti solvere æs alienum, quod ab ingressu arcebat. Ubi non potest dici subesse vitium simoniæ, cum non vendatur aliqua res sacra. Sanchez *De matrim. lib. 1. Disp. 39. num. 3.* & dicetur inf. *De Simonia.* Libertas itaque requiritur in ingrediente, ut obstringatur Religioni.

15 Ubi quæritur, An propter crimen, veluti adulterium, detrusa mulier in Monasterium cogatur profiteri? R. Esse quidem legibus decretum, mulierem adulteram includendam Monasterio, ibique sub habitu monastico perpetuo debere permanere, si vir mortuus fuerit, aut ab eo intra biennium non revocetur, *Auth. Sed hodie C. Ad L. Iul. de adult.* ubi dicitur, *adultera tonsa, monastico habitu susceptо, ibi, dum vivit, permaneat.* Verum hoc spectat tantùm ad pœnitentiam impositam peragendam, non etiam ad professionem, quæ foret coacta, atque ita irrita; cum Monachum non faciat habitus, aut tonsura, sed professio, ut ab iis separata non possit sub istis verbis contineri. Facit, quod uti ad matrimonium nemo invitus cogitur, ita nec ad Religionem sit cogendus, cum utrobique requiratur libera electio.

16 Q. An requiratur consensus parentum? R. Probabile esse, teneri liberos rogare parentum consensum, ne videantur eos contemnere, *arg. c. Licet 16. h. t.* unde non raræ aversiones animorum; nisi tamen ea in re sit periculum impedimenti: attamen, non obtentâ licentiâ, posse & reclamantibus parentibus ingredi, modò adsit justa ætas, *can. 1. & 2. XXI. q. 1.* quia in ordine ad divinum obsequium, & præsertim quoad statum eo pertinentem, habent liberi plenum jus & potestatem de se citra præjudicium parentum, ut eorum non necessario requirant consensum, *c. Cum virum 12. in fine h. t.* nisi parentes premantur inopiâ, ut sine liberorum auxilio vivere nequeant; tunc enim obstaret divinum præceptum, *can. 1. Dist 30.* Vid. Bellarm. *Tomo 1. De Monachis lib. 2. c. 36.* Maynard. *lib. 5. Decis. 14. nu. 10. & seqq.*

17 Quo casu quæri posset, An subsecuta, eò non obstante, professio sit valida? R. Ita videri, cum nullibi irritetur. Et licet anathema dicatur esse, quod spectat ad prohibitionem, non etiam ad irritationem, cum multa fieri prohibeantur, quæ facta tenent, *arg. c. Cum illorum inf. De sent excom.* suspenditur tamen eo casu professionis effectus, donec provisum fuerit parentibus: nisi & in Monasterio manens filius commodè possit iis opitulari. Navarr *De Regularibus Comment. 3. nu 48.* ubi dicit, non tantum teneri exire, si præcessit inopia ingressum, verum etiam si subsequatur, petitâ tamen veniâ.

IV. Ut habilis sit ad essentialia professionis, cùm ad impossibile nulla sit obligatio.

18 Ubi quæsitum, An sit habilis illegitimus? R. Patere ex dictis supra, *De filiis presbyt.* secundum Canones, eos non esse inhabiles ad ingressum, quòd per eum purgetur suspicio incontinentiæ. Qua in re quid innovavit Sixtus V. anno 1587. *Constit. incip. Cùm de omnibus, & Constit. incip. Ad Romanum spectat,* qui permisit quidem illegitimè natos ingredi, exceptis natis ex incestu, aut sacrilegio, permissa tamen certa informatione, quam & requisivit in omnibus masculis, sedecim annis majoribus, sub pœna nullitatis, in casum omissionis. Verùm Gregorius XIV. Sixtinam illam est moderatus, in Motu suo proprio, *incip. Circumspecta,* apud Azor, *d. lib. 12. c. 3. qu. 8.* quoad natos ex incestu aut sacrilegio, per-

mittens eos ingredi & profiteri, præmissa tamen informatione, & approbatione.

Ad excommunicatos quod attinet, non videtur illorum professio nulla, cùm sit actus privatus, qui & ab excommunicato gestus tenet; licet non desit peccatum in communicatione cum aliis. Azor. *d. loco qu. 9.*

19 De debitore etiam quæritur, an sit habilis? R. Si spes fuerit, quòd remanens in sæculo satisfaciet creditoribus, cum non esse admittendum, cum detrimento aliorum: si verò illa spes desit, posse eum ingredi, cedendo bonis, *arg. l. 1. & 2. D. De cess. bon.* Idem dicendum, si subsit periculum salutis, si ex sæculo se non subtrahat; quo casu injuria creditorum, quibus alias satisfieri potuisset, non est inspicienda, propter bonum ordinis majoris, *arg. can. Duæ 19. q. 2.* Vid. latè Azor *p. 1. l. 12. c. 1. q. 5.*

20 Est & hac in parte inducta quædam mutatio per Sixtinam Bullam, *incip. Cum de omnib.* qua statuitur, non alias aliquem admittendum esse ad Religionem, nisi prius pateat de parentibus, de patria, anteacta vita, moribus, per sufficientem informationem, & compertum eos non esse aliquibus criminibus obnoxios aut suspectos, æri alieno aut reddendis rationibus non obligatos; alias tales ad Religionem perpetuo declarantur inhabiles. Postea in Bulla sua, *Ad Romanum*, infirmavit eorum professionem, qui ignoranter, non præmissa dicta informatione, sunt admissi. Verum Clemens VIII. istos motus proprios, in quantum professiones in posterum irritans, revocavit, & ad jus commune reduxit, relictis pœnis contentis in Bullis prioribus in Superiores, qui, forma illis præscripta non servata, aut illis impedimentis adfectos admittunt.

21 V. Ut acceptetur promissio à Superiore, continens reciprocam obligationem, *c. Ad Apostolicam 16. h. t.* cui nemo nisi volens adstringitur; neque enim debet quis invitus cogi aliquem alere.

22 VI. Ut sit Religionis approbatæ; alias non teneret tamquam solemnis, ut facta contra juris prohibitionem, *c. fin. inf. tit. 36. c. 1. De Religios. in 6.* Cujus Ratio est, quod effectus obligationis hujus solemnis sit tantùm ex Ecclesiæ institutione, qua cessante & non approbante aliquem ordinem, non potest oriri ista obligatio, ut dicetur inf. De [illegible]

VII. Contineat tria vota substantialia, quibus suprà, sive explicitè, sive implicitè non restricta aliqua conditione contraria [illegible] luti, ut liceat uxorem ducere; egredi, [illegible] nequeat; proprium habere. Hæc cum [illegible] contraria statui monastico, ut dicetur [illegible] *Tit. 35.*

Effectus professionis, istis positis est, quod [illegible] ciat professentem transire in jus Superiorum [illegible] salia si quæ forte inierit, dissolvi, non tamen [illegible] futuro, verum etiam de præsenti, necdum [illegible] copulam consummata, ut dicetur *Tit.* [illegible] tura reddi inhabilem: * Monasterio bona [illegible] capaci omnia bona professi addici; sequitur [illegible] nim accessorium suum principale, nihilominus [illegible] iis disposuerit, quod ei licere dictum supra [illegible] firmiter, ut, licet de ingressu non cogitaret [illegible] non tamen per eum rumpatur dispositio [illegible] *tit 26. D. testam nu. 15* aut nisi per statutum [illegible] vinciarum sit positum impedimentum mittentia bonorum immobilium delatum [illegible] ad Monasteria, qualia justa esse diximus [illegible] *succes. ab intest. nu. 10.* Quo casu ad agnatos [illegible] na devolventur, uti & quando est Ordo [illegible] rum incapax.

Quod de dispositione dictum, accipiendum [illegible] de ea, quæ fit in ultima voluntate [illegible] fit inter vivos, per donationem, renuntiationem, obligationemve aliam, etiam cum [illegible] mento, Conc. Trid. irritavit, *Sess. 25. c. 16. de Regul.* nisi fiat cum licentia Episcopi, aut [illegible] tii intra duos menses proximos ante [illegible] sionem & professio subsequatur. Ratio Concilii [illegible] est, ne spoliatus bonis ante ingressum [illegible] liberè ingrediatur, occasione dimissorum [illegible] norum, in detrimentum Monasterii.

Quæritur verò, An idem obtineat in donatione facta ante admissionem ad Novitiatum [illegible] R. Verba quidem *d. c. 16.* non loqui nisi de Novitio; quæ cum sint contra jus commune, [illegible] stringenda potius quam extendenda: [illegible] tamen eamdem videri obtinere in eo, qui [illegible] dum admissus ad habitum. Ut potius [illegible] idem dicendum esse, cum ubi legis ratio [illegible] habet, etiam locum habeat dispositio, [illegible] dum Navar. *hic Cons. 81. & 82.* qui tamen [illegible] per Congregationem Cardinalium Interp. [illegible] isse resolutum, decisionem *d. c. 16.* non habere [illegible] locum

locum in donationibus & renuntiationibus ante Novitiatum.

Q. II. An usus fructus, quem habet pater in adventitiis liberorum, transeat ad Monasterium? R. Hoc non esse improbabile, cum ingressus, licet pro mortuo habeatur, maneat tamen & parens, & vere in vita existens, neq; per ingressum cogatur bona aliis cedere. Nec facit, quod per emancipationem patri non maneat nisi dimidia usus fructus pars, *Instit. Per quas pers. cuique adquir. §. hoc quoque*: nam hoc verùm in propria emancipatione patris, in cujus remunerationem permissa patri pars ista, quæ hic non contigit, cum liberi potestate patria tantùm ex consequenti liberentur, quòd scilicet pater eorum sit factus incapax juris pristini retinendi. Pinel. *ad l. 1 p. 1. nu. 47. & seq. C. De bon. maternis*, Molina *De Iust. & jure Tract. 2. Disp. 140. vers. Verum autem.*

29 Q. III. An legitima debeatur liberis continuo ab ingressu? R. Nō deberi, nisi demùm post mortem naturalem patris, atque inter ea alimenta liberis præstanda esse per Monasterium, uti nec hæreditatem ante peti posse ab institutis: quatenus tamen Monasterium est bonorum capax, nam aliàs, cum penes Monasterium administratio esse nequeat, continuo bona transeunt ad eos, quibus debentur ex testamēto, aut ab intestato Covar. *ad c. 2, nu. 12. & 14. De testam.* Vasq. *Illust. Contr. c. 37. nu. 1. 2. 10. 11.* Neque obstat text. in *c. Cum scimus 14. h. t.* nam in eo non aliud vult Pont. quàm legitimam deberi filio ex bonis patris ingressi, non viventis, sed demum mortui, ut patet ex verbis finalibus *d. c. 14. & bona paterna, quæ ipsi ex successione proveniunt, postulare*; cum successio nulla sit vivi, ad quam & spectat legitima. Quæ interpretatio licet displiceat. Covarr. *d. loco* & de ea dubitet Abbas *ad d. c. 14. in fine* velitque contrariam sententiam, scilicet continuò ab ingressu eam posse peti æquiorem, & tenendam jure Pontificio Navar. *de Regularib. Comment. 2. nu. 48.* adjuvat tamen eam, quod, quando jus Canonicum non recedit expressè à jure civili, sit judicandum ei consentire, *c. 1. inf. De novi op. nuntiat.* Quod cum hac in materia non fiat, nec sit occasio, quare fiat, cum non agatur causa peccati, nec spiritualis dicendum erit ei consentire Bart. in *Auth. Si qua mulier nu. 22. C. De SS. Eccles.* Fatendum tamen, æquius & commodius esse Monasterio, liberis alimentorum loco justam portionem adsignare, quàm alimenta procurare. Vid. Molina *d. Disp. 140. vers. A regula illa.*

Q. IV. Quid si ingressus sit gravatus fideicommisso post mortem? R. Neutiquam teneri 30
restituere ingressum, ante mortem naturalem, quam non ponit ingressus, ex mente fideicommittentis, qui voluit gravatum pro vita rebus frui. Imò si sub conditione, *Si sine liberis*, rogatus fuerit, exspirat fideicommissum per ingressum, tamquam defecta conditione. *c. In præsentia sup. De probat.* quod Monasterium eo casu habeatur loco liberorum, & ex interpretatione legis mens fideicommittentis cesset, quasi si de ingressu cogitasset, non fuisset appositurus eam conditionem; nisi tamen alia pia causa in defectum liberorum vocata fuerit, *Nov. de sanctiss. Episc. 123. §. si quis sub conditione 37.*

Quidquid præterea consequitur ingressus quocumque titulo cedit Monasterio, cum ipse nihil proprii habere possit, ut dicetur *inf. de Statu Monach.* * Nisi sit factus Episcopus, cui 31
quæsita non cedunt Monasterio, à quo censetur exemptus, sed Ecclesiæ, cui præest, quæ & ipsi succedit ab intestato, uti dictum sup. *De succes. ab intest. per can. Statutum* XVIII. *q. 1.* Quod idem diximus obtinere in Monacho præfecto Ecclesiæ parochiali, cui per eum quæsita cedunt.

Ingressus si fugerit, non faciet fugâ suâ, quo 32
minus quæsita Monasterio cedant, ne malitia sua illi prosit, alteri obsit, *can. Abbates* XVIII. *q. 2.* Abbas in *c. fin. nu. 3. h. t.*

Quid si justè ejectus fuerit? R. Talem non 33
liberari à tribus essentialibus professionis votis; non teneri tamen ad speciales Monasterii observantias, quæ vitam monasticam comitantur. Ut eorum, quæ adquirit, dominium ei non cedat, sed tacitè eorumdem usus illi censeatur concessus, & commoditas, quæ eo mortuo ceduntMonasterio. Quod & procedit in ejecto injustè, quia non potest Monasterio nocere factum Prælati; qui etiam cogi posset recipere ejectum, aut alimenta ei præstare. Ejectos, ut liberi sint à regulis Monasterii sui, nec teneantur se subjicere alteri Monasterio, quia ei se non subjecerunt, vult Nav. *d.*

Comment. 2. nu. 23. & Comment 3, nu. 46. reindiverè in obedientiam sui Episcopi, ut ei subsint, non more aliorum Clericorum, sed eo, quo subsunt Prælato sui Monasterii. Quæ opinio videtur minus probabilis, ex eo, quod non obstrinxerint se, nisi suo Prælato, à quo cum sint liberati non debent obstringi alteri inviti. Vid. Azor. *d. lib. 12. c. 16. qu. 4. & 9.* & Molina *d. Disp. 14. circa fin. vers. De ejectis.*

14 Illud etiam quæsitum, An liceat Monacho, deserta sua Religione, quam professus est, ad aliam transire? R. Professos in aliquo Monasterio illi semper subjectos esse: quia tamen ubi spiritus Dei est, ibi est libertas, & qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, quæ non est posita justo, respondit Pont. *c. Licet 18. h. t.* non esse impedimentum alibi professum ad alium transire locum arctiorem, quo tutius suam operetur salutem: petita tamen licentia Superioris, tum ad evitandam contumaciam, tum ut ille advertat, an transitus istius finis sit fundatus in charitate, an vero in temeritate & fucato quodam melioris atque arctioris vitæ colore *d. c. 18. § si verò.* Non petita licentia transiens est remittendus ad suum locum, *c. 7. h. t.*

Quid si petitæ licentiæ non annuat Prælatus? Potest nihilominus Monachus transire ad alium locum; quia satisfecit, & judicatur contradictio Prælati protervа, *d. c. 18.*

Dixi, arctiorem; quia ad laxiorem transire nō licet, sine dispensatione, ex justa caussa: quàm Episcopi vult sufficere Abbas, alios secutus. *ad d. c. 6. nu. 6.* Cujus opinio procedit, quoad transitum ad æqualem Regulam: quam etiam impartiri posse videtur Superior, secundum Abbat. *d. loco*, & Navar. *De Regularib. Comment. 4. nu. 11.* Ubi contra Abbatem rectè tenet, ad laxiorem Regulam non concedi transitum, nisi auctoritate summi Pont. cujus opinionem probat Trid. *Sess. 25. c. 19. De Regul.* Quantum ad Mendicantes, iis denegata est omnimoda licentia transeundi ad aliam quamcumque Regulam, exceptâ Carthusiensium, nisi ex speciali soliusPont. permissu; sub pœna excommunicationis, quam ipso facto incurrunt & recipientes & recepti, ut patet ex Bulla Martini V. an. 1418. *incip. Viam ambitiosa.* Vide latè de hac materia Azor. *d. lib. 12. cap. 14.*

Alia quæstio est, An licitè mutato Monachorio, transeant cum Monacho bona, quæ [illegible] R. Cum Navar. *d. Comment. 4. nu. 24. vers. Nono, & Covarr. c. 1. nu. 24. De testam.* bona [illegible] nia ad Monasterium simul cum ingressu [illegible] sive ea expressè donaverit, sive tacitè, in [illegible] quentiam scilicet, atque etiam post ad[illegible] manere penes prius Monasterium, cum [illegible] adquisita legitimè, non sint sine caussa [illegible] da, ex parte solius donantis. Nec facit, [illegible] erit onerosus secundo Monasterio; qui [illegible] imputare sibi debet, quod recipiat Monach[illegible] Adquisita autem post translationem cedet [illegible] cundo Monasterio, ad quod quis transla[illegible] jus jam est factus membrum. Nec obst[illegible] quod spes succedendi sit quæsita priori Mo[illegible] sterio; nam ea perfectè ante mortem non [illegible] test dici adquisita & fundata in persona Mo[illegible] chi; cum eaque ambulat atque ita transi[illegible] cundum Monasterium. Hæc ita, Primò, si [illegible] de transeat, quia invalida translatio ut non [illegible] jicit personam secundo Monasterio, ità nec [illegible] na, quæ proinde debentur priori Monast[illegible] Secundò, si voluntariè; nam si fiat transitus [illegible] pœnam, ad agendam pœnitentiam, debe[illegible] secundo Monasterio alimenta ex fructibus [illegible] norum, quæ allata ad prius Monasterium, [illegible] liàs ei sit gravis translatio; cum illi nihil [illegible] tari possit eo casu, quo compellitur Monach[illegible] recipere, *can. De lapsis* XVI. *q. 6. ibi Gl.* Vid. [illegible] *d. lib. 12. c. 15. q. 3.* Molina *d. Disp. 140. vers. Quando Religiosus.*

Quid de bonis obvenientibus tempore [illegible] vitiatus? R. Ea debere cedere Monasterio pri[illegible] ri, cujus adhuc membrum est translatus, [illegible] necdum translatus perfectè ad posterio[illegible] potest ante factam debitam professionem, [illegible] meritò ei cedant bona, quod videtur tene[illegible] Navar. *d. loco.*

Quid si transierit ad Monasterium bon[illegible] rum incapax? R. Aliquos velle, prius Mon[illegible] sterium succedere, propter jus ei semel qu[illegible] situm, quod non fuit ablatum per professio[illegible] nem in secundo, bonorum incapace. Proba[illegible] bilius tamen, bona post professionem in se[illegible] cundo pertinere ad legitimos hæredes, [illegible] quos pertinuissent, si Religionem non intra[illegible] set, & ab intestato mortuus fuisset. Ratio est, [illegible] quod per professionem in secundo defunc[illegible] cum

omninò esse Religiosus prioris, ejusve membrum; sit autem membrum secundi, eique subjectus: quod eum sit incapax Dominii, ad legitimos hæredes devolvantur bona necesse est, tamquam ad proximiores, non impedisos per aliquem præcedentem. Nam si aliquis fuerit, esset Monasterium prius, ratione proximioris ingressi, qui eum, uti dictum, illud deseruerit, non potest habere jus quod prætendat.

38 Dicta de effectu professionis expressæ habent & locum in tacita; quam non esse sublatam per Trid. dictum suprà. *hoc eod. tit. nu 5.* & patet ex *Sess. 25. c. 15. de Regul.* ubi, non facta mentione tacitæ professionis, hoc solum statuitur, professionem inutiliter emitti ante annum probationis, ut etiam hæc tacita professio per adsumptionem habitus inutiliter fiat ante finitum probationis annum.

Hæc ita, si professio ritè facta sit ex consensu debitò, & eorum, qui consentire debent, citra vim aut metum, post debitam ætatem anno probationis finito. Nam si intervenerit metus, qui libertatem requisitam impedit; defectus ætatis, quæ certa à Trid. posita; annus probationis non fuerit exactus, quem exigi completum per Trid. dictum est suprà, etiam cum irritatione professionis, non valebit professio.

39 Quæritur autem, An professio irrita, propter dictos defectus, validetur per actum professorum proprium? Resp. Si duret prior causa neutiquam per aliquem actum talem induci approbationem, etiamsi postea Ordines susceperit taliter ingressus, quia consensus deest, quem impedit metus, & validum non ponit defectus ætatis. Quod & dicendum, si ignoret nullitatem professionis, quia non potest videri approbare, qui ignorat esse nullum actum, quem gerit ex obligatione; quæ non subest, errantis enim nullus est consensus *l. si per errorem D. De jurisd.* Qui si fortè sciisset nullitatem actus, eum non tam ratificasset, quàm potiùs improbasset exeundo Nav.
40 *Conf. 4. & 6. de his quæ vi.* * Quod olim ita processit, ut durante causa non excluderetur ullo tempore ingressus à reclamando, sed audiendus esset, & dimittendus, probata causa. Ubi non satis erit, allegare causam sed ea probāda modo legitimo, Uti nec satis erit, probare per duos testes, quod protestatus sit se prohiberi per metum, nam illi duo testes non aliud agunt, quam confirmant jus dictum, non etiam ponunt probationem: quo non probato, non audietur reclamans, cum protestatio ejus facto contraria nihil operetur.

Inducta super reclamatione est aliqua innovatio per Trid. *Sess. 25. cap. 19. de Regularib.* 41
quo statutum, ut prætendens per metum, vim, ætatem aut aliam quamcumque ob causam professionem esse nullam, non audiatur nisi intra quinquennium, non à die scientiæ nullitatis, sed à die professionis computandum & coram Superiore causas deducat ante dimissum habitum: quem si dimiserit, nullatenus audiendus sit, sed ad Monasterium redire cogendus, tamquam apostata puniendus, nullo interim Religionis suæ privilegio juvandus. Quod decretum utilissimum est, & passim necessarium pro irritis professionib. Azor. *l. lib. 12. c. 4. q. 10.*

Ubi Primò quæritur, An tempus hoc sit 42
continuum, & utrat ignoranti: Resp. Ita videri, cum indistinctè & generaliter loquatur textus, ibi *& numerandum à tempore professionis sive expressa, sive tacita.* secundùm expressa Concilii verba; cum non sit inductum in odium ingressorum, sed in favorem Monasteriorum, ut eorum tranquillitati consuleretur. Ubi per lapsum dicti temporis, licet professio irrita per se non confirmetur; neque enim potest temporis lapsus inducere veram obligationem, quæ ex consensu pendet, quem nec tempus inducit, nec supplet Pont. Ut talis numquam in conscientia sit verus Religiosus, donec ratificet professionem) in foro tamen externo præsumatur ratificatio, & quidem præsumptione juris & de jure, ut patet ex verbis *d. c. 19.* quæ denegant postea audientiam. Sanchez, *De matrim. lib. 7. Disput. 37. num. 6.*

Q. II. An dimissio habitus faciat neuti- 43
quam audiendum professum? Resp. Hoc posse videri ex verbis finalibus *d. c. 19.* quæ habent nullatenus admittendum: æquius & verius tamen, ista verba esse accipienda tantum de tempore, quo non resumit habitum temerè dimissum. Nam ubi resumpsit, audiendus videtur, quia non est intentio dicti Concilii, invitum aliquem cogere ad profes-

sionem; quod esset contra leges, vetantes liberi hominis venditionem, & obligationem perpetuam manendi aliquo in loco: sed tantum consulere Monasterio spoliato per dimissionem habitus alicujus professi, cui satisfactum per præsumptionem. Navarr. *Comment. 4. De Regul. in fine.* Dimissio habitus ex justa causa, ut quia non datur licentia eundi ad reclamandum, & nullitatis causas proponendum, coram Ordinatio, si commodè, nisi habitu depositio id fieri nequeat, est extra culpam, nec continetur sub ultima clausula, *d. c. 19.* Sanch. *d. Disp. 37 n. 3.*

44 Q. III. An saltem per lapsum quinquennium sit locus restitutioni in integrum? Resp. Negativam multis probari posse; præcipuè ex eo quòd hæc præsumptio sit juris & de jure, uti jam dictum, nullam admittens probationem, adeò ut ex ea quis possit condemnari, quod habeatur tamquam convictus. Deinde quod Trid deneget audientiam post ejus lapsum. Denique quod restitutio ista daret aditum litibus, & caussaret perturbationem Monasteriorum. Verius tamen dici, competere restitutionis petitionem, eamq; concedi posse & debere, si justa causa allegetur, uti ignorantia lapsi quinquennii & impedimenti, ex regula generali. *Si qua mihi justa causa &c.* D. *ex quib. causis majores.* Non obstante præsumptione juris & de jure, quæ licet non admittat probationem in contrarium in judicio ordinario, admittit tamen restitutionem in integrum, & probationem in judicio extraordinario. Nihil facit, quod *d. c. 19.* dicatur non audiendus post quinquennium reclamans; nam per illa verba communis quidem & ordinaria via excluditur, non etiam extraordinaria, *arg. c. coram 7 sup. de restit. in integr.* ubi post peremptorium terminum dicitur non audienda Ecclesia; tamen denegatur beneficium restitutionis in integrum, *l. si mater in pr.* D. *de except. rei jud.* Non obstat exceptio rei judicatæ, quò minùs restitutio concedatur, ut idem hoc in casu sit dicendum. Restitutio hæc non ab alio petenda quàm ab eo, qui est supra Concilium, scil. Rom. Pontifice, cui per Conc. non posse claudi manus, dictum supra *sit. de constit. n. 7.* quidquid contra dicant ii, qui coguntur aliter sentire, quod jurarint in verba magistri. Vid. Sanch. *d. disp. 37 n. 21. & 22.*

45 Q. IV. An isto decreto Concilii Trid. *d. c.* comprehendantur inhabiles perpetuò ad profitendum? Resp. Id posse videri, et eo, quod Conc. *d. loco* contineat hæc verba, *aut quodvis simile quacumque de causa.* Quæ verba cum [illegible] generalia, videntur omnes casus complecti, etiam dissimiles & quæ sub alia dispositione non comprehenduntur, ne sint superflua, ut in [illegible] li tradit Gomez. *ad Reg. Cancell. ampliat. q. 2. vers. Tamen istis.* Estque ea opinio verisimilis, quo non agitur de corrigendo jure prius vel quando non oriretur absonus intellectus, uti hoc in casu, quo contingeret mulier mentito sexu, in virorum Monasterio professam, ejici non posse post quinquennium, [illegible] sine gravi detrimento cogeretur Monasterium perpetuò inhabiles retinere, atque decretum favore Religionis editum in evertetur detrimentum. Ut verius sit, illo decreto non concludi perpetuo inhabiles, [illegible] litia iis profit. Nec obstant verba ista, quæ *que de causa*; cùm rectè restringantur ad biles, secundùm tradita ab eodem Gomez *d. loco in pr.* Pro qua parte videtur facere Navar. *hic conf. 48 n. 2.* Vid. Sanchez *latè d. disp. n. 31. & 32.*

Q. V. An impedimentum reclamandi transultra quinquennium faciat illud non [illegible] bit? R. Ita velle Nav. 4. *Comment. De Regul. n. 76. vers. Secundo*, scilicet non labi, sed post audiri posse, vel jure ordinario, vel per tutionem. Ratio videtur esse, quòd Trid. [illegible] tur præsumptione ratificationis professio irritæ, quæ per illud quinquennium [illegible] tur. Durante autem impedimento [illegible] professionem expressam, non potest [illegible] quidquam operari, cum non habe[illegible] vires quam expressa, ut videre est apud [illegible] *in loco ab expresso ad tacitum.* Quò facit, quod licet diuturna cohabitatio faciat ratum matrimonium metu initum, admittatur tamen probatio in contrarium, scilicet metum [illegible] duratsse. Menoch. *de Præsumpt. 1. q. 92.* Ita ante ætatem professus requisitam, quinquennio lapso, necdum eam compleat, licebit egredi, quia defectus ætatis ponit inhabilitatem & nullitatem, quæ ante eam completam [illegible] ficari nequit. De metu etsi idem dici possit, Trid. non contradicat; quia non loquitur casu durantis metus, totius tamen est [illegible]

tionem petere, propter verba *d.c. 19.* simpliciter posita. Sanch. *d. disp. 37. nu 34.*

47 Denique quæritur, An susceptio Ordinis sacri operetur ratificationem professionis? R. Neutiquam illam obesse, quò minùs professus inutiliter, ante quinquennium jure ordinario reclamans, audiatur, vel etiam post quinquennium per viam restitutionis: tum quia nullo jure id cautum reperitur, tum quia susceptio Ordinis sit separata à professione; à separatis autem non fiat illatio, *Papinianus 20. in pr.* D. *de minorib.* Nec rectè quis objiciet, quòd suspiciens Ordines ad titulum Religionis peccare videatur, si non animo ratificandi professionem eos suscipiat, quia non magis peccat, quàm alios actus professorum gerens, nec magis quam illos exercēdo ratificare dici potest professionem nullam Nav. *de Regul. Comment. 4. n. 71.* Roder. *Quæst. Regul. tomo 3. q. 16.*

TITULUS XXXII.

De Conversione conjugatorum.

SUMMARIUM.

1. *Ad Religionis ingressum requiritur consensus utriusque.*
2. *Conjugati post consummationem sine mutuo consensu statum vitæ non mutant.*
3. *Spoliatus adversus ingredientem quatenus restituendus.*
4. *Copula precedens an sit impedimento ingressui?*
5. *Professio altero invito aut inscio facta, an irrita vel irritanda?*
6. *Professus taliter non revocatus an propria authoritate egredi & redire possit?*
7. *Altero conjugum mortuo an confirmetur professio?*
8. *Utroque ingrediente valida est professio.*
9. *Ignarus mortis alterius, & postea certior illius factus, an exire possit?*
10. *Conjux, quo invito alter professus est, an eo invito ingredi ac profiteri possit?*
11. *Professio sic nulliter facta obligat ad votum simplex castitatis.*
12. *Post professionem revocatus an possit petere, vel teneatur reddere debitum?*
13. *Sponsa vi cognita an possit ingredi & profiteri?*
14. *Consensu alterius facta professio an & alterum obliget ad ingrediendum?*
15. *An valida sit hujusmodi professio?*
16. *Consensus ille debet esse liber ab omni dolo & metu.*
17. *Sponsalia de præsenti, sive matrimonium ratum dissolvitur per professionem solemnem.*
18. *Itaque jure Ecclesiastico, non divino, aut naturali.*
19. *Etiam altera parte invita.*
20. *Ingredi volenti tempus bimestre præscriptum.*
21. *Tempus hoc an detur ad deliberandum de ingressu, an verò ad profitendum?*
22. *An circa hoc mutatio facta per Conc. Trid.*
23. *Sponsa duodennis ingredi volens toto quadriennio exspectare debet.*
24. *Ad Ordinem sacrum promoveri vir sine licentia uxoris nequit.*
25. *Taliter promotus uxori petenti tenetur reddere debitum.*
26. *Petere vero ipse non potest.*
27. *Consensus uxoris facit licitam promotionem.*
28. *Vxor eo casu an teneatur ingredi Religionem.*
29. *Viro mortuo an iterato validè nubat?*
30. *Ordinis sacri susceptione non dissolvitur matrimonium ratum, non consummatum.*
31. *An eo casu maritus ordinatus teneatur ingredi Religionem?*
32. *Quid juris, si uxor dissimulando tacuerit?*
33. *Vxore non repetente an maritus sua sponte ad eam redire possit?*

AD ingressum requiritur & sufficit consensus hinc inde, nisi quis alteri sit obligatus. Quo modo servus non ingreditur sine consensu domini, qua de re actum supra *tit. de servis non ordin.* Episcopi sine consensu Pontificis se non abdicant munere suo, Religionis intrandæ causa, ex ratione dicta sup. *tit. de renuntiat.* * Conjugati post matrimonium consummatum sine mutuo consensu statum non mutant: quæsitum enim jus alteri invito non auferendum, cui fortè remanenti in sæculo minùs commodum vitam cœlibem agere, cum iterato non liceat ei aliud matrimonium inire, vivo conjuge, vinculo prioris matrimonii non dissoluto, *can. quod Deus* XXXIII. *q. 2.* Et ita habet communis sententia, probata *per can. sunt qui & can.* Agathosa XXVII. *q. 2 & c. 7. h. t.* Ut nō sit attendenda dispositio Justinianea, qua alteri

etiam

etiam consummato matrimonio, conceditur ingressus, eo resoluto etiam quoad vinculum *Novell. de sanctiss. Epis. 123. § si verò constante & fin. C. De Episc. & Cler.* cum matrimonium, ejusque causa, ad forum Canonicum spectans, terminandum sit secundum Canones, non etiam secundum leges, quarum dispositio ut potuerit aliquando obtinuisse, non respodet tamen legi Dei, quæ sequenda, *d. can. sunt qui.*

3 * Quo modo si contingat alterum conjugum post consummatum matrimonium ingredi, altero invito, ingressus ei tamquam spoliato restituendus, secundùm dicta sup. de *restitut. spoliat.* Nisi ingresso sit causa, propter quam restitutio denegetur: veluti si eam petenti obsit adulterium, quo se maculavit; per hoc enim perdidit jus suum, & alteri concessa libertas vitam mutandi, *d. can. Agathosa.* Cum enim ista de causa liceat vitio dimittere uxorem, cui quæsita libertas à præstando debito, quidni citra alterius injuriam Religioni se addicit? Nisi & ipsi adulterium obstet, *c. penult. inf. de adult.* cum mutua compensatione delicta censeantur sublata.

Consummatum matrimonium hac in materia habetur per conjugalem copulam subsequẽtem, quod est extra dubium.

4 Dubitari posset, An & copula præcedens impediat alterum conjugum ingredi? Resp. Esse omninò integrum alteri ingredi, cum per istam copulam non possit dici matrimonium consummatum, quia requiritur matrimonialis, quæ sequatur ipsum matrimonium contractum; præcedens enim tantùm est fornicaria. Nihil facit, quòd matrimonium sequens retrotrahatur ad copulam præcedentem, per *c. sanctio inf. Qui filii sint legit.* nam hoc tantùm in favorem prolis, qui non est extendendus in favorem eorum, qui deliquerunt. Covarr. *De sponsal. p. 1. cap. 4. §. 1. numer. 23 & 24.*

Consequenter quæritur, An matrimonio cõsummato facta professio, altero invito aut inscio, sit irrita aut irritanda? Resp. Videri potius irritam esse, per text. *in c. quidam 3. &c. Placuit 12 h. t.* qui dicit, votum usquequaque non tenuisse, nec esse obligatorium tamquã emissum à non habili, & non habente sui potestat. Neque enim vivo conjuge, cui corpus suum alter tradidit, habet ipsa sui corporis in alium transferendi potestatem: quæ translatio cum contingat per ingressum, utilis esse non potest, tem quoad votum solemne, quo Monas jus quæratur in corpus ingressi; quod tum, alteri sine effectu traditur, Sanch. *trim. lib. 7. Disp. 34. n. 1. &* 10.

Hinc venit decidenda & alia quæstio, gressus, non revocatus ab altero, possit auctoritate egredi, & ad dimissum redire Videri negativam probari per *d. c. 11.* *potestate non erat*, quibus insinuari videm esse ingresso potestatem redeundi ad sæcu sed relicto tantùm esse jus revocandi, ut revocante, videatur tenere professio quo gressum, contrariam tamen sententiam ri riorem, cum, ut quæstione præcedenti votum sit irritum, ut non sit ratio coge in Monasterio hærere. Facit eodem text. *una sola XXXIII. qu. 5.* qui dicit, non esse vo dum à conjugatis sine mutua voluntate. si factum fuerit, magis corrigenda reu quam persolvenda promissio, cum Deus usurpare alienum. Facit etiam, quòd per sum alterius alteri spolietur, qui ante om stituendus, ne spolians in peccato hæret se liberare tenetur quàprimùm etiam a tate propria, & ante cõventionem. Nihil text. *in d. c. 12.* nam quod dicitur ibi, non ejus potestate ad sæculum redire, acqui dum juxta præcedentia, scilicet non arbitrii ad sæculum redire, vel non redire sero marito: sed hoc esse in potestate qui poterat ingredienti consentire, expr fessionem permittere, *Gl. in d. can. una* noc. *d. c. 3. n. 3.* Abbas *in c. Accedens* h. t. Sanch. *d. loco num. 14.* Hinc patet sensum manentis in sæculo ratificari facto alterius professionem, invito aut altero emissam, cum actus ab initio nul lo casu ex postfacto vires non sumat *d. tio 19. D. de R. I.* sed oportet de novo pr tur.

Q. IV. Quid si conjux alter moriatur consummetur professio? Resp. id non videri, quasi ablato jam obstante impe to: & facit pro iis textus *c. consuluit* qui videtur eo in casu denegare ingre missionem habitus, & emptiatum contra Navarr. *Cons. 5. num. 4. h. t.* Quæ opi

aliàs procedet, quàm quatenus ab initio consenserit expresè vel tacitè alter conjux; nam aliàs professio ab initio irrita non potest convalescere, non secuta ratificatione post mortem conjugis. Et ita accipit Gl. *d. c.* 10. Vid. Azor. *Instit. Moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 1. *q.* 6. Sanchez. *d. disp.* 34. *n.* 18. *& seq.*

8 Q. V. Quid si uterque ingrediatur sine mutua licentia? R. Validam videri utriusque professionem & neutri esse revocationem salvam, cum neuter possit conqueri se spoliatum; videtur enim data licentia mutua ipso facto, quod æquivalet verbis. Quod omnino procedit, quando uterque est conscius ingressus alterius, quia non potest videri non consensisse. Si inscius fuerit, non valebit professio, nec tenebitur professus manere in Monasterio. Videatur Bohic. in *c. Uxoratus* 8. *n.* 13. *h. t. &* Sanchez. *d. loco n.* 24.

9 Q. VI. Quid si ignarus mortis alterius in Religione permanserit, & postea certior factus resilire velit? R. Ignorantiam istam nihil facere ad ratificationē professionis nulliter antea factæ, quia requiritur ad eam consensus novus qui nō potest poni in ignorante decessum conjugis. Innoc. *in d c. conjuluit* 10. *in fine.* Quod si conscius mortis manserit in Religione, videtur ratificasse professionem, quia cum cessante obstaculo, irritante professionē, scienter in Monasterio permanet, non potest videri approbare & ratificare professionem, si faciat propria professis, & sufficientia ad inducendam professionem tacitam post annum probationis, vero animo profitendi de novo, argumento eorum, quæ tradit Innoc. *ad c. quidam* 3. *n.* 2. *h. t. & c.* 1. *inf. de eo qui duxit &c.* Sanchez *d. disp.* 34. *n.* 19.

10 Q. VII. An conjuge altero ingresso absque licentia alterius, possit & alter ingredi & proficeri validè, sine alterius licentia? Resp. Non videri, imò posse posterioris ingressum revocari per priorem. Neque enim delictum hoc, quod ponitur per ingressum sine alterius licentia, tale est, quod præster relicto licentiā divertendi; nam, ut suprà *hoc t. n.* 6. diximus, licet ingresso sua auctoritate ad relictum redire, quo jure nullibi privatur à Jure Sanchez. *d. loco n.* 23.

11 Dicta de nullitate ingressus alterius conjugis citra licentiam relicti, vera sunt quoad votum solemne, quod eatenus non habet effectum. Operabitur tamen ista professio obligationē quoad votum simplex castitatis: quod licet non obliget Regulis monasticis, facit tamen tenere voventem ad continentiam, & ponitur impedimentum matrimonii ineundi post mortem alterius. *c.* 3. & *c. placet* 12. *h. t.* non tamen tam dirimens, quàm impediens secundùm ea, quæ dicentur infra, *Ad tit. Qui Cler. vel voventes &c.* Quod ita statuit Ecclesia, præsumendo ingressum se saltem obligare velle ad id, quod potest, citra detrimentum alterius, scilicet ad castitatem, independenter à professione: nisi alia fuerit profitentis mens, scilicet non continendi nisi in statu Religioso, quæ faciet votum illud ad nihil utile esse.

Q. An post professionem revocatus debitū petere possit? R. Id aliquos velle, quòd *d. c.* 3. *& d. c.* 12 12. dicatur, exigere nō posse, id est jure suo cogere ad debiti præstationem, quo se exuit professō modo jam dicto: ut videatur petere posse, cū petitio non tam ad coactionem quàm ad voluntariam alterius præstationem tēdat. Verius tamen ne quidem petere posse, cum castitatē vovens omnia à se avertent, per quæ voluntariè peteretur actui carnali occasio posset præberi. Secus est in casu, quo quis jus exigendi debitum perdidit per adulterium; tunc enim quia in favorem alterius perdidit, nullā facit injuriam petendo ab eo, qui annuendo juri suo, uti potest, renuntiat. Reddere tamen alteri petenti tenetur, quòd suo voto non possit ei præjudicare. Covarr. *De matrim. p.* 2. *c.* 6. § 3. *n.* 2. Navar. *Summa c.* 22. *n* 52. Azor. *p.* 1. *lib.* 13. *c.* 14. *qu.* 1. Sanchez. *d. lib.* 7. *disp.* 38. *n.* 21. Hæc ita in casu consummati matrimonii.

Quid si sponsa de præsenti per vim præcisam 13 cognita fuerit à sponso? R. Certum esse, etiam per copulam vi extortam consummari matrimonium, & effici eos unam carnem; atque ita probabile esse, non licere sponsæ citra consensum alterius ingredi, secundùm jura omnia, quæ non admittunt professionem alterius conjugum post consummationem, altero invito, propter incontinentiæ periculum in altero: ut procedat eo casu, *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Barbosa *ad Rubr.* D. *Soluto matrim. p.* 2. *n.* 106. Covar. *De matrim. p.* 2. *c.* 7. §. 4. *n.* 15. Sanch. *De matrim. lib.* 2. *disp.* 22. *q.* 1. *n.* 2.

Non est tamen improbabilis eorum opinio, qui volunt nihilominus eam ingredi posse, eo quod per violentiam alterius non debeat quis privari suo jure, & delinquens non debeat esse melioris conditionis, quam innocens, ne ex malitia sua quis reportet lucrum. Facit, quod non videatur corrupta, quæ invita suum corpus communicavit, *can. 1. & 2. XXIII. q. 5.* Abbas *in c. 2. h. t. Gl. in can. Si Evangelica V. invitis dist. 55.* Quo casu volunt & sponsum cogendum ingredi in compensationem injuriæ. Quæ posterior opinio faciliùs procedet in sponsa de futuro, non tantùm secundùm jus novissimum, verùm & secundum antiquum, quo spōsalia de futuro per subsequētem copulam transibant in matrimonium, hoc enim tantùm ex præsumpto consensu, uti inferius dicetur, quem cessare facit ipsa vis hic præsupposita. In sponsa de præsenti posset videri magis dubia, tum propter consummationem, tum propter conceptam prolem. Sponsum, qui vi oppressit sponsam suam de præsenti, non posse profiteri altero invito, certum est, cùm ex parte sua spōtaneè matrimonium consummârit. Consensu alterius quin professio teneat est extra dubium, cùm cuilibet liceat juri suo renuntiare.

14 Ubi quæsitum, An eo casu & alter ingredi debeat? R. Omninò nisi sit positus extra suspicionem incontinentiæ, velut, ex causa provectæ ætatis, secundum varios textus; tunc enim sufficiet relictam vovere continentiam, & in sæculo manere, *c. 4. 8. & c. Ad Apostolica 13. h. t.* Non posita extra suspicionem incontinentiæ si ingredi recuset Monasterium, ingressus ad eam redire cogitur ad evitandum periculum incontinentiæ, *c. 1. h. t.* Quod accipiunt de uxore, quæ nescia juris ignoravit sibi unà intrandum esse, cum non videatur se obstringere voluisse voto castitatis. Si verò sciverit, volunt posse cogi intrare, cum sciens jus se ei conformare videatur; & licentiam profitendi concedens suo conjugi, tacitè vovere, vel ad id se adstringere, quod ad illius ingressus valorem desiderari notat, cùm aliquid volens videatur etiam velle, sine quo id ipsum obtineri nequit, *arg. c. Prudentiam 20. sup. de off. de leg.* Abbas *in d. c. 1. nu. 4. & 8.* Sanchez. *d. lib. 7. disp. 33. num. 14.* Loquitur tamen *d. c. 1.* indistinctè, si uxor, quæ consensit ingredienti viro, nolit ingredi, non esse cogendam, sed virum ad eam reverti debere. Et facit *Agathosa XXVII. q. 2.* qui non alias vult uxorem intrare, quam si promiserit vitam mutare. Facit eodem textus in *c. ex parte 9. h. t.* in casu, quo uxor consensit viro profiteri, dicit illam cogendam, sed virum, ea manente in sæculo, non posse proficisci ad Religionem, quod non diceretur, si ex solo permissu teneretur intrare. Facit & conditio professionis, requirentis omnimodam libertatem, quæ hic deesset, & Religionis tranquillitas; quæ contingeret turbari per coactè ingressum. Superior tamen distinctio communiter tenetur. Vide Rebell *de Iust. p. 2. de oblig. lib. 3. q. 4. 2. n. 20.*

Quæstio autem est, An consensus alterius faciat tenere professionem ingressi isto casu? Etiam in casu, quo alter nullum votum emittere nec emittere velit, si tamen consenserit esse professionem irritam, uti patet *d. c. 1.* ubi qui consentiente uxore professus est, ea remanente in sæculo, nequierit in Monasterio remanere, tamen uxore mortua cogitur Monasterium redire, & matrimonium postea contractum nullum declaratur; nulla de causa, quàm quòd professio emissa fuerit valida, non ut simplex, & ut solemnis, hæc enim tantùm dirimit matrimonium subsequens, etiam illa, ut dicetur infrà *tit. qui Cler. vel Conventes &c.* Nec facit, quòd jure non possunt proficisci ad Religionem illam in sæculo remanente; nam hoc non, quia professio fuerit nulla, sed ut consuleretur ejus incontinentiæ, sublato per mortem alterius, nihil sit, cum moretur professum, quò minùs professio satisfaciat. Facit eò *d. can. Agathosa*, in quo professus, uxore consentiente, remanere in Religione cogitur, nisi uxori relictæ in sæculo sit incontinentiæ periculum, juxta *d. c. 8.* aut nisi ipsa promiserit mutare vitam, quæ eo casu tenetur promissum adimplere. Unde patet, ideo egredi ingressum, quia professio nulla cum habeat requisitum per Canones alterius consensum, sed ad periculum incontinentiæ vitandum, ut secundùm regulam, indistinctè certum finem ultra eum non operentur. Abbas *in d. c. ex parte 9. n. 2. 3. & 5.* Sanch. *d. disp. 33. num. 4.*

Can-

16 Cæterùm oportet consensus sit liber ab omni dolo & metu, non extortus, quia alias ingressus revocari potest, *c. accedens 17. h. t.* Imo rectè dicetur professio irrita, secundùm dicta suprà de eo, qui sine consensu alterius intravit, cùm consensus talis sit nullus, nisi alterius incontinentia postea admissa salvet ingressum, eumq; ibi permanere faciat, *c. veniens 16. h. t.* Nã sicut adulterium ante ingressum commissum ab altero, innocentem liberat à jure, quo tenetur cõjugi, ut liberè intret Religionem, citra ejus consensum, & repeti ab eo nequeat, *c. Constitutus 15. h. t.* quòd nihil juris habeat; ita & subsequens adulterium, non tantum si ex consensu ejus ingressus est, *d. c. 16*, verum & si eo invito. Neque enim dimissio ista excusat adulterium postea commissum: ut nec excusatur à commissione potis, quòd expulsa peccaverit in corpus suum, ut dicetur *inf. ad t. de adult.* Hæc ita procedunt in matrimonio consummato.

17 Quantum ad sponsalia de præsenti ante consummationem, ea etiam parte in vita per ingressum alterius dissolvuntur *c. verum 2. & 7 h. t.* Trid. *Sess. 24 can 6.* Sanch. *lib. 2. disp. 18* Cujus ratio non est, quòd copula sit de substantia, atq; ita ejus defectus causet imperfectũ matrimonium, cum & sine copula sit verè matrimonũ de præsenti ex solo consensu, dicetur infrà *lib. 4* sed quòd per matrimonũ de præsenti tantùm ponatur quædam conjunctio sive vinculũ spirituale, cui subest tacita conditio resolutiva, nisi sequatur mors spiritualis, *arg. l. nihil tam naturale D. de R. I. & can. Omnes res XXVII. q. 2.* quæ contingit per ingressum approbatæ Religionis.

18 Ubi quæritur, quo jure fiat ista dissolutio matrimonii? R. Id aliquos attribuere juri divino, alios jure naturali: verius esse, uti ex solo jure Ecclesiastico post votum solemne initum matrimonium est irritum, ut dicemus inf. *qui Clerici vel voven.* ita & eodem jure contractum anté dirimi per subsecutam professionem solemnem; cum ejus solemnitas tantùm procedat ex constitutione Ecclesiastica, secundũ expressum textum in *c. unico de voto in 6.* per quem est inducta & attributa vis specialis isti solemni professioni, quæ non eadem attributa voto simplici, ut dicetur infra, *ad tit. de voto* Vid. Sanchez. *d. lib. 7. disp. 19.*

Solvuntur itaque sponsalia de præsenti per professionem alicujus approbatæ Religionis, quia non approbata non ponit votum solemne, sed simplex tantùm, cui non est eadem vis. Dico, de præsenti, ante consummationem; nam ea poneret vinculum corporale indissolubile, nisi per corporis dissolutionem, *d. l. nihil* quæ non contingit nisi per mortem naturalem, de qua accipiendus *can. quod Deus XXXIII. q. 2.* & expressè loquitur *c. ex publico 7. h. t.* * Nihil facit, 19
quòd altera pars sit invita, quia ejus contradictio non attenditur; cùm non sit dissonum rationi, adspirare ad vitam perfectiorem, quando non subest alterius injuria: ut in casu non consummati matrimonii, cùm relicto liceat inire novas nuptias, quippe jam dissoluto matrimonio quoad vinculum per ipsam professionem, ut jam dictum, ante quam non fit hæc dissolutio, quia per eam demùm inducitur mors civilis, causa hujus dissolutionis. *c. 2. h. t.*

Unde ne per moram alterius contingat relictum in corpus suum peccare, ad ejus instantiã 20
certum tempus est adsignandum volenti ingredi: quo lapso nisi profiteatur, ad alterum redire cogitur, conjugali adfectu eum tractaturus, *d. c. 7.* ubi tempus hoc bimestre videtur restringi. Quamvis verius dicendum sit, arbitrarium esse, & posse arbitrio judicis restringi, aut prorogari. Nam licet terminus à lege datus nequeat per judicem mutari, secus tamen est, quando datur à lege, ministerio judicis, ut *in d. c. 7.* ubi *Gl. V. infra duorum.* Est autem hoc tempus computandum à momento contracti matrimonii in momentum ultimum adsignati temporis.

Quæsitum hic, An detur hoc tempus ad de- 21
liberandum de ingressu, an verò ad probandum & profitendum? R. Esse, qui velint hoc tempus ad deliberandum de ingressu dari, & ante annum probationis, qui jure communi competit ingredi volentibus, uti dictum Tit. superiori. Non deest etiam, qui velint, conjugem, licet non cogitantem ingredi, posse denegare debitum alteri intra istud bimestre. Quorum dictum est improbabile, cùm continuo quæratur utrique jus ad mutuum usum corporis: qui non rectè petenti negatur, nisi ex causa religionis, excepta per *d. c. 7.* cujus verbis magis convenit, tempus illud datum esse ad probandum, profitendum illi, qui ingredi cogitat: habet enim textus,

quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire intra duorum mensium spatium debet. Ad Religionem autem nemo transire dicitur, nisi qui profitetur, cùm verba sint accipienda cum effectu. Quò etiam faciunt verba, *uterque restituat alteri, quod ab eo noscitur recepisse:* quod non obtinet nisi in casu soluti matrimonii; nam quoad spes est ejus consummandi, accepta minimè sunt restituenda. Innoc. *ad d. c. 7.* Sanchez *lib. 2. disp. 24. n. 3.*

22 Hinc alia oritur quæstio, An & hodie intra bimestre aut aliud tempus adsignandum teneatur ingredi volens profiteri? R. Dubitandi causam sumi ex Trid. *Sess. 25. c. 15. de Regul.* quod professioni vult præmitti annum probationis, aliàs irritam habet professionem. Probabile tamen esse, quantum ad hanc rem, nihil esse immutatum per Trid. cùm decretum Concilii sit generale, & posterius, quòd solet per priora specialia restringi & explicari, *l. sed & posteriores. l. non est novum* D. *de LL.* Facit ratio juris antiqui, ne scilicet per moram ingressi detur manenti in sæculo ansa peccandi; quæ ratio etiam obtinet jure novo. Nec videtur quidquam facere negatio universalis posita in *d. c. 15.* cum respondeat generali prohibitioni juris antiqui: ut non improbabiliter jus novum ejus distinctioni adaptandum veniat, ut tradit Jason *in l. sciendum n. 4.* D. *qui satisd. cog* Facit, quòd priora jura non censeantur abrogari per posteriora, nisi sit in iis expressum, *l. præcipimus 32. in fine C. de appellat.* Videtur hanc opinionem tenere Navarr. in *Summa c. 16. num. 27.* & dubius disputat in utramque partem *Cons. 1. h. t.* Quæ opinio procedit secundùm eos, qui *d. c. 7. h. t.* volunt adsignatum esse tempus istud bimestre ad profitendum, non etiam ad deliberandum de ingressu: nam qui volunt datum esse ad deliberandum, debent addere post deliberationem & electionem integrum annum probationis, quem jura & antiqua, & præcipuè nova requirunt. Adde Sanchez *d. disp. 24. num. 6 & seqq.*

23 Quid si sponsa duodennis velit ingredi, an cogatur sponsus toto quadriennio exspectare? R. Hoc videri, propterea quòd jura permittant alteri resilire ante copulam, & ingredi, ex ratione ante tacta; ingredi autem non permittant nisi anno decimo sexto completo, de quo Tit. superiori, ubi diximus hoc requiri generali[illegible] citra exceptionem. Jure etiam antiquo [illegible] tum indistinctè erat, ante certum tempus [illegible] admittere ullum ad professionem. Ut non [illegible] tradicant superiùs dicta, siquidem in casu [illegible] jus antiquum dictam exceptionē ponebat, [illegible] cundùm quam jus novū rectè limitatur [illegible] tem in casu nulla posita exceptio, licet [illegible] sitas in ætate, quæ major novo jure, quam [illegible] quo requisita, quæ nihil facit ad proposi[illegible] hil obstat, quòd sit grave sponso tanto tem[illegible] continere, quia non potest illi dici fieri [illegible] ab altera, quæ jure sibi concesso utitur: [illegible] cùm non fuerit ignarus, debet patienter [illegible] re istam necessitatem, cui se supposuit. [illegible] juris in sponso, si decimo quarto anno [illegible] matrimonium, & ingredi velit; nam [illegible] exspectare cogitur toto biennio, ex eadem [illegible] tione.

Dicta de ingressu in Religionem etiam [illegible] tinent in susceptione sacri Ordinis, quod [illegible] licet nec hæc ritè procedat, nisi, ex con[illegible] conjugis alterius, cui invito non magis [illegible] test jus auferri per susceptionem Ordinis [illegible] quam per ingressum, *c. conjugatus 5. h. t. [illegible] tra vag. Antiquæ Ioan. XXII. de voto,* Sanchez [illegible] *7. disp. 38. num. 2.* Est autem in hoc aliqua [illegible] versitas, quod ingressus unius, altero inscio, [illegible] invito, sit omninò irritus, ut dictum sup. [illegible] *num. 5.* Ordo autem collatus teneat, propter [illegible] characterem indelebilem, qui hoc ipso, [illegible] ordinatur, imprimitur, nihil faciente [illegible] rantia aut contradictione alterius. Est etiam [illegible] in eo diversitas, quòd ingressus sine con[illegible] alterius non teneatur post mortem ejus [illegible] ad Monasterium, sed possit in sæculo per[illegible] nere, non tamen inire novas nuptias, [illegible] pter votum castitatis, saltem simplex, [illegible] dixi supra procedere ex irrito isto solemni [illegible] to, quæ tamen initæ ab eo validæ sunt, ut [illegible] cetur libro seq. *tit. 6.* * Promotus verò ad Or[illegible] dines, invita aut inscia conjuge, sive ab ea [illegible] vocatus sit, sive non, tenetur ad omnimodam [illegible] castitatem, ex voto solemni, per Ecclesiæ con[illegible] stitutionem adjuncto Ordini sacro, ut postea [illegible] de novo non tantùm contrahere prohibeatur [illegible] nuptias, sed & contractæ non teneant, quod [illegible] Ordo sacer impressus teneat. Sanchez *d. [illegible] to n. 23. & 24.* * Itaque taliter promotus [illegible] ad con-

ad conjugem redire est cogendus, eique petenti debitum reddere. Est enim alteri conjugi jus integrum, quod per marti factum ei eripi non potuit: ut ordinatus non alias ratione Ordinis sacri obligetur ad abstinendum, quam prior mattimonii obligatio permittit.

27 Q. An & petere possit? R. Non posse, quia susceptione sacri Ordinis spontaneâ obligavit se ad continentiam, & cessit jure suo exigendi debiti, *arg. c. 3. & c. Placet 12. h. tit.* quibus locis dicitur propter votum vovens non posse exigere debitum. Vid. Azor *Instit. Moral. p 1. lib. 13. c. 34. qu. 2, & Sanchez loco cit. nn. 21. & seqq.*

Consensus uxoris facit licitam Ordinis susceptionem, quia volenti nulla fit injuria, quæ proinde sibi præjudicavit, ut virum repetere nequeat, secundum dicta sup. *eod. nu. 14.*

28 Ubi quæritur. An uxor eo casu debeat ingredi? R. Secundum probabiliorem opinionem distinguendum esse: ut si sit senex, non suspecta de incontinentia, sufficiat emittere votum, & in sæculo permanere; si vero juvenis, desideretur ingressus in Religionem, secundum varios textus, *c. Vxoratus 8. c. Ad Apostolicæ 13. h. t.* Facit argum. ab ingrediente sumptum, qui non admittitur ingredi, nisi ut uxor sub ista distinctione ingrediatur. Et hoc ad evitandum periculum, quod hic non tantùm est in conjuge relicto, verum etiam in eo, & majus, qui ordinatus est, cui esset facilis occasio lapsus conversatio conjugis in sæculo: In casu autem, quo non suspecti conjuges, non tantum altera non est cogenda intrare Religionem, sed & ordinato cohabitare permitti potest, separata tamen cubiculo. *can. Volumus Dist. 19.* quamvis tutius sit, alia eam in domo habitare Sanchez *lib. 7. Disp. 39. num. 6. & 8.*

29 Q. II. An viro mortuo talis mulier iterato valide nubat? R. Id quidem videri, ex eo, quod tantum obligetur simplici castitatis voto, quod licet nubere impediat, non tamen nuptias contractas dissolvi aut dicetur *lib. seq. tit. 6.* Videtur tamen textus in *can. Quia sunt & can. Si se Dist 28* mulierem quæ Diacono nupta fuerit, si alteri postea nubat, velle disjungi: & facere eodem *can. Seriatim Dist. 32.* qui non permittit uxorem, de cujus consensu maritus ad subdiaconatum ascendit, nec vivo eo, nec mortuo, alteri nubere: item *can. Si qua vidua Dist 28.* qui cum vidua Presbyteri aut Diaconi iterato nubente Clericum aut religiosam personam communicare vetat. Ita Abbas in *c. Constitutus 15. num. 6. h. t.* Ut videatur votum mulieris consentientis in susceptionem Ordinis per eam solemnizari, ex eo, quod sit una caro. Quæ ratio non videtur sufficiens. Alii ponunt rationem in Ecclesiastica constitutione, ob reverentiam ordinis susceptí: quæ licet videatur magis legitima, non tamen tollit dubium, cùm idem dicendum foret in muliere consentiente maritum profiteri, & simul emittente votum simplex, quod per professionem mariti non mutatur in solemne, quia voti mariti solemnitas nequit in votum redúdare uxoris, aut quidquam operari, cum exigatur voventis intentio, quæ hic tantùm fertur ad votum simplex juti & in casu, quo consensit in ordinationem sui mariti: ut, stante eadem ratione, idem utrobique jus sit ponendum. Sanchez *d. lib. 7 Disp 32. nu. 8. & Disp. 40.* Ad textum in *can. Quia sunt & can. Si se*, dici potest, illis agi de relicta; qualis etiam dicitur in sæculo manens post viri adhuc viventis ordinationem, aut professionem, uti passim ab auctoribus usurpatur, *c. Quanto inf. De divort.* & inc. *Ad Apostolicam 13. h. t.* in sæculo remanens vocatur *reliquus.* Quò facit, quòd in *d. can. Si se* dicatur duplici conjugio mulier conjuncta; quòd non rectè dicetur, si maritus prior fuerit defunctus. Non obstat *d. can. Si qua vidua*: nam licet ibi agatur de pœna evitandi talem viduam, non tamen proponit irritum matrimonium. Ad *d. can. Seriatim* dicendum, ibi prohiberi nuptias secundas, non tamen & irritari ratione voti simplicis, cùm multa prohibeantur fieri, quæ tamen facta tenent.

Q. III. An & per Ordinis sacri susceptio- 30
nem dissolvatur matrimonium non consummatum? R. Negandum esse, ex eo, quòd ista dissolutio caussetur per mortem civilem, quam inducit professio, non etiam susceptio Ordinis, cum maneat promotus sui juris, non resignatâ voluntate suâ in arbitrium alterius. Nec facit, quòd Ordini sit adjunctum votum solemne castitatis, cùm hoc non tam sit profectum ex natura Ordinis, quàm ex Eccleſiæ

statuto, *Extravag. Antiquæ De voto*, Covarr. De matrim. *p.2.c.7.§.4.nu.14.* Nec faciet quidquam mutuus consensus, quia cum matrimonium sit ratum propter Sacramentum, nihil potest mutuus consensus.

31 Q. IV. An eo casu maritus debeat ingredi Religionem? R. Peccare maritum. contra *d. Extrav. Ioan.* XXII. *Antiquæ*, quia hoc prohibitum; & videri probabile ingredi debere, quia alias se exponet periculo non servandi votum, quod adnexum Ordini sacro; cogeretur enim, uxore urgente, ad eam redire, & maritali affectu tractare: quod ipsi imputandum, qui per ingressum in Religionem id potuit evitare, cum uxore in invita ingredi possit. Verum in *d. Extravag.* dicitur talis monendus ab Episcopo, & quidem instanter; qui si induci nequeat, cogendus, instante conjuge, matrimonium consummare. Unde patet, non teneri ingredi, cum ista monitio ad consilium potius pertineat, quam ad præceptum. Hoc etiam in casu quin uxoris consensus faciat maritum licitè promotum, ipsumque ad continentiam teneri, non est dubium; si tamen liber fuerit à metu & dolo, secundum dicta sup *eod. hoc tit.* Vid. Azor. *p.1.lib.13. c.14.qu.2* Sanchez. *d.lib.7. Disp.38.nu.18 & seq. & lib.9.Disp.34.nu.2.3.4.* Barbosa *ad Rubr. D. Soluto matrim. p.2.nu.82.*

32 Q. V. Quid si uxor conscia promotionis viri ad Ordines dissimulando tacuerit? R. Aliquorum esse opinionem, censeri consensisse, atque ita ad continentiam teneri; propterea quod cùm commodè reclamare potuerit, tacendo videatur consensum præbuisse, *Gl. fin. can. Quia sunt Disp.28.* Esse tamen probabilius, si non præjudicasse suum silentium, quia res nimis est ardua, quàm ut consensus colligatur ex dissimulatione. Et facit eo text. in *c. Consuluit. 10.h t.* qui non ponit vim in uxoris dissimulatione vel silentio, sed in eo, quod illa non revocante maritum sit mortua. Quamvis dici possit *d. c. 10.* præsumi consensum uxoris tacitum, non ex dissimulatione, sed quod tota vita sua non revocaverit, secundum dicta supra *eod. nu.7.* Vid. Sanchez. *d. Disp. 38. n. 14. & 15. & Disp. 35. nu 13.*

33 Q. VI. An uxore non repetente maritum, ipse sua sponte ad eam possit reverti? R. Id posse videri, argumento eorum, quæ dicta simili in casu *sup. eod. nu. 6.* Contra tamen hic dicendum videtur, ex eo, quod ibi sit actum in casu quo professio erat nulla; hic autem agatur casu, quo tenet promotio ad Ordines sacros, quibus adnexum est votum solemne, et Ecclesiæ constitutione: ut non repetitus ab uxore obligetur ad castitatem, cui non potest facto suo contravenire. Revocatus tamen reddit debitum, quia scilicet non potest uxorem privare. Sunt & alii casus, quibus consummatum matrimonium, altera parte vita, Religionem intrare licet, de quibus in *De divort.*

TITULUS XXXIII.

De Conversione Infidelium.

SUMMARIUM.

1. *Inter infideles est ratum matrimonium.*
2. *Conversio ad fidem in delictis non patrocinatur.*
3. *Proles communis sequitur conversum.*

OCcasione conversionis conjugatorum infidelium ad Religionem, de conversione conjugum infidelium, vel alterius saltem, ... dem hic subjungitur. * Inter quos quidem matrimonium est ratum, si aliud non subsit impedimentum, ut patet 1. *ad Corint.* 7. ubi Apostolus hortatur conjugem ad fidem conversum manere cum conjuge; quod non faceret, nisi inter eos esset ratum matrimonium, ut patet *c. Gaudemus 8. inf. De divortiis.* Datur tamen licentia discedendi ab eo, qui manet in infidelitate ut dicetur infrà *tit. De divort.*

Traduntur autem hoc Tit. duo de conversis ad fidem. I. Quod conversio ad fidem non patrocinetur in delictis gravioribus: quando qui interfecit virum alicujus Christiani conversus ad fidem illam ducere non potest, si modo & mulieris dolus intervenerit, ... *t.* Ratihabitio idem non operabitur, ... sit caussa actus. Hac de re latius inf. De ... *duxit quam pol.* * II. Quòd, licet attentum filius minor triennio apud matrem ... dus sit, major autem apud patrem, ...

verè D. *De liber. exhiben. & l. pen. C. De part. potest.* converso tamen ad fidem, sive ille sit pater, sive mater, communis proles potius adsignanda, ejusque sequitur conditionem, si necdum sit doli capax. Ratio est, ne ab infideli pervertatur, *c. 2. h. t.* habetque Ecclesia jus eam baptizandi. Ut hac in parte non attendatur patria potestas, uti & in aliis spiritualibus non attenditur, cùm liberi etiam invitis parentibus, ad fidem venire possint: sed potius inspiciatur favor fidei Christianæ, ut patet ex verbis finalibus, *d. c. 2.* cùm summa sit ratio, quæ pro religione facit, *l. Sunt Personæ 43. De relig. & sumptib.* Dico, si necdum sit doli capax; quam si ratione utatur proles, relinquenda est suo arbitrio, nec invita baptizanda, ut dicetur infrà *Tit. 42.* Vid. Sanchez. *De matrim. lib. 7. Disp. 72. in fine.*

TITULUS XXXIV.

De voto & voti redemptione.

SUMMARIUM.

1. *Votum unde dictum, & quid.*
2. *Votum aliud Simplex, aliud Solemne.*
3. *Solemne dupliciter fit, per ingressum sive professionem, & per susceptionem Ordinis sacri.*
4. *Simplex quia, & qualiter fiat.*
5. *Aliud item Tacitum & Expressum; aliud Implicitum & Explicitum; &c.*
6. *Vovendi consuetudo laudabilis.*
7. *Vovere quinam possint.*
8. *Episcopi & Clerici an & qualiter voveant.*
9. *Vota Religiosorum an licita?*
10. *An & uxorum, respectu maritorum, & contra?*
11. *An filiorum fam. & servorum?*
12. *Quid juris in prædictis quoad vota realia?*
13. *Materia voti est actus humanus, & possibilis.*
14. *Quid juris, si sub voto rei impossibilis contineatur quid possibile?*
15. *Votum non cedendi an validum?*
16. *Item materia voti est actus bonus.*
17. *An & actus indifferentes?*
18. *An necessariò eventura?*
19. *An actus boni, qui sunt sub præcepto?*
20. *Circumstantia vana adjecta an vitiet votum?*
21. *Votum contra prius votum an teneat?*
22. *An & votum rei quidem bonæ, sed cujus contrarium melius?*
23. *Matrimonium an licita materia voti?*
24. *Quid si actus sit partim bonus, partim malus?*
25. *Actuum bonorum omissio an ponat materiam voti.*
26. *Forma voti consistit in promissione.*
27. *Promissio debet esse deliberata.*
28. *Votum subita animi perturbatione emissum an ratum & firmum?*
29. *Pro voto ac deliberatione debita an præsumendum?*
30. *Adesse debet & intentio obligandi se.*
31. *Intentio interior an ponat votum & obliget?*
32. *Intentio non implendi obligationem non impedit.*
33. *Votum debet esse liberè emissum.*
34. *Metus quis & qualis impediat effectum voti.*
35. *Metus justus an irritet votum jure naturæ?*
36. *An jure Ecclesiastico?*
37. *Metus reverentialis an justa causa irritationis?*
38. *Dolus & error an irritum ponant votum?*
39. *Error sive ignorantia circa naturam & substantiam voti illud irritat.*
40. *Vt & circa circumstantiam gravissimam.*
41. *Error circa causam finalem similiter irritat.*
42. *Non etiam circa causam impulsivam.*
43. *Idque in ignorante & invincibiliter & vincibiliter.*
44. *Item quoad votum simplex, non solemne.*
45. *Effectus voti obligare in conscientia.*
46. *Idque juxta materiam voti, gravem aut levem.*
47. *Vovens in materia gravi an possit nolle obligari sub peccato mortali?*
48. *Vovens ex materia levi an se possit obligare sub peccato mortali?*
49. *Actus leves iterati qualem ponant reatum: & quid si plures actus tendant ad unum actum componendum?*
50. *Dubius de voto emisso utrum teneatur.*
51. *Quid si dubitetur de valore voti?*
52. *Quid si de voti materia, an licita?*
53. *Lapsus termini, intra quem votum præstandum, ab eo non liberat.*
54. *Praviso impedimento ejus diei, quo implendum votum, an teneatur quis prævenire?*
55. *Voti*

55. *Voti causà cessante an obligatio cesset?*
56. *Vovens jejunare Feriis sextis, an teneatur, incidente in illas Natali Domini?*
57. *Votum an obliget cum periculo vitæ, aut jactura bonorum?*
58.60. *Votum ipsum voventem tenet, non alium.*
59. *Impuberes oblati Religioni per parentes an teneantur ad votum?*
61. *Hæres an teneatur ad vota defuncti.*
62. *Filius non adimplens votum, in casu* c. Licet 6. h. t. *an privetur totâ successione.*
63. *Hæres tenetur ad defuncti vota realia.*
64. *Iaque ipso jure, & vi receptæ hæreditatis.*
65. *An & testatore declarante se nolle tale onus sequi hæredem?*
66. *Hæres quatenus teneatur ad vota mixta.*
67. *Voti obligatio cessat, I. deficiente materia.*
68. *II. Per irritationam à Superiore factam.*
69. *Veluti à domino, marito, patre, vi potestatis dominicæ, maritalis, patriæ.*
70. *Item vi potestatis spiritualis, à Pont. Episcopis & Prælatis Religionum.*
71. *An eadem potestas sit Prælatis circa vota Novitiorum?*
72. *Irritatio hæc an locum habeat in votis, quæ præcesserunt statum subjectionis?*
73. *III. Per commutationem.*
74. *IV. Per Dispensationem.*
75. *Dispensandi potestas quo jure competat Episcopis.*
76. *Dispensatio an licita in votis concernentibus commodum tertii?*
77. *Dispensare an S. P. possit super uno ex substantialibus voti solemnis?*
78. *Ad dispensationis istius valorem an requiratur justa caussa?*

1 PRofessio, de qua suprà *Tit* 31. continet votum, quòdà vovendo, id est promittendo, dictum, est actus religionis, quæ Deo justum ac debitum cultum tribuit, cui vota nuncupamus, tamquam omnium largitori, vel pro impetratis jam beneficiis, vel pro impetrandis. Undè rectè definiunt Votum esse religiosam promissionem Deo factam de meliori bono, libera voluntate. Excluditur promissio, quia fit homini, ut non sit religiosa. Excluditur & propositum quid faciendi in honorem Dei, quia obligatio, quam ponit votum, ut inferius dicetur, non inducitur nisi ex voluntate, quam non habet propositum tantum habens quid faciendi. Vide Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 11. c. 12. qu. 1. seqq.* Bellarm. *tomo. 1. Contr. De Monachis lib. 1. c. 14.* Suarez. *de Voto lib. 1. c. 2.*

Variè Votum dividitur, Præcipua divisio est, quòd aliud sit simplex, aliud Solemne. Inter quæ duo membra non est differentia quoad promissionem, quam utraq; habet; nec per se essentialiter ex voti materia & ratione differunt, ex jure divino, sed solum ex Ecclesiæ statuto, ut patet ex *c. unico eod. in 6.* quo sublato nullum esset solemne.

Habet autem Ecclesia vota duo solemnia. Prius est, quod contingit per professionem tacitam vel expressam, alicujus approbatæ Religionis interveniente simul acceptatione superioris; antequam votum dici solemne acquit, & vovens retinet dominium sui; nam actus acceptationem desiderans ante eam non potest dici perfectus. Suppletur ea per Superiorem, vices Dei gerentem, *d. c. unico.* Dico, approbatæ Religionis; nam aliud simplex tantum foret. Alterum, quod contingit sacri Ordinis susceptionem, cui Ecclesia adnexuit continentiam, quam solemniter vovere censentur, qui Ordinibus sacris initiantur.

Simplex nullam requirit acceptionis solemnitatem, sed continuò valet, sive in occulto emittatur, sive in publico. Ad quod & referre illud, quod est Religionis non approbatæ, ut dictum: nam cum solemnitas habeat effectum suum ex statuto Ecclesiæ, solemne dici nequit, cui Ecclesiæ statutum non adsistit. Non adsistit autem nisi voto approbatæ Religionis. Iam verò istud votum ut simplex tenet, quia tamen nus Ecclesia illud non improbat; nisi voventis jus sit animi, ut non velit teneri, nisi in Religione.

Aliud item est tacitum, aliud Expressum, aliud Explicitum, ut professionis approbatæ coram Superiore, aliud Implicitum, contractum sub susceptione sacri Ordinis. Aliud item Personale, quo officium personale, vel actus voventis promittitur, ut jejunare; aliud Reale, quo promittitur pecunia, aut aliquid pecunia æstimabile, ut dare eleemosynam; aliud Mixtum, quod partim actionem hominis concernit, partim rem, sive præter actionem hominis

hominis, etiam reales sumptus includit, cujusmodi est peregrinatio ad aliquem locum, cum alicujus rei oblatione. Est & aliud Absolutum, aliud Conditionale; ad certam conditionem relatum, veluti si quid contigerit. Illud est purum, & vel perpetuum, vel Temporale, ad certum tempus restrictum, quod non egreditur. Conditionale iterum aut est Pœnale, quo promittitur pœna in casum, quo quid faciat aut non faciat vovens; aut non pœnale, quo se obligat in casum, quo convaluerit, aut similem. Dividitur etiam in Affirmativum, quod continet positivam professionem de agendo aliquid, ut peregrinando, orando; & in Negativum, quod cadit in omissionem actus, ut non fornicandi, non nubendi.

6 Vovendi consuetudinem laudabilem esse Catholica habet sententia, probata, præter alia loca, Psal. 75. *Vovete & reddite Domino Deo vestro:* & Esaiæ 19. *Colent eum hostiis & muneribus, & vota vovebunt, & solvent;* quod de Christo videtur intelligendum. Ut non nisi qui reprobi sunt sensus, negent Christianis esse vovendum, & non audiendi obmurmurantes hæretici, quod laudabile est & Deo gratum pro jure suo reprehendentes, ex hoc solo quod in Catholica Ecclesia usurpatum.

7 Voti capax est solus homo viator; tendit enim votum ad impetrandum beneficium. Quo non indigent beati, qui in termino sunt: non etiam mortui, qui per se mereri amplius nequeunt. Non tamen omnis homo viator est capax voti, sed tantum habens usum rationis. Ut excludantur à vovendo impuberes, doli non capaces; amentes, furiosi, non tantum perpetuo, sed & ad tempus; pro tempore & dispositione, qua ratione uti nequeunt, ut dormientes, phrenetici, ebrii, quia pro dispositionis istius tempore ratione non utuntur, ut voventes non obligentur. Est enim votum personalis actio à voventis voluntate procedens, ut eam præsupponere sit necesse. Illi, quibus est usus rationis, quantum ex parte sua vovere possunt, si aliunde non impediantur. Vid. Suarez 3. *de Voto c.* 2.

8 Impediuntur Episcopi validè aliquid vovere, quo vinculum, per quod sunt addicti suæ Ecclesiæ, solvatur, etiamsi rendat ad religionem, sine Pont. Rom. auctoritate, *c. Nisi sup. De renunt. c. Licet* 18 *sup. De regularib.* Azor *d. lib.* 11. *c.* 16. *qu.* 2. & 3 Suarez *d. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 4. & *seqq.* Alii Clerici etiam in dignitate positi non sunt prohibiti; *can. Duæ* 19. *q.* 2. quòd per eorum vota non ita præjudicetur Ecclesiæ. Petenda tamen licentia à Superiore, qua non obtenta nihilo magis impediuntur, *arg. d. c.* 18. Azor. *d. c.* 16. *q* 3.

9 Subjectio non facit omnia subjectorum vota irrita. Ubi distinguendum inter personalia & realia. Illa melioris boni, sunt valida, etiam in Religioso, si per Regulam non sint prohibita, statimque valent. Petenda tamen à Superiore licentia, vel facultas, ut reddantur, sine qua Religioso nihil agere licet, cùm in illius arbitrium voluntatem suam conjecerit, *can. Monacho* XX. *q.* 4. & *can. Noluit.* XXXIII. *q.* 5. Azor. *d. c.* 16. *q.* 4. Suarez *d. lib.* 3. *c.* 6. *nu.* 7. & *seqq.* Quòd si per Regulam opus fuerit prohibitum, certum est, nullius esse momenti votum. Ubi non rectè dixeris subintelligi, nisi Prælatus dispenset; quia votum est absolutum, quod non habet subintellectam istam conditionem: & deinde melius est servare Regulam, quàm uti dispensatione ad operandum contra istam.

10 Quid in uxorum votis? R. Non obstante subjectione, iis esse liberas multas actiones honestas, & virtutum materias, quas mariti illis prohibere nequeunt, propterea quòd debitum officium in his, quæ ad statum eorum non pertinent, non impediant; ut proinde valida sint vota uxorum circa istas materias. Quoad ea verò, quæ concernunt jus maritorum, non possunt absoluta vota, & independentia à maritis, emitti ab uxoribus; rectè tamen subintellectâ conditione, si consenserint, si non prohibuerint, quia alias non esset licita materia. Idem dicendum de votis maritorum, respectu uxorum, quatenus spectant ad usum conjugalem, in quo sunt pares vir & uxor, *c. Gandemus inf. De divort.* Sic & votum abstinentiæ aut simile, quatenus in præjudicium alterius redundat, absolutum non emittunt, sed benè sub conditione, si alter consenserit, *d. can. Noluit & can. Manifestum* XXXIII. *q.* 5. Azor. *d. loco qu.* 10. Suarez *d. lib.* 3. *c.* 6. *nu.* 26.

11 Filiorumfam. vota absoluta non aliàs tenent, quàm si sint actuum, qui debitam pa-

rentibus obedientiam non impediunt, ut sunt observationes præceptorum, actiones honestæ: alias si derogent juri parentum, habent conditionem, si consenserint. Servorum vota cum ordinariè pendeant à voluntate dominorum, habent & ordinarie conditionem, si consenserint; nisi sint tales actus, quibus nullatenus præjudicetur dominis.

12 Quantum ad realia vota, non sunt ea valida, nisi eorum, qui habent liberam facultatem utendi, & disponendi de rebus, votis. Quo modo Religiosorum, qui non habent proprium, vota realia non tenent, nisi vel administrationem habeant, aut voveant sub conditione, si iis concedatur. Prælati, quibus est administratio bonorum, ex vi sui muneris, ut habent licentiam dandi eleemosynas, ita & vota validè juxta eam mensuram emittendi; quæ ad summum includent conditionem negativam, nisi à Superiore impediantur. Religiosi administrationem non habentes inutiliter emittunt absolutè vota realia, quia vovent de re aliena, ut non teneantur petere licentiam. De re tamen, quam in usus suos possunt consumere, si parcè utendo & sibi subtrahendo voveant eleemosynam facere, tenētur facultatem petere à Superiore, quòd votum hoc sit de re bona, & non indecens, ut illi subsit conditio, si detur licentia, quæ ideo petenda. Quantum ad uxores, non rectè vovent vota absoluta de bonis communibus & dotalibus, quod eorum administratio dependeat omnino à marito, cujus proinde licentia est opus. Quantum ad peraphernalia, videntur vota earum tenere, cum ipsis sint propria, & eorum liberum habeant usum. Idem de filiisfam. quoad bona paterna: nam quoad propria, ut castrensia & quasi castrensia, ut libere disponunt, ita & vovendo tenentur. Servi, cum proprium non habeant, voventes non tenentur, cum de dominorum suorum rebus non disponant, nisi aliquid de servitio suo iis permittatur adquirere & disponere.

De Voti materia.

13 CErtum est, materiam voti esse aliquem actum humanum: debet enim id, quod promittitur, esse in potestate promittentis, cum stultum sit promittere, quod præstare nequeas. Non est autem in ejus potestate [illegible] actus humanus. Ubi non est satis, actū in se [illegible] probabilem, sed etiam usus ejus debet esse [illegible] venti possibilis. Nam si illi sit impossibilis, [illegible] faceret ad valorem voti, cùm actus sit ali[illegible] sibilis, quia non alienum factum quis vove[illegible] suum. Unde consequitur, actum impossi[illegible] lem non tantum simpliciter, verùm etiam [illegible] voventi non ponere materiam voti, propter [illegible] quod ad impossibilia nulla sit obligatio, [illegible] *possibilium* D. De R. I. & ad impossibile [illegible] obligetur, *c. Nemo potest* De R. I. *in 6.* Ratio [illegible] facilis, quod voluntas imponens sibi obligationem, debeat esse consentanea rectæ ratio[illegible] qualis non est obligans ad impossibile. Ut [illegible] sit prorsus inutile non tantum quoad rem [illegible] missam, verùm & quoad aliam ejus loco [illegible] standam possibilem, quia cum non sit pro[illegible] ad eam nulla est obligatio. Vid. Suarez [illegible] *Voto c. 1. & 2.*

Quid si sub voto rei impossibilis con[illegible] tur quid possibile? R. Distingendum esse [illegible] si principalis & totalis voti materia sit [illegible] aliquod moraliter, & secundùm usum [illegible] narium indivisibile, ad nihil obligetur [illegible] vovens, ex jam dicta ratione. Nihil facere [illegible] quòd accessoria sint possibilia; quia non [illegible] per se sub promissione, sed tantum accide[illegible] quorum non est usus, non stante princi[illegible] Si sit totum divisibile, cujus partes ali[illegible] sunt possibiles, obligatur eatenus vove[illegible] quia quantum in se fuit, intendit se oblig[illegible] ad promissum, quatenus fieri potest. Ut, [illegible] tantùm pars fieri possit, obligetur saltem [illegible] partem; cum nihil obstet, votum, uti [illegible] lias res, pro parte valere, pro parte non va[illegible] re, secundùm Reg. quòd utile per inutile [illegible] vitietur; & Si non valet, quod ago, valeat [illegible] potest, *c. unico §. 1 in fine De desponsat. impu[illegible] in 6.* Quò spectat, quòd dictum suprà, De R[illegible] *gularib.* maritum solemniter professum, [illegible] tâ aut insciâ uxore, inutiliter quidem [illegible] professum, obstrictum tamen esse voto [illegible] plici castitatis, quia eatenus in ejus erat po[illegible] testate vovere, & se obligare. Quòd si actus principali possibili adjectus fuerit modus [illegible] possibilis, votum obligabit, & servandum [illegible] rit in actu principali, modo secluso, quod [illegible] cidentalis non destruat substantiam, & [illegible]

pro-

pedimentum in accessorio non redundet in principale, per textum in *c. un. De consecrat. Eccles. in 6.* Veluti si quis voverit iter Hierosolymitanum perficere genibus flexis, quod cum modo isto est impossibile, est tamen possibile sine modo: ut obliget ad principale iter, omisso modo impossibili adjecto, qui cum sit loco accessorii, non debet vitiare principale Navarr. *in Summa c. 12. nu. 43.* Nisi tamen voventis intentio fuerit non obligari ad actum principalem sine tali modo: ex qua cum pendeat obligatio, potest illa connectere, quæ secundum se connexa non sunt, & nolle principale, nisi dependenter ab accessorio; vel nisi modus additus faciat ad minuendam materiæ difficultatem. Nam si notabiliter ex defectu voluntatis actus fiat difficilior, qui putabatur possibilis, non obligabit votum ex defectu voluntatis: veluti si quis vovit aliqua loca visitare equo, ut putabat possibile, cum non sit possibile, non tenetur pedibus iter facere. Vid. Suarez *d. lib. 2. c. 2. nu. 10. & 11.*

15 Q. II. An teneat votum non peccandi? R. Non peccandi mortaliter votum esse validum simpliciter, cum sit de re honesta & possibili, si non per naturam humanam, saltem per divinum auxilium imploratum: & quamvis sit difficile, non tamen ea difficultas tanta, ut reddat votum nullum. Quo modo Navar. *d. c. 12. nu. 65.* dicit, violantem votum tale bis peccare: ut minùs expediat ejusmodi votum, quod det occasionem gravius peccandi, & rari sint, qui divinæ gratiæ ita cooperentur, ut numquam peccent mortaliter. Est & votum non peccandi venialiter de re honesta, ut videatur non invalidum; difficilius tamen, quam præcedens, minusque expediens, nec consulendum. Ut non desint, qui dicant esse nullum, propter impossibilitatem; quod verum est, si absolute fiat. Alias & hoc possibile erit divino auxilio: & obligabit ad vitanda peccata venialia, ex deliberatione & plena advertentia, cujus violatio non videtur excedere peccatum veniale, quod sit de re levi, secundùm Navar. *loco cit.* Azor. *d. lib. 11. c. 13. qu. 4.*

16 Oportet præterea res sit bona, in quam votum cadat; nam nemo potest obligari ad actum malum, tamquam ad impossibilem, *l. Filius 15. D. De condit. Instit.* sive sit malus ex objecto, sive ex fine, aut adjuncto: quatenus tamen adjunctum est motivum principale, & primariò intentum, quia reddit actum malum, atque ita votum nullum, tamquam cadens in materiam incapacem. Nam si primaria intentio feratur in actum bonum, adjunctum verò sive circumstantia secundaria intentione sit mala, tunc orietur obligatio adipsum actum, rejecta circumstantia, quia tunc in virtute duo sunt vota, quorum prius principale bonum est, & implendum, alterum secundarium malum, & inutile, ne utile per inutile vitietur. Sic vovens, si in duello liber & salvus evaserit, tenetur; è contra non tenetur vovens in casum, quo ex injusto bello victor reverteretur, cùm tale votum cooperetur ad finem injustum, atque ita judicetur stultum, Deo non gratum, cui nihil gratum, nisi quod bonum. *can. In malis XXIV. q. 4.* Suarez. *d. lib. 2. c. 5. nu. 12. & seqq.*

Ubi quæritur Primò, An actus indifferentes 17
sint materia voti? R. Non esse eatenus, quatenus sunt indifferentes, quòd non sint secundùm se boni, uti in voto requiritur; aut si non sint mali in individuo, non sunt tamen utiles ad divinum officium, quod est finis voti. Si tamen circumstantia contineat finem honestum, tenebit votum. Sic qui vovit non intrare aliquam domum, aut non transire aliquam plateam, inutile votum fecit. Si tamen ideo vovit, ut evitaret occasionem peccandi ibi obviam, votum tenebit, propter circumstantiam, quæ utilis est. Navarr. *d. c. 12. nu. 28.* Azor. *d. c. 13. qu 5.* Suarez *d. lib. 2. c. 4. nu. 3.*

Q. II. An necessariò eventura sint voti mate- 18
ria? Non esse, cùm votum debeat esse circa rem, quæ eligi possit, aut omitti: electio autem nulla circa ea, quæ necessario eventura. Et hoc, quatenus absolutè talia sunt; nam si habeant usum liberum, aliud dicendum. Suarez *d. lib. 2. c. 1. nu. 6.*

Q. III. An actus boni, qui sunt sub præcep- 19
to? R. Non deesse, qui negent esse materiam voti, quòd ad eos sit sufficiens obligatio ex præcepto, ut per votum frustra inducatur nova; cum frustrà promittatur alteri aliquid, quod non debetur, secundùm ea, quæ tradit Jason in *l. Qui bis 18. D. De verb. oblig.* Veram tamen esse sententiam, tales actus ponere

materiam votimam licet sint aliquo modo necessarii, ratione præcepti, simpliciter tamen sunt voluntarii, & relicti arbitrio communi, cujus libertatem non tollunt. Ut prior obligatio non omninò determinet voluntatem, aut reddat eam immobilem in proposito id faciendi, ad quod obligatur; ut maneat materia capax obligationis honestæ, & Deo gratæ. Quò facit, quod non repugnet, addi obligationem obligationi, & unam rem ex duabus caussis deberi, *Instit. De legat. §. ex contrario* 14. licet uniea præstatione satisfiat obligationi, *d. l.* 18. Quod præcipuè procedit, si posterior obligatio addat firmitatem. Jas. in *d. l.* 18. *in fine*, uti in casu præsenti, in quo amplius determinatur voluntas, & immobilior redditur in proposito. veluti audiendi Missam die festo, non comedendi carnes die Veneris. Quo casu contravenies non tantum erit reus præcepti, quod violavit, sed & fractionis voti. Et qui vovit castitatem, fornicando, non solum fornicationis peccatum incurrit, sed & voti violationem. Vid. Suarez *d. lib.* 2. *c.* 6.

20 Q. IV. Utrum circumstantia tidicula aut vana adjecta vitiet votum? R. Non videri, ne per accessorium vitietur principale, quod est bonum, *c. unic. De consecr. Eccl. in* 6. contra juris regulam, quæ non vult utile per inutile vitiari: modo circumstantia accessoria non contineat motuum principale & primariò intentum, quia tunc & principale vitiaretur, secundum ea, quæ dicta sunt paulò antè *nu.* 14. *in fine*.

21 Q. V. An votum contra prius votum aut juramentum teneat? R. Non videri, quòd nequeat continere bonum, siquidem prius votum sit validum, & de meliori bono, ut posterius necessario contineat materiam meliori bono oppositam, atque ita nullum ex eo capite. Potest tamen & posterius valere contrarium priori, quod est de bono & honesto, si illud contineat bonum melioris ordinis, quod semper est exceptum.

22 Q. VI. An teneat votum rei quidem bonæ, sed cujus contrarium est melius? R. Non videri, quod votum videatur malum, utpote impediens à re meliori, aut inducens inhabilitatem ad statum perfectiorem: quod repugnat divinæ voluntati, cui omne votum debet esse conforme, ut habeat valorem. Ad quem non est satis, quòd votum versetur circa bonum & honestum; nam debet & tale esse, quod non impediat bonum melius, quia quodcumque opus bonum, quod fine detrimento majoris boni fieri potest, facta comparatione non ad quodvis opus bonum, sed ad oppositum. Navarr. *d. c.* 12. *nu.* 25. Suarez *lib.* 2 *c.* 9.

Q. VII. An igitur actus contrahendi matrimonii ponat materiam voti? Dicendum ex dictis, non ponere, propterea quòd hujusmodi vinculum inducat effectum repugnantem meliori bono, scilicet castitati, religioni, atque ita sit impedimentum boni majoris, proinde non teneat. Ubi quis non rectè discerit, juramento posse quem obligari ad matrimonium cum aliqua ineundum, ut dicemus infrà *lib.* 4. nam non ideo & voto ea vinculatur, licet major sit ejus obligatio, quia sacramentum sequitur naturam actus, cui adjungitur; promissioni scilicet, quæ valide huic facta est, qui, quatenus sibi videtur bonam eam acceptat, licet non sit ex melioribus. Votum verò sit Deo, cui non est res gratior dens meliorem, & altioris ordinis. Sumen casus, quibus tale votum est validum, persona sit fragilis, ut ad vitandum crimen sum, judicio prudentum, melius illi sit bere, quàm uti. Tali enim de caussa votum validum erit, quia tali personæ liciter de meliori bono, & necessarium tale remedium, tamquam medicina, tem utilius, quàm status religionis. de Deo gratius. Non tamen ita validum, excludat religionem, si fortè per eam vovens se posse occurrere periculo nentiæ, aut id evitare, quia numquam ditur remedium melioris boni; sed tantum obligat tale votum, ut, si melior non eligatur, illa, quæ vota est, acceptetur. Si tale votum sit emissum intuitu pietatis, misericordiæ, ut si quis voverit ducere tricem caussa avertendi illam à peccato, spectat ad opus meritorium, *c. inter* 20 *Sponsal.* aut virginem pauperem, cujus declaratur integritas, ut ei subveniat. Nec votum videtur obligare absolutè, cum exclusione majoris boni, scilicet, status religionis, qui est perfectior: ut tantum obliget,

ducturus uxorem, talem ducere debeat, non etiam absolutè obliget, quia esset impedimentum majoris boni, atque ita malum. Vid. Navar. *d. c. 12. num. 43.* Azor. *d. c. 13. qu. 9.* Suarez *d. c. 9. nu. 2. & seqq.* Quod de matrimonio dictum, idem obtinet in voto quocumque statu pio inferiore, quod scilicet non obliget inhabilitando ad statum altioris & perfectioris ordinis. Suarez. *d. loco num. 23.*

24 Q. VIII. Quid si versetur votum circa objectum includens partim bonum, partim malum? Resp. Votum tale obligare ad id, quod bonum est & licitum, secluſa malitia. Exemplum est in voto dandi eleëmosynam ex omni lucro; intelligitur enim hoc de justo tantùm non etiam de injusto. Navarr. *d. c. 12. num. 37.* ponit exemplum in eo, qui se vovit nudum peregrinaturum, quem rectè vult teneri ad peregrinationem, non tamen nudum, quia hoc inhonestum est. Nisi tamen principalis ratio vovendi fuerit pravitas materiæ, seu turpe motivum, vel nisi intentionem voventis constet fuisse, non obligari ad unam partem sine connexione alterius, secundùm dicta supra. *eod. n. 14. in fine.*

25 Q. IX. An omissio bonorum actuum ponat materiam voti? Resp. Non ponere, quòd ea contineat remotionem melioris boni, veluti non jejunandi, non ingrediendi, non suſcipiendi Ordines, aut simile quid. Nisi sit negatio talis actus boni operis, qui neque in consilio est, neque in præcepto: ut non ponat materiam voti, veluti inire matrimonium, quod licet sit bonum, quia tamen est impeditivum majoris boni, non est materia voti, secundùm dicta paulò ante. Ut negatio ejus causset liberiorem occasionem majoris boni, sublato impedimento, quod actus ipse ponere potuisset. Suarez 2. *d. Voto c. 19.*

De Forma Voti.

26 FOrma voti est in promissione, quæ est quasi quidam contractus inter Deum & hominem: ut solus conceptus nullam inducat obligationem, uti nec propositum *d. c. 3. h. t.* cum proponens non promittat, sed prius statuerit promittere. Quod est diversum à promissione, quæ præsupponit voluntatem, ex qua causatur obligatio, cùm propositum necdum ponat voluntatem: ut *d. c. 3.* Pontifex, agens de eo, qui proposuerat habitum Religionis suſcipere, dicat, si plus non est in voto processum, eum, qui propositum habuit, non posse dici voti transgressorem, non implendo propositum: & Abbas *ibid. num. 3.* non obligare solum propositum, nisi adsit animus se firmiter obligandi, juxta textum in *c. consulti sup. de regularib. & c. 4. eod. tit. in 6.* Suarez. *lib. 1. de Voto c. 2. & c. 4. n. 3.*

Oportet autem promissio sit deliberata; 27
nam ubi rationis usus abest, non tenebitur vovens, cùm quod agat non advertat. Unde dictum supra, non teneri nisi dolo capaces, & pro temporis dispositione usu rationis pollentes.

Ubi quæsitum, An votum subita animi per- 28
turbatione emissum teneat? Resp. Esse, qui velint, calore iracundæ, aut alio animi motu emissum non obligare, si, cessante calore aut motu, vovens non fuisset emissurus, propterea quòd calor iste aut motus faciat deesse debitam deliberationem *Gl. in c. audum 20. V. calore sup de conversſ. conjug.* Quæ opinio probari posset, si talis sit calor & commotio animi, per quam omninò cesset judicium rationis, ut commissum eo tempore ne quidem peccatum poneret, *c. sicut 15. sup. de Regularib.* Aliàs communiter ista commotio aut calor iracundiæ non impedit usum rationis ac deliberationis, cùm & eo tempore commissa peccatum ponant, ut patet ex *c. sicut 13. sup. de iurejur.* Ut dicendum sit, votum obligare, tamquam factum ex sufficiente deliberatione. Quam non faciet videri defuisse confestim subsecuta pœnitentia, cùm & sæpè eorum, quæ magna cum deliberatione sunt gesta, pœnitere faciat inconstans, & levis hominum voluntas. Nihil facit *c. 3. h. t.* nam in eo non causſatur nullitas voti ex perturbatione, verùm ex eo, quod nulla præcesserit promissio, sed tantùm fuerit propositum. Vid. Gutierrez. *lib. 2. can. quæst. c. 22. n. 14.* Azor *d. lib. 11. c. 15. qu. 5.* Sanch. *De matrim. lib. 1. Disp. 8. num. 8.*

Alia quæstio est. An in dubio præsumendum 29
sit, debitam adfuisse deliberationem? R. Esse qui negent, hoc argumento, quòd in dubio melior sit conditio voluntatis libertatem

possidentis: contra tamen rutius videri, pro voto præsumendum esse, eo quòd, cum ratò contingat defectus deliberationis requisitæ, præsumendum sit pro ea: qualitas enim quæ homini ineſt, semper adesse præsumitur. Nec est hoc in eventu possessio tam pro libertate voluntatis, quàm potius pro voto, quod certum est, emissum esse; dubitatur autem de deliberatione, pro qua stat votum, quot præsumitur temerè emissum. Quod si de voti emissione dubitaretur, præsumendum esset pro libertatis possessione, Sanchez. *d. disp. 8. num.* 10. *& ad decal. lib. 4. c. 1. num. 12.*

30 Adsit præterea intentio obligandi se, aliàs votum frustrà emittetur, *Gl. in d c. 12.* Fundatur enim omnis obligatio in consensu interiori; quo deficiente, exterior actus non potest dici validus. Imò interior intentio ponit implicitam repugnantiam cum exteriore promissione, quæ absolutè denotat obligationem, sine qua frustra est promissio. Tollit autem absolutè obligationem interior intentio, ut talis videatur ludere Deum, non sine peccato, ob irreverentiam, quæ Deo fit.

31 Ubi quæritur, an talis obligetur? R. Non obligari in conscientia, quia obligatio non inducitur nisi per verum votum, quale hoc in casu non ponitur: neque poterit voveus cogi isto in foro ad voti observationem, creditur enim eo in foro homini tam pro se, quam contra se. Quantum ad forum exterius, si constet votum esse factum; potest per Ecclesiam vovens cogi ad votum observandum, quia Ecclesia de occultis non judicat, neque fidem tenetur habere dicenti fictè se votum emisisse, quia propriam allegans turpitudinem non audiendus. Quò facit *c. Per tuas sup. de probat.* indignum esse, juxta legitimas sanctiones, ut quod quisque sua vo e dilucidè est protestatus, valeat proprio test monio infirmare; sequeretur enim indè, nulla pacta, nullas promissiones firmas esse. Vid. Suarez. 1. *de voto c. 3. n. 6. & 12.*

32 Iterum quæritur, An necesse sit, ut vovens habeat intentionem implendi, quod vovet? R. Intentionem non implendi nihil impedire obligationis ortum, quæ hoc ipso ponitur quo vovetur, cum animo se obligandi. Ut nihil faciat intentio non implendi, quæ obligationem non impedit, utpote illi non contra- quamvis faciat votum non fieri honestè. Sic suscipiens Ordinem sacrum, cum intentionem servandi castitatem, aut qui contubinam habet, nihilominus validum est votum, Ordini sacro annexum. Vid. Azor. *qu. 8.* Suar. *lib. 1. de voto. c. 4.*

Requiritur etiam ad votum, ut liberè missum. Neque enim coacta vota accentus, qui non vult coacta sacrificia, & nihil tat nisi quod bonum, nihil autem bonum quod voluntarium. * Ubi requiritur, justus, qui voti effectum impediat, constantem vitum, gravis alicujus mala re supra, *tit. de his quæ vi vel metu* &c. niens ab actione hominis injuriosa, extorquendum: nam causatus ex immi- mali provenientis ex causis naturalibus, gravi morbo, periculo naufragii, mortis sa criminis, non impedit voti obligam Navarr. in *Summa c. 12. n. 42.* cum talis metueret gravissimus, non tollat simpliciter tem, nec ponat involuntarium: ut nihil 36 re Deo non obligetur vovens, qui tale elegit ad finem evitandi malum immine- eo, directè ad extorquendum votum non dirigatur, nihil obstabit metus incussus, licet per injuriam, cum remotior, & proxima causa sit libera, à se impellatur ad vovendum: quam Sic qui tædio magni mali, quod in v. g. apud Turcas, injustissimè patiun- emittunt, obligantur, cum injusta nihil impediat voti libertatem. Quòd datum aut promissum alteri in- um, causa evitandi periculi, etiam minentis, dicatur non pertinere ad Quod metus cau'a gestum erit, *l. Metus D quod metus caus.* Nav. *d. loco.* Suar. *c. 7. n. 10. & passim.* 37

Quæstio autem est, An metus justè ad extorquendum votum incussus annullet jure naturæ? R. Ita aliqui Primò argumento matrimonii, quod facit metus, ut infra dicetur: eadem ratio est in voto. II. Quòd non sit Deo nisi sacrificium voluntarium. III. metus contineat injuriam, nemo tenebeat obligari ex injuria. Verùs tamen

jure non esse votum irritum, cum nulla ratio urgens dari possit. Nam si qua daretur, esset, quia metus ponat simpliciter involuntarium; quod est falsum, ut patet ex dictis suprà, *de his quæ vi &c.* ubi dictum, coactam voluntatem esse voluntatem, & stricto jure obligare. Nec obstat primum argumentum, ductum à matrimonio, quia probabilius est, matrimonium metu initum non esse irritum jure naturæ, sed Ecclesiastico tantum. Et ut esset, non eadem est ratio, quòd matrimonium sit contractus humanus inter homines, inter quos injuria posset esse sufficiens causa irritationis. Item in eo sunt onera, ratione quorum videtur requiri major libertas. Non obstat secundum, quia procedit in casu involuntarii simpliciter, non est autem tale hoc in casu. Non obstat tertium; nam injuria quidem est in eo, qui votum extorquet per metum, quia non impedit, quò minus Deo quæratur jus per voventem, qui vovendo vitam redemit, quam aliàs amisisset. Vid. Suarez 1 *de voto c. 7.*

36 Q. II. An votum irritet metus jure Ecclesiastico? R. Votum solemne jure isto esse irritum, ut patet ex *c. 1. sup. de his quæ vi &c.* quod satis indicat, adductum timore mortis non obligari ex voto: desiderat enim hoc jus summam in voto libertatem, propter difficiles exitus, quos facilè caussat metus in statu perpetuo. Simplex votum posset videri non tam irritum, quàm irritandum esse, quia *d. c. 1.* tantùm loquitur de voto solemni, cùm ibi fiat mentio religiosæ professionis. Ut, cum hæc irritatio pendeat ex Ecclesiastico statuto, non sit trahenda ad ea, super quibus non disposuit Ecclesia; spectat enim ad odia, quæ potius restringenda, quàm extendenda. Videtur tamen communiùs receptum, etiam votum simplex irritari per Ecclesiam.

37 Q. III. An metus reverentialis ponat irritum votum? R. Per metum talem non irritari matrimonium, secundùm plerosque, per textum in *l. si patre* D. *de ritu nupt.* ubi dicitur, filium, qui patre cogente duxit uxorem, videri hoc maluisse, licet, si sui arbitrii fuisset, non duxisset. Contrarium aliquos in voto sentire, quòd hoc plenissimam requirat libertatem. Verum idem & in voto dicendum, cum sola reverentia non sit justa causa irritationis, ut patet ex *c. fin. inf. Qui Clerici vel voventes &c.* ubi votum emissum præcepto parentum non est nullum. Facit, quod metus iste, non sit cadens in constantem virum. Abbas *in c. cum virum num. 8 sup. de Regularib.* Covar. *de matrim p. 2 c. 3. §. 6. num. 7. & 8.* Nihil enim habet coactionis, obsequi parentum præcepto: nisi tamen ultra istum metum adsint minæ, aut alia violentiæ incussio, quæ libertatem auferendo instrumentum caussaret, per text. *in can. Puella XX. q. 1. & can. Præsens XX. q. 3.* quibus in locis ultra metum reverentialem adest & coactio. Atque ita, posito, eamdem requiri libertatem in voto & matrimonio, idem in utroque casu jus ponendum erit. Vide Sanchez *de matrim lib. 4. disp. 6. qu. 2.* Hæc de metu.

Quæstio est & de dolo, errore seu ignorantia, An hæc votum vitient, aut irritum ponant? R. Dolum & errorem sive ignorantiam in eo solùm differre, quòd dolus dicat actionem sive deceptionem injuriosam, per quam proximus in errorem inducitur: error autem abstrahat ab injuria vel deceptione alterius, cùm possit ex naturalibus causis, aut aliis contingentibus evenire. Non videtur autem quid facere ratio injuriæ, quò minus sit gravis respectu Dei, ad invalidandum votum illi factum, ex ortum licet dolo alterius; per quem quidem injuria facta est, non tamen per Deum, cui votum fit: à quo etiam acceptatum sine injuria, quatenus plena voluntate factum, cum spectet potius ad honorem Dei, & bonum ipsius voventis. Quò faciunt varia jura, ut *c. Dudum sup. de convers. conjug.* ubi dolo inducta ad vovendum nihilominus validè vovit, *Gl.* & Abbas *ibid.* Et *Gloss. fin. in cap. cum dilectus sup. De his quæ vi &c.* tradit, quòd in spiritualibus, etiamsi dolus det causam contractui, non tamen subveniatur dolum passo. Quod & ipsum adserit *Gl. 2. in can. Constituit XX. q. 3.* dans in eo diversitatem inter metum & dolum, quòd ille faciat contractum irritari, non hic, saltem jure Canonico in spiritualibus. Verùm ista non ita simpliciter procedere dicenda, cùm ratione erroris sive ignorantiæ caussatæ per dolum occultetur objectum: quo occultato, non potest voluntas in illud ferri, quia nihil volitum, nisi præcognitum. Ut hic non tam dolus sit considerandus

38

quam

quam ratio ignorantiæ sive erroris, ejusve conditio, circa substantiam sit voti, circa causam finalem, an impulsivam, levis an gravis.

39 Dicendum itaque, Si votum fuerit emissum per ignorantiam proprietatis ipsius voti, & conditionis ejus substantialis, impediri ejus valorem: ut si vovens nesciat voti obligationem, & per votum non induci aliquam obligationem; quia tum res ipsa & substantia ignoratur, ut sit sine effectu votum, tamquam non voluntarium, cum non possit voluntas fieri in incognitum. Nisi tamen ignorans voti naturam, confusè velit illud facere, prout in se est, vel prout alii faciunt, quia per ejusmodi intentionem depellitur ignorantia; aut, ea non obstante, vult quis vovere ex intentione generali, ut non supersit, quo excusetur ab ejus obligatione, argumento exemptionis-venditionis, quæ facta per aversionem, de qua *D. de commodo & peric. rei vend.* Similiter & impeditur effectus, si vovens ignoraverit conditiones substantiales, nam ista ignorantia caussat involuntarium.

40 Idem dicendum, si error versetur circa circumstantiam gravissimam, juxta rei qualitatem, ut moraliter videatur pertinere ad substantiam. V. G. Si quis voveat iter Hierosolymitanum, existimans sine navi eò veniri posse, aut Romanum, persuasum habens parum distare, aut simile quid: tollit enim & talis ignorantia voluntatem, cui nihil est magis contrarium, quàm error, *l. si per errorem D. de jurisd.* quia ejusmodi circumstantia præscita avertisset à vovendo. Secus dicendum, si circumstantia levis aut impertinens, nam cum non sufficiat ad causandum involuntarium, non ponet etiam votum nullum. In judicandis autem his circumstantiis, graves sint an leves, arbitrio prudentis utendum.

41 Quoad errorem circa causam, ille tum demùm ponet votum irritum, si fuerit propria & finalis, & quasi ratio formalis movens ad vovendum. Ratio est, quòd ejusmodi causa pertineat ad formale & substantiale objectum voti, circa quod error facit tolli objectum formale, & consequenter deficere intentionem. V. G. Si quis voveat dare alicui eleëmosynam, quia pauper sit, [illegible] tenebitur, si eum divitem intelligat: pauper[illegible] enim est præcipua & formalis causa votæ eleemosynæ, ut ejus defectus excuset à voti obligatione.

Si verò error fuerit circa causam impulsivam, aut occasionem, non potest dici defectus consensus, atque ita votum tenebit, cum causa ista non pertineat ad substantiam voti, [illegible] sine illa maneat integer consensus. Exemplum est in *c. magnæ 14. sub. de convers. conj.* ubi mulier vovere inducta per causam falsam quidem, sed tamen inductivam, prohibet à proposito castitatis recedere. Nam error circa talem causam non est de re pertinente ad substantiam voti, sed de motivo quodam [illegible] occasione extrinseca & remota, ad quam possunt spectare dicta de causa, cum ejusmodi causa sit impropria & abusiva. Tit. [illegible] *Tract. causa cessante, limit. 15. num. 5.* Nihilominus tali causa inductus taliter adfectus [illegible] ut, si scivisset non subesse illam causam [illegible] fuisset votum emissurus. Et hoc, si ista conditio formaliter & virtute cadat sub intentionem voventis; V. G. Si vovens dare [illegible] eleëmosynam, ut pauperi, habeat tamen conditionem inclusam in virtute voluntatis vovendi, si præscirem Titium esse furem, [illegible] malæ vitæ: non darem eleemosynam, [illegible] ista conditio facit votum restrictum ad [illegible] tum casum, ultra quem non extenditur, [illegible] dùm illud generale, quod actus agentium [illegible] extendantur ultra illorum intentionem. [illegible] rè vovens non adficiatur quidem erga [illegible] nus hominum, etiam pauperum, [illegible] tamen voverit dare illi ut pauperi, [illegible] conditione apposita, tenetur ex voto, [illegible] præscivisset talem non fuisse daturum, [illegible] promissurum. Nam quod sit talis, non [illegible] quo minùs teneatur ad eleemosynam [illegible] missam, cum sit verè pauper, super quo [illegible] datur votum non continens aliam conditionem. Vide plura hac de re apud Sanchez [illegible] *matrim. lib. 10. disp. 9.* & Suarez *de voto lib.* [illegible] *11. n. 14.*

Dicta non tantum procedunt in ignorantia invincibiliter, verùm & vincibiliter, non tamen tam voluntate directa, quam indirecta, quia licet in ordine ad peccatum evitandum [illegible]

teneatur quis adhibere diligentiam, ut ignorātiam prius expellat, alias judicabitur ignorantia voluntaria, quamvis indirectè; non tamen & in ordine ad votum tenetur quis adeò diligenter examinare omnes conditiones, quas simplici modo existimat ineſſe rei promiſſæ. Nulla enim lege de tali ignorantia conſtat, ideoque ea non tam dicēda voluntaria, quàm permiſta, non ſufficiens, ut votum cenſeatur voluntarium, etiam quoad conditionem ignoratam. Quòd ſi directè velit ignorare, rectè dicetur obligari vi voti, cum talis cenſeatur habere voluntatem qualicumque conditione ſe obligandi: niſi timor humanus vel alius reſpectus excuſet negligentiam examinandi diligentius rem; facietenim non teneri voluntatem ultra intentionem ſuam. Suarez. *d. lib.* 1, *c.* 12. *n.* 4.

44 Quæ ita omnino procedent quoad votum ſimplex; nam quantum ad ſolemne, illud per errorem cauſæ non vitiari verius. Cujus ratio eſt in electione ſtatus firmi & indiſſolubilis, abſolutè & citra appoſitionem ullius conditionis facta, ſecundùm congruentem modum ſtatui permanenti: quem convelli ex cauſa non tangente ejus ſubſtantiam diſſentaneum foret rationi, & daret ſcandala, & cederet detrimento gravi Reipubl. Quod idem ex eadem ratione in matrimonio ſtatutum, ut non alius error ei obſit, quam perſonæ & conditionis, ut dicetur infra *lib. ſeq. tit.* 5. Etſi aliud ſit in ſponſalibus, quæ vitiat error multiplex: ut & votum ſimplex, quod hac in parte comparatur ſponſalibus, votum vero ſolemne matrimonio, ratione perfectioris ſtatus. Sanchez. *d. diſp.* 10. *n.* 20.

45 Effectus voti eſt, inducere obligationem in conſcientia: Eſtque hoc ex fide, & probatur variis locis ſacræ Scripturæ, quæ vota Deo reddi volunt. Ubi etiam acceptatio Dei intervenit, qui omnia vota, licita & honeſta, ideoque ſibi placentia acceptare cenſetur. Nec obſtat, quod promiſſio homini abſenti facta non obliget ante acceptationem, uti dictum ſuprà *de donat. n.* 9 Nam Deus non eſt abſens & ſtatim agnoſcit vota, quoties talia ſunt, ut obligare poſſint, ut conſtat per Scripturam, in qua dicitur, *Vovete & reddite.* Unde non poteſt votum dici pollicitatio pura, quæ eſt ſolius offerentis promiſſum, ſecundum *l.* 3. D. *de pollicitat.* cum fiat per modum pacti cum Deo: & ut ponatur pollicitatio eſſe, non minùs obligationem ex voto tenebitur ſervare vovens, quàm tenetur ex publicatione quis Reipublicæ. Vid. Suarez. 4 *de voto c.* 1. & 2.

Gravis autē ex ſuo genere eſt iſta obligatio, 46
cum naſcatur ex divino præcepto, quale graviſſimum eſt, quando eſt de actu vel materia gravi, ut ejus transgreſſio poſſit eſſe mortalis. Transgreſſio enim præcepti divini circa gravē materiam peccato mortali inficiet; ut, ſi materia fuerit parva, probabilius ſit, non niſi peccatum veniale inducere ipſius transgreſſionem, quia votum de re aliqua non obligat aliter, quam lex à Deo vel Eccleſia lata circa illam rē. Lex autem circa exiguam materiam non obligat ſub mortali: generalis enim habet regula, ut peccatum judicetur ſecundùm materiam. In moralibus autem parvum quaſi pro nihilo reputatur: & deinde quò minor eſt materia præcepti, eo minor irreverentia committitur contra præcipientem. Vid. Suar. 5. *de voto c.* 4. & 5. & Sanch. *in Decal. lib.* 4. *c.* 11. *n.* 5.

Ubi quæri poſſet, An vovens in materia gra- 47
vi, poſſit nolle obligari ſub mortali? R. Aliquorum eſſe ſententiam, votum circa materiam gravem non poſſe limitari quoad peccatum per ipſum ventem. I. Quòd in poteſtate voluntatis ſit quidem vovere, non tamen ipſa obligatio, quæ ex lege divina ſequitur. II. Quod non ſit in poteſtate jurantis promiſſionem gravem, jurare quidem velle non tamen obligari graviter. Quæ ſententia ut poſſit videri probabilis, contratia tamen probabilior, ſcilicet quod vovens rem gravem, veluti continentiam, ſi faciat cum hac limitatione, quod non intendat ſe obligare niſi veniaiter, non gravius ex voto obligetur. Ratio eſt, quòd licet obligatio ſit de eſſentia voti, non tamen obligatio ſub mortali, ut poſſit minui. Facit, quod legislator in materia gravi poſſit tantùm obligare ſub veniali: quod idem poteſt vovens, qui ſibi legem poteſt ponere. Navarr. *c.* 23. *n.* 49. Sanch. *De matrim. Diſp* 9. *Dubio* 1. *n.* 6.

Ad primum argumentum Reſp. quòd non ſolùm vovere, aut non vovere, ſit in arbitrio ventis, ſed & vovere ſimpliciter & ſecundum quid: nam ut obligatio voti naſcitur ex

voluntate voventis, ita & modus obligationis. Ad secundum, juramentum non esse directum ad obligandum, sed ad confirmandam veritatem divino testimonio, ex quo naturaliter sequitur obligatio, etiamsi nolit homo, cum in juramento non detur magis vel minus. Votum verò directè tendit ad obligandum se Deo, recipiens magis & minus secundùm intentionem se obligare volentis.

48 E contrà quæritur, An ex materia levi quis vovendo se possit obstringere sub reatu mortali? R. Id posse videri, ex dictis, quod eadem videatur ratio in additione obligationis, quæ est in diminutione. Ut ergò diminuere potest obligationem voti in re gravi, quidni & eam augere in re levi? Videtur tamen ei obstare, quod verisimile non sit, Deum totam obligationem acceptare, quia non est dutus exactor, & omnis obligatio requirit materiam capacem, qualis non est ista. Ut non obstent dicta in priore quæstione, quia omnis materia capax gravioris obligationis, est etiam capax minoris, non è contrà, materia capax tantum levioris obligationis est etiam capax gravioris: ut videatur talis obligatio excedere potestatem voventis; quo modo & aliqui istam obligationem stultam vocant. Nisi tamen talis materia haberet aliquam utilitatem spiritualem, seu in ordine ad perfectionem, respectu talis personæ, quia ex illo capite posset votum videri non omninò irrationabile.

Itaque ex suo genere transgressio voti continet reatum mortalem, nisi, uti dictum est, levitas materiæ ab eo excuset: quia in re prudenti arbitrio utendum, pensatis conditionibus personarum & circumstantiis aliis, respectu talis materiæ.

49 Quid si iterentur leves transgressiones? R. Quando actus leves iterati sunt omninò distincti per multiplicationem ipsorum actuum, non fieri gravem transgressionem, quæ mortali reatui obnoxium reddat; sunt enim tantùm plures transgressiones leves, quarum cumulus vel multitudo numquam ponit unam transgressionem. Et hoc, quando ex multis non componitur unus actus, argumento peccati venialis, quod repetitum non ponit reatum mortalem, quia repetita non tendunt ullo modo ad unum actum componendum. Suarez 5. *de voto c.* 5. v.g. Si contra votum non omittendi levem partem Missæ, aut offici divini, quis sæpius in diversis Missis, aut offici omittat levem partem, non constituunt illæ omissiones reatum mortalem. Idem in voto jejunii die vitando etiam levem sumptionem cibi, si in diversis diebus contra hoc peccatum sumpto levi cibo, quia in diversis diebus levis transgressio non colligatur una cum alia. Quod facit, si quis in Festis operetur leviter, ut in mortale non pertingat, non ideo mortale dici, quia diversis Festis repetitum, ut dictum supra *De feriis n.* 29.

Quid si plures actus licet divisim facti tendant ad unum actum componendum, & ex multis unus confletur? Suppositis pro eo, quod per posteriorem consummabitur actus, qui gravis in materia gravi ponet peccatum mortale. Nam cum sit actus unus & gravis, sufficit ad constituendam mortalem culpam, ut dictum supra, ad *d. tit. de feriis*, de eo, qui in die festo facit actus serviles, quorum singuli non sufficiunt ad culpam mortalem, simul tamen sumpti sufficiunt. Ut & qui die jejunii pius partem sumit, quod repetitum ponit transgressionem jejunii. Sic & in voto legendi Horas Canonicas omissio unius Psalmi pro die non ponet culpam mortalem: si tamen die in diversis horis contingat talis omissio, surget gravis transgressio.

Quid si dubitet quis, num voverit, ut teneatur? R. Id aliquos adfirmare, hoc argumento, quod in dubio facti, ut hic, sit tutior eligenda. Probatur *c. ad audientiam* 12. *de homicid. &c. Iuvenis* 3. *inf. de sponsal.* Facit quod dubius se exponat periculo transgressendi votum, si cum dubio operetur. At contra negare teneri ad observandum votum eum, qui dubitat per *Gl. c. ex parte inf. de* [illegible] quæ vult in dubiis liberum esse sequi quod placuerit. Et facit pro eo textus iste, quod dubio minimum eligi posse permittit. Facit quòd obligatio voti sit onerosa, unde restringenda. Dicendum, si post moralem inquisitionem dubius quis maneat de voto emisso, non possit ferre probabile judicium an illud emiserit, nec ne, non teneri ad ejus observationem ex ratione, quòd in dubiis sit melior conditio possidentis, *c. in pari de R. I. in 6.* Quia

regula non tantùm habet locum in materia justitiæ, sed & in aliis; posita enim generaliter & absolutè. Facit, quòd obligatio voti sit onerosa & odiosa, ideoque restringenda, non ampliandà. Item facit, quod nemo cogatur solvere quid, nisi probetur debere non minus in foro conscientiæ, quàm externo: dubius autem non probatur debere quatenus talis. Facit etiam, quòd in dubiis sit benignior facienda interpretatio, juxta *d.c. ex parte* Nihil facit *d.c.* 12 quia loquitur de irregularitate, in qua expressum est, in dubio casu homicidii commissi, præstare abstinere. Nihil etiam facit *d.c. Iuvenis*, quia loquitur in dubio practico, scilicet quando posito dubio dubitatur. An benè vel malè agat, quia tum agens contrarium peccat: in quo & obtinet regula, in dubiis tutiorem partem esse eligendam. Contra statuendum in dubio speculativo, quando scilicet super voto quidem dubitatur, quis, non tamen an benè vel malè agat, an secundum dictamen certum practicè putet non esse peccatum: & de hoc dubio accipienda sunt paulò ante dicta. Vid. Navar. *Consil. 16. n 2. h.t.* Azor. *p. 1. lib. 2. c. 19 q. 10.* Sanch *De matrim. l. 2. disp. 41. qu. 3.* Suarez, *de Voto lib. 4. c. 5. & de Censuris disp. 40. sect. 6.*

51 Quid si votum quidem sit certum, dubitetur tamen de ejus duratione, aut valore? R. Hoc pendere ex accidentibus & impedimentis, quæ subsint. v.g. Quando quis ante pubertatem vovit, in dubio judicandum est, votum esse infirmum seu irritabile, ut impubes illud non servans sit extra peccatum; quia non facilè inducenda sunt onera, favores autem ampliandi, secundum regulam, possidentis esse meliorem conditionem. Quod si dubium fuerit ex causa intentionis, an scilicet vovens intenderit obligationem; cum sufficienti usu rationis. Primo, quod ad intentionem attinet, si circa voti verba dubium sit, an sint prolata ad significandam promissionem, an verò propositum tunc, facto debito examine suæ intentionis, si vovens nequeat certior reddi, nec certum prof. re judicium, spectanda est proprietas & vis verborum: ut, si in rigore & proprietate non significent promissionem, dicendum sit, non obligare. Idem & si verba sint ambigua, quia in ambiguis benignior sumitur interpretatio. Si verò significent promissionem, & non constet positivè de intentione, observandum erit votum, cum verba sint sufficientia signa animi, ubi contrarium non constat: nemo enim præsumitur dicere, quod non sentit, *l. Labeo D. de supell. leg.* Et solent verba accipi contra proferentem, cui imputandum, quod ea apertius non dixerit. *l. Veteribus* D. *de precario. l. labeo* 21. D. *de contrah. empt.* Secundò, quoad usum rationis, si agatur de naturali defectu, ad utendum ratione, ut in pueris, non est attendenda sola ætas, quia etiam ante pubertatem potest adesse judicium sufficiens ad obligationem voti, etiam ante septennium: ut votum ante factum, si constet de doli capacitate, obliget. Si autem de ea re non constet, præsumitur non adfuisse capacitas, atque ita votum ante factum non tenere. Post septennium, cum sponsalia teneant, ut videatur esse usus rationis, dicendum videtur etiam votum tenere nisi conjecturæ faciant in contrarium, secundùm *c. puberes inf. de desponsat. impub.* Atque ita in dubio dicetur votum non obligare. Sanch. *d. loco, n. 39.*

Si impedimentum fuerit accidentarium, usum ad ratiocinandum auferens, uti somnus, ebrietas, aut simile quid dubium super impedimento facit etiam dubium votum, atque ita non obligabit, cùm de ejus valore dubitetur, & in dubio sit prior possidentis conditio. Sunt ejusmodi impedimenta, licet non perpetua, naturalia tamen, suppositis causis, operantia defectum sensus. Quoad subitam passionem aut præcipitationem, votum ex transeunte occasione non videtur in eadem esse causa, quod non absorbeat usum rationis ista commotio, ita ut tollat libertatem sufficientem ad peccandum, sed solùm perfectam deliberationem, atque ideò non sufficiens dubium impediens obligationem voti. Nam licet interdum passio tollat usum rationis, raro tamen contingit, ut non præsumi nequeat, sed probari debeat. Abbas *in c. dudum sup. de controvers. conjug. n. 8.* Felin. *in c. Sicut ex litteris n. 3. sup. de de jurejur.* quo probato, dicendum erit, votum non obligare factum a carente usu rationis. Vid. Suar. *d. l. 4. c. 6.*

Quid si dubitetur, an materia voti sit licita? 52
R. Posse videri, nec tunc obligare votum propter periculum peccandi in casu, quo esset illici-

sum. Tamen dicendum, obligare ad sui observantiam, ex ratione, quòd taliter dubitans sit certus, votum à se emissum, ut propter dubium ex parte materiæ non possit excusari; quia dubium ex parte ejus non faciet possidenti libertatem suam, quandoquidem certus sit voti emissi à se, quod ideo non transgreditur propria auctoritate, etiamsi post debitam inquisitionem certus de qualitate voti nequeat reddi, sed procurare dispensationem aut interpretationem Superioris. Interea vovens ita se gerat, ut nec exequatur, nec transgrediatur votum, ne in peccatum se conjiciat. Vid. Suarez *d. loco num. 7. & 2. d. Iuram. c. 33. n. 8.*

53 Est itaq; effectus voti præstandi id, quod eo continetur, si licitum sit & possibile ab eo votum, cui est intellectus; & quidem cum primis, aut saltem intra terminum præfixum, cujus lapsus non liberabit eum à voto, ad instar debitoris, qui intra certum diem solvere est obligatus, quo lapso, nihilominus manet debito obnoxius, donec solvat. Constituitur autem homo quoad votum debitor Deo: & hoc sive dilatio voti cum culpa fiat, aut sine culpa, quia scilicet manet obligatio, cùm terminus non fuerit præfixus, nisi ut ultrà non differretur solutio, non etiam restringendi voti causa. Aliàs cessaret ejus obligatio, cum lapso termino, sive ex culpa sive absque ea fiat dilatio. V. G. qui Sabbato jejunare vovit, illo transacto non posset tali jejunium fieri. Navarr. *in simili de oratione c. 10. n. 53.* Et hoc præcipuè procedit in votis personalibus. Suar. *d. lib. 4. c. 13.*

Potest & voto locus esse in realibus: ut si aliquis voveat eleemosynam uno die facere, ne transmittatur sub obligatione ad aliam; aut si quis voveat expendere in Missam canendam in honorem certi Sancti tali die, lapsus diei faciet finitam obligationem, quæ non nisi pro illa die erit.

54 Quo casu quæri posset, An teneatur quis prævenire, præviso impedimento dicta die, qua votum implendum? R. Si opus votum sit proprium onus certi diei, non teneri quem prævenire; quia præveniendo non facit quod promisit. V. G. Quis promisit jejunare Feria sexta, videt impedimentum, non satisfaciet jejunando Feria quinta; opus enim illud relatum ad præmissum ab eo est *inseparabile*. Sic & qui tenetur Missam audire die Dominica, non satisfaciet audiendo die Sabbathi, ratione impedimenti, quod subest. Quòd si terminus, quo implendum votum, sit additus causa suspendendæ obligationis, usque ad eum nulla potest esse obligatio præveniendum; cùm terminus faciat adjectum, ut non teneatur ante illum quidquam obligatus sit, & tantùm operatur ut homo illo termino paratus implere, quod vovit. Si verò terminus tantùm sit adjectus differendæ solutionis causa, quia tunc votum est strictum, ac sic obligat absolutè, ut intra terminum designatum, non præviso impedimento in termino, prævenire dum est à vovente, ut extra peccatum possit, v. g. Missam audire die festo, qui prævidet non posse post nonam, licet illi ultrà tempus duret, tenetur tamen prævenire, quia non consideratur, quamvis, non præviso impedimento, illi non imputaretur. Denique si terminus non præfixus ad finiendam obligationem, non tamen opus promissum sit peculiare unius diei, tenetur prævenire, prævisо impedimento, v. g. Vovit jejunare quater in mense, videt posse decimum aut vicesimum diem fore sibi impedimentum, tenetur in prioribus diebus votum satisfacere. Ratio est, quia tunc tempus merè est tempus absolutæ obligationis, quæ debet absolvi in parte ejus possibili, pro qua obligat. Vide plura apud Suar. *d. l. 4. c. 14.* Hæc ita quoad vota pura & in certum diem. Conditionata non obligant ante conditionis impletionem, ante quod nihil ponitur: non tamen sine peccato impedient ejus eventum.

Dicta obtinent, quatenus est in voventis; si per eum non steterit, nulla erit in eo culpa non implendo. Quo modo vovens intrare certam Religionem, si non admittatur, liberatur, quia quantum in se fuit fecit, *arg. l. Iure nos 24. D. de condit. & demonst.*

Ubi quæritur, an causa voti cessante ejus obligatio cesset? R. Aliquos velle indistinctè cessante principali cessante, cessare votum. Navarr. *Summa c. 18. num. 16.* secundùm vulgatam juris regulam, *in cap. cum cessante 60. jur. De appellat.* de qua plura Tiraq. in *Tract. Cessante causa &c.* ex ratione, quòd in causa ista fundetur voluntas volentis, tamquam in proportionata ratione, ut ea cessante, cessare debeat voti obli-

gatio.

gatio. Quæ opinio procedit in caussa finali, quæ sola facit cessare votum, quod in tali caussa fundatum. Et in tali verum est, paria esse, ab initio nullam fuisse caussam, & aliquam quidem fuisse, sed finitam esse, *l. 1. D. De condict. sine caussa*, quòd sit tamquam finis adæquatus, cujus cessatio facit actum cessare, tamquam substantia ejus deficiente, & motivo principali. Sic qui vovit alicui indies dare eleemosynam, quia pauper est, si divitem cognoscat, non tenetur, quia principalis & finalis caussa cessat. Aliud est, si tantùm fuerit caussa impulsiva, cujus cessatio non facit cessare voti obligationem, cum permaneat principale motivum, & tota materia voti, & honestas & utilitas ejus in ordine ad divitem, qui primario intentus. Exempla sunt in *c. Ex parte 14. & c. Dudum sup. De conver. conjug. c. Magna 7. h. t.* Quod, sublatâ caussâ finali, impulsiva maneat, nihil facit ad voti obligationem, quia ejus propria materia deest.

56 Alia quæstio, An vovens jejunare sextis Feriis, teneatur, incidente in illas Natali Domini? R. Non esse dubium, quando quis vovit specialiter tunc jejunare, non etiam generaliter, cum intentione includendi illum diem, quin obligetur ex voto jejunare isto die, & carere carnibus, *c. fin. inf. De observat. jejun.* Nam licet Ecclesia permittat esum carnium illo die, non tamen prohibet ab iis abstinere. Tantum est dubium, quando votum generale factum est, sine advertentia ad illum diem. Ubi affirmant aliqui, propterea quod illa circumstantia sit accidentaria, respectu voti, ut, non obstante illâ, votum teneat. Nam ignorantia extrinsecarum circumstantiarum non tollit voluntarium, & deinde votum fuit generale, non limitatum. Abbas in *d. c. fin.* Generaliter autem & absolutè promissa, absolutè etiam implenda. Aliis tamen è contra videtur Joan. Andr. *d. c. fin.* Molina *tract. 2. Disp. 272.* ex ratione, quod in generali concessione non veniant ea, quæ quis in specie non esset concessurus; *c. In generali De R. I. in 6.* Ut sic vovens videatur intendere illas Ferias sextas, in quibus Ecclesia à carnibus abstinendum esse sanxit. Nec obstat, quòd abstinentia à carnibus tunc sit præcepto; nam & ea, quæ sunt præcepti, voveri possunt, ut dictum suprà. Præterea ita vovet abstinentiam à carnibus illo die, dat formam jejunii, ratione diei, atque ita supposità necessitate abstinendi à carnibus. Quòd si tamen quis voverit numquam vesci carnibus, absolute tenetur ex voto absoluto. Si tantùm sextis Feriis, idem dicendum, nisi occasio aliud velit, v. g. occasione hæreticorum, ne facile observantiam Ecclesiasticam violet. Idem etiam dicendum de perpetuo voto jejunii aut sextis feriis, pro vita sua; nam ut absolutè vovit, ita & absolute tenetur, sine exceptione, cùm ejusmodi circumstantia superveniens non mutet jejunium: ut faciat specialem casum.

Quæstio etiam est, An votum obliget cum periculo vitæ, aut jactura bonorum famæ? R. Votum generaliter emissum, non habità ratione ad tale periculum aut jacturam, occurrente tali casu, non obligare, quòd tunc observatio voti moraliter sit impossibilis, vel adeò difficilis, ut discrimen istud faciat cessare intentionem. Facit, quod non licitum in lege faciat licitum necessitas, quæ legem non habet, *c. 2. De observ. jejun.* Facit & argumentum à juramento promissorio sumptum, quod non obligat cum tanta necessitate, *c. Querelam sup. de jurej.* Si tamen de alia intentione constet ex conjecturis, dicendum est, votum etiam obligare cum tali periculo, modò sit rationabilis & prudens, quia non est licitum homini prodigere sine caussa vitam suam, aut famam, nec tale votum Deo gratum. Potest autem honestum esse votum, & magnæ perfectionis, cùm non teneatur semper quilibet conservare vitam tantâ diligentia, nec fugere omnia pericula mortis. Sic tenet votum serviendi Hospitali, sine limitatione; tenebit enim etiam in casu, quo ex contagione imminet periculum mortis. Suarez *4. de Voto c. 20.* 57

Obligat itaque votum ipsum ventem, non alium; neque enim alteri per alterum potest adferri iniqua conditio. 58

Unde solvitur quæstio, An impuberes oblati Religioni per parentes teneantur ad votum? R. Hoc posse quidem videri, ex eo, quòd votum jejunii per populum obliget etiam infantes: & ex ratione, quòd voluntas unius moraliter interdum continetur in voluntate alterius, ut voluntas filii in voluntate patris, 59

tris. Dicendum tamen, solere quidem parentes offerre liberos Religioni, non tamen eosdem eidem obstringi, cum votum contineat promissionem personalem, quæ debet procedere ex proprio actu, & voluntate, qua immediatè nititur; quæ cùm non sit in impubere doli incapace, non est, quod obstringatur voto, donec in ætate adulta consentiat. Facit eò textus *can. Præsens* xx. *qu.* 3 ubi monasterialibus disciplinis nullus subjicitur invitus. Est autem invitus ille, cui deest consensus. Videtur obstare, quòd infantes suscipiãt characterem fidei per offerentes eos ad baptismum, ut etiam videantur posse obstringi voto per parentes, tutores: nam est diversitas inter hæc, quòd professio fidei sit immediatè ex obligatione divinæ legis, quam Christus potuit imponere sola sua voluntate; voti autem obligatio relicta arbitrio hominis, à cujus propria voluntate debet emanare, ut teneat. Vid. Suarez 3. *de Voto c.* 2. *num.* 3. 5. *&* 8. *&* Basil. Pontius *De matrim. lib.* 7. *c.* 5. *nu.* 10. *& seqq.*

60 Quod autem obligatio non tenet alios, quàm voventem, præcipuè procedit in personalibus votis, quæ personalia personam non egrediuntur. Adeò ut, si vovens personale quid, ut operas suas in subsidium & servitium rei piæ, in persona sua impediatur, vel per ætatem, morbum, aut quid simile, non teneatur per alium servitium exhibere, quia actio illa simpliciter est personalis. Quod autem sit promissa in subsidium, vel ratione cultus divini, non mutat naturam voti personalis. Excepti tamen casus, de quibus Navarr. *cap.* 12. *nu.* 55. veluti si sua culpa est factus impotens, ne ex sua culpa lucrum reportet, cujus tamen contrarium sentire ibidem videtur; aut vovet, quod per se præstare non potest: aut denique ex vero simili mente per se aut per alium vult præstari.

61 Q. An hæres teneatur ad vota defuncti, ab ipso non impleta? R. Neutiquam teneri ad vota personalia, sive sit filius, sive externus. Nam licet repræsentet personam defuncti, vere tamen ab eo est distincta persona, quæ promissione alterius formaliter obligari non potuit. Ejusmodi enim promissio ducit respectum ad propriam voluntatem, & consensum, ut non possit alium obligare, cùm obligatio non oriatur nisi ex proprio actu; non est autem actus testatoris actus hæredis: & votum sit lex quædam pro[illegible]ta, quam quisque sua voluntate sibi imponit, [illegible] alio autem impositum non cogitur accep[illegible] personale enim est, non conjunctum cum [illegible]reditate, sed cum persona. Dico, non cog[illegible] nam si acceptet, suam facier defuncti pro[illegible]sionem, ratione acceptationis. Suarez 4. [illegible] *c.* 11 Sanchez *ad Decal.* 4. *c.* 15. *n.* 25. Rodez [illegible] *ad l. Quoniam in priorib.* §. 1 *num.* 20. *C. De* [illegible] *testam.* Et hoc quoad hæredem volunta[illegible] Nam hæredi necessario non potest defu[illegible] hoc onus imponere, cùm illi sit absolutum [illegible] ad hæreditatem, quod non potest testator [illegible]nuere; sponte tamen si acceptetur, tene[illegible] *per text. in c. Licet* 6. *h. t.* Ex quo patet [illegible] suscepisse idem votum, quod patet vo[illegible] de suscipiendo Crucis signaculo, & expu[illegible]da terra Sancta, in verbis, *onus per patrem* [illegible]*junctum, & à te sponte susceptum*: ut non [illegible] ex alie[illegible]a, quam propria voluntate votum [illegible] obliget.

Ubi dubitatur, An in isto *c.* 6. filius [illegible]tur tota successione, in casum defectu[illegible] Communiter quidem filium non adim[illegible]tem voluntatem, alia quidem commoda [illegible]tere, habere tamen salvam legitimam. [illegible] *Hoc amplius C. De fideicom.* Hoc autem [illegible] aliud exigere votum, propterea quòd [illegible]latio sit gravior, præcipuè in Rege. Aut [illegible] in *d. cap.* 6. agi de Regno, atque ita de in[illegible] hæreditate, qua tota privati meretur fi[illegible]tum negligens, ne alias ejus violatio [illegible]punita. Ita Covar. *ad c.* 6. *nu.* 13. *&* 14. [illegible] *testam.* qui tamen in eo non satisfacit [illegible] *Tr.* 2. *Disp.* 626. *nu.* 8. *vers.* *Quod* [illegible] Quòd si testator sub ea conditione hæ[illegible] aliquem scripserit, ut votum suum imple[illegible]res adeundo hæreditatem, conditionem [illegible]visse videtur, & potest cogi adimplere [illegible] etiam per excommunicationem, *d. c.* [illegible] nunc est tamquam proprium non etiam [illegible]num.

Quod ad vota realia attinet, dubium [illegible] est, quin testator possit hæredi impo[illegible]nus ejusmodi vota exsolvendi, quia [illegible] suarum est moderator & arbiter: imò [illegible] hoc non expresserit testator, teneri tamen [illegible]redem vota realia, quorum durat obli[illegible]

sive ex mora defuncti culpabili, sive non, exsolvere. Nam cum succedat in locum defuncti, repræsentans ejus personam & jus omnemque obligationem, respondere cogitur ejus creditoribus, inter quos respectu voti est Deus, cui illud votum. Quod & procedet in votis mixtis, pro parte, qua rem concernunt, non etiam quà personam, cum qua extinguuntur, non secus atque merè personalia, à rebus distincta. Suarez *d. c.* 11. *nu* 4. Sanchez *d. c.* 15. *nu.* 29.

64 Ubi quæritur, An ipso jure ac vi hæreditatis receptæ ? R. Dubitandi causam esse in eo, quòd ex vi hæreditatis non alia transeant ad hæredem, quàm quæ debita ex justitia. Talis non est obligatio voti, quia si talis esset, transiret vel ut personalis; quo modo non transit, quia cum persona extinguitur : vel ut realis, sed nec id videtur, cum tebus non adhæreat, nec moraliter illas afficiat *per text. in l.* 2. D. *De pollicitat.* Verius autem dici, ipso jure, sive ex vi receptæ hæreditatis, transire ad hæredem vota realia & mixta, pro parte, qua realia. Quod aliqui probant per duos textus, *c. Si hæredes sup De testam. & c. Licet* 6, *h. t.* quorum prius fundatur in jussu testatoris, alterum in præcepto patris & acceptatione, ut ad hunc casum non conducant. Rectius adducitur text. in *c. Ex parte* 9. *sup. De convers. conjug. & c.* 1. *sup. De solut.* in quibus dicitur filius teneri, & posse cogi ad solvenda onera paterna : & habetur idipsum expressius in *d. l.* 2. *in fine*, ubi ad decimam à testatore promissam, etsi in bonis non prius desinat esse, quàm separata fuerit, hæredes tamen hæreditario nomine, id est ipso jure, dicuntur esse obstricti; ex ratione adjuncta, quòd voti obligatio ad hæredes transeat. Cujus rei ratio est, quòd per votum reale homo fiat debitor Deo quoad illam rem, in quam votum cadit. Sunt autem bona defuncti obnoxia solutioni debitorum ejus, ad quæ tenetur hæres ex justitia, ex tacito contractu, quem init adeundo hæreditatem, qui non tam habet locum quoad vota realia, quam alia debita. Unde patet, quid respondendum sit ad rationem dubitandi : & colligitur altera differentia inter vota personalia & realia, quòd scilicet illa constituant hominem debitorem actionis cohærentis personæ, non etiam rebus, ut cum persona pereant, quia, ea non existente, solvi nequeunt; hæc verò rerum externarum, quæ possunt Deo solvi, etiamsi homo, qui iis obstringebatur, in solvendo negligens fuerit in vita, quæ ideo manent obnoxiæ tali debito. Suarez *d. c.* 11. *nu.* 5.

Quid si testator declaraverit se nolle tale onus sequi hæredem ? R. Si votum fuerit restrictum ad personæ utriusque vitam, non etiam ad bona, non sequi hæredem, etiamsi reale fuerit, v. g. de ædificanda Ecclesia in vita sua, ita ut, si non ædificet, non velit hæredem teneri; quia non potest tali voto esse vis aliqua, qua transeat ad hæredem, quippe ad vitam suam restrictum. Quod si simpliciter fuerit emissum, sine ulla limitatione, nihil prodesse hæredi declarationem testatoris, siquidem illa tendat eo, ut liberet hæredem ab obligatione, qua ipse testator tenetur, & necessario sequitur hæredem. Nam ut ab illo debito se non liberat, quia citra solutionem ejus, quod debetur, nemo se liberat ab obligatione, invito creditore, ita nec suum hæredem, cum non pendeat ista obligatio ex voluntate defuncti. Sunt enim contractus ab initio quidem voluntatis, postea autem necessitatis. Suarez *d. c.* 11 *nu.* 12. & 13. 65

Hinc aliud oritur dubium, An dicta de mixtis votis, quatenus realia sunt, simpliciter obtineant, sive realia sint conjuncta per se & intrinseca conjunctione personalibus, sive per accidens ? R. Non aliàs procedere, quam si tantùm per accidens sint conjuncta, ex intentione speciali voventis, non etiam si per se. Ratio prioris est, quia tunc votum est quasi duplex, & pars realis est per se distincta, & potest per se impleri, quia tantum per accidens conjungitur. Unde ut debetur ab ipso vovente, etiam in casu, quo non potest præstare personale, ita etiam tenebitur ad ejus præstationem hæres, defuncti jus repræsentans, v. g. Si quis promiserit ire Romam, & offerre munus ad limina Apostolorum, quamvis impotentia eum excusare posset ab itinere, non tamen ab offerendo munere, quod per accidens conjunctum itineri, per se tamen ponit votum separatum. Posterioris ratio est quod eo casu reale sit accessorium personali, illudque sequatur, censeaturque 66

cum

tum illo unum votum; ut, sicut personale non transit ad hæredes, ita nec reale possit transire, quod est adjunctum, & quod præsupponit personale, quodque frustra foret, personali extincto, ad quod oneratur. Exemplum dari potest in eo, qui vovit se & sua tradere Religioni, qui si excusetur ab obligatione tradendi se, per consequens & excusabitur ab obligatione tradendi sua. Similiter si contingat talem ante ingressum mori, hæres, sicut non tenetur ingredi Religionem pro defuncto, quia est votum personale, ita nec bona tradere Religioni, quia erant tantùm promissa ut adnexa statui Religioso voventis: quo tamquam principali non subsecuto, cessabit & votum bonorum accessorium, quod censetur exstinctum, principali exstincto, sine quo non stat accessorium. Vid. Suarez *d. c.* 11. *n.* 14.

Obstare dictis videtur *c. Licet* 16. *h. t.* ubi filius Regis tenetur ad votum mixtum Regis: verùm hoc non alias, uti modò dictum est, quam quia ipse sponte susceperat votum paternum, & principale & personale. Obstat magis *c. Quod super eod.* ubi qui voverunt succurrere terræ Sanctæ, si impediantur, nihilominus tenentur expensas, quas eundo facturi erant, mittere in subsidium terræ Sanctæ: & tamen istæ expensæ erant accessorium istius itineris, & personali voto per se adjunctæ, sive eas accipias de expensis itineris, sive de iis, quæ requiruntur in subsidium belli. Resp. communiter, textum istum non loqui de impotentia per se excusante ab obligatione voti, quia ista non indiget commutatione, sed de ea, quæ reddebat difficilem, aut minus utilem voti observationem, quia utile non foret terræ Sanctæ implementum voti, ut videtur colligi ex verbis, *votum non possunt utiliter adimplere.* Quæ expositio est textui consona, cum loquatur de commutatione voti, ut necesse sit, non fuisse impedimentum omninò liberans, cujus ideo fit commutatio in aliud commodius, per quod aliquatenus tendat in finem voto intentum. Quo modo *d. c. Quod super* potest accipi & de peregrinatione, religionis tantum causâ vota, in qua difficultas executionis non facit, quo minùs obligatio duret, atque ita commutatio fiat; in qua & expensarum, licet per se conjunctarum, habeatur ratio, quod & ex illis crescat gravitas voti: vel de voto facto in subsidium terræ Sanctæ per pecuniam, vel per operas, quia pecuniarium subsidium certum per accidens tantum conjunctum est voto peregrinationis, principali voto cessante, ejus obligatio duret atque ita submittendum subsidium, cùm votum separatum. Quod & dicendum, si operarum subsidium non sit præstandum in propria persona, sed in aliena, quia est loco pecuniarii subsidii. Quod si in persona propria fuerit præstandum, caussa excusans à peregrinatione, etiam excusabit ab ipso subsidio, quia est per se conjunctum ipsi peregrinationi, secundum dicta, non obliget. Vid. Suarez 11. *n.* 18.

Dicta itaque de obligatione voti accipienda, nisi quid superveniat, quod ab hac obligatione liberet. Quod Primo contingit per sufficientem materiam, aut eam factam immobilem, indifferentem, majoris boni impedivam: talis enim ut ab initio in votum non deducitur, ita & postea deducta votum [illegible] *arg. § Idem juris vers. Item contra Inst. De* [illegible] *stipulat.*

Secundo, per irritationem Superioris, [illegible] vens est subjectus, saltem quoad materiam [illegible] tã. Quæ potestas ex parte irritantis non [illegible] est spiritualis, vel fundata in potestate [illegible] ctionis, sed & extra eam est in laicis, vi [illegible] tis dominicæ aut patriæ. * Sic dominus [illegible] ctè irritat vota servi, quatenus sibi sunt [illegible] dicio, quoad usum actionum, quas domi[illegible] bet, & vovendo non potest auferre. [illegible] *Summa c.* 12. *nu.* 64. Si non sint domino [illegible] non est potestas domino ea irritandi.

Potest & maritus, si non directè, [illegible] directè, ratione subjectionis, irritare [illegible] xoris. Navar. *d. loco nu.* 61. Et hoc quoad quæ sibi, suæque familiæ vel gubernatio sunt præjudicio. *Gl. in can. Manifestum* [illegible] *qu.* 5. Sanchez. *De matrim. lib.* 9. *Disp.* [illegible] 3. & 4. Quo modo vota pro tempore [illegible] tis ab uxore emissa non irritat, quia non [illegible] præjudicio, *c. Placet sup. De convers. coniug.* [illegible] que votum castitatis, quantum ad [illegible] nem debiti; nam materia petendi [illegible] non est subjecta marito: nec votum [illegible] leëmosynam, quatenus ipsi date est [illegible]

absque licentia viri: aut votum Religionis, necdum consummato matrimonio, quia habet libertatem recedendi; non etiam eo consummato, nisi ex licentia viri, ut dictum suprà, *De converſ. conjug. nu. 2.*

Potest etiam uxor irritare vota mariti, in ejus præjudicium tendentia, idque non ex caussa subjectionis, quia ipsa subjecta viro, sed dominii, quod habet in corpus viri, in quo si fiat injustitia per votum viri, meritò illud irritat. Navar. *d. c. 12. num. 64.* Suarez. *d. lib. 6. c. 4. num. 8.* Quâ ratione mariti votum non facit, quò minus uxori petenti debitum reddat. Uterque si continentiam vovetit, neutri est irritandi licentia, quòd uterque juri suo cesserit, qua de re aliqua dicta sup. *d. tit. De converſ. conjug. num. 8.* Quòd si consenserit maritus voto uxoris, volunt posse nihilominus illud validè revocare vel irritare, Navar. *d. c. 12 num. 61.* quòd licentiam dando non amiserit dominium vel potestatem. Peccabit tamen, si sine caussa revocet, propter inconstantiam, & aliquam irreverentiam ergà Deum. Suarez *d. c 4. num. 19.* Vota ultramarina in subsidium terræ Sanctæ non posse uxorem irritare, habetur in *c. Ex multa 9. §. in tanta h. t.* ex ratione, ne in tanta necessitate Christiani populi terræ Sanctæ impediatur subsidium. Unde aliud dicendum de peregrinatione ex privata devotione.

Patet vota impuberum filiorum irritat, idque vi patriæ potestatis, cui ita subjectus est filius ante usum rationis, ut regi debeat voluntate patris, & voluntas patris voluntas filii censeatur. Quod volunt procedere, etiamsi ante pubertatem sit doli capax, quia jura absolutè loquuntur: ut non esset eorum definitio, etiamsi ratio esset in particulari. Et hoc procedit etiam quoad votum, quod refertur ad tempus pubertatis, quia & hoc isto tempore pater irritabit, si à neutro sit confirmatum eo tempore, quia habetur factum ab impubere, atque ita à principio infirmum. Suarez *d. lib. 6. c. 6.* Irritat & patet vota puberum sub potestate: non tamen omnia, sed tantum quæ ratione obedientiæ, aut alias, sunt sibi nociva, cujusmodi sunt vota realia de bonis paternis, extraordinaria jejunia, longa peregrinatio, *can. Mulier* XXXII. *qu.* 2. Suarez *ib. c.* 5. Excipiunt aliqui peregrinationem in subsidium terræ Sanctæ, *arg. d. c. Ex multa. §. in tanta hoc tit.* quod loquitur de milite, in quo ponit extraordinarium jus, non extensibile. Ut sit dubia ista exceptio, licet admitti posset ex jure naturali, si sine expensis patris subsidium ferre voverit. Vota non nociva non irritat, ut castitatis, Religionis, & similia, *can. 1. & 2. XX. qu. 2. c. Ad nostras, sup.* De *Regularib.* Emancipati vota non irritat, quia cessat potestas, etiam, quæ emisit filius in potestate existens, quia potestas ista fundata est in patria potestate, quâ sublata cessat & irritandi effectus, ab ea dependens.

Quoad potestatem spiritualem, certum est 70
Pontificem Rom. posse irritare vota omni m fidelium, cujuscumque status, saltem indirectè, in materiis illis, unde præjudicium esse posset Ecclesiæ, vel quæ ob specialem rationem pertinent ad jus Pontificis, *cap. 2. sup.* De *precar. & c. Sicut 27. sup.* De *jurejur.* Suarez *d. lib. 6 c. 2.* Idem obtinet in Episcopis, & aliis Prælatis Religionum, quoad suos subditos, qui suorum Religiosorum vota omnia irritare possunt. in quacumque materia, idque ex vi professionis, secundùm quam sunt subditi Prælatis suis, quantum ad suas operationes, Suarez *ibid cap. 7.* Bas. Pontius De *matrim. l. 7. c. 5. num. 17.* Videtur excipi transitus ad arctiorem Religionem, cujus non videtur posse irritare votum, ne impedire videatur propositum divinitus inspiratum, *c. Licet sup.* De *Regularib.* Exercent & istam potestatem Prælatæ Monialium circa vota suarum Monialium; nam & illis est jus præcipiendi intra limites suæ gubernationis. Suarez. *d. cap. 7. num. 19.* Et hoc ita quoad professos, ex vi status religiosi.

Dubium autem est, An eadem potestas sit 71
circa vota Novitiorum? R. Non esse directè saltem, quia in iis deest subjectio ex obligatione obedientiæ, Navarr. *c. 12. num. 65.* in qua fundatur directa ista irritatio. Probabile tamen esse, indirectè, seu ex parte materiæ, posse Prælatos ea irritare, si convenienti ordini Religionis officiant, quia catenus Prælati habent potestatem in Novitios, non provenientem ex voto, quod necdum emissum, sed jurisdictione, cui pro tunc subsunt Novitii. Imò videntur talia vota impeditiva majoris boni, & ideo pro tunc non obligare, si

ita jubeãt prælati: debent enim Novitii servare Regulam, & esse parati obedire, ut probent Regulam, & probentur Suarez *d. cap 7. num. 11.*

72 Alia dubitatio est, An irritatio locum habeat in votis, quæ præcesserunt statum subjectionis? R. Non esse quæstionem; quando non impediunt executionem muneris, quia nihil obstat, quò minùs absoluta maneant, & irritari non possint, sed tantùm si officiant: & tunc dicendum, prævalere jus Superioris, & obligationem justitiæ, quæ ex munere suscepto nascitur, sive in mutatione fuerit commissum peccatum, nec ne. Sic maritus vota uxoris ante matrimonium emissa, quatenus sibi præjudicant, irritare potest, quia per mutationem status mutata fuit voti materia; cœpit enim per matrimonium mulier subesse viro. *can. Mulier XXXII. q. 5.* Suarez *d. lib. 6. c. 2. nu. 9. & lib. 4. c. 16.*

73 Tertio, Per Commutationem, quâ in alia melioris aut æqualis obligationis vota convertuntur, etiam propria auctoritate, quando scilicet bonum est melius, *c. 4. h. tit. & c. 3. sup. De jurejur.* Nam cùm obligatio voti ea sit, ut quod vovisti reddas, id quod melius & gratius est Deo creditori, persolvendo cumulatè satisfeceris. Si melius non sit, aut dubitetur, an sit, opus est auctoritate prælati, habentis Episcopalem jurisdictionem, *c. 1. h. t.* Potest autem omne votum commutari in votum Religionis, cum eius bonum sit Deo gratissimum, *c. 4. h. t.*

74 Quarto, per Dispensationem. Dispensare est condonare voti obligationem nomine Dei. Competit prælatis, habentibus auctoritatem Episcopalem; non tamen sine caussa, ne temere quæsita Deo obligatio remittatur. Navarr. *c. 22. num. 75. & seqq.* Competere summo Pont. super omnium Christianorum votis dispensare, non est dubitandum, idque ex potestate immediatè sibi à Deo concessa.

Est & Episcopis ordinaria potestas dispensandi super votis subditorum, quæ non sunt specialiter reservata, *c. 1. h. t.* ubi id Episcopo dicitur concessum, de quo ibidem sermo, non de Pontifice. Nec obstat, quòd *d. c. 1.* tantùm fiat mentio commutandi voti, quia addita in ejus fine, & secundum hoc habet exinde dispensare. Et ita habet consuetudo, quæ etiam sine textu sufficit ad dandum jurisdictionem. Pro qua facit ratio, quòd scilicet necessaria [illegible] rit ista potestas ad regimen Episcopale, [illegible] opus est dispensatione, ea præstetur ab [illegible] copis. Vid. Suarez *d. lib. 6. c. 10. num. 3.* Specialiter reservata Pontifici sunt quinque, Religiones approbatæ, castitatis perpetuæ, peregrinationis ad limina Apostolorum, ad S. Jacobum Compostellam, & Ultramarinum. Extra [illegible] *Et si Dominici De pœnit.* Suarez *d. l. 6. c. [illegible] 2. & 3.*

Quæritur autem. Quo jure competat Episcopis hæc potestas dispensandi & commutandi? R. Eam esse communicatam D. Petro, [illegible] suis successoribus, per illum verò Episcopos, quorum dignitas licet à jure divino trahat [illegible] ginem, & sit illis communicanda jurisdictio [illegible] cundum status exigentiam, ut dictum [illegible] *De constit. nu. 23.* nihilominus per Christi [illegible] rium est illis immediate collata, ut possint [illegible] eumdem limitari, licet non auferri. Suarez [illegible] 10. *nu. 7.*

Parochis non est dispensandi potestas [illegible] nec Prælatis Episcopo inferioribus, [illegible] ex privilegio, consuetudine, vel speciali [illegible] gentia Pontificis; vel nisi habeant Episcopalem jurisdictionem, ut sunt Regulares Prælati [illegible] empti, qui proinde cum suis Religiosis possunt dispensare.

Q. An summus Pontifex dispensare [illegible] super uno ex essentialibus voti solemnis? [illegible] Videri non posse, per *c. 6. inf. tit. seq.* [illegible] tas ita dicitur adnexa Regulæ monasticæ [illegible] contra eam nec summus Pont. possit indulgere licentiam. Secundò, quòd consecratum duret, nec possit tolli per Pont. & semel [illegible] catum Deo non sit profanis usibus [illegible] dum. Contrarium tamen verius & receptum teste Navar. *Cons. 38. n. 9. h. t.* Covarr. *ad [illegible] 17. & 18. De testam.* Probatur primò, [illegible] Pont. dispensare potest circa votum [illegible] perpetuæ castitatis, ut patet ex. Extra [illegible] *Et Dominici De pœnit.* ubi ejus dispensatio reservatur Pontifici. Ratio est, quia in omni voto censetur excepta auctoritas Pont. [illegible] solemni idem sit dicendum, cum solemnitas dependeat tantùm ex Ecclesiæ constitutione, *c. Votum eod. in 6.* quæ non ligat Pont. quo minùs ab ea recedat, ita caussâ [illegible]

lante. Facit, quòd Ecclesia approbet Religiones, quæ alias non approbaret effectum obligationis quoad professionem ultra votum simplex. Ut, cum obligationem induxerit Ecclesia, possit & eamdem tollere. Ejus enim est solvere, cujus fuit ligare, & unumquodque naturaliter tollit eo modo, quo ligatum. Nihil obstat *d. c. 6.* quia non accipiendum, quasi simpliciter denegaret Pontifici auctoritatem dispensandi, sed quòd non facilè eò deveniendum. Et hoc ex eo intelligitur, quod Pont. ubi redarguat Abbatem, qui sibi arrogabat licentiam dispensandi cum Monacho, ad retinendum proprium. Unde utitur Pont. aliqua exaggeratione hyperbolica, ducto argumento à majori ad minus, quasi dicens, Mihi non licet, quo modo tibi licebit? Aut dici potest ibi agi de dispensando cum Monacho, ut tali, quia repugnet essentiæ status religiosi, non obstringi voto continentiæ. Non repugnat autem eum à monachatu eximi, ut, destructo subjecto, vota ei adnexa corruant. Felin. in *c. Si quando n. 5. De rescript.* Non obstat, quòd consecratio sive benedictio auferri nequeat; nam voti solemnitas non consistit in benedictione aliqua, nec illa facit Religiosum, sed in Ecclesiastico statuto, quod mutari potest ab eo, qui induxit. Et ut non possit Deo dicatum ad profanos usus transferri, hoc tamen intelligendum, nisi sit causa id exigens. Multò magis idem dicendum de dispensatione super voto sacerdotii, cui ex Ecclesiæ constitutione est adnexum votum castitatis. Vid. Nav. *d. Cons. 38.* Sanchez. *De matrim. lib. 8. Disp. 8. nu. 6. & 7.* Bas. Pontius *lib. 7. c. 10.*

77 Q. Postremò, An ad valorem dispensationis istius requiratur justa causa? R. Posse videri, ad dispensationem Pont. non esse opus causa, quod in omni voto censeatur excepta ejus auctoritas: verius tamen, sine legitima causa, eaque publica, dispensationem esse nullam. Ratio est, quod dispensatio inferioris in lege Superioris non possit esse valida sine causa, cum voluntas inferioris per se non sit efficax ad mutandum jus superioris solo suo arbitrio; cùm habeat sibi tantùm concessam potestatem dispensandi tamquam bonus paterfam. qualis non esset, sine causa legitima dispensando super votis, sed dissiparet potius. Dixi, eaque publica, quia rationi dissonum est, spectari privati alicujus bonum, neglecto detrimento status religiosi. Idem multo fortius dicendum in inferioribus Prælatis. Causa itaque dat per dispensationem à voto libertatem: in quo cum irritatione convenit, quamvis in aliis hæc duo inter se discrepent, ut videre apud Suarez *d. lib. 6. c. 1. n. 13.*

Denique causa legitima in omni dispensatione requisita magis est facti quam juris, desumique potest ex modo vovendi, qui fuit indiscretus, aut ex parte materiæ relatæ ad personam, cui moraliter posset ex causa ruinæ, aut ex necessitate sive utilitate magna publica, aut alia ex causa prudenti arbitrio definienda.

TITULUS XXXV.

De Statu Monachorum.

SUMMARIUM.

1. *Status quid hic significet.*
2. *Monachi, Regulares & Canonici qui dicantur.*
3. *Mulieribus se Religioni dantibus an rectè crines abscindantur?*
4. *Monachi nihil proprium possidere possunt.*
5. *Donare an possint?*
6. *Monachi proprietarii pœna.*
7. *Parochiis non præficiendi.*
8. *Moniales tenentur ad clausuram.*
9. *Professus laxiorem regulam an teneatur sequi reformatam arctiorem?*
10. *Moniales ad clausuram an cogi possint. Regula ad hoc non obligante?*
11. *Concilia Provincialia singulis triennii celebranda.*

STatus hic pro vitæ conditione capitur, per quam alteri quis divincitur: v. g. professus per votum triplex, castitatis scilicet, paupertatis & obedientiæ, adstringitur vitæ religiosæ. 1

* Quam alii solitariam & contemplativam, à cœtu hominum remoti, degunt, plangentium potius, quàm docentium officium habentes, *can. Monachus XVI. q. 1.* dicti *Monachi* quòd soli agant: alii inter 2

homines versantur, dicti *Regulares*, qui idem & Canonici recte dicuntur. Vulgò tamen hæc nomina separantur, ut Canonici dicantur, qui beneficia obtinentes in Cathedrali, aut Collegiata Ecclesia, nullo voto se obstringunt; Regulares verò qui tria vota emittunt, & in communi simul habitant Hi propriè non vocantur Monachi, licet eorum nomine in favoribus omnes religiosi veniant. Abbas in *c. Ex parte sup. De postul. Prælat.* Horum est servare Regulam, cui se obstrinxerunt, tum in cibo, tum in vestitu; coronam gerere. Ubi & receptum, mulieribus ingredientibus abscindi crines.

De quo tamen dubitari posset, An licitè fiat?
3 R. Caussam dubitandi sumi ex *can. 3. Dist. 30.* cujus verba sunt: *Quæcumque mulier religioni judicans convenire, comam sibi amputaverit, quam Deus ad velamen ejus, & ad memoriam subjectionis illi dedit, tamquam resolvens jus subjectionis, anathema sit.* Verùm olim quidem judicatum ignominiosum, habere abscissos crines: religionis tamen caussa habitum id sanctum, etiam apud gentiles, qui suas Vestales tondere consueverunt; idque in ipso ingressu, ut opinatur I. Lips. *De Vesta & Vestalib. c. 12.* alias comam alebant. Nihil obstat *d. c. 2.* nam in eo non agitur de Religioni se dantibus mulieribus, sed quæ viros derelinquentes quadam pietatis simulatione tondebant caput, quod ibi reprehenditur. Et patet hoc ex *d. can. 3. Dist. 30 & can. Mulier 4. XXXIII. q. 5.* ubi non improbatur tonderi Moniales. Prohibitum tamen in Concilio provinciali Mechliniensi, habito anno 1607. tonderi virgines Deo dicandas ante professionem, ut major sit professionis libertas, *tit. de Regularib. 24. c. 7.*

4 Jubentur præterea inhærere institutis pristinis, quæ deferentes solent evadere infensissimi Dei hostes: proprium nihil possidere, sed omni proprietati rerum renuntiare, quæ cedit & quæritur Monasterio bonorum capaci, quatenus non cohæret personæ; cujus ordinis sunt beneficia, quæ habet ingressus, quæque per ingressum, id est professionem, vacant, *c. 4. De Regularib. in 6.* Ejus ordinis est & feudum, & alia similia jura, quæ etiam post professionem demum ad proximiores deferuntur; nisi ante iis spontè renuntiaverit, aut constet absolutè eum vitam mutasse, *d. c. 4.*

Qua in re Concilium Trid. quid immu[illegible] prohibens etiam expressam renuntia[illegible] jurium & obligationum, etiam jurame[illegible] matam, cum irritatione, uti dictum sup[illegible] *Regularib. nu. 26.* intra bimestre ante p[illegible] sionem.

Hinc, cùm proprietate careant, don[illegible] queunt: eleëmosynam tamen extremè [illegible] rectè largiuntur, imò tenentur, etiam [illegible] bentes administrationem, ut rectè tra[illegible] varr. *ad can. Quiescamus nu. 36 Dist. 42.* [illegible] naturæ ad id obliget.

Proprietati rerum non renuntians M[illegible] rio est expellendus. Mortuus si inveniatur [illegible] proprii habuisse, clam Superiore, cater[illegible] râ Ecclesiasticâ, *c. 2. & 5. h. t.*

Prohibentur etiam ingressi officia [illegible] ambire: quo modo non præficiuntur P[illegible] *c. 1. inf. De capel. Monach.* nisi caussa subsi[illegible] adjungendus socius, secundùm illud, [illegible] *quia cum ceciderit, non est, qui subleva[illegible] c. 2. & 5. h. t.*

Moniales ad clausuram tenentur. Le[illegible] tamen caussa ex Superioris consensu fu[illegible] tum egressum, *c. 1. eod. in 6.* Trid. *Sess. 25.* [illegible] *gularib. c. 1.* Vid. Gutierrez *lib. 1. Canon.* [illegible] *c. 14. nu. 8. & 9.*

Q An professus laxatam Regulam, neg[illegible] tia Superiorum, ad eamdem postea re[illegible] suo rigori teneatur? R. Posse videri non [illegible] ex eo, quòd nemò obligetur ultra inten[illegible] hic autem intentio fuit non obstringe[illegible] Regulæ, tunc ita se habenti. Commu[illegible] men & receptiorem esse sententiâ profes[illegible] lem teneri se accommodare Regulæ refor[illegible] licet arctiori, cum ad observationem Reg[illegible] jus loci se obstrinxerit &, vivendi norma[illegible] verit, vel scire debuerit, mutari subinde, & [illegible] profitendo se obligare videtur, saltem tac[illegible] reformationem, majoremque austeritatem [illegible] ex caussa contingat eam induci. Quò fuit [illegible] tus in *d. c. 1. & d. c. 5.* Innoc. in *c. Super* [illegible] *De Regularib.* Felin. & alii in *c. Super eo* [illegible] *appellat.* Peck. *ad c. Quod omnes nu. 6.* [illegible] *in 6.*

Quid si Regula ad clausuram non oblig[illegible] an Moniales per Episcopum possint ad[illegible] gi ad clausuram? R. Id videri colligi [illegible] 1. *in princ. eod. in 6.* quod simpliciter [illegible]

clausuram in posterum omnes adstringit. Trident. verò *d. Sess. 25. de Regul. c. 1.* tantum velle ut clausura, ubi violata fuerit, diligenter restituatur, ubi inviolata, conserveturut possit videri, ubi Regula non habet clausuram, non posse ad eam cogi Moniales. Verùm Constitutio Pii Quinti, *incip. Circa Pastorales*, & Gregorii XIII. *incip. Deo sacris*, omninò mandant clausuram, etiamsi Regula eam non præcipiat: quæ duæ Constitutiones ligant, ubi usu sunt receptæ & optimum foret eas re ipsi, ut eviterentur pericula. Vide Franc. Zypæum, in *Analysi Iuris Pont. novi de Regularib. n. 41.*

Ut autem monastica disciplina melius conservetur, instituenda tertio quoque anno Consilia Provincialia, quibus collapsa reformentur, peccata corrigantur, *c. 7. & 8. h. t.* ubi edocetur, quo modo, ubi, quanto tempore Consilia sunt celebranda.

11 Sæculares ad præbendas in Monasteriis non sunt admittendi, ne per eos contingat destrui Regulam, *c. ult. in fine h. t.*

TITULUS XXXVI.

De Religiosis Domibus.

SUMMARIUM.

1. *Religiosæ Domus quæ dicantur.*
2. *Earum visitatio & reformatio spectat ad Episcopum.*
3. *Religio nova nisi auctoritate Pont. induci non potest.*

1 REligiosæ Domus nomine veniunt quælibet loca pia & Monasteria *c. fin. h. t.* quæ singula jubentur habere suum Superiorem. Unus pluribus præsidere, aut in pluribus Monachum agere prohibetur. Propriè Religiosæ Domus dicuntur Xenodochia, Nosocomia, & similia. *Quæ
2 ordinanda, visitanda, reformanda ex Regularibus, non etiam ex sæcularibus, nisi in illorum defectu. c. 5 h. t* idque per Episcopum loci (nisi sint exempti:) quibus ab eodem & administrator præficiendus, qui fructus in usus destinatos convertat; aut, si convertere nequeat, in alios vicinos convertet, reddetque rationem suæ administrationis Ordinario. Trid. *d. loco c.* 8. Ad quarum rationum redditionem Ordinario faciendam non videntur teneri Monasteriorum Prælati, cùm de iis non loquatur dictum Concilium.

Religionem novam nemo nisi auctoritate 3
Pontificis inducit, ne ex Religionum diversitate oriatur confusio, *c. fin. h. t. Clem. 2. eod.* Adeò ut, si contingat aliquos Religionem non approbatam profiteri, eidem non obligentur, *c. 1, eod. in 6.*

TITULUS XXXVII.

De Capellis Monachorum.

SUMMARIUM.

1. *Capellæ quid, & unde dictæ.*
2. *Capellis qui præficiendi.*

CApellas Monachorum aliqui dictas pu- 1
tant, quòd populum capiant, quasi capientes λαὸν, id est populum, compositò ex Græco & Latino nomine. Verius derivatur ista dictio à *Cappa*, quæ tegumen significat, quod veluti tentorium factum secum vehere solitiFrancorum Reges, quando erant in expeditione.

Harum nomine venit etiam Parochia & 2
Prioratus, *c. 1. & 3. h. t.* quibus, qui subsunt Monasteriis, præficiendi potiùs sæculares, quàm Monachi, cum difficile sit sæcularibus deserviendo in monastica Regula persistere, *can. Nemo XVI. q. 1.* Monachi, si iis fuerint præfecti, revocandi sunt, aut socius iis adjungendus, si aliud non habeat privilegium Apostolicum faciens mentionem Concilii Lateranensis.

TITULUS XXXVIII.

De Jure Patronatus.

SUMMARIUM.

1. *Ius patronatus aliud civile, aliud Ecclesiasticum.*
2. *Ius patronatus quid?*

3. *Iuris illius capaces Clerici & laici: unde aliud Ecclesiasticum, aliud Laicum.*
4. *Adquiritur I. fundatione, constructione, dotatione.*
5. *An ista concurrere debeant?*
6. *Reparatione an & quatenus adquiratur.*
7. *II. Per concessionem S. Pontificis.*
8. *An & præscriptione?*
9. *An contra laicum patronum? & per laicum quanto tempore præscribatur.*
10. *Transit jus patronatus per successionem.*
11. *Patronis diversis in stirpes an in capita succedatur.*
12. *In fideicommissarium universalem an transeat?*
13. *In hæreditatis divisione an uni adjudicari possit.*
14. *II. Transit jus hoc per concessionem alterius.*
15. *Ad translationem in privatum an opus consensu Episcopi?*
16. *Consensum postea intervenire sufficit.*
17. *Translatio juris hujus etiam in laicum fieri potest, ex consensu Episcopi.*
18. *Patre donatore decedente ante consensum, donatio est nulla.*
19. *Consensus tacitus an sufficiat.*
20. *III. Transit & hoc jus per venditionem universitatis.*
21. *An vendita universitate cum jure patronatus?*
22. *An vendita universitate & jure patronatus?*
23. *Vendita universitate an transeat ad emptorem?*
24. *Transit item cum re permutata, cui adhæret.*
25. *Permutari per se qualiter possit.*
26. *Patroni bonis publicatis an transeat ad fiscum?*
27. *Effectus hujus juris consistit 1. in honore processionis, an & ne sine venia in jus vocetur?*
28. *II. In subventione patrono inopi debita.*
29. *III. In defensione Ecclesiæ, qua patrono incumbit.*
30. *IV. In præsentatione.*
31. *An præsentandus sit dignior?*
32. *An, digniore omisso, rectè præsentetur dignus?*
33. *Patronus non præsentat seipsum.*
34. *An ab eo rectè præsentetur, cui cessit jus præsentandi?*
35. *Præsentationi ab aliis de se factæ in dubium sentire potest.*
36. *Præsentandi jus competit marito, ratione bonorum.*
37. *An & concurrente uxore in præsentando?*
38. *Creditor jure pignoris non præsentat.*
39. *An neque conductor?*
40. *Tutor an præsentare possit?*
41. *An sequester?*
42. *Bonæ fidei possessor rectè præsentat.*
43. *An & lite ei mota tempore præsentationis?*
44. *Præsentationis effectus est institutio.*
45. *Præsentatio intra quod tempus facienda.*
46. *Patrono laico concurrenti cum Clerico petunt sex menses.*
47. *An laico eo casu liceat variare?*
48. *An laico plures variare liceat?*
49. *Et an si, uno præsentato, juraverit, se alium non præsentaturum?*
50. *Institutio præsentati à laico intra tempus facta est valida.*
51. *Jus hoc à laico translatum in Ecclesiam sit Ecclesiasticum.*
52. *Vt & contra, ab Ecclesia translatum in laicum.*
53. *Præsentatio non rectè fit Episcopo extra dioecesim.*
54. *Pluribus jus præsentandi habentibus, si unus alteri succedat, an ei sit duplex votum?*
55. *An omnes simus comparere & præsentare teneant?*
56. *Tempore præsentandi lapso, fit devolutio ad superiorem juris ad Ordinarium.*
57. *Tempus illud an currat ignoranti?*
58. *An currat excommunicato?*
59. *Præsentatum ab excommunicato an Episcopus rectè instituat?*
60. *Præsentationem excommunicati an superior acceptare teneatur?*
61. *Iuri præsentandi derogat S. Pont.*
62. *Idque cum clausula derogatoria quando patronatus laici.*
63. *Nec generalis clausula sufficit.*
64. *Sufficit hæc in patronatu Ecclesiastico.*
65. *Quid si simul pertineat ad laicum & Clericum?*
66. *Derogatio expressa quando & cui nocet.*
67. *Legatus à Latere potest præjudicare patrono Clerico, non etiam Episcopo.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

68. Jus patronatus quibus modis extinguatur.
69. Abrenuntiata hæresi an maneat salvum hoc jus?
70 Excommunicatio an privet hoc jure?

1 JUs patronatus aliud est circa libertos, ratione manumissionis competens, de quo *l. 39 D. & 6. Cod.* diciturque civile: aliud circa Ecclesiam aut Ecclesiasticum beneficium, spectans ad beneficiorum collationem non liberam, cum siat ad præsentationem alterius, de quo hoc Tit. agitur, & dicitur Ecclesiasticum, quia adnexum spirituali, *c. de jure 16. h. t.* quale habetur spirituale, *l. qui religiosis D. de rei vindic.* ex regula, quòd accessorium sequatur principale.

2 Est autem potestas præsentandi ad beneficium vacans. Dicitur, præsentandi, vel propriè & formaliter, quando præsentatur instituendus, vel virtualiter, secundùm *c. nobis 25. hoc tit.* ubi ex assensu patroni facta electio tenet. Non recte objeceris, quòd & alia contineat definitum, non comprehensa sub definitione, uti jus honorificum, quo patrono cõvenientia præstanda obsequia; locus honorificus in Ecclesia, *d. c. 25 in fine*; jus utile, quo patrono presso inopia subveniendum ab Ecclesia, *d. c. 25. & can. Quicumque XVI. qu 7.* onerosum, quia patroni est, Ecclesiam, ne ejus bona dilapidentur, defendere modo præscripto *can. Filiis XVI. qu. 7.* unde & vocatur jus Advocationis. *c. 6. h. t.* & ipse patronus Ecclesiæ Advocatus: non rectè, inquam, hæc objeceris, quòd jus præsentandi sit primarium, cætera autem minus principalia, & ex illo resultantia; ut sufficiat id, quod est principale, definitione contineri. Dicitur vacans; quia alias esset irrita præsentatio, *c. Illud h. t.* uti & est irrita institutio, secundùm dicta supra, *hoc eod. lib. tit. 8.*

3 Capaces hujus juris sunt non tantùm Clerici, sed & laici. Nam fundatoribus id jus Ecclesia permisit, ut allicerentur fideles ad opera pietatis, ex gratia quadam, unde & interdum jus istud vocatur Gratia, quæ ratio etiam in laicis obtinet. Hinc aliud faciunt Clericorum, quod & Ecclesiasticum dicitur, competens alicui ratione dignitatis aut Ecclesiæ, cui præsit, ex cujus bonis fundata, dotata aliqua Ecclesia, aut beneficium erectum: aliud laicorum, quod laicum sive laicale vocant, competens ratione fundationis Ecclesiæ ex bonis patrimonialibus. Non rectè ideò laicum dixeris, quòd à laico possideatur, Ecclesiasticum verò, quia possessor ejus sit Clericus; nam & laic potest possidere laicum jus, occasione bonorum patrimonialium, ut rectè tradit Covarr. *Pract. Quæst. c. 36 num. 2. in fine.* Posset & aliud dici Personale, quod personæ competit, aliud Reale, quod rei adhæret.

Adquiritur fundatione, dotatione Ecclesiæ, 4
aut Ecclesiastici beneficii, *can. nemo 9. dist. 1. de consecr. & passim h. t.* quatenus tamen jus istud sibi servavit fundans, dotans ex consensu Episcopi, nam alias censebitur Ecclesiam potius liberè fundasse, construxisse, dotasse. Covarr. *ad c. Professi r p. 2. §. 10. n. 3. in fine.*

Ubi quæritur, an ista debeant concurrere? 5
R. Non videri, sed singula sufficere ad adquirendum hoc jus, per *d. c. 25.* in quo tantum sit mentio constructionis: *d. can. Quicumque*; qui mem init tantùm ejus, quod collatum: item *d. can. filiis*, in quo sit mentio alternativè ejus, qui fundavit, aut dotavit; ut alterum sufficiat, ex natura orationis alternativæ. Et vult id ipsum ratio, cum jus istud permittatur ob gratiam beneficii Ecclesiæ præstiti, quod non tantùm sit conjunctim, sed & disjunctim, fundando, aut exstruendo tantum, aut etiam dotando tantùm, Rochus de Curte *hoc tit. V. Dotavit qu. 11.* Azor. *Instit. Moral. p. 2. c. 19. qu. 6.*

Q. II. An & adquiratur reparando Eccle- 6
siam? Posset videri non adquiri, invito priore patrono, cui suum non est eripiendum, *lib. id quod nostrum D. de R. I.* Facit, quod ut invito fructuario non potest dominus rem facere meliorem, *l. fin. in fine D. de usu & habit.* ita nec debeat posse reædificari Ecclesia, patrono invito, cum ejus detrimento. Dicendum tamen; reparanti collapsam Ecclesiam quæri jus patronatus, quatenus illud sibi reservavit, ex consensu Episcopi: idque sine injuria pristini patroni, cui nullum amplius jus erat in rem non existentem. Et hoc, quatenus illi tantùm erat jus ex constructione: nam si præterea & dotaverit, quia causa manet, rectè dicetur, simul cum reparante, cum patronum manere, si ex consensu Episcopi id jus sibi servaverit.

Neque

Neque enim repugnat, plures esse unius Ecclesiæ aut beneficii patronos, ut cum plures construunt aut dotant: & hoc sine injuria pristini patroni, cui præstat habere jus per accessionem alterius deminutum ratione reparationis, quàm inutile habere, propter destructam Ecclesiam: Dixi, collapsam; nam si tantùm pro parte sit reparata, verius est, pristinum patronum manere, cùm non possit videri eius jus extinctum circa rem, quæ non erat omninò extincta, utpote pro parte extans, quæ pro parte reparata videtur eadem permanere cum priori, *l. Qui res §. aream D. de solut.* Non obstat primum argumentum, quia non eripitur alicui suum, cum nullum illi possit dici esse jus circa rem alienam, qualis est destructa reparata. Non obstat secundum, quia cessat usus fructus, re perẽpta, & jus circa rem destructam: ut reparando nulla fiat injuria priori patrono, qui ampliùs patronus non est. Facit pro ea parte *Nov. ut nullus fabricet oratoria 67. §. 1.* ubi reparanti jus istud conceditur. Et hoc, uti dixi, si cum consensu Episcopi idem jus sibi exceperit, qui tam in reparando desideratur, quàm in exstruendo & dotando de novo. Hostien. *hic in Summa*, Paul. de Citadinis hoc *tit. p. 3. caus. 1. num. 41. & caus. 4.*

7 Secundò, adquiritur per concessionem Pontificum, qui Ecclesiis liberis adoptarunt patronos potentiores, quorum præsidiis ab insultantium injuriis redderentur tutiores. Hoc modo sæculares principes nominandi ad cathedras & dignitates jus consecuti videntur, quod primò ad Clerum & populum videtur pertinuisse, aut potius ad solum Clerum, secundùm dicta suprà *De elect.* Non tamen ideo dicendi principes non dotasse aut fundasse Ecclesias, cùm historiæ multorum Principum miras in Ecclesias & pia loca liberalitates referant. Covarr. *d. c. 10. n. 5.* Quò spectat, quod Trid. *Sess. 28. c. 9. de reform.* in patronatu adrogato per communitates requirat maiores probationes, quòd iis plerumque ex usurpatione id jus quæsitum videatur, non ita in Principibus & sublimibus personis.

8 Quæstio autem est, an & præscriptione adquiratur? R. Non videri, nisi ea, quæ temporis est immemorialis, si de fundatione aut dotatione non pateat ex authentico documento. Nisi tales personæ jus hoc sibi adrogent, quibus potius quadam usurpatione id quæsitum præsumitur, quibus Trid. *d. c. 9.* non alias volunt suffragari tempus immmemoriale, quam præsentationes quinquaginta annis continuæ probentur Et hoc, ne facile Ecclesiastica beneficia impudenter in servitutem redigantur. Qua de causa Triden. *Sess. 14. c. 12. de reform.* nulli id jus in posterum competere vult, quod ex fundatione aut dotatione, nulla excepta dignitate. Vide Azor. *d. c. 19. qu. 11.*

Et hæc ita, quatenus non constat, Ecclesiam ante fuisse liberam: nam si pateat, ante liberam fuisse, nec ab iis, qui jus patronatus adrogant, fundatam, aut dotatam, præsentationem non currere talibus, communis opinio, ut videre est apud Covarr. *d. c. 10. num. 2.*

Quæritur verò, An contra laicum patronus præscribatur? Resp. Faciliùs isto in casu præscriptionem procedere, propterea quòd non agatur detrimentum Ecclesiæ, cui, cum laicus non sit, non infertur tantum gravamen, patronum mutando.

Ubi disputatur de tempore. Aliqui volunt ex eo, quòd tale jus cadat in laicum, posse per laicum præscribi spatio decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes. Alii annos quadraginta requirunt, cum tamen Alii 40. quidem annos requirunt, quia quæ causa Ecclesiæ, titulum tamen non requirunt, quòd non tam contra Ecclesiam, quàm contra privatum præscribatur. Covarr. *d. c. 10. numer. 8.* Quæ ratio videtur facere pro prima opinione; uti & quòd parum intersit Ecclesiæ habere hunc vel illum patronum, sed tantum privati agatur causa, ut à tempore, quo contra privatum præscribitur communiter, cum sit recedendum sine textu, qui hoc casu concludatur. Vid. Paul. de Citadinis *in h. Tract. p. art. 3. qu. 17.* Rochus de Curte V. *ipse vol. 36. num. 80.* Molina *De Iust. & Iure Tract. disp. 70.*

Constitutum jus patronatus transfertur potest per patronum in alios, non tamen nisi modis legitimis. Primus est successio, per quam non tantùm transit in consanguineos, verùm & extraneos hæredes; nec tantum pro parte hæreditaria, sed ad singulos in solidum

c. 1. h. t. cùm jus istud sit indivisibile, non posita differentia in sexu, loquitur enim *d. c.* 1. indistinctè.

1 Ubi quæsitum, An succedentes diversis patronis in stirpes veniant, an in capita? R. Tantùm in stirpes eos venire, & cujusq; patroni liberos vel hæredes in ejus jus succedere, simulque unâ vocem habere, *Clem. 2. h. t.* Cui non obstat *c. 3 eod.* quia non accipiendum, quasi vellet & penes singulos hærædes cujusque patroni jus in solidum esse, & vocē seperatam; sed loquitur simpliciter, de patronis pluribus concurrentibus ad præsentationem, & eorum hæredibus, repræsentantibus quidem patronos, non tamen in capita, sed in stirpes, qui præsentando non conveniunt. Posset & *d. c.* 3. accipi de hæredibus unius patroni, quibus singulis sua est vox.

Non est itaque dubium transire hoc jus ad quemcumque hæredem, cum bonorum universitate, *c. 7. h. t.* cui adhæret tamquam accessorium. Idem est in bonorum possessore, ex eadem ratione.

12 Quæstionis est, An transeat in fideicommissarium universalem? Resp. Communem sententiam esse, non transire, 1. *arg. l quia perinde* 42. *D. ad S. C. Trebell.* ubi jus sepulchri penes hæredem manet, nec transit ad fideicommissarium, etiam in casu, quo ab indigno auferetur hæreditas, *l si quis* 33. *D. de relig. & sumptib. fun.* Secundò *arg. l si patroni* 55. *D. ad S. C. Trebell.* ubi, restituta hæreditate, non transit jus patronatus, sed apud liberos manet. Quorum locorum argumento idem plerique tradunt in patronatu Ecclesiæ, ex eo, quod ut ista jura sub restitutione non comprehenduntur, cùm non veniant jure hæreditario, ita nec hoc jus patronatus. Præterea quod ad fideicommissarium non transeant alia jura, quam quæ continent commodum pecuniarium. Quæ opinio ut sit communis, ita videre est apud Rochum de Curte, *V. ipse vel is num.* 20. Gomez 1 *Var. Resol. c.* 5. *num.* 29. *& allegatos* à Molina *De jure primog. lib.* 1 *c.* 23. *n.* 5. contraria tamen non immerito alicui probari posset, quod non sit paritas inter hoc jus & jura superiùs allegata, cùm jura sepulchrorum tantùm sequantur hæredem, patronatus civilis tantùm hæredem suum, ut patet, *Instit. & D. de adsignat. libert.* nec eripiatur liberis, patre damnato etiam perduellionis, *l.* 4. *D. de jure patron.* cum jus patronatus, de quo hic, etiam competat non hæredi, sequatur universitatem bonorum, & cum ea transeat ad emptorem, aut alium, etiam fiscum, ut mox dicetur, etiam titulo singulari, ut donati, legati, ex consensu Episcopi. Ut non obstet, quod non capiatur hæreditatio jure, cùm ex natura sui sequatur eum, ad quem universa bona transeunt, non tamquam quid hæreditarium, sed tamquam res transiens cum rerum universitate, in qua consistit. Nihil etiam facit, quod dicatur non continere commodum pecuniarium, cum sit utile patrono, qui inopia pressus alendus est ab Ecclesia, uti dictum, & possit in dotem dare marito, penes quem est præsentatio, quæ est loco fructuum. Vid. Molina *d. loco*, & Molin. *ad Consuet. Paris. §.* 37, *hodie* 55, *Gl.* 10, *in princ.*

Item quæritur, An possit per judicem uni 13
adjudicari in divisione hæreditatis? R. Id videri posse; Primo, per *c. excommunicatione* 14. *h. t.* ubi potest transferri in alterum patronum. II. Quod sit utilius Ecclesiæ habere unum patronum, quàm plures. III. Quod non repugnet natura rei, cum transeat id jus in alium cum universitate. Contra tamen verius est, cum Abbate in *c. 9. h. t.* ex eo, quod aut fiat æqualis divisio rerum, nec erit ratio, quare uni potiùs adjudicetur, quàm alteri; aut inæqualis, & tunc in compensationem alicujus adjudicare uni jus istud, saperet simoniam. Quò spectat *c. 1. h. t.* quo prohibetur divisio Ecclesiæ inter hæredes. Non obstat argumentum sumptum ex *d. c.* 14. quia in illo agitur de alterius compatroni libera cessione alteri sine pretio facta. Non obstat secundum, quia nihil ea res spectat ad judicem, cum plures patronos jura patiantur. Non etiam tertium, cum uti ad omnes transit universitas, ita & jus istud. Abbatem sequitur Rochus *hic V. ipse vel is n.* 26 Videtur eodem facere, quòd habet *d. c.* 9. Ecclesiarum ordinationes non esse mutandas, nec ab Advocatis vicissitudines esse præsumendas, ut scilicet unus uno anno sit Advocatus Ecclesiæ, alter altero, secundùm Innoc. *ibid.* quod id fieri non debeat sine consensu Episcopi, sine quo nec dividi potest istud jus. Quin autem conveniant patroni, ut vicissim præsentent, nihil involvit

contra Canones mali. Alii putant *d. c. 9.* prohiberi; ne, mutato patrono, mutetur & Sacerdos Ecclesiæ præpositus. Cujus ratio est, quòd Sacerdotis præpositi jus circa Ecclesiam non tam pendeat à patrono, quàm ab instituente, ut ideo jus quæsitum mutari nequeat, aut ei eripi.

14 Secundo modo transit per liberalem alterius Concessionem. Cuilibet enim est permissum jus suum in alium transferre, *c. cura* 11. *h. t.* nullo consensu Episcopi requisito, si conferatur Ecclesiæ aut loco religioso, uti expressum *c.* 1. *eod. in* 6. Ut non sit curanda Glos quæ contrarium vult, in *c. illud* 8. *h. t.* Nec obstat *d. c.* 11. quo posset videri hoc ipsum prohibitum, nam loquitur tantùm de transferentibus ea, quæ ad se non pertinent, ut sunt Ecclesiæ ipsæ & beneficia proprietate tenus, non etiam de re jure patronatus, quod pertinet ad patronos, qui & ideo illud transferunt: cui interpretationi favet Innoc. *d. c.* 11. *in pr*

15 Ubi quæritur, An in alios privatos transferendo sit opus consensu Episcopi? Resp. Posse videri, opus non esse, ex eo, quod nullus locus id exprimat. Nam jura ad hoc communiter allegata *c.* 5. 10. 11. *& c. Nullus* 17. *h. t. can Nemini* XV. *q.* 7. & similia, tantum volunt Ecclesias & beneficia nec privatis Clericis nec locis religiosis rectè dari, sine adsensu Episcopi, de jure autem patronatus non loquuntur. Quod patet ex eo, quod ista loca tantùm se fundent in eo, quòd non possit quis aliud transferre, quam habet. Habet autem patronus jus patronatus, uti paulo ante dictum ex Innoc. *in d. c.* 11. *in fine*; ut validè illud transferat. Contra tamen habet communis opinio, scilicet non aliàs valere translationem in privatum factam, nisi ex adsensu Episcopi, per *d. c.* 8. *h. t. & d. c.* 1. *eod. in* 6. in quibus tamquam singulare quid disponitur, in translatione hujus juris in locum religiosum non requiri consensum Episcopi. Cujus ratio esse potest, quòd revertatur ad naturam suam: ut in aliis requiratur Episcopi adsensus. Ratio est, ut inspiciat an expediat Ecclesiæ mutare patronum. Ita autem tenet translatio ista, si liberalis sit; alias saperet simoniam.

16 Q. II. An sufficiat consensum postea accedere? R. Videri non sufficere, ex eo, quod ad eam rem auctoritas requiratur Episcopi, *d. c.* 11. *& Suggestum* 20. *h. t.* cujus ea est cōditio, ut [illegible] dat. § *tutor inst. de auct. tut.* Sed dicendum [illegible] cere, etiamsi postea intervenerit, valereque [illegible] nationem antè factam, per *d. c.* 11. & 20. in [illegible] bus licet fiat mentio auctoritatis, tamen [illegible] accipitur ibi pro consensu, ut patet ex istis [illegible] Consensus autem postea accedens facit [illegible] prævium ratum esse. Roch. *hic, V. diaces* [illegible] Pro qua parte videntur facere, quæ tradit [illegible] bas *cons.* 89. *n.* 2. consensum scil. requisitum [illegible] am postea intervenientem facere actum [illegible] um convalescere. Deinde ratio, quare [illegible] tur in ista translatione consensus Episcopi [illegible] ut videat, an expediat Ecclesiæ mutatio [illegible] ni: quam si judicaverit expedire ex post [illegible] si mutatio non foret valida, inducta in [illegible] rem Ecclesiæ redundarent in ejus odium [illegible] trimentum, ut tradit Abbas *d. l.* Et hoc [illegible] translatio fiat in Clericum.

Quid si in laicum? R. Negare Abbatem [illegible] *n.* 3. & 4. consensum sequentem sufficere [illegible] gumento, quod laicus non sit capax [illegible] tualis, nec illam possit possidere. Quæ [illegible] hac in materia est infirma, cùm laicus [illegible] ciali gratia hujus juris sit capax, ut videatur [illegible] posse illud in alium laicum transferri [illegible] sensu Episcopi postea subsequente. Nec [illegible] aliud argumentum Abbatis, quod scilicet [illegible] causa sint habiles laici, ut excitentur ad [illegible] endas & dotandas Ecclesias, quæ non [illegible] locum in cessionario, quia ex ista ratione [illegible] queretur, non posse etiam transire cum [illegible] versitate in alium. Facit eodem, quod [illegible] prà *n* 9. posse quoque laicum contra [illegible] patronum præscribere jus istud, ut etiam [illegible] beat posse adquiri cessione possessoris, ex [illegible] sensu Episcopi. Nec objici potest, quod [illegible] meminerint translationis in Clericum, [illegible] iis tantum species facti proponitur, ut [illegible] tio in laicum non sit dicenda remota. Roch. *d. loco n.* 18.

Quid si pater jus istud alteri dederit, & [illegible] te consensum Episcopi decesserit, an teneatur filius donationi stare? R. Pro filio facere, quod ante consensum Episcopi ista donatio [illegible] la, *c.* 5. *& d. c. suggestum* 20 *h. t.* ut nequeat [illegible] ri filio præjudicatum. Quò facit, quod [illegible] consensus subsequens faciat actum esse [illegible]

dum, debeat & tunc concurrere consensus patroni, qui hic deficit, filio jam patrono potius contradicente, patris autem consensus nullus sit, atque ita nihil operetur in præjudicium filii, Abb. *multis quæst. 5. num. 3. & 5.* Roch. *d. num. 18.*

19 Q V. An consensus sufficiat tacitus? Resp. Negare id Abbatem *d. c. 11. nu. 4.* eo quòd in actu odioso non præsumatur consensus ex taciturnitate. Contrarium tamen dici posse, ex eo, quòd actus iste nō tam sit odiosus, quam favorabilis, cum jus istud concedatur ad excitandos fideles ad opera pia, ut, secundùm tradita ad Reg. *Qui tacet de R. I. in 6* scientia ejus, qui contradicere potest & non contradicit, inducat consensum. Roch *d. loco num. 20. & faciunt allata in simili à* Barbosa, *ad l. Quæ dotis 34. n. 154. & seq. D. soluto matrim.*

20 Tertiò, transit per venditionem universitatis, vel rei, unde endet, *c. cum seculum 13. h. t.* tamquam accessorium, nisi exceptum fuerit, *c. ex litteris 15. h. t.* Ubi cavendum, ne res cariùs æstimetur propter istud jus adnexum, quia non vacaret vitio, & pravitate simoniaca. Quæ ratio facit, per se non vendi hoc jus, & contractum nullum declarari, *c. de jure 16. h. t.* atque ementem jure isto privari, *c. 6. h. t.* excommunicationisque & interdicti pœnis subjici, Trid *sess. 25. c. 9. de reform.* Vid Suarez *4. ac Simonia c. 28.*

21 Ubi quæritū, An valeat venditio, hac formâ: *Vendo tibi universitatem, cum jure patronatus?* Resp. Rationem dubitandi esse, quòd videatur ejusmodi formâ per se vendi jus istud: propter expressionem, non etiam accessoriè venire, ut possit videri subesse vitium, secundùm *d. c. 16.* Dicendum tamen, non esse vitiosum talem contractum, & jus istud non tam principaliter transire, quàm accessoriè, quòd dictio, *Cum*, denotet accessionem, secundùm tradita *Instit. de legat. §. Si quis ancillas.* Ut procedat regula, quòd expressio ejus, quod tacitè in est, non vitiet, *l. 3. D. deleg. §. 1.* Nav. *Cons. 3. h. t.*

Major est quæstio, An hac forma: *Vendo* 22 *universitatem & jus patronatus?* R. Prima facie videri non carere vitio, ratione dictionis. Et, quæ copulativa facit utrumque principaliter venire; ut eo casu videatur etiam vendi jus istud. Dicendum tamen, si bona sit intentio, & pretium non excedat valorem rei, non habendum esse vitiosum istum contractum, etiam in foro exteriori; cum non referat, quibus verbis contractus sit conceptus, possitque expressio ista habere sensum, qui culpam excuset, quòd scilicet eo fine sit facta, ut non putetur jus istud reservatum, ac separatum à re. Nam alias non transiret, secundum *d. c. 7. h. t.* in verbis, *In firmam concessa, non excepto jure patronatus.* Qui sensus, cum delictum excludat, potiùs accipiendus, quam contrarius, qui delictum ponit, secundum Navarr. *Cons. 6. n. 7. & 8. de hæret.* Neque enim potest dici transire cum re, cujus non est accessorium, imò per se subsistens, quale vocant personale, personæ primariò competens, etsi rem nullam habeat. Vide Decium *ad c. quando n. 6. de judic.* Gatt. *de benef. p. 5. c 9. n. 11 & seq. & n. 33.*

Ubi alia quæstio, An saltem vendita univer- 23
sitate, transeat tale jus ademptorem? R. Ita cōmuniter velle Canonistas, citatus à Covarr. 2. *Var. Resol. c. 18. n. 7. vers. Quartò*, ex eo quòd passim dicatur transire cum universitate vendita. Pro quibus facit argum. quòd istud jus in hæredem transeat, ut etiam videatur transire in emptorem universitatis. Contrarium tamen probabilius, quòd, cum non cohæreat rei venditæ, non possit ista venditione videri comprehensum, cum rerum eadem contentarum non sit accessorium, ut earum venditio & translatio minimè adficiar hoc jus, utpote omnino separatum ab iis. Nam si transferretur, esset, quia reputaretur una vendita, non tamquam pars universitatis, sed per se, quod non esset extra simoniæ vitium. Covarr. *d. loco vers. Quarto* Suar *d. c. 28. n. 19. & 20.* Non obstat, quod totaliter se habens transeat nihilominus ad hæredem; nam hoc ideo, quia ille representat personam defuncti, succeditque in omne ejus jus, non etiam emptor. Quò facit, quod hæres succedat in jura sepulcrorum, non etiam emptor, ut ab uno ad alium non fiat extensio, aut illatio.

Quod de emptione dictum, idem & de per- 24
mutatione dicendum, ut scilicet cum re, cui adnexum, permutata transeat, modo tamen pluris res non fiat, ratione adnexi juris, quia, secundùm dicta, subesset simoninæ vitium.

Dubitatur, An & per se permutetur? Resp. Cum alio simili jure permutari, sine vitio, quòd sit quasi spiritualium inter se. Ubi tamen opus erit consensu Episcopi, qui ut in donando, ita & in permutando est adhibendus; ex eadem ratione, scilicet, ut inspiciat, an mutatio patroni sit cessura commodo Ecclesiæ. Hoc magis, quòd mutatio spiritualium inter se requirat Superioris auctoritatem.

26 De eo quoque dubium esse posset, an publicatis patroni bonis, una transeat ad fiscum? R. Præsupponendo, quod ante dictum, jus istud etiam in extraneum hæredem transire, & sequirem, cui adhæret, facilem esse resolutionem, publicatis scilicet bonis, publicari, & fiscum sequi, etiam laicum. Nihil faciente, quòd sit spirituale, cùm ejus ex speciali gratia capax sit laicus, & ad emptorem laicum, hæredemque extraneum transeat, cujus loco est fiscus, *l. si totam* 83. D. *de acq. hæred.* ubi fisco, qui successit hæredi cedit pars vacans, jure adcrescendi, quòd apud eum sit portio altera, quæ non est nisi apud hæredem, vel eum, qui est loco hæredis. Abbas in *c. Laici* 10. *n.* 3. *& c. nobis* 25. *h. t.* Et hoc ita, si res vel universitas, cui adhæret, sit publicata, nam aliàs si publicata fuerint bona mobilia & immobilia, jura & actiones non venient, cùm tertiam speciem constituant, ut patet *ex l. à divo Pio* 15. §. 1. *D. de re judic.* ut nec veniret hoc jus, iis non cohærens. Præterea ita publicata bona hoc jus sequitur, si non sit expressum, ut agnati in id succedant, aut in familia maneat, tunc enim ut ad hæredem extraneum non transit, ita nec ad fiscum, nisi fortè pro vita delinquentis patroni, *arg. l. status* §. 1. D. *de jure fisci.* Nisi prohibitio alienationis faciat continuò locum proximis, per *l. Imperator.* 12. *l. Rogo* 21. *D. de fideicom. libert.* Volunt autem quidam in casu, quo publicatis bonis cohæret hoc jus, fisco non esse exercitium, sed Ecclesiam manere liberam. Quod quidem dici posset, si ideo possessor puniatur, quia in ipsam Ecclesiam deliquerit, non etiam si alia de causa: ut in sæcularem transeat fiscum etiam ipsius exercitium, cùm unà publicatum ad eum transierit. Ut ejusdem exercitium fisco non sit denegandum, cùm nec textus detur hoc adserens, nec ratio patiatur, cùm, uti dictum, ex gratia competat & laicis hoc jus etiam quoad exercitium. Concesso tamen quod alii volunt, Ecclesiam fore liberam, tamen hoc aliàs, quàm si non sint alii patroni, penes quos residebit jus patronatus, quibus non debet obesse delictum alterius.

Effectus hujus juris primus est, quòd patrono debeatur honos processionis, *d. t. fine.*

Ubi quæritur, An & ei debeatur honor in jus vocetur? R. Honestum quidem, si venia præmittatur, non tamen necessarium ex eo, quòd nullibi inveniatur jure cautum quod tantùm loquitur de parentibus & patronis libertorum, à quibus distat hoc genus debet *Instit. de act.* § *pœnales vers. & in eum* 2. *quem sequitur.* Alexand. *in l. generaliter fin. D. de in jus vocan.*

Secundus effectus est, quòd in casum contingit patronum inopia premi, ei subveniendum ab Ecclesia, pro modo facultatum *c.* 25. & personæ qualitate, *can. quicunque q.* 7. Plures si fuerint, omnibus subveniatur secundum qualitatem; præcipuè tamen qui plus contulit fundando, aut dotando. Rot. *V. Veile num.* 3 *& V. dotavit, qu.* 12. Alienatorum neutiquam ei permissa: uti nec gravaminis alicujus impositio, nec exactio alicujus tributus, sub pœna excommunicationis, *can. quia ea* 23. *hoc tit.* ni si quem reservaverit sibi episcopi consensu tempore fundationis.

Tertius, quòd patrono incumbat defensio Ecclesiæ, ne à potentioribus opprimatur, bona ejus dilapidentur, *can. Filiis XVI. q.* 7. ut eò minùs eam opprimere debeat, sub pœna communicationis, *d. can. filii*; cum quo officio prohibere habet necesse, id ipse committere non debeat, *l. Altius D. de servit. urban. prad.*

Præcipuus effectus consistit in præsentatione ministri ad beneficium aut Ecclesiam vacantem, *c. cum autem* 24. *h. t. can. decernimus XVI. q.* 7. ordinandum sive instituendum ab episcopo. Neque enim patroni præsentatio sufficit. *c.* 4. *h. t.* Neque etiam ordinatio sive institutio per Episcopum, neglecta præsentatione, rata est, nisi patronus aut desit, aut negligens sit, *d. can. decernimus.* Præsentandus autem a patrono idoneus, *c. grave* 29 *sup. de probat.*

Qui

Quæritur verò, An necessariò sit præsentan-
31 dus dignior? R. Ecclesiæ quidem voto respondere, ut Ecclesiæ perficiatur, qui majoribus adjuvatur meritis, *c. 3. h. t.* eam tamen non respuere dignum & idoneum, secundum dicta sup. *De elect. nu. 41. & seqq.* nec peccare Episcopum instituentem plurium votis præsentatum dignum, licet digniore omisso, cùm ipsius tantùm sit instituere præsentatum, nec eum dignum rejicere nequeat. Et hoc, uno tantùm præsentato; nam ex pluribus tenetur eligere digniorem, nec sine peccato omiserit magis idoneum, *d. c. 3. h. t.* Covarr. *ad c. Peccatum p. 2. §. 7. nu. 3.* D. Wamesius *Cons. 476. nu. 1. h. t.*

Q. II. An patronus teneatur præsentare
32 dignorem? R. Si ex prima fundatione sit aliquis ex certa familia aut loco præsentandus, non peccare patronum, præsentando dignum ibi inventum, etsi aliunde posset adsumi dignior, quia non potest contravenire primæ institutioni. Alias non esset extra peccatum, præsentando dignum, omisso digniore, quia contineret ea res acceptationem personarum, non libertam à gravi noxa. Vide Azor. *d. lib. 6. c. 21. qu. 3.* Obstare videtur textus in *can. Monasterium* xvi. *q. 7.* ubi dicitur, presbytero, cui voluerit, modò inutilis non sit, commendari Ecclesiam posse, Episcopi consensu. Quem locum aliqui accipiunt de patrono primo fundatore, cui liceat, digniore omisso, scienter præsentare dignum, idque loco prærogativæ, propter beneficium fundationis aut dotationis. Quorum opinio non est improbabilis, quamvis melius foret, primos fundatores, aut dotatores commodo consulere Ecclesiæ per bonos Parochos & Ecclesiæ ministros; qui tamen non peccabunt contra justitiam distributivam, minus dignum præsentando; nec acceptionis personarum vitium committent, quia id tantum cernitur circa rem debitam aliquo modo; hic autem non est debita, cùm pendeat ex sola fundantis liberalitate. Quæ libertas non est eadem aliis, cùm jam beneficium sit firmatum, ut debeatur magis digno ex intentione Ecclesiæ, nec liceat patrono sine noxa ei contravenire. Minus rectè Covarr. in *c. Peccatum p. 2. §. 7. nu. 5.* putat, *d. can. Monasterium* habere locum in successore.

33 Q. III. An patronus præsentet se ipsum? R. Minimè, tum quia hoc sit ambitiosum, *c. Per nostras 26. h. t.* tum quia præsentatio ad beneficium spectet, quod non nisi inter duos locum habet. *c. fin. inf. De instit.* ubi inter dantem & accipientem debet esse distinctio. Roch. *V. Honorificum nu. 20. Molin. ad Consuet. paris. §. 20. olim. 15. Gl. 1. nu. 68.*

Q. IV. An saltem ab eo quis præsentetur, 34
cui cessit jus præsentandi? R. Distinguendo: nam aut cessit pro ea vice tantùm, & sine effectu erit præsentatio, quòd videatur patronus se præsentare, cùm per alium faciens ipse facere videatur, *l. 1. §. dejecisse* D. *De vi & vi arm. l. 6. §. 1. Quod cujusq; univers. nom.* ut procedat decisio *d. c. 26.* aut in perpetuum, & tenebit præsentatio, cùm non possit dici ipse se præsentare, qui omni jure se exuerit, atque ita nec videri agere per alium. Abbas in *c. Ex insinuatione 14. in fine h. t.* Specul. *De jure patro. num. 17.* Nihil tamen implicat, unum ex patronis ab aliis præsentari, *c. Consuluit. 15. h. t.* Ut & potest Episcopus ipsi patrono, si consentiat, conferre: cessat enim ratio supradicta, quòd non tam ipsi agat, aut sibi beneficium det, quàm patiatur per alium in se statui, *l. Vbi 19. D. De tutorib. datis.* Nec obstat, quòd sine præsentatione non valeat collatio, aut institutio; nam hoc verum est, patrono invito, ne ei fiat injuria, hic autem est volens.

Unde patet resolutio quæstionis. An præ- 35
sentationi sui per alios patronos in casu ambiguo consentiendo, augeat numerum, & jus sibi firmet? R. Hoc ita responsum esse in causa electionis, *c. Cum in jure 33 sup. De elect. ubi dictum num. 60.* ut idem videatur hoc in casu statui debere, ex eadem ratione. Nihil obstantibus suprà dictis, propterea, quòd non tam possit videri se ipsum taliter præsentare, quàm potius præsentationi de se factæ consentire, quod in se nihil habet contrarium Canonibus, sed potius respondens, ut patet. *d. c. 33.* & tenet Abbas. *ad d. c. 26. in fine.* Rochus. *d. V. Honorificum nu. 20.* Wamesius *Cons. 477. num 7. h. t.* Nihil obstat *d. c. 26.* quia ea agitur de voce unius per se stante, Uti nec obstat *d. c. fin.* quod etiam loquitur in casu, quo quis se eligit, non etiam in casu, quo consensit in electionem sui.

Filium suum quin patronus rectè præsen-

ret, non est dubium, uti & patrem, nepotem, cum sit alia persona; *Gl. in c. Consuluit 15. h.t.*

Sequitur hoc jus præsentandi patronos, quibus id juris est ex successione, vel ratione rei cui adhæret, cum qua, uti dictum, transit, ut & emptori sit salvum.

36 Quæritur autem hic. I. An etiam sequatur maritum, ratione rei in dotem datæ, cui cohæret? R. Rationem dubitandi esse, quod dos non maneat perpetuo penes maritum, nec is sit verus dominus, sed mulier, *l. In reb. 30. C. De jure dot.* Azor *d. c. 21. qu. 16.* Dicendum tamen, transire ad maritum, eumque præsentare, cum, uti dictum, rem sequatur, quæ tempore stantis matrimonii est penes maritum, cui ejus fructus cedunt, inter quos numeratur præsentatio. *Gl. in c. Bertoldus sup. De sent. & re jud.* Vid. Tiraq. *ad LL. Connub. Gl. 9.* Paul. de Citadin. in *hoc Tract. p. 6. art. 5. num. 70. & latè* Gars. *De benef. p. 5. c. 9. §. 1. nu. 140. & seqq.*

Quid si uxor se præsentando concurrat? R.
37 Præsentatum ab uxore præferendum videri, juxta Rotam *Decis 422. in Novis*, inductam per Joan Andr. in simili quæstione tenentem, præsentatum per pupillum esse præferendum præsentato per tutorem, per *c. Ex eo 32. num. 5. De elect. in 6.* Verum dicendum, præsentatum à marito esse præferendum, quippe ad quem spectent fructus rei dotalis, ut etiam pertinere debeat præsentatio, secundùm modo dicta. Nec facit argumentum à pupillo sumptum, cum dominium sit penes pupillum, & fructus rei ei cedant, ut cesset paritas, Gars. *d. loco n. 181.*

38 Q. III. An creditor jure pignoris rei, cui patronatus adhæret, præsentet? R. Minimè, tum quod ad eum nec spectet dominium, sive directum sive utile, sed tantùm possessio, quantum ad vim & effectum pignoris, in reliquo autem possideat debitor: tum quod creditor teneatur omnes fructus servare domino, eique restituere, vel in sortem computare; fructus autem hujusmodi non possit restitui, quia præsentatio non retractanda; neque etiam imputari, quia hoc non foret citra simoniam. Vid. Molin. *ad Consuet. Paris. §. 9. olim 6. Gl. 3. V. Saisir. nu. 5.*

39 Q. IV. An transeat re locatâ in conductorem? R. Hoc negari per Rochum de Curte, *V. Ipse vel is num. 58.* saltem in eo, qui non conduxit ad longum tempus, quod hic con-
sessor Abbas in *c. 7. num 5. h.t.* Aliud sen-
conductore ad longum tempus; & ratio
diversitatis ponunt, quòd ad hunc trans-
sessio, non etiam ad illum. Quæ ratio non
detur sufficiens, tum quia falsum præsup-
per textum in *l. Non solet 39. D. Locati*, qui
bet, locatione non solere mutari dominium
nec per eam transit possessio, cum tradi-
& tempus breve vel longum nihil faciat
quia sic sequeretur, etiam creditorem pos-
tare posse, cum & is possideat rem, cui
ret hoc jus, qui tamen non præsentat, secus
modò dicta. Ut videatur dicendum, con-
rem posse præsentare, quòd, uti ad emp-
ita & ad eum spectent omnes rei fruc-
tempore conventi usus. Quò facit tex.
h.t. qui indistinctè dicit, eum, cui res ac-
data, præsentare posse. Et videtur in
steriorem partem inclinare Abbas *d. c. 7.*
in fine. De consuetudine etiam puten
deri exceptum hoc jus, nec transire ad
ctorem. Multo magis hoc dicendum
ctuario, cui omnes rei fructus cedunt,
dicitur possidere. Roch. *d. loco qu. 12.*
Wames. *Cons. 475. nu. 1. h.t. De benef.*
21. *& seqq.*

Q. V. An tutor possit præsentare
pupillus sit septennio major, quia
aliquod habet, præsentare eum posse
præsentatum ab eodem esse præ-
præsentato à tutore, velle Joan. And.
eo nu. 5. De elect. in 6. quod ille sit
modo præsentatus sit idoneus. Si
fantiâ minor, verius à tutore præsen-
esse faciendam. Videantur allegata à
V. Competens alicui nu. 12. & 13. Azor.
14. & Gars. *De benef. d. p. 5. c. 9. §. 1. num.*
seqq.

Q. VI. An præsentet sequester? R.
rem esse negantium sententiam, per
niam 3. h. t. ubi lite super patronatu pe
te, tempori non finitâ, dicitur Episcopus
videre Ecclesiæ. Abbas in *c. Examinata de*
jud. Nihil facit, quòd sequester pos-
possessor, quia non tam sibi possidet
alii, cui fructus servare debet, quo
sentando dissipatet. Cotas. *Miscel. 3. c.*
nu. 16.

Q. VII. An præsentatio per possessorem,
42 non dominum facta valeat? R. Eam tenere, si bonæ fidei fuerit: & ita expressum in *c. Consultationibus 19. h. t.* Quod & habetur in *c. Querelam 24. sup. De elect.* ubi dicitur sufficere, quod aliquis sit in quasi possessione præsentandi. Habet idem text. in *c. Cum olim 7. sup. De caus. possess.* ut etiamsi postea evincatur istud jus, nihilominus præsentatus & institutus in beneficio sit retinendus. Ratio est, quod bona fides possessoris faciat eum fructus recte colligere. Rectè autem facta non sunt irritanda. Azor. *d. c. 21. qu. 17.*

Quid si super jure isto lis pendeat tempore
43 præsentationis? R. Varias adferri opiniones & distinctiones per Rochum. *d.* V. *Competens nu.* 41. & 43. eum aut m tenere, ut, si lis sit mota super proprietate, non impediatur præsentatio ejus, qui est in possessione, quòd, cùm eam quietam habeat, fructus ejus non sit impediendus colligere: si verò super possessione tantum, præsentatio non valeat, quod possidere negetur. Quam distinctionem probat Hostiensis *hic in Summa vers. quid juris* Abbas verò in *c. 7. nu. 6. h. t.* vult præsentare quidem possessorem posse sicut & alios fructus colligere; non esse tamen admittendam præsentationem à Superiore, ne derogetur juri victoris. Nam licet fructus percipiat possessor, lite pendente, eos tamen restituit postea victor, cùm fructus præsentationis talis sit, qui restitui nequeat. Quò faciunt loca, quæ volunt indistincte, lite super patronatu tempori non finitâ, Ecclesiæ esse providendum per Episcopum, *c. Si vero 12. c. Eam te 22. h. t.* citra præjdicium ejus in posterum, qui evicit, *c. Cum propter 27. h. t.* Quæ opinio videtur probabilis præcipuè quia caussa proprietatis, quæ potior est, trahat ad se caussam possessionis, ut dictum sup. *De caus. possess.* ejusque; jus faciat dubium.

Præsentationis effectus est, quod teneatur
44 Episcopus præsentatum, modo sit idoneus, instituere, & ex pluribus præsentatis maximè idoneum, ut dictum suprà Si omnes idonei fuerint, in arbitrio est Episcopi, quem instituat. *c. Cum autem 24 h. t. & Clem. 2. eod.* Sine institutione verò effectum plenum non habet præsentatio: adeò ut, ista negelecta, Ecclesiam recipiens quasi facta institutione à laico, sit communione privandus, & si perstitetit, à ministerio atque ordine reddendus alienus, *c. 4. h. t.* præsentatioque sit nulla. Liberum tamen patrono alterum nominare, qui ab Episcopo instituatur, *c. Cum laici 10. h. t.*

Facienda præsentatio intra tempus; quod 45
Clerico patrono est sex mensium, laico autem quattuor tantùm. Ratio differentiæ est, tum quod illum variare non deceat, qui satis noverit mores Clericorum; tum ut facilius præponat Ecclesiæ dignum ministrum. Laico variare non est turpe, cum non norit ita Clericorum qualitates; cui ideo & minus tempus præfixum, intra quod post unum & alios rectè præsentat. Quæ variatio non ita accipienda est, quasi post sequentem præsentationem prior extinguatur, sed quod altera priori accedat, & Episcopo sit integrum alterum eligere. Azor. *d. c. 21. qu. 13.* Ex ista differentia oritur & altera, quod scilicet præsentato à Clerico statim quæratur jus ad institutionem. *d. c 24.* quia non licet patrono variare, non etiam præsentato à laico, cui licet variare. Qua tamen in re si Episcopus primum malitiosè rejecerit, & alterum instituerit postea nominatum, tenebitur illi providere, *c. pastoralis 29. h. t.*

Quid si patronorum alter sit laicus, alter 46
Clericus? R. Videri etiam laico competere sex menses: tum quia magis dignum trahat ad se minus dignum; tum quod sit servanda paritas in una eademque re. Quo casu laicus per Clerici conjunctionem consequitur quod per se habet, *Gl. fin. in c. un. eod. in 6.* Abbas *ad c. Cum propter 27. in fine h. t.*

Ubi quæritur, An laico isto casu variare li-
ceat? R. Quæstionem non esse in casu, quo 47
prius ab utraque parte unus præsentatus, & postea à laico variante alter additus, cum prior sit potior, quia duas voces habeat Joan. Andr. in *c. In re communi 61. De R. I. in 6.* Abbas in *d. c. 24. nu. 4.* Tantùm esse quæstionem in casu, quo uterque diversum præsentavit, an liceat alteri variare, cum effectu? Quod dicendum, cum nullibi pateat hoc illi denegarum, & non sit privandus quis jure suo propter adjunctionem alterius. Nec facit, quòd Gl. *fin. in c. unico eod. in 6.* velit in isto casu istum judicari tamquam Ecclesiasticum; nam hoc tantùm quoad commodum, quod consequimur

inter-

interdum ratione adjuncti, non etiam quoad privationem alicujus juris.

48 Alia quæstio est, An laicus possit variare quoties voluerit? Variationem quidem videri odiosam, ideoque restringendam, infinitatem evitandam, pluralem locutionem duorum numero esse contentam: affirmativè tamen respondendum esse, per textum in *Clem. 2. h. t.* qui permittit plures præsentari posse per patronum: quod verbum non potest commodè restringi ad duos tantùm, sine læsione textus uti sentit Gl. & tenet Rochus *V. Honorificum nu. 35. alios allegans.* Adde Azor. *d. c. 21. qu. 13. vers. Si quaras.* & Garf. *d. c. 9. §. 1. nu. 214. & seqq.*

49 Quid si præsentato uno, juraverit, se non præsentaturum alium? R. Videri, secundùm tradita à *Gl. in c. fin. De procurat. in 6.* variationem non esse remotam, quòd per juramentum nullum parti jus quæratur, ut patet ex *c. Sicut 22. inf. De sponsal.* in quo, non obstante juramento deducenda Mævia, tenet matrimonium cum Titia initum. Vult tamen Rochus *d. loco nu. 37.* à superiore talem patronum variare volentem non esse audiendum, ne participet in crimine. Facit *d. Clem. 2.* in qua promissio de præsentando alternatim est servanda: ut multò magis sit servandum juramentum.

Præsentatum non instituet Episcopus, nisi lapso demùm tempore præstituto: quod cum sit inductum in commodum patroni, ipsi non est auferendum.

50 Ubi quæri posset, an ante tempus institutio præsentati à laico sit valida, ut subsequens præsentatio sit inutilis? R. Episcopum minus quidem rectè egisse, non exspectando iteratam præsentationem, quæ intra tempus fieri poterat, tenere tamen institutionem. quòd, cùm in Episcopi arbitrio sit, ex plur bus unum eligere, videatur primo oblatum instituendo aliis prætulisse. Nec obstat, quòd potuisset postea præsentari dignior, quia institutio digni tenet. Quo facit, quod præsentatio unius à patrono Clerico non ideo invalidetur, quod postea appareat dignior. Vid. Garf. *latè d. c. 9 §. 1. nu. 231. & seqq.*

51 Dicta de tempore patrono laico competente vera sunt, si apud laicum jus istud maneat: nam si in Ecclesiam transferatur, fiet Ecclesiasticum, & competet semestre, *c. 1. in fine* 6. Cujus ratio est, quòd mutatione persone tetur rei conditio, ut, cum persona sit Ecclestica, etiam ipsum jus sit tale, & præsentacundùm personam, cui istud jus competat consideranda. Covarr. *Pract. 99. circ. vers. Secundo.*

Quid è converso, si jus spectans ad Eccles transeat cum universitate in laicum? R. dicendum esse, quod scilicet habeat tanci juris quoad præsentationem, & simil tionem *d. c. 1.* quod fundatur in mutatione sonæ, idcirco scilicet censeri Ecclesiasticu præsentationem, quia in Ecclesiam transit ut & debeat censeri laicum quoad præsnem, & alias conditiones, quia in laicum tum. Debet enim res quælibet judicari dùm statum præsentem, non etiam ante Quò facit, quod habet Bald. *Cons. 32. lib.* Ecclesiæ alienata in laicum non amplia privilegia Ecclesiæ, quod, mutato stanæ, mutetur & rei status, & cessante cafet effectus, qua de re plura Tiraq. *Tract. te causs. p. 1.* Facit etiam quod traditi Ecclesiasticam emphyteusim, si transeat tum, judicari ut privati, non ut Eccles in *l. Paulus in fine D. de adquir. hæred.* consideretur pro qualitate novi possess tenet Cavalcan. *Decis. 22. nu. 16. Magon. Lucensi 10. nu. 7. & 13.*

Dubitet & hic aliquis, An præsentatus fiet Episcopo extra diœcesin? R. Non effectu, cum requirat aliquem strepitum ciarium, inquisitionem scilicet superv vita, litteratura præsentati; quod non extra diœcesin & territorium, extra quinis jurisdictio cessat. Vid. Azor. *p. 1. lib. qu. 12.*

Hæc de præsentatione, quam, qui defiquitur institutio per Ordinarium facienda præferet, secundùm antè dicta, ex plumaximè idoneum, nisi quis plurium suffragiis fulciatur; iste enim alios ori, *c. 3. h. t.*

Ubi quæsitum, An si ex tribus, quibus jus præsentandi, unus alteri succedat, sit duplex votum, unum jure proprii, alt successionis? R. Posse videri illi tantùm simplex votum; Primò, quia jus istud

dividuum, in solidum singulis competens, ut augeri non possit. Secundò, quod sic alteri generaretur præjudicium, qui semper ab altero habente duplex votum superaretur. Dicendum tamen, esse illi duplex votum: quod videtur probari, *Clem. 2. h. t.* quæ dat successoribus id juris, quod defunctus habuit. Quò facit *c. Cum olim 12. sup. De rejudic.* ubi ratione duplicis beneficii duplex vox concessa. Quod & habet *c. pen. sup. De conceff. præb.* & ita tenet *Gl. in d. Clem. 2. circa med. ubi* Abbas *nu. 1. &* Zabarella. Rochus *V. ipse vel is nu. 12.*

55 Quæri etiam solet, An in casu, quo plures præsentant, omnes debeant esse simul? R. Abbatem *Cons. 70.* distinguere, an per modum collegii præsentent, & tum necessario omnes esse monendos, ut compareant; si vero per modum singulorum, non esse necesse, ut omnes simul compareant, sed posse separatim quemque nominare: quod & de praxi comprobatum dicit, ipse tamen de ista opinione dubitans, in *c. 3. in fine h. t.* & in distinctè verius judicans, omnes debere comparere ex eo, quod quando omnes convenerunt, possint facilius inquirere de idoneo ministro. Et ita à plerisque teneri cum Bart. in *l. Omnes populi* D. *De justit. & jure* tradit Rochus *V. Honorificum num. 94.* Vid. Garc. *d. c. 9. §. 1. num. 222. & seqq.*

56 Hæc ita procedunt, quatenus jus patronatus est salvum, aut non impeditum. Impediri contingit Primò, si per negligentiam eius, cui competit, non fiat præsentatio intra tempus præscriptum, vel etiam per discordiam patronorum contingat tempus illud labi; hoc ipso enim ad Ordinarium jus istud devolvitur, qui Ecclesiam ordinabit, *cap. 3. in fine hoc tit.*

57 Unde quæsitum, An tempus istud currat ignoranti? R. Id posse videri, cum currat impedito, in casu scilicet discordiæ super jure patronatus, *d. c. 3.* Verius tamen non currere, quod regulariter ignoranti non currat tempus, uti nec impedito. Et facit text. in *c. 5 sup. De conceff præb.* ubi non nisi à die notitiæ vacationis currit tempus. Facit & ratio, quod ubi non est culpa, non debeat esse pœna. Culpam autem hic removet justa ignorantia: & ita resolvit Abbas in *c. Cum propter 27. h. tit.* Non obstat decisio *d. c. 3.* quia in eo facto patronorum discordium tempus labitur, ut rectè concedatur Episcopo ordinare & providere Ecclesiæ. Aliter se res habet in casu meræ ignorantiæ.

Q. II. An tempus currat excommunicato? 58
R. Videri non currere, cum, ut dictum, non currat justè impedito, qualis est excommunicatus. Nec facit, quod videatur in culpa esse; nam ea non alias obest, quàm quatenus impedimentum inde directè caussatur, quod non sit in præsenti casu. Et facit eo argumentum *d. c. 5.* ubi suspenso non currit tempus collationis. Rochus *V. Competens num. 13* Idem videtur probari *c. unico §. 1. Ne sede vacante & c. in 6.* ubi Episcopo suspenso non currit semestre collationis tempus, tanquam impedito, ut patet ex clausula subjecta, *nisi Episcopus in petenda relaxatione hujusmodi suspensionis sit in mora*: ut ante moram non ponatur culpa, atque ita ante sit legitimum impedimentum. Vid. Suarez *de Censuris Disp. 14. Sect. 2.*

Q. III. An Episcopus præsentatum ab ex- 59
communicato rectè instituat? R. Rochum *d. loco nu. 22.* distinguere secundum Rotam *Decis. 516. in Antiq.* an præsentatio fiat à Clerico, an à laico: hoc casu posse, non illo. Rationem differentiæ adsignat, quod à Clerico facta vim habeat electionis, cùm, ut dictum, superior teneatur præsentatum instituere, ob adquisitum ei jus, *c. Cum autem 24. h. t.* quod utique translatum in habili, ab eo solum dependens, quia concessum nulliter, ideo & nulliter subsecuta institutio, hoc vero casu non transferatur jus in præsentatum, cum præsentanti variare liceat, ut videatur superior libere & ex gratia præsentatum instituere. Verum non videtur mihi sufficiens ista ratio differentiæ, cum & præsentatio laico facta eius sit efficaciæ, ut superior non possit alium instituere, quam præsentatum. Melior ratio datur, quod Clerico actus præsentandi competat ratione beneficii Ecclesiastici, à quo est suspensus excommunicatus: ut actum hunc à beneficio dependentem non recte exerceat. Quæ ratio non obtinet in eo, cui competit jus istud laicum, ut nec ponat idem impedimentum. Nam præsentatio ejus tantum ponit expressionem voluntatis & quamdam opinionem, quâ potest facere etiam excommunicatus: quo

modo testamentum excommunicati, ut & alii actus privati tenent, ut dicetur infrà, *De sent. excom.* Vid. Suarez *d. loco nu 26.*

60 Ubi quæri posset, An superior cogatur acceptare? R. Non peccare quidem eum admittentem excommunicati non vitandi præsentationem, per *Extravag. Ad evitanda Martini V.* ut eam licitè & validè subsequatur institutio, non tamen cogi necessario admittere, cum ista Extravagante non subveniatur excommunicatis. Si vero fuerit vitandus, peccare Episcopum admittendo præsentationem; propter communicationem cum excommunicato; validam tamen esse institutionem, saltem quoad patronum laicum, cum talis præsentatio excommunicati sit sufficiens ad explicandam ejus voluntatem, quam proinde Episcopus, si velit, acceptare potest. Quantum ad Clericum, aliud dicendum, cum hujus præsentatio sit nulla, propter suspensam potestatem. Si tamen Episcopus sciens acceptet præsentationem, videtur supplere defectum, cum deficiente patrono ad eum totum istud jus devolvatur.

61 Secundò, Impeditur jus patronatus per derogationem Pontificis, qui præveniendo præsentationem, Ecclesiæ de ministro providit. Quod ei licitum est, non tantùm quoad patronatum Ecclesiasticum, propter plenarium jus, quod habet in Ecclesiastica beneficia, sed & laicum, *Gl. in Clem. 2. De præb. V. Apostolicis*, cum & hoc sit dependens à spiritualibus. Quò facit ratio, quod ex tolerantia Ecclesiæ hoc jus laicis competat, *c. 3. h. t.* ut, si videatur expedire, possit Pont. gratiam revocare, &, non exspectata patroni præsentatione, Ecclesiæ providere: præcipuè cum non privative id jus sit concessum laicis, sed cumulative, concedendo quidem aliis eam potestatem, sibi tamen non auferendo.

62 * Ubi distinctione hac opus, quod ad derogandum juri patronatus laico necesse sit, exprimatur clausula derogatoria, *Gl. in d. V. Apostolicis.* Et hoc, ne facile laicorum juri contraveniendo avertantur ipsi à benefaciendo Ecclesiæ, qui metus non est in Clericis Covarr. *Pract. qq. c. 36. nu. 1. ubi per eum citati.*

63 Quæritur autem, An sufficiat generalis derogatio? R. Minimè; cum quæ specialiter sunt exprimenda, non possint dici contenta sub generali clausula, *cap. 2. ubi Gl. fin. De præb. in 6.* non sufficiat litteris expressum esse, etiam si *alicujus præsentationem seu collationem pertineat*; nam ea verborum clausula generalis. Joan. Andr. in *c. Dilectus 6. sup. De off. Leg.* Covarr. *d. loco:* qui vult ne quidem censeri derogatum per clausulam specialem, si ad Regem, Laicem aut Marchionem spectet, nisi & hoc exprimatur. Qui etiam vult non comprehendi reservatione vacantium in Curia beneficiorum patronatus laici, non tantum si ad Reges, Comites, aut similes pertineant, sed etsi ad alios laicos. Quod posterius licet displiceat Flamin. *De resignat. benef. lib. 11 q. 4. n 48.* habet rationem, quod ista reservatio juris communis sit generalis, ut non adficiat ea, quæ specialiter desiderant expressionem, ut in casu præsenti. Vid. Roch. *V. Honorificum nu. 3.* Azor *p. 1. lib. 23.* Wam. *s. Cons. 478. nu. 1 & 2. h. t.* Less. *De Iure lib. 2. c. 34. Dubit. 9.*

Quid in patronatu Ecclesiastico? R. Non sufficere derogationem generalem. Quo tamen si contingat beneficium in Curia vacare, reservata erit præsentatio Pontifici, secundùm illa, quo in curia vacant a beneficia illi sunt reservata, nec aliâ speciali opus erit derogatione, cum isti juri, quia Ecclesiasticum, facilius derogetur quam laico.

Quid si simul pertineat ad laicum & Clericum? R. Flaminium, *d. loco num. 49 & sequentibus*, tum sapere potius naturam Ecclesiasticam, tale censeri per *Gl. fin. in c. 7 eod. in 6.* Verum contrarium est dicendum, scilicet non censeri ei derogatum, nisi exprimatur. Nihil facit conjunctione Ecclesiastici, quæ commodum, quidem & privilegia cum laico communicat, non etiam damna, quibus adficeretur laicus per derogationem generalem & reservationem. Et ita accipienda *d. Gl. fin.* Covarr. *d. c. 36. nu. vers. Tertiò. secutus alios, quos citat.* Abbas *in fin. in fine h. t.* Wames. *Cons. 479. nu. 1. & 2. h. t.*

Dicta de expressa derogatione Pontificis vera sunt, si ex dotatione aut fundatione istud habeatur, non etiam si ex privilegio Pont. quia cessat ratio, ob quam jura probuerunt derogationem, quòd scilicet vocarentur aliqui à dotando, cum nulla sit facta dotatio. Quod dicendum, si ex præscriptione

ne aut consuetudine jus istud sit obtentum. Covarr. *d. loco n.* 6.

67 Quantum ad Legatum à latere, potest ille præv niendo præjudicare patrono Clerico, non etiam laico, per textum in *c. Cum dilectus* 18. *h. t.* qui distinguit inter laicum & Clericum, cum adsignata ratione diversitatis, quod scil. Clericus subsit jurisdictioni Legati, non etiam laicus. Ad Episcopum quod attinet, illi non licet derogare juri patronatus sive Ecclesiastico sive laico, ut patet ex *can. Decernimus* XVI. *q.* 7. Adeo ut collatio non teneat, secundum ea, quæ dicta superius, *eod.*

68 Extinguitur jus illud, Primò, per cessionem alteri factam, qua de re sup. Quod & obtinet, si publicetur universitas, cui adhæret.

Secundò, per remissionem, *c.* 1. *eod. in* 6. licet enim cuilibet jus suum remittere.

III. Si patiatur patronus Capellam commutari in Ecclesium collegiatam, in qua non est locus præsentationi, sed electioni cui se non immiscet patronus: nisi quòd adsensus ejus postuletur, & nisi aliter de sua jurisdictione obtineat, ut habet textus in *c. Nobis* 25 *h. t.* non quoad vocem præstandam electioni, hoc enim induci consuetudine nequit, aut per Episcopum concedi: sed ut interponat partes suas in electionis tractatu Innoc. in *d. c.* 25. Sunt autem patrono reliqua jura salva, *d. c.* 25.

IV. Si Ecclesia destruatur, quia rei non existentis nullæ sunt qualitates. Quid juris sit, si Ecclesia destructa rædificetur, dictum est sup. *eod. nu.* 6.

V. Si Ecclesia obnoxia huic juri cum altera uniatur consensu etiam tacito patroni. Joan. And. *ad c.* 2. *sup. de relig. domib.* quia cum altera unita Ecclesia censetur quasi extincta. Quod admittit Specul. *De jure patron. in fine*, non tantum quando ex fundatione hoc jus competit, sed & si ex dotatione; ex ratione, quod non amplius ibi ordinetur Sacerdos.

VI. Per crimen, quod commisit patronus circa personam Rectoris, quem per se aut per alium occidere aut mutilare præsumpsit, *c. pen. inf. De pœnis.* Quo casu ad Ecclesiam revertitur jus patronatus, aut extinguitur potius ipsâ Ecclesiâ manente liberâ. Ut hæredibus patroni nihil juris supersit quod prætendant: meretur enim factum hoc patroni, ut cum sua posteritate excludatur; indignus, qui à loco, in quem commisit, beneficium exspectet. Refertur etiam ad crimen, si jus patronatus fuerit adquisitum simoniacè, ut eo dicatur privandus comparans, *c.* 6. *h. t.* Facit & hæresis, in quem incidit patronus, eo privari, cum omnia ejus bona hoc ipso publicentur, ut dicetur inf. *De hæret.*

Quid si revertatur ad sanam mentem, abrenuntiatâ hæresi? R. Ipso jure omnia ejus bona esse confiscata propter hæreseos delictum; quod non tollit pœnitentia quoad pœnam inflictam ipso jure. Quia tamen ante sententiam, declaratoriam scilicet, non possunt bona apprehendi per fiscum, *c Cum secundum De hæret. in* 6 videtur Glossæ in *can. Maximum I. q.* 7. remanere patrono jus suum salvum cum bonis: quæ sententia est benigna, qua de relatius agetur infrà *d. tit. De hæret.* 69

Q. An excommunicatio privet patronum isto jure? R. Nusquam haberi, quod excommunicatus aliquo jure privetur, sed omnia sua salva habere: imò & ei posse adquiri jus istud de novo, fundando, dotando, succedendo, aut aliàs per universitatem adquirendo, cum & matrimonium valide ineat, & Religionem profiteatur. Nec facit, quòd ad beneficium Ecclesiasticum omnis illi sit præclusa via; nam hoc ideo, quia spiritualium est incapax: hoc autem jus tantum est dependens à spirituali, non etiam mere spirituale, Abbas in *d. c. Nobis* 25 *nu.* 3. *h. t.* Rochus *V. Competens nu* 20. *& seqq.* Quantum ad exercitium præsentationis dictum de eo sup. *eod. nu.* 19. *&* 60. 70

TITULUS XXXIX.

De Censibus, Exactionibus, & Procurationibus.

SUMMARIUM.

1. *Census vocabuli varia significatio.*
2. *Census quid, & in qua moneta solvendus.*
3. *Solito major aut novus non imponendus Ecclesiæ, nec vetus augendus.*
4. *Exactionum nomine quid hic veniat.*
5. *Ab exactionibus Principum immunes Clerici.*

6. Procurationes quid, & modus earum.
7. Modum excedens tenetur ad duplum recepti.
8. Pœna hac an evitetur solvendo simplum intra mensem?
9. Visitantium comitatus & expensa.

1 SPectant ad gravamen Ecclesiarum Census, Exactiones, Procurationes. Census vocabulum est πολύσημον, id est variæ significationis, ut videre est apud Molin. *ad Consuet. Paris. tit. 2. in princ. nu. 7. & seqq.* & Molinam *De Iust. & Iure tract. 2. Disp. 381.* Nam accipitur Primò, pro rerum & bonorum cujusque æstimatione, secundum quam tributa olim pendebantur, & cives in certas classes apud Romanos distribuebantur, ut patet ex Livio, & aliis. Secundò, pro tributo & publica pensitatione, quæ præstatur in recognitionem universalis dominii, & auxilium rectæ gubernationis, & tuitionis Reip. quæ fit per Principem, quo modo accipitur passim in Jure civili, *Cod. Sine Censu vel reliquis fund. comparari non posse, & C. De censib. & consitor. lib. 11.* Tertiò, pro modico annuo canone, qui præstatur in recognitionem directi dominii, & jurium dominicalium, qualem præstat emphyteuta. Quartò, pro annuo reditu, quem quis sibi reservavit ratione cessi prædii, aut juris, ut in *c. Constitutus 6. sup. De relig. domib.* aut ratione traditæ pecuniæ, qua de re sup. *De empt. vend.* Quintò, pro eo, quod annuatim præstatur ratione, & in recognitionem subjectionis, quo modo hoc loco accipitur; aut etiam ratione fundationis aut dotationis, cujus tempore patronus sibi censum reservavit auctoritate Episcopi, ut colligere est ex *c. Præterea 23. sup. tit. prox.* aut etiam alia de causa. Ut solutio census videatur indicare subjectionem, *c. 2. h. t.* non tamen semper, ut patet ex *c. Præcipimus 8. inf. De privil.*

Census itaque est reditus annuus, quem
2 Ecclesiæ debent suo Prælato, non in signum dominii, sed in recognitionem subjectionis, *d. c. 2. h. t.* Præstandus in ea moneta, quæ institutionis tempore erat in usu, *c. Olim. 20. h. t.* vel si non reperiatur, in quantitate, quæ erat tempore constitutionis. Abbas in *d. c. 20. nu. 4. c. pen. h. t.* nisi tempore 40. annorum, quo juribus Episcopalibus præscribitur, Abbas *d. loco nu. 6.* solutus fuerit in alia moneta minus valente, *d. c. 20.* * Major solutio non ponitur Ecclesiis, nec antiquus augetur, *c.* *7. h. t.* Ut enim res Ecclesiæ non alienantur, nec ad censum novum obligantur, aut augeri potest; quia quod juris est, idem & in parte. Ubi nihil facit consuetudo Rectoris aut Clericorum, qui Ecclesiam dotare volunt constituere censualem, sine auctoritate Diœcesani, *c. Præterea 8. & c. Cum Clerici 11. h. t.* ut juramentum super ea re exactum relaxandum ab iis, qui exigerunt, *c. Significavit 13. & c. Gravis 15. h. t.* Dicta de solvendo censu, quem vocat tributum Eccl. Sabinen. Pont. in *c. 1. h. t.* & Synodaticum in *d. c. 20.* non cedunt, nisi sit remissus, *c. Cum venerabilis h. t. & d. c. 6 sup. De relig. domib.* aut præscriptio exemptio.

Exactiones sunt subsidium aliquod extraordinarium, quod penditur Prælatis justa causa id petentibus, *c. 6. §. 1. h. t.* quale vocant subsidium charitativum. Sint eæ moderatæ, causam excedant; alias restituere tenentur *Ea quæ 12. h. t.* Pauper Clericus his non est gravandus, *arg. c. 4. h. t.* quod eum pauperiem gravet, cujus proinde sit potius misereri. Divitem Clericum non habentem beneficium aut ordinarium ad titulum sui patrimonii teneri ad hoc subsidium videtur velle *Nov. hic Const. 5. in fine.*

Sunt & Principibus suæ exactiones, quæ non nisi ab ipso Principe legitimè imponuntur, ab aliis eas indici prohibitum, sub excommunicationis, *c. Innovamus 10. h. t.* ecclesiasticæ personæ ab iis sunt immunes quoad res suas: ut à laicis personis imponi queant, & contra facientes pœnam excommunicationis ipso facto incurrant. Nisi negotionem exerceant; eatenus enim non eximuntur hac immunitate fruantur, *c. pen. eod. Clem. fin. eod.* Uti nec quando exactio redundat in commodum Clericorum, quam laborum, adhibita auctoritate Episcopi. Clericorum æ tonsuræ debetur quidem & hæc immunitas, sed de consuetudine iis ablata, quandoquidem sunt in ministerio Ecclesiæ, uti dictum sup. *foro compet.*

Procurationum nomine hic veniunt expensæ, quas vel Ecclesiæ, vel Monasteriis

bent Episcopo, vel altari, visitanti ex officio & quidem in propria persona, non alias, *c. procurationes 23. h. t.* Nisi privilegio Apostolico sint exempta ab earum præstatione: quod non facile creditur concessum quoad Nuntios Apostolicos, *c. cum instantia 17. h. t.* Sint & hæ moderatæ, secundum locorum facultates, *c. Con-*
7 *querenti sup. de off. ordin.* * Si modum excesserit visitans, tenetur ad duplum ejus, quod recepit, ei Ecclesiæ, à qua recepit. Quod nisi intra mensem solverit, Episcopo est interdictus Ecclesiæ ingressus: alii ab officio & beneficio sunt suspensi hoc ipso, donec persolverint, *c. 2. eod. in 6.*

8 Ubi disputat Nav. *cons. 2. h. t.* An simplum solvendo intra mensem evitent dictam pœnam? Resp. Hoc videri ipsum probare *arg. Clem. 2. vers. à qua de hæret.* ubi post incursam similem absolvi possunt restituentes simplum tantùm, non etiam pœnam quadrupli, quam debebant ratione concussionis: ut magis id dicendum illi videatur ante pœnam incursam, cum difficiliùs tollatur jus quæsitum, quàm impediatur quærendum. Quæ ratio ut non sit mala, tamen *d. c. 2.* expressè non aliàs vult evitari pœnam, quàm duplum intra mensem sit redditum.

9 Ne autem comitatu suo Ecclesiæ sint graves visitantes, certus comitum numerus iis est præscriptus, *c. 6. h. t.* Visitationis verò nomine victualia tantùm, non etiam pecuniam, olim accipere licebat: postea pecuniam accipere permissum, *c. 3. eod. in 6.* Monentur porro visitantes per Trid. *Sess. 24. c. 3. de reform.* ne cuiquam sint graves inutilibus expensis: victualia quidem accipiant sibi & suis frugaliter, non etiam pecuniam; nisi ita habeat consuetudo, & eam dare eligant, qui visitantur. Ubi autem gratis visitari solitum, ibi nihil accipiant.

TITULUS XL.

De consecratione Ecclesiæ vel Altaris.

SUMMARIUM.

1. *Consecratio Ecclesiarum cui, à quo, & quando fieri debeat.*
2. *Ecclesia pollutа reconcilianda, non verò consecranda de novo.*
3. *Ecclesia nomine quid veniat hoc loco.*
4. *Ecclesia polluitur, I. Homicidio voluntario & injurioso.*
5. *An & suspensione ejus, qui ea dignus?*
6. *II. Seminis effusione injuriosa.*
7. *III. Sanguinis humani effusione,*
8. *An & per copulam conjugalem?*
9. *Pollutione occulta non redditur Ecclesia obnoxia reconciliationi.*
10. *IV. Sepultura fidelis excommunicati.*
11. *An & per sepulturam nominatim interdicti?*
12. *An & per consecrationem Episcopi excommunicati?*
13. *V. Sepultura pagani.*
14. *An & fœtus in utero materno existentis?*
15. *Cœmeteriume tiam polluitur iisdem modis.*
16. *VI. Parietibus combustis & destructis.*
17. *Differentia inter priores quinque modos.*
18. *Effectus polluendi Ecclesiam in quo fundetur.*

I SAnctum & necessarium destinari loca publica, in quibus rectè colatur Deus, & populus Christianus opera religionis exerceat. Ea consecrari decens est, ex perpetua Ecclesiæ consuetudine, & quidem solemniter à proprio Episcopo, *c. 2. & pen. h. t.* quæ de re pulchrè Suarez *p. 3. tomo 3. disp. 81. qu. 83 Sect. 5. vers. Tertio.* Est enim consecratio ordinis Episcopalis, potest tamen alteri Episcopo delegari, non etiam non Episcopo. Non consecranda autem loca sacra nisi dotata, ut per ministros divino cultui possit satisfieri. Dos danda ab eo, qui consecrari jubet. Non dotatam consecrans tenetur ipse ad dotem, *c. cum sicut 8. h. t.* Consecrantur & altaria, non unum tantùm in una Ecclesia, ut velle videntur quidam hæretici olim moris fuisse, sed etiam plura in eadem Ecclesia, *c. 5. h. t.* Quæ sint lapidea oportet, saltem quoad mensam superiorem, quæ sola consecratur, & debet esse tantæ quantitatis, ut possit capere pedem calicis, & hostiam. Fit consecratio tam Dominicis quàm profanis diebus, *c. 2. h. t.* per oleum benedictum. Ubi nihil imminuet consecrationem, si adjunctum fuerit oleum non benedictum, utrumque enim fit benedictum, cum potentius, scilicet benedictum, trahat ad se minus potens, scilicet non benedictum

c3 in fine h.t Semel facta non est iteranda, etiamsi tectum Ecclesiæ ruat, modo integri maneant parietes, quibus signum consecrationis est infixum, *c. Ligneis 6. h. t.* Altare tum demùm de novo consecrandum, quando lapis, cui benedictionis signum impressum, fuerit confractus, aut deminutus enormiter, aut amotus *c. 1. & 3. h. t.* 2 * Pollutæ Ecclesia non indiget nova consecratione, sed tantum benedictione, quæ facienda per aquam, cum vino & cinere benedictam, *c. 5. h. t.* non nisi ab Episcopo, non obstante contraria consuetudine, *c. pen. h. t.* Fiet autem reconciliatio ejus expensis, qui pollutioni & violationi causam dedit, *c. 2. de off. ordin. in 6.* cum dans damni causam teneatur ad ejus compensationem, *c. fin. h. tit.*

3 Pollui contingit Ecclesiam variis modis, quos antequam recenseamus, notandum Primò, nomine Ecclesiæ, quantum ad hunc effectum, tantum venire Ecclesiam vel locum benedictum: nam cum pollutio inducat quandam privationem, debet præsupponi habitus, quem hac in materia ponit consecratio. Idem volunt de loco benedicto, & auctoritate Episcopi ad divina deputato. Secundò, Ecclesia comprehendi omne id spatium, quod pertinet ad interius corpus, à tecto interiori usque ad pavimentum, & à summa ara usque ad partem oppositam. Quo modo Capellæ intra Ecclesiam constitutæ comprehendentur, non etiam Sacristia, non turris, nec cameræ Ecclesiæ adhærentes, cum non sint deputatæ ad divinum cultum: ut per copulam ibi habitam, aut cædem factam non possit dici polluta Ecclesia, uti nec si supra tectum tale quid contingat, cum loca ea sint extra Ecclesiam, *Gl. in c. un. eod. in 6.* Nav. *in Sum. ma c. 27. n. 51.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 15.* Idem judicium est de loco sub Eccl sia constituto, cum non sit pars Ecclesiæ, uti cavea, spelunca, nisi sit fornix Ecclesiæ, ad eam spectans, deputatus ad sepulturam.

His præmissis, polluuntur Ecclesiæ, Primò 4 per homicidium voluntarium & injuriosum, *c. 4. h. t.* Dico, voluntarium: quia casu commissum non potest videri violasse reverentiam Ecclesiæ, cum non ponat malitiam: nisi cum isto casu concurrat indirecta voluntas, nam & ea ponit culpabile homicidium, ut dicetur *inf. tit. de homicid.* quod sufficit ad effectum p luendi Ecclesiam, *ex communi DD.* Dico, injuriosum; quia, cessante injuria, fit Ecclesiæ irreverentia: cujusmodi est missum in justam sui defensionem, aut per cui sensus deest. Sola mors in Eccles gens minimè eam violat, si causa sit dan Ecclesiam. Sanguinis adsit effusio, vel casu nihil interest; cum sufficiat homicid injuriosum, quod etiam contingit per fal tionem, *Glos. in c. un. eod. in 6.* Percussio le sia citra sanguinem eam non violat, percussione sequatur mors extra Eccles que enim potest homicidium censeri com matum in Ecclesia, nisi & in ea subsec mors, cum pœna non inferatur, nisi ex summato.

Q. An polluatur Ecclesia per suspen ejus, qui ea dignus? R. Omnino, quia sit injuriosa mors ipsi reo, est tamen sa loco, qui ideo polluitur. Quod & de de cæde Martyris, quæ non facit; quo polluatur Ecclesia, propter sacrilegam nem, licet pretiosa sit in conspectu mors Sanctorum ejus.

Secundò, per injuriosam sanguinis nem etiam proprii, *can. Ecclesias 23. d. dist. 1. c. fin. h. t. c. un. eod. in 6.* Tenguis sanguis Ecclesiæ pavimentum, nec no tetest, *d. c. 4. h. t.* in quo sit mentio vul etiam maculationis, cum non tam tactum sanguinis violetur Ecclesia, violentam effusionem. Vulnerans in cleſia, an extra eam, non refert, tis sit, vulnerationem sive effusion Ecclesia fieri. Ut & è contra, si in stans jactu lapidis vulneravent stantem, non dicitur pollusse Ecclesiam vulneratio & effusio in illa non sit fact nec potest videri Ecclesia polluta per nis effusionem, cujus causa data est cclesiam.

Tertiò, per effusionem seminis humani *fin. h. t.* voluntariam publicam, & quocumque genere turpitudinis, per nem, aut aliam illicitam copulam. Qua luntariè contingit dormienti, aut vig quia Ecclesiæ non injuriosa ea minus luit.

8 Q. An polluatur Ecclesia per actum conjugalem? R. Posse videri non pollui, cum in *c. 5. inf. de adult. & can. si mortum de consecr. dist. 2.* tantum fiat mentio copulæ adulterinæ: & licet alii textus loquantur de seminis effusione, possent tamen accipi de illicita, pœnæ quæ sunt restringendæ, extendantur. Verùm idem dicendum de copula conjugali, atque de alia seminis effusione, modo sit intemperans; cum licet in se non ponat peccatum, sit tamen sacrilega respectu loci sacri. Si verò sit licita, & vitari nequeat, propter periculũ, quo in Ecclesia dormire coguntur conjuges, aut in ea sunt obsessi; aliud dicendum, cùm per actum, qui cum reverentia & timore Dei fieri potest; non debeat dici Ecclesia pollui, Cov. *ad 4. Decretal. p. 2. c. 7. §. 2. n. 3.* Nec obstant superiùs adducta, quia loquuntur in casu speciali, nec decernunt, ob solum adulterium violari Ecclesiam; aliàs enim per simplicem fornicationem eanon violaretur. Vid. Sanchez *De matrim. lib. 9. disp. 15. n. 7.* & Suar. *De Religione tomo 2. lib. 3. c. 7.*

9 Dixi, publicam; quia per occultam pollutionem aut fornicationem non est Ecclesia reconciliandа; uti pro occulto crimine non imponitur pœnitentia solemnis. Facit, quod Ecclesia de occultis non judicet. Facit & textus *in d. c. 5. inf. De adult.* ubi vis ponitur in publica detectione, *Gl. in c. 1. eod. in 6.* Et hoc, quatenus pollutio occulta manet; nam ubi innotuerit, habetur Ecclesia ex tunc polluta, & necessariò reconcilianda. Navarr. *in Summa c. 27. n. 281. in fine.* per alios actus illicitos, qui sunt extra pollutionem, cujusmodi sunt aspectus turpes, inhonesta verba, quamvis minùs deceant locum sacrum, is tamen non polluitur, ut benedictione nova nõ indigeat. Quantum ad Ecclesiam non consecratam pollutam sanguinis, aut seminis effusione, ea lavanda est aqua exorcizata, etiam per non Episcopum, *Gl. fin. c. fin. h. t.* quam approbat Navarr. *d. loco, ubi alios citat.*

10 Quartò, Si fidelis excommunicatus, uti hæreticus, in ea sepeliatur, *c. 7. h. t.* quod etsi loquatur de cœmeteriis, eadem tamen & major ratio est in Ecclesia, cujus reverentia & puritas non minùs lædit, sepeliendo excommunicatum, quàm cæmeterium. Hac de re aliqua dicta supra *de sepult.*

11 Q. An per sepulturam hominis nominatim interdicti polluatur Ecclesia, ut indigeat reconciliatione? Resp. Hoc videri posse, ex eo, quod excommunicatio & interdictum æquiparentur, *c. 1. circa fin. & ibi Gl. de sent. excom. in 6.* Contrarium tamen verius esse, cum id in jure non exprimatur, nec pœnæ sine textu sint inducendæ aut extendendæ, neque æquiparatio habeat locum in pœnalibus: ut non procedat decisio, *d. c. 1.* præcipuè, cùm excommunicatio sit multo gravior interdicto, privans omni communicatione, non ita interdictum. Et licet exhumandum sit interdicti cadaver, cùm non liceat illud sepelire in loco sacro, *cap. is qui 20. de sent. excom. in 6.* tamen non polluitur Ecclesia ejus sepultura, cum hoc non sit expressum in jure, *arg. c. is qui 18. d. t.* ut nova reconciliatione non egeat.

Quid dicendum de hæretico quidem notorio, non tamen denuntiato, potest colligi ex iis, quæ dicta sunt supra, *de sepult. n. 9.* & tractat latius Navar. *cons. 10. de hæret.*

12 Quæritur etiam, An Ecclesia censeatur polluta per consecrationem aut benedictionem Episcopi excommunicati? R. Ita quidem videri Abbati, *c. 7. h. t.* & Hostiens. quos sequitur Navar. *d. loco n 253.* Verius tamen esse, eam minimè pollui, quòd legis pœnalis extensio extra suum casum non fiat, *c. Odia de R. I. in 6.* Facit text. *in c. à nobis sup. de sacram. non iteran.* ubi non polluitur altare, in quo celebravit excommunicatus.

13 Quintò, polluitur Ecclesia per sepulturam pagani, id est non baptizati, *can. Ecclesiam cum seqq. de consecr. dist. 1.* Nomine pagani etiam venit catechumenus, & infans ante baptismum mortuus, quando nimirum per se sepelitur.

14 Quæstio autem est in casu, quo est in utero materno? R. Si vivat, aut dubium sit, an vivat, fœtum esse excidendum, ne spes animantis cum gravida petimatur, *l. 2. D. de mort. inferend.* aut saltem baptizatus salvetur. Si verò nulla supersit vitæ spes, non opus esse incisione, & posse unà cum matre sepeliri. Non obstantibus juribus, quæ nolunt non baptizatum sepeliri in loco sacro, quia accipienda de infante separato à matre, non etiam conjuncto matri Christianæ, cujus habetur pars. Ita Hostien. *hic* & Hen. Bohic. in *c. Sacris sup. de sepult. & c. Consuluisti h. t. ubi alios citat contrarium tenentes.*

Idem

15 Idem dicendum de cœmeterio; nam & hoc per benedictionem Episcopi factum religiosum polluitur modis supra relatis, cujus tamen pollutio non adficit Ecclesiam: est enim accessorium, quod non adficit aut trahit ad se principale suum, *c. un. eod. in 6.* etsi è contra cœmeterium Ecclesiæ contiguum censeatur pollui; sequitur enim accessorium suum principale Navarr, *d. c. 27. n. 253.*

16 Addunt & sextum modum, quando paries combustus, vel ita destructus est, ut eum reædificari oporteat. Verùm iste modus non tam infert pollutionem aliquam, quam aufert consecrationem, qua iterata eget Ecclesia reparata, quatenus parietes simul ruerunt, quia tunc perditur consecratio, destructa re, in qua fundatur. Nam si paulatim & successivè destruantur ac reparentur, non perditur consecratio, quia semper censetur eadem manere, & tunc id quod majus est trahit ad se minus. Tectum ruens, integris parietibus, non facit consecrationem amitti, quæ potissimum versatur circa parietes, in quibus linitio & cruces fiunt, *c. ligneis h. t.* Benedicta Ecclesia non indiget nova benedictione, etiam destructis parietibus, cùm tantùm benedicatur solum, quod semper idem manet.

17 Est autem differentia inter prædictos quinque casus, quòd in tribus primis casibus Ecclesia polluatur per actionem quasi transeuntem, cujus vi relinquitur polluta, etiamsi actio omninò transierit, nullumque in ea reliquerit effectum physicum: in ultimis verò duobus polluatur Ecclesia per effectum in ea permanentem, ex vi prioris actionis, scilicet per corpus excommunicati vel pagani hominis ibi sepulti. Unde est, quòd in prioribus casibus ad purgandam Ecclesiam non sit necessarium aliquid ab illa extrahere, sed solùm orationibus & aspersionibus juxta ritum Ecclesiæ eam reconciliare. In posterioribus verò corpus humatum est extrahendum, & extra Ecclesiam projiciendum, & postea adhibenda benedictio aut purgatio. Sepultura talis contigerit per culpam, aut citra culpam, non interest, ut quia credebatur aut probabatur baptizatus non excommunicatus, durante causa violationis durabit & ejus effectus, *can. Ecclesia 27. cum seq. de consecr. dist. 1.* Si tamen possint ossa internosci, *c. sacris sup. de sepult.* [illegible] daver sit confusum cum aliis & sic ignoratur reputatur quasi non esset, aut saltem [illegible] occultissimum defectum, cujus perma[illegible] non impedit reconciliationem in præjud[illegible] Ecclesiæ.

Unum hic superest quærendum, An [illegible] polluendi Ecclesiam fundetur in statu Ecc[illegible]stico, an verò de se & natura sui res habe[illegible] junctam sacrilegii malitiam, eo quòd fuer[illegible] clesia? Resp. Verius dici, fundari in Eccle[illegible] statuto, cùm moralis ille polluendi [illegible] effectus, per se, & ut sic, non sit culpa, [illegible] pœna, & ad modum censuræ, in detest[illegible] turpitudinis actus repugnantis Ecclesiæ [illegible] de excommunicatum sepelire in Eccle[illegible] est de se malum, uti & non baptizatu[illegible] tem sepelire in Ecclesia, cum corpus [illegible] fuerit propriis peccatis maculatum, [illegible] bus inferni tradendum, licet non ven[illegible] ficandum. Sic & catechumenus fide[illegible] baptismum reverà susceptum moria[illegible] peliendus in loco sacro, cum tamen [illegible] possit: ut hæc res tantùm sit dicenda [illegible] in Ecclesiastica prohibitione fundata [illegible] grua ratione.

TITULUS XLI.

De celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiæ, & divinis officiis.

SUMMARIUM.

1. *Missæ antiquitas.*
2. *Celebranda una tantùm in die: & [illegible] bus plures uno die celebrare licet.*
3. *Die Nativitatis Domini celebrare [illegible] an sit præcepti?*
4. *Quo tempore sit celebranda Missa.*
5. *Materia hujus Sacramenti.*
6. *Minister.*
7. *Celebranda Missa in Ecclesia & loco [illegible]*
8. *Extra Ecclesiam celebrare licet in casu [illegible] sitatis, & ex causa privilegii.*
9. *Celebrare non licet in Ecclesia polluta.*
10. *Celebrans in loco polluto quam pœnam [illegible] rat.*

11. *Eucharistia cur & qualiter servanda in Ecclesiis.*
12. *Horæ Canonicæ recitanda, psallenda in Ecclesiis qualiter, & à quibus.*
13. *Clerici quo jure teneantur ad Horas.*
14. *Religiosi professi non ordinati an teneantur?*
15. *An Novitii?*
16. *Tenentur Clerici beneficia possidentes.*
17. *An fructus non percipiens ex beneficio teneatur?*
18. *Excommunicatus suspensus &c. an teneatur.*
19. *Vi solius tituli an quis teneatur?*
20. *An & in casu controversæ possessionis?*
21. *An in casu adeptæ possessionis fructibus alteri reservatis?*
22. *An fructibus à S. P. reservatis?*
23. *An possidens beneficium, cujus fructus percipiat parens?*
24. *An possidens beneficium, metu à patre eò inductus?*
25. *An habens beneficium tenue?*
26. *An habens manuale beneficium?*
27. *Ob plura beneficia an plures recitare teneatur?*
28. *An obligetur percipiens pensionem ab Ecclesia?*
29. *An habens præstimonium.*
30. *An habens pensionem ex causa resignati beneficii?*
31. *Horæ qualiter decantandæ.*
32. *Organorum usus & Musica an probanda?*
33. *Pœna non recitantis Horas.*
34. *An quis teneatur ad Horas mox ab accepto beneficio.*
35. *Restitutio fructuum quando & cui faciendæ.*
36. *Restitutio qualiter facienda.*
37. *Causæ excusantes à recitatione Horarum.*
38. *An teneatur ad partem, qui Horas omnes dicere nequit.*
39. *An loco earum quid aliud recitare.*
40. *Inversio & interruptio Horarum quatenus licita.*

1 IN Ecclesiis consecratis ea, quæ ad cultum divinum spectant, peraguntur, uti est Sacramentorum administratio, Missarum celebratio: quæ sunt mysterium maximum, & sacrificium inæruentum, consistens in consecratione & communione corporis & sanguinis Christi, non tam novitium & nuperum inventum, atque modernos hæreticos, non tam veritatis, quam vanæ arrogantiæ, malitiæ, odii, avaritiæ spiritu adductos asserere non pudet, cum ab initio Ecclesiæ celebrationem Missæ in usu fuisse constet ex iis, quos citat Bellarm. *in nupera sua Apologia c. 8.* & quæ tradit Baron. *tomo 1. Annal. ad an. 34. §. 52. & seq. & ad an. 64. §. 2. §. 50. & seq.* & patet ex actis Apostolorum, *c. 13.* ubi dicitur *Ministrantibus autem illis Domino*, Græcè λειτουργουντων, hoc est, *sacrificantibus.*

Celebranda autem Missa una tantum de die; 2
cùm non sit modica res unam facere, & valdè felix sit, qui unam dignè celebrat, *can. sufficit de consecr. Dist. 1.* Ut iteranda non sit, citra damnationem, *d. can sufficit.* Sunt tamen casus, quibus eam iterari exigit necessitas, inter quos unus maximè est in usu, quando scilicet quis præest pluribus parochiis, quibus una Missa sufficere nequit: tunc enim licebit alteram addere, imò & tertiam, non sumpta tamen prius oblatione, ut eatenus videatur jejunus Sacerdos. Navarr. in *Summa c. 25. nu. 87. & cons. 2. h. t.* Permissum autem generaliter die Nativitatis Domini celebrare tres Missas, *can. nocte De consecr. dist. 1. c. 3. h. t.* ubi non est definitus numerus, ut ea res consuetudini sit attribuenda. Ejus rei mystica significatio traditur à Gl. in *d. c. 3.* quòd scilicet per tres Missas significetur status hominis ante legem, sub lege, & post legem, sive in lege gratiæ. Alii ad triplicem Christi generationem referunt, æternam scilicet ac divinam, temporalem ac humanam, & spiritualem. Dicitur autem prima media nocte, secunda diluculo, tertia de die.

Q. An sit præcepti celebrare tunc tres Missas? R. Non Videri, cum dicta loca videantur 3
loqui permissivè: ut non tam contineant præceptum, quam indulgentiam, quæ non ponit obligationem & omittens non peccet, multò minùs non audiens tres Missas eo die, cessante præcepto. Navarr. *Cons. 1. h. t.* Fuit & olim moris duas Missas celebrare in die Circumcisionis, unam de Virgine, alteram de mysterio. Guil. Durand. *Ration. divin. offic. lib. 6. cap. 15.*

Celebranda, ut dixi, Missa una in die, eo- 4
que naturali à media nocte usque ad mediam noctem computando, more Romano. Tempus tamen matutinum est præfixum, ejus ce-

lebrationi; & quidem initium auroræ, id est crepusculum diei, est terminus, ante quem non licet comuniter eam inchoare: terminus in quo de finit, est meridies. Putat tamen Navar. *d. loco num.* 85. usque ad tertiam pomeridianam posse dici Missam, cujus sententia non videtur regulariter & absque causa servanda. Si itineris necessitas vel alia causset celebrari Missam post meridiem, videtur unius horæ spatium non excedendum.

5 Materia, quæ offertur, est panis & vinum. Panis ex farina triticea & sola aqua naturali coagmentatus. Azymus sit, an fermentatus, non videtur interesse ad essentiam Sacramenti. D. Th. *p. 3. q. 74. art. 4.* neque enim recepta eorum opinio, qui negant in pane fermentato fieri consecrationem, inter quos est *Gl. in can. in sacramento 5. de consecr. dist. 2. & c. fin. h. t.* In Ecclesia tamen Latina sive occidentali receptum, non nisi in azymo pane celebrare, non in fermentato, & piaculum habetur: ut peccet Sacerdos in eo celebrans, *d. c. fin* cùm juxta legis præceptum, in azymo pane Pascha suum celebraverit Christus, qui non tam venit solvere legem, quàm adimplere. In Græca sive orientali Ecclesia in fermentato celebrare usus est, sæpè à Latina Ecclesia reprehensus, licet sine fructu. Retineri tamen consuetudo ibi potest. Vinum sit de vite, cui paululum aquæ admiscendum, *d. c. in sacramento.* Idque ex præcepto & usu Ecclesiæ. Adhibetur & in consecratione præscripta verborum forma, & alii ritus solemnes, de quibus, & eorum significatione agitur, *c. cum Marthæ 6. h. t.* Nav. *in summa c. 25. n. 55. & seqq.*

6 Minister est Sacerdos, qui etiam pessimus sacrificium perficit, *can. inter 1. q. 1.* Neque enim peccata celebrantis impediunt opus operatum, quod ex divina institutione suam habet vim, nec mala ministri vita maculari potest, non magis quàm Solis radius transiens per loca sordida, *can fin XV. q. fin. c. 7 sup. tit. 2. de cohabit. Cleric. & mul.* Quantum ad opus operantis illud meritorium esse non potest coram Deo, nisi sit grata persona operantis: quo modo prudentis est commendare potiùs sacrificium Sacerdoti bono, quàm malo.

7 Debito & præscripto modo hic Missam peraget, in loco sacro, ad hoc specialiter deputato. Navarr. *d. l. num.* 81. Quod visum Ecclesiæ, tum ad debitam hujus Sacramenti reverentiam, ut condigno tractetur honore, tum ob maiorem fidelium devotionem. Unde extra loca sacra prohibita Missarum celebratio, *can. Nulla de consecr. dist. 1.* Videtur tamen licitum [illegible] esse, celebrare in Ecclesia benedicta tantum fundata Pont. aut Episcopi auctoritate, ad administranda Sacramenta, quòd raræ & difficiles sint consecrationes, ut colligitur ex *c. fin. [illegible] prox.* ubi Ecclesia benedicta, si polluatur, [illegible] tur continuò reconcilianda; ne suspendantur divinæ laudes. Unde evidens est celebrari [illegible] ibi posse, ut rectè colligit Abbas, cùm talis Ecclesia habeat eadem ferè privilegia, quæ consecrata. Erit autem eo casu necessarium, [illegible] altare consecratum, saltem portatile.

Hæc ita communi & ordinario jure: [illegible] sunt casus, quibus extra Ecclesiam licet celebrare, in domo privata, sive Oratorio, nec consecrato, nec benedicto, idque auctoritate Episcopi, ut patet ex *can. Missarum de consecr. [illegible] 1.* In verbis, *In locis ab Episcopo consecratis, [illegible] ubi ipse permiserit.* Quæ licentia est hodie negata per decretum Trid. *Sess. 22. de observ. celebrat. Missæ*, quod noluit celebrari [illegible] nisi in Ecclesiis, & ad divinum tantùm cultum dedicatis Oratoriis. Quo decreto non [illegible] non dici adimi licentiam istam Episcopis, [illegible] Concilium simpliciter eam vetet, permittitur Episcopis, ut tantum Oratoria designent. [illegible] tamen necessitas aliud postulet, quæ facit extra Ecclesiam, domum, quocumque terra loco, etiam sub dio, dici Missas licitè, *can. [illegible] can. concedimus de consecr. dist. 1.* qui Canones, cum alter sit Gratiani, alter Concilii provincialis, licet parum urgeant, consecrationem tamen eorum dispositio probata ac recepta [illegible] tionique conformis. Suarez *ad p. 3 d. Th. q. [illegible] disp. 81. Sect. 3.* Sic in bello rectè sub tentorio imò sub dio celebratur, modò adsit altare portatile, sive tabula lapidea consecrata, [illegible] qua neutiquam potest Missa fieri: uti & ab [illegible] nerantibus, si Ecclesiæ aut Oratoria desint, [illegible] eadem ratione necessitatis, quæ lege [illegible] Cui licentiæ non potest videri derogatum [illegible] dictum Trid. decretum, ut tradit Nav. *d. loco [illegible] 12.* cum non disponat in casu necessitatis. [illegible] xi; quocumque terræ loco, quia super [illegible] flumine celebrare non licet, etiam in casu [illegible]

cessitatis

cessitatis, propter periculum effusionis ibi obvium. Facit & privilegium Pontificis alibi licitè celebrati, quale olim habuisse Prædicatores & Minores patet ex *c. his 30. inf. de Privil.* nisi postea revocatum fuerit, aut de novo concessum, uti Patribus Societ. Jesu.

9 Quod dictum, posse aliquot casibus extra Ecclesiam celebrari Missas, accipiendum, quatenus locus est decens: qualis non est Ecclesia polluta, in qua ideo non celebratur citra reatum mortalem, antequâ purgata fuerit, propterea quod non respondeat reverentiæ Sacramento debitæ, tali loco Missam celebrare: tur justa & gravis sit ista prohibitio. Ubi nihil excusabit altare viaticum, quia locum non purgat.

10 Q. An aliqua sit pœna exterior aut censura celebranti in tali loco? R. Posse videri, talem fieri irregularem, quòd celebret in loco interdicto, qualis incurrit irregularitatem, *c. is qui 18. in fine de sent. excom. in 6.* Verùm in ejus cap. principio contrarium est decisum, cum locus violatus non possit dici interdictus: ut nec pœna ista sit inferenda, quæ sine textu non infertur, *d. c. 18.* Quamvis quid impedimenti aut inhabilitatis contineat locus, quod ne quidem suspensionis pœnam inducit, etsi temerè hoc aliqui contendant, per text. in *c. Episcoporum 8. de privil. in 6.* cùm is non loquatur nisi de celebrantibus in loco interdicto, qualis non est iste. Quod si contigerit Ecclesiam violari, Sacerdote celebrante ante inceptum Canonem, erit illi desistendum, propter Ecclesiasticum loci impedimentum. Post Canonem verò inceptum absolvenda illi est Missa, quòd censeatur quasi substantialiter sacrificium inchoatum, quod non interrumpendum Vid. Suarez *d. loco sect. 4.*

11 Adservanda autem in Ecclesiis Eucharistia devotè & fideliter, ut, ubi opus, ejus sit copia deferendi ad infirmos, mundè & nitide decenterque cum lumine prævio: ad cujus delationem sive elevationem quilibet se inclinabit, *c. Jubè 10. h. t.*

12 Decantandæ præterea in Ecclesia Laudes Dei, & persolvendæ ibi Horæ Canonicæ ab iis, qui Ecclesias sibi adsignatas habent, & qui Choro sunt destinati, & hoc suo tempore, *d. c. 1. h. t.* Nav. *cons. 13 h. t.* debitaque cum attentione animi & devotione, non syncopando, non transcurrendo, non immiscendo vana, non exeundo frequenter, ut graviter Clericos reprehendit Clemens V. in Conc. Viennensi. *Clem. 1, h. t.* Dictæ Horæ Canonicæ, quòd unaquæque per se spectata sit officium pro certa hora designatum. Qui orandi certis horis actus, & Psalmodiæ Ecclesiasticæ usus sanè antiquus est, ab ipsis Apostolis ex Judæorum fontibus in Ecclesiam deductus. Baron. *tomo 1. Annal. ad an. 34. num. 251. & an 60. num. 24. & seq.* Ad earum recitationem tenentur ex præcepto Clerici initiati majoribus Ordinibus, etiam & beneficium non habeant, neque ex officio aut peculiari obligatione Choro adsistere teneantur.

Ubi quæritur, Quo jure teneantur? R. Institutionem recitandarum Horarum esse Ecclesiasticam, ut præceptum super iis recitandis sit ejusdem juris. Pro quo facit, quòd sacri Ordines ordinentur quidem per se primò ad aliquos divini cultus actus externos, non tamen ad orationem, quatenus est distinctus actus à Sacrificio. Nec ratio ulla dari potest, quare ejusmodi obligatio ad jus divinum aut naturale referenda sit. Quo modo & Pontifex dispensat super ista obligatione; quod non faceret, si foret divini juris. De Sacerdote, cui ista obligatio imponitur, habetur *c. 1. h. t. & can. Presbyter dist. 91.* De Diacono & Subdiacono non videtur præceptum jure expressum sed consuetudine extensum, vel declaratum, quæ legitimè præscripta est sufficiens ad inducendum tale onus. Vid. Navar. *De Orat. c. 7. n. 2.* Azor. *p. 1. lib. 10. cap. 4. qu. 13.* Contra Covarr. *3. Var. 13. n. 10.* Multò minùs dici potest, ex jure divino teneri Clericos in minoribus constitutos, quibus nec Ecclesiastico jure onus hoc impositum esse verius est. Si tamen habeat consuetudo, ut aliquid recitent, potest eos ad observantiam ejus cogere Episcopus, quod sit honesta. Azor. *d. lib. 10. c. 5. qu. 2.* 13

Quæritur II de Religiosis, An Professi non ordinati teneantur ad Horas? R. Professionem per se & ex necessitate non ordinari ad hoc ministerium, sed tantum ad perfectionem, quæ etiam haberi potest sine hoc medio. Præterea præter tria vota, ad quæ obligat, non invenitur ulla lex Ecclesiastica eos ad aliud obligans: uti nec datur universalis consuetudo, cum 14

sint quædam Religiones non deputatæ ad Chorum, sed vel ad militiam, vel aliud ministerium. Ut hæc res sit decidenda juxta receptas cujusq; Religionis regulas, ex vi sui status obligantis ad Chorum, vel juxta receptam consuetudinem, quæ præceptum induxit, ut professus hoc solo teneatur Horas recitare, easque omittens peccet mortaliter, cùm sit materia gravis ad quam ex præcepto justè quis obligatur. Azor. *d. lib. 10. cap. 6. q. 2.* Excipiuntur Religiosi, quos Laicos aut Conversos vocant, qui licet emittant solemnem professionem, non sunt tamen deputati ad Chorum. Azor. *d. c. 6. q. 4.*

15 Quæstio item est de Novitiis, An hi teneantur? R. Id posse videri, ex eo, quod gaudeant privilegiis Clericorum, & aliquibus etiam loci ipsius, ex ejusque reditibus & eleëmosynis vivant. Verius tamen, ex sola habitus adsumptione eos non teneri ad Horas, cùm non habitus, sed professio obstringat regulæ Monasticæ: antequam liberum est illi ad sæculum reverti, & munia negotiaque sæcularia suscipere, *c. consulti 20. 21. 23. sup. de Regularib.* Nec obstat, quòd fruantur aliquibus Ordinis privilegiis, victum: ibi habeant; hoc enim quia sunt in via ad Religionem, cujus disciplinæ voluntarie se subjecerunt. Navar. *De Orat. d. c. 7. n. 23.*

16 Præter ordinatos & professos tenentur etiam regulariter ad Horarum recitationem habentes beneficium Ecclesiasticum, idque ex institutione Ecclesiæ, quæ eam obligationem cuilibet beneficio adnexuit, correspondentem justitiæ naturali, quæ cùm propter officium detur beneficium, vult per habentem beneficium impleri officium, ne aliàs temere habeat stipendium. Ubi excusatio frustrà causabitur ex aliis oneribus, ut ne Episcopus quidem cui alia onera injuncta, prætendat ab hoc officio libertatem: & probatur communiter hæc obligatio *can. si quis presbyter de consecr. dist. 92.* atque ita habet communis Ecclesiæ cõsensus, & traditio. Dixi, regulariter; quia sunt quædam beneficia, ut Præposituræ quædam & Personatus quæ non obligant ad Horarum recitationem, sed aliud quid in dies recitandum injunctum habent. Procedit hoc indubiè quando beneficiatus est in possessione, & fructus percipit, quia tum demùm dicitur habere stipendium.

17 Quid si beneficium habens, ejusque possessionem, non tamen fructus percipiat? R. Si fructus suo facto non percipiat, non excusa quòd culpa sua damnum sentiens, illud non deatur sentire, & quod non debeat quis facto se liberare ab obligatione, cui est ctus. Si verò ei imputari non possit, quòd ctus. non percipiat, ut si ex consuetudine ventur fabricæ aut prædecessori, nihilo videtur excusari, cùm per decretum Sanc. *in extravag. de elect.* ei debeatur media um pars. Quod decretum licet salubre, tamen in locis de consuetudine non ob tur, sed Clerici interdum primo, interdum cundo anno fructus nullos percipiunt: men ideo videntur liberati ab Horarum ne, cum residendo distributiones quotid possint percipere, quas si negligant, sua adscribant. Quod si alibi & hæ denegentur babile tamen est, idem adhuc dicendum cum licet pro præsenti nihil percipiat, tamen sint percepturi; veluti in casu, quo vantur fructus prædecessori defuncto, dernus post mortem suam eodem fruen cujus hæredes percipiẽt ejus anni fructu ni igitur hujus spei ratione teneatur ad um, cum habeat stipẽdium? Sic tamen reserventur fructus primi anni, videtur cedere in exonerationem Canonici, qui liberatur ab oneribus fabricæ, ad quæ corpus Canonicorum, quibus placitum isti oneri satisfacere. Si distribuantur primi anni inter Canonicos, non est ulla justa causa subterfugiendi recitationem rum, quia novo Canonico pro tempore bus carenti sit spes similis distributionis piendæ per sequentes Canonicos: quæ turi emolumenti facit eum obstrictum tioni. Et ut spes pro illo tempore defecerit, tamen perfectè adquisitum ad beneficium ad fructus, videtur sufficere ad obligat recitandi, cum non sit verosimile, ejus fructuum carentiam esse inductam in nutionem divini officii, sed, eo semper gravamen novi Canonici, à quo exig anticipatum officium pro aliquo tempo ante stipendii solutionem. Navarr. *d. numer. 30.* Azor. *d. cap. 4. qu. 4.* Sauer *Statu Religios. tomo 2. Tractat. 4. lib. 4.* Quòd si per casum fortuitum vel sterilitas

nulli fructus percipiantur, non rectè excusatio ab hoc onere prætendetur, cum jus ad fructus ponat sufficientem rationem ad officium. Idem est, si per injuriam fructus auferantur, quatenus tamen ea oblatio est temporanea; nam si perpetua, cum spoliatio moraliter sit perpetua, cessare videtur obligatio recitandi Horas, quia videtur carere beneficio, quod jam redditum ei inutile, veluti si terræ ab hoste occupentur.

18 Ex his patet solutio ad quæstionem, An excommunicatus, suspensus, teneatur legere Horas? Respondendum enim affirmativè; nam quod non percipiat fructus beneficii, sibi impurare debet, cùm causam dederit. Facit, quod beneficii titulum & possessionem retineat; alias sua ei malitia prodesset. Et hoc, si justa sit excommunicatio, nam si injusta fuerit, cum non possit videri dedisse causam; fructus exigere posse videtur postea, ubi constabit de innocentia, ne injuria alterius ei injustè obsit. Idem juris est in depositis, & degradatis; neque enim degradatio ordinem sacrum aufert, cujus ratione manet obligatus ad recitandas Horas. Nav. *d. c. 7. nu. 17.* Covar. 3 *Var. c. 13. nu. 8. vers. Duodecimò.* Idem judicandum de Monacho fugitivo, cum maneat causa obligationis, nec ei fuga sua debeat prodesse. Idem & posse videri dicendum de ejecto, ex eadem ratione, & quia per eum stet, quo minus recipiatur, *c. fin. sup. De Regul.*

19 Unde venit resolvenda alia quæstio, An ex visolius tituli teneatur quis ad Horas? R. Distinguendum esse inter jus ad rem, & jus in rem. Certum esse, jus ad rem non sufficere ad obligationem, de qua agimus propterea quod tale jus neutiquam ponat beneficium, aut beneficiatum; ut nec debeat ponere obligationem ex beneficii acceptatione resultantem. Probabilius quoque, non sufficere jus in rem, neque nudum titulum ante adeptam possessionem, cum moraliter loquendo talis perinde se habeat atque si beneficium non haberet, cum ejus fructus non possit percipere. Ut nihil faciat, quod ejus habeat proprietatem, quippe sibi inutilem; ut non debeat ad onus cogi. Si tamen per ipsum stet, quò minus habeat possessionem, dicendum, ipsum teneri ad onus, ne fraus sua cum relevet in detrimentum Ecclesiæ, quæ debito officio privaretur. Azor. *d. c. 4. qu. 12.*

Quid si ergò possessio sit controversa? R. 20 Probabile esse, non habentem possessionem non teneri ad Horarum recitationem, cum titulus, ut dictum, solus non sufficiat, & possessio sit dubia propter litem. Ut nihil subsit, cujus ratione ad prædictum onus teneri debeat, cum fieri possit, ut causa cadat. Atque ita cum non detur ullus textus, qui litigantem ad hoc cogat, nec per illum, quo minus possessionem habeat, stet, in dubio pro eo judicandum. Ubi nihil faciet quòd Ecclesia officio careat, quia hoc est per accidens. Contra vult Navarr. *d. loco nu. 28. & in Summa c. 25. num. 4.* hoc argumento, quòd fructus sequestrati serventur victori, ut sit, quare ad Horas teneatur litigans. Verùm ea res est incerta, ut proinde, cùm necdum beneficium habeat, non teneatur ad onus. Quòd si tamen alter litigantium possessioni incumbat, quo in casu videtur loqui Navar. tenebitur recitare Horas, cùm ratione possessionis actu fruatur beneficio; atque ita teneatur ad totam ejus administrationem. Vid. Azor. *d. c. 4. qu. 9.* Suarez *d. lib. 4. c. 19. nu. 9. & 10.*

Quid si quis possessionem quidem habeat 21 beneficii, fructus autem omnes sint reservati alteri? R. Nihilominus eum teneri ad recitandas Horas, cum teneatur ad adsistendum in Choro; quo nomine consequitur Chori distributiones & alia commoda: ut sit ratio, quare teneatur ad onus.

Quid si à Pont. qui beneficium contulit, 22 sint reservati? R. Aliquorum esse opinionem, talem non teneri ad Horas, ex eo; quòd ista reservatio faciat, non stare per ipsum beneficiatum, quò minus fructus percipiat; ut nec debeat teneri ad onus. Quam rationem approbare videtur Navar. *d. nu. 28.* Verum & hoc casu dicendum, eum teneri, quod ejus voluntate plerumque reservatio talis fiat, aut eam factam sciens nihilominus beneficium acceptaverit. Et ut Pont. præceperit alicui acceptare beneficium, ejusque administrationem; cum ista reservatione, numquam tamen ita præcipiet, ut sine ullo subsidio oneri accommodato acceptet. Etenim hoc est contra rectam rationem, atque ita saltem distributiones quotidianæ erunt salvæ, vel aliunde ei

providebitur. Quod si non tantum fructus reservantur resignanti, sed & administratio penes eum maneat, nudo tantum titulo transeunte ad beneficiatum, tunc onus recitandi penes pensionarium manebit, penes quem est omne commodum. Nav. in *Summa d. c. 25. nu. 104. in fine.* Vid. Flamin. *d. resignat. benef. lib. 1. qu 9.* Azor. *d. c. 4 qu. 5.* Suarez *d. lib. 4. c. 20. nu. 3. & 4.*

23 Consequenter quæritur, An beneficium habens cujus fructus parens percipit, teneatur? R. Nihil esse causæ, quare non teneatur; cum per alium fructus capiens, ipse illos percipere videatur, *arg. c. Qui per alium De R. I in 6.* Quod olim frequens fuit, cum filiisfam. etiam necdum puberibus fuerint concessa beneficia: hodie non inusitatum in puberibus quibus est parens, qui fructus colligit, & ab eo aluntur. Navar. *c. d. 7. nu. 28.*

24 An & qui justo metu inductus à parentibus beneficium acceptarit? R. Non teneri, si fructus accipere nolit; quod & acceptatio & retentio videatur coacta: ut non sit æquitati consentaneum, gravare aliquem hoc onere, qui non cupit frui stipendio. Tenetur tamen talis, quam primum commodè potent resignare beneficium, & fructus perceptos restituere. Navar. *d. loco nu. 28.* Si pater illos perceperit, non tenetur nisi pro rata hæreditatis, quia eatenus tantùm ad eum censentur pervenisse.

25 An habens tenue beneficium? R. Communem habere sententiam, beneficii tenuitatem non liberare ab hac obligatione, cùm tenuitas non faciat, quò minus sit verum beneficium, & habeatur jus spirituale: quod cum detur propter officium indistinctè, sive sit tenue, sive pingue, est & ei adnexa indistinctè obligatio officii, quod comitatur eum, qui acceptavit beneficium; accessorium enim sequitur principale. Facit eò *can. Clericus Dist. 91.* ubi Clericus victum & vestimentum sibi parare debet sine detrimento officii: ut per tenuitatem non excusetur. *Gl. in d. can. Clericus Dist. 91.* Covarr. *5. Var. 13. nu. 8. vers. Duodecimo* Navar. *d. c. 7. nu. 27.* Azor. *latè d. lib. 10. c. 3. qu. 3.* Suarez. *d. lib. 4. c. 21.*

26 An habens beneficium manuale? R. Caussam dubitandi in eo esse, quod ad nutum revocari possit per eum, qui contulit. Verùm, ut hoc non facit, quo minus pro tempore pendium habeat, ita non facit, quo minus neatur ad onus, cum hoc incumbat commodum sentit, cui onus adnexum mento militis, qui ad tempus tantum tus pro eo & commoda recipit, & onera Facit, quod habitu & potestate sit perpetuum beneficiatus talis istud posse habere vitam permissu collatoris *DD in Clem. Supplen. neglig. Prælat.* Azor. *d. lib. qu. 2.*

29 An plura beneficia habens teneatur plura citare? R. Hoc videri Navarro, *De Orat. 60. nu. 2. 3. & 4.* ex ratione, quòd cum quodque beneficium habeat adjunctum recitandi Horas Canonicas, consequenter habentem toties teneri recitare, quoties ctum vulgare. Qui sentit commodum, cte recusat onus. Facit, quod alias fraudaretur suo officio ex justitia ratione stipendii. Contra tamen consuetudine receptum, satisfacere tali citatione: cum enim hæc obligatio dat ex jure naturæ, sed ex institutio si, suppositis stipendiis possit videri turæ, non tamen nisi supposita tione, quæ cum super ea re nihil disp contenta una recitatione, nihil hac dum; præcipuè accedente consuetu optima uti legum, ita & institutorum est. Nihil movet titulorum multiplica per eam non semper multiplicatur sed augetur, ut pluribus quidem debeatur, quibus tamen satisfiat una aut si obligatio multiplicetur, non circa idem, ut eam tollat una solutio, 18. *D. de verb. oblig. ubi* Cujac. Quo mili, quod habens ordines, & benefic est duplex obligationis causa, seme legendo satisfaciat utrique. Sic & una sam audiendo satisfit in casu, quo plur eumdem diem incidunt: & jejunando tisfit, si in diem quatuor temporum gilia alicujus Sancti indicens jejunium hac de re vide apud Azor. *d. c. 4. qu. 10. lib. 4. c. 18. nu. 6.*

31

An teneantur habentes pensiones ecclesia? R. Si habeant eas sine titulo hac obligatione recitandi non teneri.

cristæ, custos licet reditus ab Ecclesia habeant, non tamen eo solo nomine sunt obstricti dicendis Horis, cum reditus illos non capiant tanquam beneficij fructus, sed tanquam stipendia proportionata officijs & servitijs. Idem dicendum de alijs, quibus alio titulo quàm beneficij ex bonis Ecclesiæ quid adsignatum, uti magistris, *c. 1. inf. de magistr.* & alijs per modum gratitudinis, aut aliam ob caussam, aut servitium speciale: ut cesset ratio Ecclesiæ, obligantis tantum habentes beneficia.

29 Quid in habentibus Præstimonium? R. Si sumatur pro portione ex bonis quidem Ecclesiæ aut beneficij alicui concessa, sed tamquam mercede ob profanum ministerium, non teneri eos ad Horas, quod non habeant beneficium, aut quid sibi datum propter sacrum ministerium. Si vero pro portione, quæ dari solet Clerico in titulum, tunc esse loco beneficij, *c. fin. De concess. præb. in 6.* ubi adnumeratur alijs beneficijs: & ita tenet Oldrad. *Cons. 81. nu. 2.* dicens ex Hostien. præstimonium esse dictum, quasi præstans munium. Tenet & Menoch. *arbitr. 2. casu 201. nu. 56. & 58.* dici beneficium, quando datur in titulum perpetuum: ut tunc necessario obliget ad Horas, cum posita caussa sequatur ejus effectus. Vid. Azor. *d. c. 3. qu. 4.* Suarez. *d. lib. 4. c. 22. nu. 7.*

30 Quid in habente pensionem ex caussa resignati beneficij? R. Habentē Pensionem etiam tatione beneficij resignati non teneri ad Horas, quod non possit dici habere beneficium, cum pensio ista sit quid merè temporale, reservata occasione spiritualis beneficij in alium translati. Gigas De *pensionib. qu. 31.* pium tamen V. imposuisse tali pensionario onus recitandi Officium B. Virginis, sub eadem pœna. quæ imposita beneficiatis non legentibus Horas, de qua mox. Nav. *d. c. 7. nu. 25.* Azor. *d. c. 4. qu. 3. & c. 14. qu. 12.*

31 Recitandæ itaque Horæ ab ordinatis, professis, beneficia habentibus, & quidem decantandæ etiam aliquibus in Choro, discretis & statis suis horis, versibus altetnis, secundùm antiquum in Ecclesia receptum morem, non tantum voce, sed & corde, & in timore, ut ait Hieron. *can. 1. Dist. 92.* qui non vult audiri in Ecclesijs theatrales modulos.

Unde disputatum, An Organorum usus & cantus Musici sit probandus in Eccles.? R. Esse, qui absolutè eum improbent, quod ad lasciviam potius, quam ad devotionem excitet, quod est contra finem orationis. Quæ ratio procedit, quando cantus est lascivus & profanus, secundum *d. can. 1.* qui indecens est in Ecclesia, & propter irreverentiam non est sine gravi peccato. Et ita videtur improbare istum usum Navarr. *De Orat. c. 16, nu. 46. & 47.* Si vero pia contineat & gravis sit, provocans ad devotionem, non est quod damnetur sive cantus cum Musica instrumentorum suavitate, sive Organorum usus: facit enim ad levandos fidelium animos, ut facilius ad devotionem adsurgant aut disponantur. Vide Baron. *tomo 1. Annal ad an 60. nu. 29. & seqq.* 32

Pœna non recitantis officium, præter mortale peccatum, propter gravem materiam & justum præceptum, est, quod fructus pro rata temporis omissæ recitationis non faciat suos beneficiatus, sed eos restituere teneatur; ex ratione, quod accipiens mercedem, omisso opere, cujus nomine datur beneficium, *c. fin. De rescript. in 6.* peccet contra justitiam commutativam, ex qua oritur obligatio restituendi. 33

Quæritur autem, An continuò ab accepto beneficio teneatur quis ad Horas? R. Navar. velle, non teneri intra sex primos menses, nec novitio imputari omissionem recitandi. Probat hanc suam opinionem ex Conc. Lateranensi sub Leone X *Sess. 9.* ubi post sex menses ab accepto beneficio non legens Horas, cessante legitimo impedimento, beneficiorum suorum fructus pro rata temporis & officii non facit suos; ut videatur antè suos facere, ex regula, quod inclusio unius sit exclusio alterius. Ita Navar. *De Orat. c. 7. nu. 31. & c. 21. nu. 58.* adducens Bullam Pii V. in qua id, quod statutum erat *d. Sess. 9.* confirmatur. Nititur hoc argumento, quod omittens Horas legere non peccet ex natura rei contra justitiam commutativam, nec ullo jure anteriore fuerit obligatus ad restitutionem. Dicendum tamen, ex natura rei sequi obligationem restituendi, nec ab ea excusari beneficiatum, omittentem intra sex primos menses recitationem Horarum, quippe qui ratione 34

bene-

beneficii teneatur ad officium, per jura antiquiora, *c. 1. h. t. & Dist. 91.* cujus potissima pars in pluribus est hæc recitatio, imò ferè sola. Quo facit quod Abbas in *d. c. 1.* licet hanc sententiam dicat rigidam, fateatur tamen in animæ judicio esse tutiorem, cum sine caussa teneat stipendium, qui omittit officium, propter quod est datum: ut non possit negari peccare eum contra justitiam commutativam Covar. *3. Var. c. 13. nu. 10.* Ut ista obligatio, cum ex natura rei procedat, continuo obliget. Nihil obstante statuto in *d. Sess. 9.* quod videtur tantùm obligare non recitantes post sex menses: neq; enim hoc accipiendum, quasi impunè ante illud tempus omitti possit recitatio, cũ lex ista nihil novi inducat quoad primos sex menses, sed relinquat eos in statu quo ante erant; erat autem antè obligatio recitandi Horas continuò ab accepto beneficio, quia continuò stipendium habet. Nec facit, quod ait Abbas *ubi sup.* Clericum accipere beneficium ut vivat; nam non simpliciter; ut vivat, sed ut vivat, quia servit Ecclesiæ: ut non serviens non mereatur ab altari vivere, atque ita teneatur restituere, quod sine caussa percipit. Communiter tamen volunt sex illos menses esse datos beneficiario tanquam inducias, ut interea divinum officium bene & convenienter addiscat. Convincitur saltem ex ratione hujus secundæ sententiæ, eum peccare mortaliter etiam intra sex menses, nisi ex caussa excusetur non recitans Horas, aut notabilem earum partem omittens. Vid. plenius de hac materia Azor. *d. c. 14 qu. 2. & seq.* Suar. *d. lib. 4. c. 29.* Malder. *De Iust. & Iure tract. 10. De Orar. c. 2. Dub. 3. art. 4.* Menoch. *2. Arbitrar. casu 429.*

35 Est autem restitutio facienda ab omittente, etiam ante sententiam, quippe quæ non tam contineat pœnam, quæ non obligat in conscientia ante sententiam, ex communi sententia, quàm concernat illicitam detentionem rei non suæ; cum, omisso officio, non fiant fructus beneficiati, qui proinde eos detinet injustè, qualis tenetur ad restitutionem, non exspectatà sententia. Facienda verò vel loci, fabricæ, vel fructus distribuendi in pauperes. Reus, si pauper fuerit, videtur licitè eos sibi reservare posse, de consilio sui confessarij. Nav. *d. c. 7. nu. 34.* præterea *d. Sess. 9.* dicitur privandus beneficio non legens Ho[illegible] quæ tamen pœna non ipso jure infligitur, [illegible] præviâ monitione, cui non acquievit à [illegible] re infligenda.

Explicat autem Pius V. in *sua Bulla*, [illegible] restitutionis, ut videre est apud Na[illegible] *loco.* Scilicet quod omittens Horas [illegible] pro rata respondentes fructus non faci[illegible] Matutinum tantùm, dimidiam ejus [illegible] tem; cæteras Horas omittens, reliquam [illegible] diam; singulas verò, earum sextam [illegible] Nihil excusabit à restitutione recita[illegible] quenti die duplicata, vel pridie [illegible] cùm hæc recitatio sit diurna, singulis [illegible] persolvenda, quorum lapsu cessat [illegible] & ex eo obligatio. Ut quod non [illegible] effectu postea suppleatur, nec à [illegible] liberet, ad quam hoc ipso, quo omitt[illegible] gatur. Sicut qui omittit audire die [illegible] sam, non satisfacit die sequenti [illegible] quia tum non obligatur: nec omitten[illegible] re uno die, tenetur altero jejunare [illegible] satisfacit jejunando Peccatum enim [illegible] sum ita non eluitur, sed pœnitentia [illegible] *de orat. c. 10 nu. 52.* Receptum tamen [illegible] tudine, sequentis diei Matutinum & [illegible] anticipare, pridie dicto ejus diei Offi[illegible] tempus Completorii. Ejusdem quoque [illegible] sine gravi culpa Horæ anticipantur, [illegible] prandium dicantur reliquæ Horæ [illegible] Vesperas, aut etiam Completorium. [illegible] videtur posse permitti, si caussa [illegible] alias, quod ad nocturnum Officium [illegible] Postponere Horas omnes, & post [illegible] eas legere, si causa sit, non contine[illegible] tum: alias inordinatum foret Prima[illegible] prope noctem, nec caret istiusmodi [illegible] tio periculo vel omittendi, vel celeri[illegible] debita attentione percurrendi. Vid. Su[illegible] *lib. 4. c. 26 nu. 13. & seqq.*

Dicta de necessitate Horarum [illegible] rum procedunt, nisi sit causa excusans [illegible] lem in primis ponit ægritudo corporis [illegible] sans legendi impotentiam. Quam non [illegible] bit cœcitas, si alias cœcus ex longo [illegible] moriâ teneat Officium; uti nec [illegible] adsistentia in Choro, Surditas non [illegible] cum non impediat lectionem. Si [illegible] tudo, quæ sine gravi detrimento, [illegible]

dolore vexationeve corporis non permittat lectionem, omninò excusabit. Excusat etiam superveniens necessitas, defectus Breviarii, dispensatio Pontificis, cum, ut ex superioribus patet, hæc obligatio sit inducta ex humana institutione, super qua dispensat ille, qui super eam est, scil. Rom. Pontifex. Istis autem casibus, quibus aliquis excusatur per se legere, non tenetur legere per alium, quia hæc obligatio est personalis, quæ per alium non suppletur: quo modo legens per substitutum, cui stipendium dat, non satisfacit. Non tenetur etiam istis casibus alium audire legentem, cum ad hoc nullus Canon obliget, Navar. *De Orat. c.* 11. Azor. *d. l.* 9. *c.* 13. Suarez *d. lib.* 4. *c.* 27. Malder. *d. c.* 2. *Dub.* 5.

38 Q. An qui non omnes Horas dicere potest, saltem partem teneatur persolvere, ad quam illi non est impedimentum? R. Hoc affirmare Navar. *d. c.* 11. *nu.* 9. *& seqq.* ex eo, quòd, cùm in parte recitanda cesset causa excusationis, debeat etiam cessare excusatio; & quòd præceptum Ecclesiæ, si non possit impleri in totum, implendum saltem sit quatenus potest. Nam licet totum Officium unius diei sit integra materia præcepti recitandi, constat tamen ex horis distinctis, quarum singulæ sunt per se quoddam totum, & continent quamdam orationem, quæ per modum officii Canonici convenienter dicitur. Ut ab ea dicenda non excusetur, licet totum officium dicere impediatur; cùm qui non potest solvere totum debitum, non excusetur à parte, quam præstare potest, quia in quavis hora salvatur ratio præcepti. Quòd si unam horam integre persolvere nequeat, non tenetur ad partem, cum unaquæque hora præcipiatur, ut actio perfecta, quâ salvetur ratio præcepti, in parte autem salvari nequeat, ut ita non nascatur obligatio ad illam dicendam. Sanchez *ad Decal lib.* 1. *c.* 19. *num.* 4. *& seqq.* Suarez *d. lib.* 4. *c.* 27.

39 Est & dubium, An qui Horas dicere nequit, teneatur quid aliud earum loco recitare? R. Velle quidem Navarr. *d. c.* 11. *nu.* 19. non teneri jure humano, sed tantum jure divino naturali ad aliquam compensationem; eum tamen non audere imponere obligationem sub reatu mortali, sed ex bono & æquo ita consulere. Verum dicendum indistinctè non teneri, cum nullum jus specialiter hoc onus imponat, & ex jure communi lex specialiter obligans ad opus determinatum, si impleri non potest eo modo, quo implendum, non inducat obligationem alterius operis in compensationem.

Denique quantum ad inversionem Horarum, uti si ante Primam dicatur Tertia, aut Psalmorum, illa secluso contemptu, non ponit gravem materiam, quæ sufficiat ad peccatum mortale, cum in substantia compleatur præceptum. Missam dicere ante Matutinum plures mortale judicant: secluso tamen contemptu non videtur includere mortale, cùm hac de re nullum sit præceptum, nec consuetudo in contrarium recepta. Rectius tamen præmittitur Matutinum. Suarez *d. lib.* 4. *c.* 24. *n.* 6. Azor *d. lib.* 10. *c.* 10. Quantum ad interruptionem inter Psalmos ejusdem Horæ, si ea brevis sit, culpam non habet, cum pro nihilo reputetur: si verò notabilis, non est sine peccato, si desit rationabilis causa. Ratio est, quod unitas cujusque horæ pertineat ad formam præscriptam in recitandis Horis: unitas autem tollitur per interruptionem. Unde rectius Horæ omnino iterantur: non est tamen sine peccato, leviter Horas interrumpere etiam cum animo iterandi, propter irreverentiam. Vide Navarr. *De Orat. c.* 16. *nu.* 66. *& seqq.* Suarez *d. c.* 24. *nu.* 10. Azor. *d. lib.* 10. *c.* 8.

4

TITULUS XLII.

De Baptismo, & ejus effectu.

SUMMARIUM.

1. *Baptismi necessitas & finis.*
2. *Materia.*
3. *Immersio seu abstersio an totius corporis facienda, an partis tantum?*
4. *Manum vel pedem tantùm apparentem an baptizare sufficiat?*
5. *Baptizare an censeatur quis proijciendo puerum in flumen.*
6. *Forma Baptismi.*
7. *Minister.*
8. *Ab hæretico, excommunicato &c. in casu necessitatis an petere baptismum liceat?*
9. *Plures simul baptizare non possunt.*
10. *Subjectum baptismi homo non baptizatus.*

11. *Campanæ benedicuntur, non baptizantur.*
12. *Hominem verè natum esse oportet.*
13. *Et natum perfectè, extra casum necessitatis.*
14. *Item vivum, non mortuum.*
15. *Adulti capaces baptismi.*
16. *An & infantes?*
17. *Morientes sine baptismo salvi esse nequeunt.*
18. *Infantes infidelium, hæreticorum, paganorum an & quando baptizandi?*
19. *An amens, furiosus?*
20. *Baptismus coactè susceptus an teneat?*
21. *Qui nescitur baptizatus rectè baptizatur: ut & in dubio sub conditione.*

1 BAptismus est omnibus necessarius, ex institutione Christi, cum sine eo nulla supersit salutis spes, *Ioan.* 3. Institutus est ad tollendam maculam peccati originalis contracti per primos parentes. Tollit etiam peccatum actuale, *c.* 3. *§. verum h. t.*

2 Materia ejus est aqua simplex, non ea, quæ ex herbis, fructibus, aut floribus distillata est, cùm non sit elementaris, uti requirit ipse institutor Christus. Ut non debeant censeri baptizati, qui aquâ rosaceâ sunt abluti, ut quibusdam sciolis hæreticis, veritatis & sanctæ antiquitatis osoribus moris est. Non ponunt etiam materiam lachrymæ, sputa, grando, glacies, nix, quia non est in his actu proprietas ablutiva. Quantitas ea desideratur, quæ ad ablutionem corporis, per aspersionem vel immersionem est sufficiens.

3 An autem totus puer immergendus sit aquæ, an vero tantùm ejus pars abluenda, sequenda est consuetudo locorum, quæ varia. In quibusdam enim totus aquæ immergitur, nisi obstet infirmitas. In quibusdam sufficit abluti partem principalem, scilicet caput, *arg. l. Cùm in diversis D. de relig. & sumptib. fun.* Quod & sufficit ablui in casu, quo caput tantùm apparet.

4 Ubi quæritur, An sufficiat baptizare manum vel pedem tantùm apparentem? R. Hoc aliquos velle, quòd anima sit in toto corpore, & qualibet ejus parte, *Gl. pen. in can. Proprio* 15. *De consecr. Dist.* 4. Navarr. *Cons.* 2 *h. t.* Quæ opinio videri posset procedere in casu, quo periculum est in mora, propter occultam Spiritus sancti operationem. Res alias est dubia. Unde si infans evadat periculum, & perfectè nascatur, iterum abluendus est sub conditione, ex comm[illegible] Theologorum sententia.

Alia hic quæstio est, An quis puerum [illegible] flumen projiciendo censeatur eum recte [illegible] tizare? R. Videri tutam & probabilem [illegible] rum opinionem, qui adfirmant, ex eo, [illegible] in tali baptizatione non inveniatur defe[illegible] sentialis; supposito, quod minister habe[illegible] ficientem intentionem baptizandi, & [illegible] rat integram formam, de qua mox, [illegible] eo tempore fiat contactus aquæ sufficie[illegible] baptismum, antequam puer moriatur. [illegible] obstat, quod ista immersio tendat ad [illegible] corporalem; qui satis est servari talem [illegible] tionis rationem ad vitam spiritualem. [illegible] 5. *in fine h. t.*

Forma est in verbis, *Ego te baptizo in* [illegible] *Patris, & Filii, & Spiritus sancti*; & in [illegible] mersione seu aspersione, *c. Propter* 85. [illegible] *cr Dist.* 4. quâ designatur una divinitas [illegible] na, pro consuetudine, *can. De trina* 80. [illegible] In hac tamen convenientius, propter [illegible] nem Trinitatis & triduanæ Christi [illegible] repræsentationem; *text. in d. can. De* [illegible] *can. Postquam vos* 28. *d. Dist.* 4. Contra [illegible] tudinem faciens, peccat quidem, non [illegible] tur tamen Sacramēti efficacia. Error [illegible] syllabarum non impedit formam, si [illegible] per ignorantiam linguæ Latinæ, & [illegible] sis, aliusve error, uti in hac specie, *In* [illegible] *tria, & Filia, & Spirita sancta*, respon[illegible] *Retulerunt* 86. *d. Dist.* 4 Addidit Eccle[illegible] dam solemnitates, quæ tamen omissæ [illegible] tiant actum, licet omittentem reddant [illegible] um peccato, nisi eum excuset necessitas [illegible] tamen nihilominus postea supplendæ.

Minister ex officio suo est proprius [illegible] chus, *can. Constat.* 19. *d. Dist.* 4 Absente [illegible] impedito potest baptizare Diaconus vel [illegible] Clericus; imo & laicus, & fœmina, in [illegible] tate, *can. Sanctum, can. In necessitate d. Dist.* [illegible] Seipsum nemo baptizat, ne quidem in [illegible] tate; *Gl. in can. Baptismi* 34. *Dist.* 4. quia [illegible] bet esse distincto inter agentem & [illegible] tem, *c.* 4. *h. t.* Tenet etiam baptismus [illegible] ab excommunicato, schismatico, hæretico, [illegible] *can. Sive hæreticis, can. Ostenditur, can.* [illegible] *Dist.* 4. neque enim ministri malitia [illegible] Sacramentum, *can. Baptizans, can.* [illegible]

Dist.

Dist. 4. licet non sine peccato petatur aut fiat: imò etiam à pagano, modo intendat citra simulationem id, quod intendit Ecclesia, *can. Solet. d. loco.* Non obstat *can. Quos à paganis* 52. *d. Dist.* 4. quia accipiendus de eo, qui baptizatus est à Sacerdote Jovis inhærente idololatriæ, qui non potest videri habuisse intentionem salutis remedium impendendi.

8 Ubi quæri posset, An in casu necessitatis sit extra periculum, petere baptismum ab hæretico, excommunicato, aut simili ab Ecclesia abscisso? R. Esse, qui negent licere hoc argumento, quod à tali non rectè conferatur sacramentalis absolutio. Verùm etsi non desint, qui putent in extrema necessitate eum non esse validum, quos citat Covarr. *ad c. Alma p.* 1. §. 6. *nu.* 9. tamen eorum opinio est improbata. Nec facit illud argumentum quo minus contrarium sit dicendum & tenendum, scilicet baptismum rectius susci à tali, quam omitti, per textum expessum in *can. Si quem fortè XXIII. q.* 1. ubi D. Augustin. laudat eum, qui in articulo mortis, non habitâ copiâ Catholici hominis, ab hæretico baptizari petiit, ut hac potius via salvaretur, quam periret. Non obstat argumentum in contrarium, quia in eo caussat impedimentum defectus jurisdictionis, quæ in baptismo non desideratur, sed sufficit adsit intentio, servetur debita forma & materia. Covarr. *d. loco* & Gutierrez. *Can. Quæst. lib.* 1. *c.* 1. *nu.* 55. Extra casum necessitatis petere à tali baptizari non est citra peccatum, ut & ab alio indigno, nec extra peccatum ipse baptizans, indigne tractans sancta.

9 Plures simul baptizare non possunt, uno proferente verba, altero abluente; quia in persona ministri debet repræsentari persona Christi, & ideo unica esse debet, sicut unus est Christus. Præterea si proferens verba, *Ego te baptizo*, simul non abluat, non evitabitur falsitas, cùm revera non baptizet. Si autem dicant, *Nos te baptizamus*, forma substantialis mutabitur.

10 Subjectum baptismi est homo rationalis tantum non baptizatus: neque enim iterandus baptismus, cùm character semel impressus sufficiat, quia indelebilis, *sup. De Sacram. non iteran. & Cod. Ne sanctum baptis. iteretur.*

11 *Quod de campanarum baptizatione fertur, à vulgo est profectum, cum non baptizentur, sed benedicantur. Nec facit, quod nomen ijs imponatur, uti in more est Christianis die lustrico baptizando nomen alicujus Sancti imponere, quo ejus patrocinio fultus excitetur sectari ejus vestigia; nam hoc vel ea ratione tantùm, ut à cæteris distinguantur, vel quod magis conducat ad pietatem, si voce alicujus Sancti, dicatur populus ad Ecclesiam convocari. Præterea cæremoniæ, quæ adhibentur, nihil commune habent cum Sacramento baptismatis; sed magis cum aliis vasorum benedictionibus in Ecclesia Catholica antiquo usu receptis, Vid. Del Rio. *De Magia lib.* 6. *c.* 2. *Sect.* 3. *qu.* 2. *circa fin. vers. Observa.*

Sit vere natus; nam licet in ventre existens 12
habeatur pro nato, ubi subest ejus commodum *l. Qui in utero D. de statu hom.* non tamen hac in materia: ut baptizari non possit, cum requiratur contactus & ablutio per aquam, quæ non habent locum in eo, qui aqua contingi nequit; matris autem baptismus illi prodesse nequeat, cum revera sit persona distincta ab illa, & animam habeat propria & distincta peccati macula affectam. Facit, quod renasci dici nequeat, qui non est natus, *can. Si quidquid, can. Qui in maternis* 115. *De consecr. Dist.* 4.

Oportet autem, extra casum necessitatis, 13
perfectè sit natus. In necessitate baptizari posse eam partem, quæ apparet, paulo ante dictum est. Non est autem necessaria propria nativitas; satis est homo baptizandus appareat. Quo modo exfectus ex ventre defunctæ matris rectè baptizatur. Dico, defunctæ; nam mater non est incidenda, licet morti proxima & subsit metus mortis infantis, quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona. Nisi fortè mater sit damnata ad supplicium, quod licet sit differendum in gratiam fœtus, *l. Prægnantis* 3. *D. de pœnis* ne innocens una cum facinorosa matre luat; ut & quæstionibus gravida non subjicitur, ne fœtui quid detrimenti adferatur, Paul. 1. *Sent. tit.* 12. §. 5. Si tamen dilatio appareat obfutura fœtui, videtur accelerandum supplicium. Cum enim dilatio sit in favorem prolis indulta per legem, si ejus operatura videatur detrimentum, rectè aufertur, ne quod inventum in cõpendium operetur dispendium; qua in re prudentis, & experti Medici judicio est utendum.

Nec poteſt hic ulla videri matris injuria, cùm ſit damnata.

14 Præterea oportet ſit vivus: neque enim mortuo poteſt prodeſſe baptiſmus, licet altero pro eo reſpondente, qui ſit quaſi fidejuſſor, cùm pro eo, qui non eſt, nemo fide jubeat. Facit, quod dixerit Chriſtus: *Qui crediderit & baptizatus fueris, Docete omnes gentes*, & ſimilia, quæ ad vivos referuntur. Eſtque certum fidei principium, ſolum præſentis vitæ tempus eſſe deſtinatum omnibus hominibus, ut in eo gratiam & omnium peccatorum remiſſionem conſequantur, per rectam fidem, & bona opera, ſine quibus fidem eſſe mortuam, Catholica & vera habet ſententia.

15 Baptiſmi capacem eſſe adultum extra dubium eſt: cui ut dignè baptiſmus conferatur, præter voluntatem eum ſuſcipiendi, neceſſaria eſt diſpoſitio conveniens ſanctitati Sacramenti. Confertur enim per baptiſmum gratia, quam non participat niſi debitè diſpoſitus; licet ad characterem Sacramenti iſta diſpoſitio non deſideretur, nec voluntarius conſenſus ſit neceſſarius, cum & character imprimatur metu coactis, ut inferius dicetur.

16 De infantibus quæſitum, An ſint capaces baptiſmi? R. Hæreticos quoſdam negare, ante uſum rationis hominem eſſe capacem baptiſmi: quem errorem ſuum probant. Primò, ex D. Marco, *c. fin.* in verbis *Qui crediderit, & baptizatus fuerit*; quæ præſupponunt fidem, quæ nequit eſſe in parvulis ratione carentibus. Secundò, quod non expediat eos baptizari, ex eo, quòd, cum ad rationis uſum pervenerint, debeat iis eſſe liberum, permaneant in fide Chriſti, nec ne, cùm fides ſit libera. III. Quod nullibi in ſacra Scriptura præcipiatur parvulorum regeneratio, nec nullibi legantur, inveniantur à Chriſto aut Apoſtolis ejus baptizati. Verum Chriſtiana & Catholica ſententia habet, rectè eos baptizari, *can Baptizari 3. Diſt. 5* quam vetus traditio, generalis conſenſus & definitio Eccleſiæ approbavit, cui potius ſtandum, quam quorumdam novatorum ſomniis, quorum opinio damnata, *can. Placuit 153. De conſecr. Diſt. 4.* & per Trid. *Seſſ. 7. c. 13. De Baptiſ.* Suarez *ad 3. p. D. Th. qu. 68. Diſp. 25. Sect.* 1. Pro hac ſentẽtia adducitur argumentum ſumptum à circumciſione, quæ fuit figura baptiſmi, cujus capaces erant parvuli in lege veteri, quatenus ere[illegible] mentum legis veteris. Ut multò magis [illegible] paces baptiſmi in lege nova, qui ſucceſſ[illegible] cum circumciſionis, juxta argumentum [illegible] gatorium; præcipuè cum lex gratiæ [illegible] nior & univerſalior, neminem excl[illegible] hoc beneficio, quod eſt remedium neceſ[illegible] ad vitam æternam. Quo modo rectè [illegible] *c. 3. h. t. Abſit*, inquit, *ut univerſ[illegible] reant, quorum quotidie tanta multitudo [illegible] tur, quin & ipſis miſericors Deus, qui [illegible] vult perire, aliquod remedium procura[illegible] ſalutem.*

Non obſtat primum argumentum [illegible] quod ibi dicitur, ad adultos quidem [illegible] non excluſis parvulis. Illis enim præ[illegible] erat Evangelium, ut converterentur, [illegible] cleſiam venirent, ſecum adducentes [illegible] vulos, qui licet per ſe non poſſent cred[illegible] derent tamen per offerentes, quorum [illegible] prodeſt, *can Parvuli 73. cum ſeq. d. Diſt.* [illegible] quidem per modum neceſſariæ diſpoſ[illegible] ſed quia per eum fit, ut iis applicetur [illegible] mentum fidei.

Non obſtat ſecundum; quia rectè Ch[illegible] infantes per baptiſmum ſubjecit Eccleſiæ [illegible] vorem fidei ſine eorum injuria: tum [illegible] ipſo, quo naſcuntur ex Chriſtianis [illegible] tatis ſunt ſubditi Eccleſiæ: tum quia [illegible] hoc negotium cedit in eorum bonum & [illegible] tatem, ſine ullo onere, cum teneantur [illegible] vino Chriſti fidem profiteri, ubi ad ratio[illegible] ſum pervenerint.

Non procedit etiam tertium; tum [illegible] gumentum ab auctoritate negativè [illegible] cedit, ut tradit Everardus in *Loco ab auct[illegible] nu. 17.* ut ſatis ſit non haberi contrarium [illegible] quia ſatis id ipſum colligitur ex aliis loc[illegible] quibus mentio aliquot millium bapt[illegible] rum, etiam integrarum familiarum, [illegible] no ſit veriſimile, inter alios fuiſſe pueros. [illegible] habet totius Eccleſiæ auctoritas & [illegible] ſolus ſufficit ad deliria hæreticorum [illegible] denda.

Ex dictis patet, in utero materno [illegible] tes, aut jam natos ſine baptiſmo ſalvos [illegible] non poſſe; quod adſerit S. Auguſtinus [illegible] 3 & *can. Regenerante d. Diſt. 4.* propter [illegible] le dictum Chriſti, *Niſi quis renatus fuerit* [illegible]

qua & Spiritu sancto, non introibit in regnum Dei. Joan. 13. qua generalitate nec sexum nec ætatem excludit, ut ait Pont. in c. 3. *h. t* Non desunt tamen natututi quidam, omnia suo cerebro metientes, qui infantes negant sustinere pœnam damni, eò quòd non respondeat divinæ misericordiæ, damnare eos quos necessitas exclusit à baptismate. Sed meminerint eius, quod dicit Apostolus, natura nos esse filios iræ; unde necesse est, ponatur aliquod medium, per quod fiamus filij gratiæ. Illud autem tantum est hoc Sacramentum, ideo etiam parvulis necessarium, in eorum quippe etiam gratiam institutum à Deo, secundùm Innoc. in *d. c. 3* ut rectè Augustin. adserat, nullum Christianorum dicere, inaniter infantes baptizari, *can. Baptismi 34. de consecr. dist. 4.* Quò legantur aliqui sine baptismo salvati, ut latro, & alij, est, quòd per baptismum flaminis & sanguinis sint consecuti salutem, *d. can. 34.* & sic per medium aliquod priùs consecuti gratiam. Quo posito, conveniens est, non nimium differre baptismum infantium, propter periculum, nisi sit causa.

18 Quæsitum & de infantibus infidelium, an sint baptizandi? Resp. Posse baptizari, si saltem alter parentum sit Christianus, quia ejus conditionem sequitur proles. Quod ita decretum per Canones in favorem filij, uti dictum sup *de convers. in fidel. num. 3.* Ut Ecclesia habeat jus compellendi parentem Christianum, ut prolem baptizari curet, quæ sequatur religionem Christianam, *can. Iudæi XVIII. q. 1.* Et hoc, si proles fuerit intra annos discretionis; nam si eos attigerit, relinquenda est suo arbitrio, nec ad fidem cogenda. Nemo enim usum habens rationis cogendus ad fidem suscipiendam, quæ libera esse debet; faceretque coactio exterius & simulatè videri susceptam fidem, sine effectu interiore, & non sine detrimento publico. Si parentes fidem semel susceptam deserverint, ut ipsi possunt cogi ad Ecclesiam redire, propter jurisdictionem spiritualem semel in eos adquisitam, etiam pœna mortis proposita, ita etiam cogere eos licet, ut liberos baptizari curent, ijsque etiam invitis eos baptizare. Si neuter parens sit subjectus Ecclesiæ, verius est, non posse baptizari eorum liberos, nisi saltem eorum alter consenserit, qui hac in parte præferetur renuenti, *c. sicut inf. de Iudæis.* Nam cum parentes cogendi ad fidem nulla sit ratio, non etiam est eos privandi suis juribus, inter quæ ponitur patria potestas, citra cujus injuriam non rectè conferetur liberis baptismus; cum eorum liber usus non foret parentibus, à quibus essent avocandi. Neque enim sine sacrilegio apud istos baptizati relinquerentur, cùm moraliter loquendo non possint sub cura parentum infidelium educari, quin eorum imbibant errores[D. Th. 2. 2. *q.* 10 *art.* 12. cui contradicit Zasius in *tract. de Iudæis*, à plerisq; reprobatus. Ipsi liberi, ubi ad discretionis annos pervenerint, rectò baptizari petunt, etiam parentibus invitis, quorum potestati aut arbitrio, quoad hanc rem, non subjacent. Servorum infidelium liberos verius est à parentibus separatos posse per dominos baptizandos dari, ex vi potestatis & dominii in servos. Dico, separatos; quia si talium parentum curæ relinquentur, periculum foret apostatandi à fide per baptismum susceptæ, propter conversationem & familiaritatē cum ijs, quos verisimile est non cessaturos à superstitiosis actionibus & ritibus suæ religionis circa filium. Pagani sub principibus Christianis degentes, ijsque subjecti quoad jurisdictionem temporalem, ad baptismum per eos cogendi non sunt, cum fides sit libera, & sine fructu quis invitus ad baptismum transiatur. Quorum etiam liberi, ijs invitis, non recte per principes dantur baptizandi, ex causa jam dicta: retinent enim dominium rerum suarum, quo non privandi sine causa, quam non ponit baptismus, ad quem se non extendit politica potestas. Quin autem servi, invito domino; subditi, reclamante Principe rectè baptizentur, non est dubitandum, cùm eatenùs non sint subjecti, & graviter delinquat impediens profectum alicujus spiritualem. Vid. de his latiùs Suarez. *d. disp. 25. Sect. 3. 4. & 5.*

Q An amens & furiosus sit capax baptismi? Resp. Cum distinctione: nam vel ante amentiam aut furorem constitit de voluntate recipiendi baptismi & rectè confertur *c. 3. §. item quæritur h. t.* quod regulariter homo in ejusmodi eventibus maneat in eadem dispositione voluntatis, in qua reperitur, *l. Patre in fine* 19

D de his, qui sunt sui juris: vel de voluntate non constitit, & baptismus ei nihil proderit, cùm habeatur invitus, *d. §. item quaritur.*

20 Denique quærat aliquis, An teneat baptismus coactè susceptus? R. Tenere, *d.c. 3. & can. De Iudais dist.* 45. quatenus non est collatus vi præcisâ, quæ voluntatem omninò impedit, sed conditionata tantum, quæ metum quidem ponit, non tamen voluntatem aufert, secundùm dicta sup *de his quæ vi &c.* ut sufficiat ad susceptionem characteris baptismi, & fidei professionem ponat.

21 Baptizandus itaque est non baptizatus, non etiam baptizatus. Quod si tamen nesciatur puer baptizatus, veluti si sit expositus, rectè illi conferetur baptisma, cùm non possit intelligi iteratum, quod nescitur collatum, *can. Parvulis* 110. *cum seq. de consecr. dist.* 4. In dubio quoque, an baptismi forma debitè sit adhibita, uti frequens hoc tempore, quo circa formam & materiam sectarii nostri variant, poterit sub conditione iterari, *c.* 2. *h. t.* Cæremoniæ omissæ ex causa necessitatis, quæ subierat postea rectè supplentur.

TITULUS XLIII.

De Presbytero non baptizato.

SUMMARIUM.

1. *Ordinari non baptizati nequeunt.*
2. *Baptizatum se probabiliter credens habetur pro baptizato.*
3. *Martyrium supplet baptismi effectum.*

1 REliquorum Ordinum janua est baptismus; ut inutiliter conferantur non baptizato, cum characterem non imprimat eorum collatio, baptismo non prævio, *c. 1. & fin. h. t.* ut taliter ordinatus sit baptizandus, & de novo ordinibus initiandus.

2 Probabiliter baptizatum se credens, si sine baptismo moriatur, cùm sufficienter Christum sit confessus, & baptismum non tam contemptu (qui omninò amoveret conversionem cordis) quàm necessitate omiserit, pro baptizato habetur, *c. 2. h. t.* Idem in iis, quos temporis angustia excluſit, *can. Baptismi 34 de consecr. dist.*

4. * Et qui propter confessum Christum [illegible] untur ad martyrium, quod supplet baptis[illegible] fectum. Quò facit, quod ait Christus, Luc. *Quicumque perdiderit animam suam [illegible] me, vivificabit eam.*

TITULUS XLIV.

De custodia Eucharistiæ, Chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

SUMMARIUM.

1. *Eucharistia & Chrisma cur servan[illegible] tur.*
2. *Vestimenta Ecclesiæ, vasa &c. mund[illegible] vanda.*

SErvandum hic dicitur Euchari[illegible] mentum in Ecclesia nitidè, cum hon[illegible] reverentia, ut, ubi exigit necessitas, [illegible] jus sit copia. Servandum & Chrisma [illegible] cramentum Unctionis, quod conficitur [illegible] piscopo in die cœnæ Domini, *c. Terr[illegible] sup. de celebrat. Miss.* ut & hujus sit copia [illegible] lante necessitate ægrotorum, ad quos [illegible] dum decenter, lumine prævio. Conse[illegible] tem duo hæc Sacramenta jubentur [illegible] custodia, ne quid nefarium circa ea com[illegible] tur. Incautè ea relinquens, tribus mens[illegible] officio suspendendus, &, si nefandu[illegible] circa illa commissum, gravius punien[illegible] *1. h. t.*

Sunt & mundè adservanda vestimen[illegible] clesiæ, vasa, & cætera ornamenta, ne [illegible] genter habitis contemptus, uti adsolet, [illegible] rum inducatur, *c. 2. h. t.* ubi prohibetur [illegible] lecti laicâ, propria sive aliena, onerare [illegible] silicam, nisi incursus hostilis aut repen[illegible] cendia id exigant.

TITULUS XLV.

De Reliquiis & veneratione Sanctorum.

SUMMARIUM.

1. *Sanctorum corpora honoranda.*

2. *Sanctorum reliquiæ in altari consecrato an necessariò recondendæ?*
3. *Sanctorum intercessio adserta à Patribus.*
4. *Reliquiæ SS. qualiter adservandæ, & quando quis pro Sancto habendus ac colendus.*
5. *Decretum Concilii Trid. circa hanc rem.*
6. *Sanctorum cultus & imaginum veneratio probatur.*
7. *Satisfit objectionibus sectariorum.*

1 SAnctorum hominum corpora digna esse honore, nemo recti sensus ambigit, tum quòd spiritus Dei in iis habitaverit; tum quod eorum intercessione non paucos sublevatos à suis angustiis, & corporum attactu sanatos fuisse constet. Si enim sudariis, & semicinctiis D. Pauli, etiam à corpore ejus separatis, tantam vim attribuerit Deus, ut faceret recedere languores, egredi spiritus nequam, *Actor.* 19 si umbræ corporis D. Petri datum, ut ab infirmitatibus liberaret, *Actor.* 5. quidni & ipsis corporibus tantùm attribuere potest, ut eorum tactu redeat pristina sanitas, hoc modo honorando eos, qui ejus secuti sunt vestigia? Quomodo & eorum reliquias pretiosas dicit Basilius Magnus: & Leo Imp. *l. Decernimus 26. Cod. de Episcopis & Cler.* eas non in locis voluptatis, sed religiosis templis reponi jussit, & Catholica Ecclesia à sui initio summa cum reverentia est prosecuta. Vide Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 10. cap. 8. qu. 2. & seqq.* Sanch. in Decal. *lib. 2. c. 43.*

Fuit & in usu, Sanctorum Martyrum reliquias poni in altari consecrato, quòd eorum patrociniis sæpè loca defendantur.

2 Ubi quæritur, an hoc sit essentiale? Resp. Esse, qui id velint, motos per *can. Placuit. 26 de consecr. dist. 1.* quo jubentur altaria per agros & villas dirui, in quibus non probantur conditæ Martyrum reliquiæ: alios velle, cum desunt reliquiæ, recondi debere particulam hostiæ consecratæ. Verùm hoc esse indecens & improbabile, nec posse fieri, respondisse consultum Innoc. Pa am, tradit Abbas, in *cap. 1. num. 2. sup. De consecr. Eccl.* Attamen licet decens sit, ut, si haberi possint reliquiæ, recondantur, non tamen est de substantia consecrationis, etiam supposito præcepto, quod non ponit substantiam, & cessaret in tanta templorum & altarium multitudine, ut impleri non possit. Suarez in *p. 3. D Th. qu. 83 disp. 81. Sect. 5. circa fin. vers. Sed ulterius* Nihil facit *d. can. placuit*, qui tantùm vult altaria, tamquam memorias Martyrum constituta, si in iis nullum corpus Martyris aut reliquiæ sint, everti, idque ne falsæ religionis intuitu decipiatur populus.

De intercessione Sanctorum quàm magnificè senserint non tantùm Patres occidentales, 3
sed & orientales, videre est apud Bellarm. in *Apologia pro Respons. sua ad lib. Iacobi Anglie Regis cap. 1.* ubi refert eorum testimonia, & in *Controversiis, Contr. 7. de Sanctis lib. 1.* atque, ut SS. Patrum testimonia prætereamus, docet quotidiana experientia Deum operari mirabiles effectus in locis, ubi reliquiæ Sanctorum sunt reconditæ. Ut judicandi sint spiritu insaniæ & furoris præcipites ferti vigilantius, & alii, ejus & nostri temporis sectarii, etiam regiâ fulgentes dignitate & potiùs exorcismo quam refutatione indigere, istos effectus arti magicæ attribuentes.

Voluit autem Ecclesia antiquas reliquias ad- 4
servari decenter in ipsis Ecclesiis, atque in capsulis suis, venerationis ergò, certis diebus publicè exponi, non tamen extra capsam ostendi, *c. 2. h. t.* Mandat caveri abusus, quæstus causa, qui non rarò audaciam hominum eo adducit, ut etiam sanctissima quæque violare non vereatur, cum gravi tamen scandalo & sacrilegii reatu. Unde & vetitum ne quisquam reliquias inventas venerari publicè præsumat, nisi per Rom. Pont. approbatas, *d. cap. 2.* aut aliquē pro Sancto habere vel colere, etiam si miracula appareant vel potiùs facta dicantur, nisi quem, præmissa diligenti inquisitione super vitæ & factorum probitate, ac miraculorum veritate Pontifex solemni ritu, quem ἀποθέωσιν sive Canonizationem vocant, Sanctorum numero adscripserit, *cap. 1. hoc tit. c. Venerabili 9. sup. De testibus*, ne contingat diabolica fraude pro Sanctis coli, quos vita non commendat, ut in *d. cap. 1.* Quod accipe quoad cultum publicum: nam privatim quis coli potest, & variis privatus cultus exhibitus ante canonizationem, propter vitam præviam, & subsequentia miracula. Et hoc, ut de novo quis loco Sancti colatur.

Circa

5 Circa quod an quid sit mutatum per Trid. quæritur? Resp. Id posse videri ex *Sess. 26. in decret. de invocat. Sanct.* licere scilicet Episcopo reliquias Sancti antiqui nondum canonizati approbare, atque eas publicè venerandas exponere, quia quando certum est, esse canonizatum, licebat id Episcopo jure communi, ut tradit Abbas in *c. 2. in fine h. t.* Ut nisi Trid. accipiamus de privilegio Episcopis dato, de novo inventas reliquias Sancti alicujus non canonizati approbandi, sit futurum frustraneum, ut nihil de novo concedens, cùm privilegii verba aliquid debeant operari, *c. si Papa 10. de privil. in 6.* Verùm dicendum, nullum privilegium esse Episcopis concessum quoad approbationem reliquiarum Sancti nõ canonizati, & earum venerationem, quandoquidem Concilium Generale sub Innoc. III *cap. 2. h. t.* expressè statueerit, nullas reliquias venerandas esse, nisi Rom. Pontificis auctoritate approbatas. Cui non potest dici derogatum per decretum Conc. Trident. cum nulla contineat verba derogantia: ut cum correctio juris veteris sit evitanda, potiùs secundùm *d. c. 2.* continens jus vetus, sit intelligendum dictum decretum continens novum, si expressè non adversetur, *arg. l. sed & posteriores D. de legib.* Potest autem hoc in casu commodè intelligi jus novum de reliquiis novis alicujus canonizati, non etiam necdum canonizati, ab Episcopo approbandis, eo quod in *d. c. 2.* posterius tantùm detur Rom. Pontifici. Ut ita commissum sit Episcopis reliquias noviter inventas & miracula alicujus canonizati, aut de cujus sanctitate ex universali Ecclesiæ consensu constat, approbare. Est enim intentio Concilii formam præscribere Episcopis, quam servent, inquirendi super reliquis & miraculis novis & Sancti jam approbati, & ea approbandi, non etiam jus pristinum immutandi, concedendo; ut Episcopi canonizare de novo possint. Vid. Sanchez *d. c. 43 n. 10. & seqq.* Suarez *in p. 3. D. Th. q. 53. dist. 55. Sect. 2. vers. Sed quæret aliquis.*

6 Ex eo autem, quòd Sanctorum invocatio multos solatio fuerit, eorum memoriam ab initio celebravit Ecclesia, permisitque imagines Sanctorum sculpi, in templis collocari, iis deferri signa submissionis, non ut talibus, quia sunt ligna & lapides, sed ut repræsentantibus sanctos Dei amicos, ad quos ut prototypos [illegible] currit honos, & per eos ad Deum, qui in [illegible] suis colitur. Permisit etiam templa Deo [illegible] ficari in memoriam & honorem Sanctorum [illegible] supra eorum reliquias & corpora altaria [illegible] strui, super quibus non ipsis Sanctis, sed Deo [illegible] cruentum sacrificium offeratur: ut ea [illegible] tate & Deo pro illorum victoriis gratia [illegible] dantur, & nos ad imitationem talium [illegible] rum, & palmarum, eodem in auxilium [illegible] to, excitemur. Excitat enim ad virtutem [illegible] tem, Dei cultum memoria illorum, qui [illegible] celluêre. Nec est, quod Hagiomachi & [illegible] clastæ impii, Dei & publicæ quietis [illegible] hominum seductores, mendaci & bla[illegible] ore effutiant, nos simulacra colere, more [illegible] corum, qui dolis suis, quæ non erant, [illegible] num, lapides, argentum & aurum, opera [illegible] um hominum, quibus erant aures os, [illegible] res, manus, pedes, non tamen loquebantur [illegible] audiebant, non videbant, non odorabant [illegible] pabant, ambulabant, juxta Regium [illegible] tam Psal. 113. qui, inquam, idolis talibus [illegible] buebant divinitatem, iis supplicantes [illegible] sito, illa adorantes, victimas cædentes [illegible] men fabros, qui illa fecerant, contemnentes [illegible] ait Seneca, *in Moralibus*, cujus fragmentum refert Lactant. *lib. 2. Divin. Instit. cap. 2.* [illegible] nos nihil divinitatis iis attribuamus, [illegible] cè edocemur, cultum latriæ soli Deo [illegible] mus, illique soli deberi agnoscamus [illegible] cemus: duliæ tantum cultu Sanctos [illegible] quentes, atque imagines honorantes [illegible] tantùm, quia repræsentent ipsum Deum [illegible] nobis crucifixum, & Sanctorum ejus [illegible] & gesta. Edocti enim sumus Catholici [illegible] cemur indies, quòd secundùm vulgatum [illegible] siculum:

Hoc Deus est, quod imago docet, sed [illegible] ipse;
Hanc videas, sed mente colas quod [illegible] ipsa.

Si quid in imaginum veneratione & [illegible] perstitionis per simplicitatem aut [illegible] nem irrepserit, hoc omninò tollendum [illegible] districtè mandatum est Episcopis, & [illegible] tendum, ne quid inordinati, profani, [illegible] honesti circa illas depingendas appareat [illegible]

Con. Trident. *Seſſ. 25. de invocat. & venerat. Sanct.* Ut abuſum fruſtra culpantes, uſum abominentur ineptiſſimè noſtri ſectarii: qui ſciant nos memoriæ cauſa imagines Sanctorum habere, eo modo, quo veteres Romani parentum ſuorum imagines in Thecis ſervabant & quidē fumoſas, ad excitandos ſcilicet animos ſuos ad virtutis eorum imitationem. Pulcher locus eſt apud Salluſtium *de bello Iugurth. in pr.* quem ethnicum licet audiant iſti novatores, qui ſactos & Chriſtianos audire renuunt: *Sæpè*, inquit, *audivi Q. Maximum, P. Scipionem, præterea civitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere, cum majorum ſuorum imagines intuerentur, vehementiſſimè ſibi animum ad virtutes accendi: ſcilicet non ceram illam, neque picturam tantam vim in ſe habere, ſed memoriâ rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neque ſedari, quàm virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit.* Si ita propter gloriam hanc mundanam & perituram illos excitarunt imagines, quidni nos excitent, propter gloriam perpetuam.

7 Non rectè objiciunt nobis ſectarii primum Decalogi præceptum, *Non facies tibi ſculptile*; ſubjungitur enim, *ut adores illud*, cultum ſcilicet latriæ attribuendo, quem minimè iis attribuimus, tantùm deferentes cultum duliæ, uti expreſſum *can. Venerabilis 28. de conſec. diſt. 3.* quem ne ipſi quidem deferre dignantur. Nec malè, cum eorum imitari exempla nolint, ſed potiùs per fas, per nefas ad quævis ferri, ſacra profanis miſcendo, ut docet experientia, quaſi non foret Deus. Mirùm, quàm multum ſibi placeant in ſtatuto Concilii Eliberitani, quod habet, non eſſe adorandas imagines, & quo reprobantur etiam picturæ, *can. 36.* nam illud tantum eſt Provinciale, per paucos celebratum, & dubiæ fidei, cùm illius temporis & loci Scriptores imaginibus adverſantes ejus mentionem non fecerint, quam non neglexiſſent, ſi bonæ fidei fuiſſet. Baron. *t. Annal. an. 57. num* 120. Ad Franco furdienſe Conc. quod attinet, quo damnatur ſeptima Synodus Generalis, quæ admittebat cultum imaginum *, non eſt approbatum quoad eam partem, imò reprobatum ab Hadriano Pont. Bellarm. tomo 1. *de Concil. lib.* 1. c. 7. *in fin.* Quantum ad duo Concilia ſub Leone III. & Conſtantino Copronymo Impp. Iconomachis, non Concilia, ſed conciliabula fuere, in quibus impiorum Impp. dominabatur voluntas, non ratio aut Spiritus ſanctus, ut meritò fuerint reprobata.

TITULUS XLVI.

De Obſervatione Jejuniorum.

SUMMARIUM.

1. *Jejuniorum uſus in Eccleſia Catholica.*
2. *Jejunium Quadrageſimæ, & quatuor Temporum.*
3. *Obligant hæc ſubreatu mortali.*
4. *Niſi parvitas materiæ excuſet.*
5. *Jejunia peculiaria loci quos obligent.*
6. *A quibus abſtinenaum.*
7. *Die Dominica non jejunandum.*
8. *A jejunio minor ætas quos excuſet.*
9. *Non excuſat ætas illa profeſſos juniores.*
10. *Senium quando & quos excuſet.*
11. *Cauſſa alia excuſantes à jejunii obſervatione.*
12. *Refectio una de die quando ſumenda.*
13. *Refectiuncula Veſpertina.*
14. *An ea prandii tempore uti liceat, prandio dilato in veſperam?*
15. *Jejunium naturale SS. Euchariſtiæ præmittendum.*
16. *Jejunium Vigiliarum.*

AD placandum divinum numen orationes & jejunia valere, tenet Catholica Eccleſia, nec eſt ambigendum niſi iis, quibus opera bona diſplicent. Strictè ea obſervarunt Judæi, ut videre eſt apud Baron. *Tomo 1. Annal. an. 34. num.* 154. *& ſeqq.* Apud Gentiles quoque in uſu fuiſſe, ad divinum numen placandum, tradit Halicarn. *lib. 1.* Uſſel. ad Covar. *4. Var. c. 20. n. 6.* Obſervavit & Eccleſia ab ortus ſui initio ſtrictiſſimè, ut patet Act. 13. ubi dicitur. *Jejunantibus autem illis, &c.* Ut curandum non ſit Catholicam Eccleſiam videri hac in parte à reprobi ſenſus hæreticis, quibus omnia gratiora, quàm opera pia carnem mortificantia, quibus divinum placetur numen. Qui tamen verè riſu digni, quòd cùm ejuſmodi Eccleſiæ ſtatuta per plurima ſæcula obſervata abjiciant, tamquam hominum inventa ſubjiciant, tamen ſe mandatis perditiſſimorum quorum-

dam & vilissimorum homuncionum, indicentium pro suo lubitu orationes & jejunia; credo, hoc meliora, quo magis nova mandata, quæ vulgariter appetunt.

2 Observat autem Ecclesia jejunium in Quadragesima, ex Apostolica institutione, ut videre est ex Canone Apostolico LXVIII. Covar. *d. c.* 20. *num.* 4. Joan. Filesac. *Tract. De Quadragesima Christiana cap.* 1. Item quatuor anni temporibus, quibus Ordines conferuntur, etiam ex Apostolica institutione, *can.* 1. *&* 4. *dist.* 76. ut probat Baron. *tomo* 1 *an* 67. *num.* 206. Covarr. *d. c.* 20. *n.* 9 Azor. *Instit. Moral. p.* 1 *lib.* 7. *c.* 14. Præcipit & Ecclesia jejunia in professis quorumdam Sanctorum, *c.* 2. *h. t.*

3 Tenentur ad ea omnes, sub reatu mortali, ut tradit Covarr. *d. c.* 20. *n.* 10. quod Canones & constitutiones Ecclesiasticæ, *can Non liceat, can. non oportet de consecr. dist.* 3. *can. Quadragesima dist.* 5. jejunia indicentes contineant præceptum, cujus in materia gravi, uti hæc, transgressio mortalem ponit culpam, secundùm omnes, etiam secluso contemptu Abbas in *Rub. hic num.* 11 *&* 12. Azor. *d. lib.* 7. *c.* 8. *qu.* 2. San-
4 chez. *in Decal. lib.* 1. *c* 4. *num.* 11. * Excusabit tamen à mortali parvitas materiæ: nisi modicus cibus sæpè iteratus notabilem comestionem ponat per continuationem singularum partium, quæ plures parvæ faciunt notabilem violationem. Diversis diebus modica comestio non ponit continuationem, atque ita non magnum reatum.

5 Sunt & jejunia quædam consuetudine locorum inducta, aut diœcesano statuto, quæ tantùm obligant ibi existentes, licet non incolas, modò ibi maneant, quia quisque obligatur legibus loci, Navarr, *in Summa c.* 23. *n.* 120. Less. *late de Iust. & Iure lib.* 4. *c.* 2. *dubit.* 7. *num.* 50.

6 Non mandat autem jejunium, de quo agimus, abstinentiam omnis cibi, sed certi generis tantùm uti carnis, lacticiniorum. Quod & obtinet in feriis sexta & Sabbathi, nisi in eas incidat festum Nativitatis Domini; tum enim ex generali Ecclesiæ consuetudine licitum vesci carnibus, propter Festi excellentiam: exceptis iis, qui voto aut regulari observantiæ sunt adstricti Vide dicta sup. *ad tit. de voto n.* 56. & Suar. *eod. Tract. lib.* 4. *c.* 20, *n.* 5. Extra reprehensionem tamen sunt & alii ob devotionem [illegible] nentes, *c. fin. h. t.*

Die Dominica jejunium superstitio[illegible] dicatum, ob gaudium resurrectionis, [illegible] *presbyter dist.* 30. Baron. *Annal. Tom.* 1. [illegible] *n.* 202. In quem si inciderit jejunium, [illegible] professi alicujus Sancti, incidentis in [illegible] Feriam, removebitur in diem Sabbathi, [illegible]

Excusat ab hac jejunii observatione [illegible] bilis causa, quàm primò ponit minor [illegible] Innoc. *hic in Rub.* vult pueros doli [illegible] neri legibus: cujus dictum verum est [illegible] stinentiam à carnibus, aliàs communis [illegible] tia est S. Thomæ 2. 2. *q.* 242. *art.* 2. [illegible] adolescentes ad jejunium ante vicesimum [illegible] mum annum exactum, qui tertium [illegible] tennium completum, quod ad eam [illegible] tem soleant adolescere, ut indigeant [illegible] ùs sumpto. Nav. *in Summa c* 21. *n.* 16 [illegible] 7. *c.* 17. *n.* 2. Less. *d. loco dub.* 6. *n.* 40.

Quid si professos ante eam ætatem [illegible] obstringat jejunare? R. Eos teneri, [illegible] læ, quæ non minùs obligat, quàm [illegible] stinctè postea etiam comprehendat [illegible] Azor. *d. c.* 17. *q.* 4.

Ab iis jejuniis, quæ indicuntur a Rom. [illegible] causa jubilæi, non sunt exempti [illegible] commodo jubilæi frui velint, quia [illegible] loco conditionis, quæ necessariò [illegible] consequendum finem.

Excusat & senium. Ubi dubitatur [illegible] no senes eximantur ab hac obligatione [illegible] Istud non esse definitum, alios enim [illegible] septuagenarios tantùm; alios etiam [illegible] rios; quorum opinio benignior, favens [illegible] ejus ætatis sunt, quæ jam prolabi incipit [illegible] les, ut nequeant simul totum alimentum [illegible] turæ sufficiens sumere, illudque ob [illegible] deficientem concoquere, ut proinde [illegible] ori cibo indigeant, eoquæ sæpius sumpto [illegible] hoc quoad frequentiam, nam à carnibus [illegible] cticiniis abstinere debent, Nav. *d. loco* [illegible] *c.* 17. *q.* 4. Hæc ita in viris, etiamsi [illegible] antur, ut non tam præsenti quàm [illegible] tui consulatur. Fœminis, eum citiùs [illegible] cant, citiùs habiles sint ad generandum [illegible] tiùs etiam cessent & senescant, anno [illegible] quinquagesimo ætatis, cum vir habilis [illegible] que ad annum sexagesimum, videtur [illegible]

benda minor ætas, ſcilicet 50. annorum, qua ſolvantur a jejunandi obligatione. Verùm ut hoc ſit probabile, tamen in diſcriminatim recepta ſexagenaria ætas. Vid. Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 32. n. 16. & 17.*

11 Excuſat & ægritudo, & infirma valetudo, dolores capitis, oculorum vertigines, ſi ſint notabiles, quas auger abſtinentia, qua in re Medicorum conſilio ſtandum. Excuſantur item prægnantes fœminæ, quæ cibo indigent frequentiore, non tam ſuo quàm fœtus nomine. Idem eſt in nutrientibus infantes. Idem & in iis, qui graves labores ſuſtinent, ut agricolæ, fabri ferrarii, lignarii, cœmentarii, & ſimiles laboriosas artes exercentes. Facit enim immodicus labor non ſufficere iis ſemel ſumptum cibum: ut quibus eſt ars non laborioſa, nequaquam excuſentur, cujus ordinis ſunt ſartores, pictores, barbitonſores, Advocatos, Scholaſticos, Notarios, Scribas, non rectè exceperis, quòd eorum labor non cenſeatur magnus. Si tamen & hi non poſſint aliàs oneri, quod iis incumbit & perficere eſt neceſſe, ſatisfacere, videntur futuri extra culpam. Excuſantur etiam mendici ſæpius comedentes, ſi nequeant tantùm corradere, quantum uni comeſtioni ſufficit, Vid. de his Navar. *d. c. 21. nu. 16.* Azor. *d. c. 17. qu. 5. & ſeqq.* Leſſ. *d. dubit. 6. n. 40. & ſeqq.* Sic & excuſantur illi, quibus cibus alius non ſuppetit, quàm interdictus, ſi illo veſcantur, quia non habet neceſſitas legem, modò evitetur ſcandalum: & ita expreſſum in *c. 2. h. t.* quod habet, indulgeri quoque poſſe eſum carnium diebus prohibitis, etiam in Quadrageſima ſi neceſſitas exigat. Excuſat præterea conſuetudo, aut privilegium, permittens licentiam veſcendi lacticiniis in diebus Veneris & Sabbathi, etiam in Quadrageſima, aut ovis: item extis aut exterioribus animalium partibus, quibuſdam in locis, ut in Hiſpania diebus Sabbathinis,

12 Hæc ita de jejunio Eccleſiaſtico, quod unam tantùm refectionem admittit de die, quæ non ſumenda ante tempus prandii, vel non niſi ſub meridiem. Quod tempus non ſine peccato quis antevertit & quidem letali, ſi ſit notabile, ſcilicet unius horæ; niſi juſta cauſa excuſet ut iter inſtans, aut alia juſta occupatio, aut cauſa Navarr. *d. c. 21. n. 27.* Covar. 4. *Var. c. 20. n. 14. in fine.* Rectè tamen quis refectionem diſtulerit in veſperam, etiam ſine cauſa; nam quò tardius prorogatur, eo corporis afflictio eſt gravior. * De conſuetudine inductum fuit, ut veſperi quid ſumatur, ne potus noceat, quod quia 13
exiguum & modicum excuſationem primò dedit, cùm modica pro nullis reputentur. Hodie conſuetudo iſta recepta paſſim excuſat. Receptum quoque, herbis & fructibus uti licere in iſta refectiuncula. Quidam pane negant, quia nutriat; ſed communius receptum, pane vel ſolo, vel cum fructibus, aut eduliis levioribus veſci licere, pro uſu locorum. Sit tamen modicus. Vid. Azor. *d. l. 7. c. 8. q. 4. 5. 6. & 7.*

Q. An dilato prandio in veſperam, liceat uti 14
refectiuncula prandii tempore? R. Id abſolutè negari licitum eſſe, niſi cauſa excuſet, eo quod jejunium ſolvatur, cum veſpertinam refectiunculam non jus, ſed conſuetudo excuſet; & quidem contra jus, ut non tam ſit laxanda, quàm reſtringenda. Aliquibus tamen videri, iſtam mutationem nihil derogare legi jejunii, cùm, uti nunc de more ſervatur, unum ſit prandium cum refectiuncula: ut tranlato in veſperam prandio, & contra refectiuncula translata in meridiem, tantùm fiat mutatio temporis, ſalvo jejunio. Quæ opinio ut ſit probabilis, prior tamen tutior & verior. Vid. Azor. *d. q. 6. & c. 11. qu. 4. & 5.*

Eſt & jejunium naturale, quale præmittendum ſumptioni Euchariſtiæ, interdicens omni 15
potu etiam aquæ, & omni cibo, ut ſimpliciter oporteat aliquem eſſe jejunum.

Fuit & olim moris in profeſtis ſolemnium dierum cum jejunio vigilare, unde dictæ ſunt 16
Vigiliæ, quarum nomen remanſit, res, exceptis paucis diebus, in deſuetudinem abiit, propter flagitia noctuinis cœtibus committi ſolita ab iis, quibus non eſt timor Dei. Cov. *d. c. 20, n. 8. verſ. Idem Burchardus. &c. 19. n. 10.*

TITULUS XLVII.

De Purificatione poſt partum.

SUMMARIUM.

1. *Mulier à partu quatenus hodie prohibeatur ab ingreſſu Eccleſiæ.*
2. *Non obſtante lege Moſaicâ hac de re.*

1 LEge Mosaicâ post partum mulier ab ingressu Ecclesiæ arcebatur ad tempus, *Dist. 6. in princ.* quæ, quia cæremonialis erat, evanuit, postquam legis Evangelicæ veritas illuxit. Ut hodie non prohibeatur mulier etiam statim à partu ingredi Ecclesiam, Deo actura gratias, ne necessitas & dolor vertatur in culpam, *can. Si mulier Dist. 5.* Non est tamen reprehendenda, quæ ad tempus abstinuerit *c. unico h. t. & can fin. dist. 5.* qui præcipit, ne viri commisceantur mulieribus ante purgationis tempus.

2 Nec potest objici, quòd cæremonialia præcepta sint abrogata per legem Evangelicam, ut proinde eorum observatio induci non possit, nam hoc intelligendum de iis cæremonialibus præceptis, quæ non tantum sunt mortua, verum & mortifera: qualia sunt, quæ ordinata ad præfiguranda Christi mysteria, uti futura, ideoque observatio præjudicaret fidei veritati, juxta quam confitemur ista præfigurata mysteria jam contigisse atque completa esse. Nam quoad ea, quæ magis pertinent ad quandam devotionem, ac ritum sacrificiorum, eorumque ornatum; quàm ad futuræ legis Christique nascituri præfigurationem, observatio eorum nihil in se mali continet: quò spectat tempus purificationis, decimæ, oblationes, & similia. Covarr. 1. *Var. c. 17. n. 1.* Suar. *de relig. Tomo. 1. Tract. 2. lib. 2. c. 1.*

TITULUS XLVIII.

De Ecclesiis ædificandis vel reparandis.

SUMMARIUM.

1. *Ad Ecclesiæ reparationem tenetur, qui damnum dedit.*
2. *Cujus eo nomine bona tacitè sunt pignori.*
3. *Tenentur & non impedientes destructionem.*
4. *Ecclesias vetustate aut casu collapsas quis reparare teneatur.*
5. *Decimarum possessores an teneantur?*
6. *Ecclesiarum restauratio qualiter facienda.*
7. *Ecclesia nova quando & unde ædificanda.*
8. *Parocho novæ Ecclesiæ portio debita unde supplenda.*
9. *Leprosi propriam Ecclesiam habent*
10. *Ecclesia sæcularis converti potest in [illegible]rem.*

VT ad divinum cultum Ecclesiæ [illegible]dæ sunt, ita ad eumdem conservan[illegible] si destrui aut collabi eas contingat, [illegible]dæ aut fulciendæ, sumptibus ejus, [illegible]structioni causam dedit; ita dictante [illegible] quæ damni reparatione eum gravat, [illegible]latum.* Ut eo nomine non male dicant [illegible]petere Ecclesiæ tacita hypotheca in bo[illegible] qui damnum dedit, Tiraq. *de privil. [illegible] Privil. 163.* Everard. *in Loco à Fisco [illegible]* Peckius *de reparan. Eccl. cap. 4. num. 1. [illegible] c. 5.* non malé sustinet, etiam mulieri [illegible]dam esse Ecclesiam tempore priorem [illegible] cum fiscus hoc jure gaudeat, ut prior [illegible] sit & potior, *l. 2. C. de privil. fisci,* quid[illegible] Ecclesiæ tribuitur; cum quòd datum [illegible]paratorum, alteri non sit denegandum, [illegible]puè ubi eadem invenitur ratio quæ hic [illegible] major est, ex majore Ecclesiarum & div[illegible]tus favore.

Dicitur etiam non malè, eos quoque [illegible]ri ad reparationem, qui, cùm tenerentur [illegible]sent, non impediverunt destructionem, [illegible]ctores Ecclesiarum, Magistratus loci [illegible] fanaticos hæreticorum ausus, aliorum [illegible]as avertere à domo Dei, *can. sicut 48. [illegible]* Dico, & possent; nam non nisi qui pot[illegible] obviando favere dicitur, *can. Negligen[illegible] q. 7.*

Vetustate aut casu collapsarum Eccl[illegible] reparatio spectat ad fabricam: nisi [illegible]beat consuetudo, quæ in primis inspic[illegible] observanda, *can. decrevimus X. q. 1. c. Ad [illegible]cam inf. de simonia.* Bertrand. *Cons. 41. n. [illegible] 4. & Cons. 306. vol. 8. D.* Wamel. *Cons. [illegible] pr. Cons. 511. n. 5. & seq. & Cons. 513. n. 1. [illegible] h. t.* Si Ecclesiæ fabrica nulla fuerit, [illegible] sufficiens, tunc Clerici, & alii beneficiati, [illegible]fructus Ecclesiæ recipiunt, ad repara[illegible] sunt cogendi, quatenus superest eorum [illegible]stentationi, *c. 4. h. t.* Si nec hi sufficiant, [illegible] contributionem cogendi parochiani quo[illegible] gratia ædes sacra instauranda est. Trid. *Sess. [illegible] c. 7. de reform.* Qui si sint inopes, referen[illegible] Ecclesia ad matricem, vel maximè [illegible]nam.

Q [illegible]

5 Q. An possessores decimarum teneantur ad reparationem? R. Hoc posse videri, per *d. c. 4. h. t.* ubi dicitur, ex bonis Ecclesiæ faciendam esse reparationem: spectant autem de jure ad suas parœcias locorum decimæ. Quò facit, quod Trid. *d. c. 7.* ex fructibus Ecclesiæ reparandas dicat Ecclesias, & per patronos, & alios, qui fructus Ecclesiæ colligunt. Peck. *d. loco c.* 14. Posset tamen rectè contrarium alicui videri, cum nusquam decimis, earumque possessoribus imponatur hoc onus, sed iis, qui percipiunt Ecclesiæ fructus. Decimæ autem jam separatæ, & alteri Ecclesiæ concessæ, non possunt computari inter fructus loci ipsius Ecclesiæ; Sereniss. tamen Principes nostri nuperrimo suo Edicto possessoribus decimarum cum aliquo moderamine onus illud imponunt, si fabrica non sit sufficiens, nec per fructus Ecclesiæ subveniri queat, piorumque oblationes non sint tantæ.

6 Facienda autem restauratio pro Cleri & populi, qui convenire solet, multitudine: cujus frequentia facit veterem Ecclesiam esse augendam sumptibus eorumdem, cum ampliatio sit quædam reparatio. Quamvis in casu, quo quis oneratus Ecclesiam reficere, stricte verbum illud interpretemur, ut gravatus non teneatur nisi ad opus, quòd ante fuit, reparandum, non etiam de novo faciendum, cujus generis est
7 ampliatio.* Si remotior fuerit pristina Ecclesia, quam ut plerique parochiani divino cultui interesse tempori possint, extruenda nova est Ecclesia ex reditibus antiquæ, si inde illi, ejusque ministris, non accedat grave detrimentum, *c. 3. h. t.* Quo casu non obstabit juramentum Prælati de non alienandis rebus Ecclesiæ, *cap. fin. h. t.* cum istud non sit trahendum ad causam novam & necessariam, *c. Clericus 35. sup. De jurejur.*

8 Quæsitum fuit, Quid juris, si Parochus novæ Ecclesiæ non habeat debitam portionem, à quo illa petenda? Consultus super hac re respondi, Si Ecclesia matrix abundet, non esse quæstionem, quin illa teneatur supplere: sin minus, tum agendum cum iis, qui decimas in loco novæ parochiæ percipiunt. Ita tamen, si per beneficiorum unionem, non tamen regularium, provideri non possit; tum enim demum decimarum possessores teneri vult Conc. Trid. *Sess. 24. c. 13. De reform.* Quòd autem illi teneantur, sive laici sive etiam Clerici, est, quia decimæ ad hoc reservatæ Deo, ut proficiant iis, qui spiritualia seminant; ut sunt Parochi, illorumque causa potior: ut concessio facta aliis semper sit intelligenda, salva portione decente Parochis. Et hoc non tantum in iis parochiis, quæ hactenus sunt, etiam separatis à matrice Ecclesia ante Trid. aut ante illud existentibus, sed etiam post erectis, cogente populi necessitate & commoditate, ex eadem ratione.

Leprosis concessum habere suam propriam 9
Ecclesiam, cum presbytero, separatim à veteri Ecclesia, ita tamen, ut illi non sint injuriosi de jure Parochiali, *c. 2. h. t.*

Potest etiam Ecclesia sæcularis converti in 10
regularem, Diœcesani consensu; ita tamen, ut Clericis sæcularibus ibi existentibus, quoad vivunt, de alimentis provideatur, *c. 5. h. t.*

TITULUS XLIX.

De Immunitate Ecclesiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium.

SUMMARIUM.

1. *Immunitas quid, & quotuplex.*
2. *Personalis quibus & ex quibus caussis competat.*
3. *Realis bona Clericorum & Ecclesiarum eximit à tributis & gabellis.*
4. *Localis vetat exerceri profana in locis sacris.*
5. *Locis sacris competit & jus asyli.*
6. *Immunitas hæc quo jure Ecclesiis competat.*
7. *Competit & Ecclesiis non consecratis.*
8. *An competat Ecclesiæ interdictæ?*
9. *An pollutæ?*
10. *Ecclesiæ nomine quid hic veniat.*
11. *An detur confugienti ad Sacerdotem deferentem SS. Eucharistia Sacramentum?*
12. *Datur omnibus fidelibus baptizatis.*
13. *Non datur Iudæis.*
14. *Non infidelibus.*
15. *Datur excommunicato & interdicto.*
16. *An & hæretico?*
17. *An Clericis?*
18. *Habet locum in caussa civili, veluti debiti.*

19 *Item in causis omnibus criminalibus, exceptis latronibus & nocturnis agrorum depopulatoribus.*
20. *An & crimina æquè gravia excipienda?*
21. *Excipitur & crimen homicidii aut mutilationis in ipsa Ecclesia commissum.*
22. *An & alia delicta in Ecclesia commissa?*
23. *In Ecclesia delinquere dicitur, qui è loco profano ladit existentem in Ecclesia.*
24. *Item ex Ecclesia ladens existentem foris.*
25. *Vt & ladens quem in ostio Ecclesiæ.*
26. *Excipitur præterea homicida proditorius.*
27. *Non tantum Clericus, sed & laicus.*
28. *Proditorius homicida quis dicatur.*
29. *An & pugnantem cum amico aut adfine occidens?*
30 *An occidens per industriam non incautum & provocatum?*
31. *Quid si voluntas non habeat effectum?*
32. *Fures an excipiantur;*
33 *An mandans occidi?*
34. *An raptores virginum:*
35. *An qui effracto carcere aut elapsus è ministrorum manibus fugit ad Ecclesiam.*
36. *An qui captus ducitur per Ecclesiam?*
37. *An qui dimissus è carcere juravit se reversurum?*
38. *Effectus hujus immunitatis est impunitas in ipsa Ecclesia.*
39. *An in casum, quo non competit immunitas, reus extrahi possit per judicem laicum.*

1 AD majorem Ecclesiarum venerationem concessæ iis immunitates. Immunitas idem est quod vacatio à muneribus, id est oneribus Hic sumitur pro libertate quadam & exemptione ab oneribus concessa Ecclesiis, earumque ministris & rebus. Estque triplex, Personalis scilicet, Realis & Localis.

2 Personalis, personis ipsis competens, circa ea, quæ corporis labore, animi sollicitudine, vigilantia perficiuntur, ut tutela, cura, portarum, murorum custodia, defensio: à quibus vacant Clerici, nisi aliud exigat necessitas; ut quando omnium agitur salus, *c. 2. h. t.* aut aliud postulat Dei timor, circa viduas aut alias miserabiles personas, quæ maxime Ecclesiastico indigent adminiculo, *can. fin. in fine Dist. 86.* Est & exempta Clericorum persona à jurisdictione laicorum, quam exercere volens in Clericum incidit in excommunicationem Bullæ [illegible] Navarr. in *Manuali c. 27. nu. 69.* qua de re [illegible] supra *De foro compet.*

Realis bona Clericorum & Ecclesiarum [illegible] cernit, quibus tributa, vectigalia non [illegible] perantur à laica potestate, cui non subsit [illegible] mel enim Deo dicatum non est amplius [illegible] ferendum ad usus humanos, *c. Quæ [illegible] R I. in 6.* Imponentes Clericis collectas [illegible] municantur, cum suis auctoribus, [illegible] non desistant, *c. 4 h. t.* Excepta [illegible] sitatis, quæ merito facit Episcopum & [illegible] condescendere in contributionem, [illegible] tanta sit, ut laicorum non supperant [illegible] consulto tamen prius Rom. Pontifice [illegible] Wamef *Cons. 528. nu. 2, hoc. tit.* Molin. [illegible] *& Iure Tract. 2. Disp. 672. nu. 5.* Quæ [illegible] Prælati lucra sectantes quæsierint pote[illegible] dam quam subsidium, & extorserint pro [illegible] solverint, extorta præter caussam restitu[illegible] bentur, & ultra tantumdem elargiri po[illegible] bus, *c. Quia plerique 8 h. t.* Fiet & restitu[illegible] à Clericis nomine earum impensarum, [illegible] eorum concernunt. Hæc ita in bonis E[illegible] ejusque nomine possessis à Clericis; nam [illegible] monialia Clericorum bona non habent [illegible] immunitatem, cum non sit destinata [illegible] num cultum, sed usibus serviant profan[illegible] bas in *c fin. num. 11 sup. De vita & hon[illegible]* Navarr. *Cons. 5 nu. 1. h. t.* Covarr. *Var[illegible] nu. 3.* Clericus conjugatus neutiquam [illegible] vilegum sibi abrogare potest, cum illu[illegible] sit concessum privilegium fori & cano[illegible] gaudeat bonis Ecclesiæ. Covarr. *Præd. p[illegible] 31. nu. 9*

Localis ipsas Ecclesias, earumque [illegible] ria respicit: quæ à profanis usibus vol[illegible] Canones esse aliena, in reverentiam [illegible] ficii & cultus. Unde contractus, judicia [illegible] Ecclesiis habita etiam nulla sunt, mar[illegible] guinem attingentia) & alia, quæ sanctim[illegible] rum minime respondent, exerceri inhi[illegible] bita, *c. 1. & 4. h. t. c. 2. eod. in 6.* Ecclesiast[illegible] men judicia in iis rectè habentur, *can. Pr[illegible] tum II. q. 2.*

Est & locis sacris jus asyli: quod antiq[illegible] mum esse multis docet Covar. *1. Var. 20. [illegible] 2.* locumque etiam apud Ethnicos habui[illegible] patet ex Corn. Tacito 3. *Annal. circa [illegible]*

tuisseque perfugium tribus generibus hominum, servis, obæratis, maleficis, ut ibidem notat Lipsius.

6 Quæritur autem, Quo jure competat hæc immunitas Ecclesijs? R. Non videri competere jure divino: nam vel esset juris divini naturalis, vel positivi. Illud dici nequit, quia non est intrinsece malum, extrahere malefactores per vim è templo, cùm hoc non contineat formalem templi irreverentiam, seclusa prohibitione. Hoc etiam dici non potest, quia jus tale neque scriptum, neque ab Apostolis traditum, neque talis traditio ex patribus, aut alia probabili via ostendi potest: ut dicendum sit humano more id inductum esse, secundum Innoc. in *c. 6. h. t.* Vid. Suarez. *de Relig. Tomo 2. lib. 3. c. 8. nu. 9.*

7 Consistit autem hoc jus in eo, quòd ad Ecclesiam confugiens invitus inde abstrahi nequeat, ne violetur loci sanctitas, & divinus turbetur cultus, *c. 2. & 5 h. t.*

8 Competit Ecclesijs non autem consecratis, sed & non consecratis, destinatis tamen per Episcopum ad cultum divinum; nec tantum in quibus divina celebrantur, *c. pen. h. t. & ibi* Abbas, *Gl. in c. fin. sup. De consecr. Eccl* sed & in quibus necdum celebrare cœpta ex frequentiori Interpp sententia; propterea quod satis sit, apertam esse Ecclesiam ad eum finem. Et facit text. in *c. Ad hæc sup. De relig. domib.* ubi locus ad usum hospitalitatis destinatus, non est mundanis usibus deputandus: neque enim domus officijs dedicata divinis, ausibus temerarijs profananda. *c. pen. h. t.* Covar. *d. loco nu. 4.* Suarez. *lib. 3. c. 9.*

Quid si interdicta sit Ecclesia? R. Nihilo minus competere; cum inter effectus interdicti non ponatur privatio istius immunitatis, pro tempore interdicti; neque ullo jure hoc sit expressum. Interdictum autem, uti quælibet alia censura, non operatur ultra, quam expressum, cum spectet ad pœnam, cujus extensio non admissa, *c. Odia De R. I. in 6.* Abbas in *d. l. pen. nu. 8.* ubi argumentatur à simili, Clericum interdictum suspensum, aut excommunicatum retinere nihilominus privilegium Canonis & fori. Deinde Ecclesia non deliquit, sed Clerici, quorum delictum non debet, ultra servitium à Clericis exhibendum, ei nocere.

Quid si polluta fuerit? R. Nec talem Ecclesiam 9
desinere simpliciter esse Ecclesiam, etiam necdum reconciliatum, nec privari alijs immunitatibus, à mercatu esse liberam, à tributis, nec esse diminutam sua sanctitate in se: tantum ex institutione juris pollutam censeri in ordine ad divina officia, & funera fidelium, in terrorem Christiani populi, ut concipiat majorem circa loca sacra reverentiam; atque ita tantum habere locum effectus jure expressos, non alios, cum non peccaverit, ne pœna sine textu augeatur, aut inducatur.

Ecclesiæ autem nomine non tantum venit 10
internus ejus ambitus, sed tota fabrica, *can. Constituimus, can. Si quis contumax* XVII. *q.* 4. ubi etiam porticus, atria domus Episcopalis hac immunitate gaudere dicuntur, cum quæ religiosis adhærent, religiosa habeantur, *l. & quæ religiosis D. de rei vindic.* Quo modo portus Ecclesiæ clausis adhærens hoc privilegio gaudet Covarr. *d. c. 20. nu. 18.* Suarez *d. loco nu. 7* pro quo facit, quod privilegium extendatur in circuitum ad 40. passus in majoribus Ecclesijs, 30. in minoribus, *can. Sicut can. Definivit* VII. *q.* 4. Verum ea in re standum consuetudini. De cœmeterijs non est dubitandum, si juncta sint Ecclesiæ, aut si intra illud spatium sint, vel etiam non sint, cum vel sint benedicta, vel pro loco sacro ab Episcopo deputata, ut hoc nomine mereantur exemptionem. Habent & hanc immunitatem loca alia, quæ religiosa in jure reputantur, ut Hospitalia, Monasteria, etiam quoad sua claustra, cum & illa censeantur religiosa, uti potest colligi ex *can. Ligna De consecr. Dist. 1.* Vid Covarr. *d. c. 20.* Peck. *De jure sistendi c. 6. nu. 2.*

Q. An eadem immunitas detur confugienti 11
ad Sacerdotem deferentem augustissimum Eucharistiæ Sacramentum? R. Textum quidem ea de re non esse, rationem tamen id velle, *arg. d. c. pen.* cum non minor debeatur reverentia corpori Christi, quam Ecclesijs, quibus Christi nomine id concessum: ut procedat regula. Propter quod unumquodque est tale, ipsum magis tale, Covarr. *d. c. 20. num. 6* Peck. *d. loco.*

Competit hæc immunitas jure civili tan- 12
tum confugientibus ad Ecclesias ex causa civili, non etiam ex criminali, ut patet ex *Nov.*

De

De mandatis Princ. 17. §. *Neque autem.* Canones, quos hac in parte sequimur, omnibus fidelibus baptizatis confugientibus ad Ecclesias istam immunitatem concedunt, sive sit liber, sive servus, *c. Inter* 6. *h. t. d. can. Si quis contumax* XVII. *q.* 4. quæ loca indistinctè loquuntur, ut universaliter sint intelligenda; quia apud Deum non est acceptio personarum. Traditur autem *d. c.* 6. servum, qui ex timore domini confugit ad aras, compellendum redire ad dominum, præstita tamen prius per dominum impunitate, idque jurato. Sin atrocitas domini major arguatur, major cautio ab ipso præstanda, vel potius cogetur vendere servum, *arg.* §. *fin. Inst.* De *his qui sunt sui vel al juris.* In libero homine non habet locum ista compulsio, verùm de ejus caussa agetur coram judice, & citatus comparebit, per se aut per procuratorem, fietque executio in bonis, *l. Præsenti* 6. *C. De his qui ad Eccl. confug.* Quòd si nec per se, nec per alium compareat, missio in bona decernetur, sive agatur de caussa civili, sive de crimiuali; nam & in hac debita pœna corporalis vertetur in pecuniariam: hoc quippe consequitur jure asyli. Abbas in *d. c.* 6. *nu.* 8. & 9. ubi vult, si non sit sufficiens, debere servire perpetuo ei, quem læsit, *can. De raptoribus* XXXVI. *q.* 1. ubi hoc statutum. Verum ista pœna inter graviores est; ut non possit videri infligenda, cum accedat ad corporalem, qualem Ecclesia non vult inferri. Nec obstat dictus textus, quia loquitur in crimine gravissimo, ut non sit extendenda eius decisio. Vel dicendum, illum Can. esse provincialis tantum Concilij, nec obligare totam Ecclesiam, sed tantùm loca, ubi receptum. Vid. Suarez. *d. lib.* 3. *c.* 12. *nu.* 5. & 6.

13 Ex dictis patet, cum tantum fideles baptizati hac immunitate gaudeant, non competere eam Judæis, de quibus est expressus textus civilis in *l.* 1. *C. De his qui ad Eccles. confug.* quem videtur approbasse Pont. in *d. c.* 6. Ratio est, quod frustrà exspectant auxilium ab Ecclesia, cujus contemnunt auctoritatem; nisi verè ei se subjiciant, quod judicandum est Prælatis Jul. Clarus §. *ult. qu.* 30. *nu.* 17.

14 Ad infideles quis rectè idem traxerit, ex rationis paritate, ut sine noxa extrahantur ab Ecclesia. Covarr. *d. c.* 20. *nu.* 11. *Vers. Decimo tertio,* posset tamen dubitari, ex eo, quod Canones non distinguant, sed indifferenter concedant immunitatem reis confugientibus ad Ecclesiam; ut non videantur arcendi ab hoc privilegio infideles. Verùm, ut dictum, Canones hac in re approbant leges civiles, quæ excludunt Judæos & simulantes se velle [illegible] legi Christianæ; ex ratione, quod non [illegible] Ecclesiæ, quæ non judicat de ijs, qui [illegible] sunt. Quæ ratio & obtinet in infidelibus, & idem jus sit statuendum. Vid. Suarez. [illegible] 3. *cap.* 20. *nu.* 9.

Excommunicatum gaudere hac immunitate verius est, cum licet contra Ecclesiam [illegible] querit, non tamen directe eam contemnit. [illegible] varr. *d. loco,* Clarus *d. qu.* 30. *num.* 18. Idem procedit in interdicto tum quia excommunicatio est interdicto gravior, tum quia nullibi [illegible] mitur inter ejus effectus hæc pœna.

Quid censendum de hæretico? R. Possunt [illegible] deri nec eum gaudere immunitate, [illegible] allata rationis paritate, & quia omnino [illegible] sit indignus. Quo modo talem invitum [illegible] pœnam ex Ecclesia abduci posse tradit [illegible] varr. *d. nu.* 11. *vers. decimo quarto,* & ita [illegible] tum refert Boer. *Decis.* 110. Quod [illegible] procedit, si propter hæresim ad Ecclesiam confugerit, tum propter criminis [illegible] tem, tum quia caussa illa est Ecclesiastica, non valet autem ista immunitas [illegible] Ecclesiam. Si vero ex alio crimine, [illegible] est, ei non esse denegandam hanc immunitatem, cum nec textus Canonicus [illegible] detur, nec *d. l.* 1. videatur ad eum [illegible] quia loquitur de non baptizatis, ut [illegible] extendenda ad baptizatos. Silvest. *V. Immunitas* 3. *q.* 3. Suarez. *d. c.* 10. *nu.* 13.

Quæstio etiam est, An Clericis [illegible] hæc immunitas? R. Hoc dicendum esse, [illegible] jura non tantum loquantur de laicis, [illegible] neraliter de omnibus reis, liberis & servis, [illegible] 6. *can. Definivit cum can. seq.* XVII. *q.* 4. [illegible] Clerici sub iis contineantur, cum non [illegible] ant deterioris esse conditionis quam [illegible] Quod procedit in iis Clericis in quos [illegible] sæcularis potest manus injicere, quales [illegible] qui primam tantum tonsuram habent, [illegible] tamen in ministerio sunt Ecclesiæ, [illegible] tunc eadem in iis ratio, quæ [illegible] cis. Quod si subsint Judici Ecclesiastico [illegible]

dentur posse extrahi ab eo, utpote agente non tam ex vindicta quàm ex zelo disciplinæ, quæ non impedienda Abbas *d. c. 6. nu. 13.* Suarez *d. c. 10. num. 5.* Deinde hoc judicium est magis medicinale, quàm vindicativum, & potius spirituale, quàm temporale, ut possit intra Ecclesiam fieri; nec sit, quod prohibeat illud circa personam Clerici fieri, extrahendo illum ab Ecclesia. Facit, quod alias non possent incarcerari Monachi in Monasterio delinquentes, cum illud totum sit locus immunitatis. Ubi Bern. Diaz. in *Pract. crim. c. 123.* vult, si crimen commiserit dignum depositione & traditione, brachio sæculari vel extrahi non posse, vel extractum brachio sæculari tradendum non esse, propter loci immunitatem, *d. c. 6.* quo pœna corporalis remittitur. Verùm si tale sit delictum, quod Ecclesia non defendit, videtur hæc immunitas ei non profutura, secundum Covarr. *d. c. 20. nu. 16.* & Navarr. in *Manuali c. 20. n. 22.*

18 Habet locum prædicta immunitas in causa & civili & criminali. Quamvis de civili dubitent aliqui, propterea quod Canones passim loquantur de reis, quales proprie sunt, qui criminibus obnoxii, & de maleficiis, ut *d. c. 6.* Verùm cum lex civilis etiam iis det immunitatem, quos debitorum pondera premunt *l. 1. & l. Presenti C. De his qui ad Eccles. confug.* eamque approbet Canonica lex, *d. can. Id constituimus* XVII. *q. 4 & d. c. 6.* dicendum, etiam competere ex causa civili. Ubi excipiunt aliqui debitum nomine publicorum tributorum propter textum *Nov. De mand. Princip. 17. §. Neque autem vers. publicorum.* Verùm non admittenda ista exceptio, cùm præjudicet immunitati per Canones concessæ, ut vult Cov. *d. loco n. 14. vers. Sed profectò.* Et rectè intuenti non videtur *d. Nov.* contraria Canonibus, cum non loquatur de extractione talis debitoris, sed de procuranda solutione, ad instar aliorum: & hoc placet Abb ti *d. c. 6. n. 24.* Vid. Suarez *d. lib. 3. c. 11. n. 1. & seqq.*

19 De criminalibus generalis est regula, propter nullum crimen posse reum ab Ecclesia extrahi, nisi in casibus jure exceptis, ut patet passim per jura citata, quæ generaliter loquuntur, & habent exceptionem adjunctam, cui est vis firmandi regulam in contrarium. Excepe-runt autem jura duo crimina, publicos scilicet latrones & nocturnos agrorum depopulatores, *d. c. 6.* Et hoc ita in odium delicti, non etiam in diminutionem reverentiæ Ecclesiæ debitæ: noxium enim magis hoc hominum genus, quam ut defensionem aliquam mereatur.

Quæritur autem hic, I. An & alia æquè gravia excipienda sint? R. Hoc velle eos, qui rationem paritatis volunt locum habere in pœnis; sed improbabilem esse eorum opinionem cum *d. c. 6.* post generalia verba, *quantumcumque gravia*, subjungatur exceptio duplex continens duo crimina, ut ad alia non rectè extenderis istam exceptionem, quæ alias non tam foret exceptio confirmans regulam, sed eam potius destruens. Deinde in pœnis non datur extensio propter solam similitudinem, eo quod jura non sine causa loquantur in particulari. Vid. Gl. in *c. In pœnis 49. De R. I. in 6. & dicta in simili* D. *De liberis & post. hared. instit. n. 13. & 14.* Suarez *d. c. 11. n. 5.* 20

Q. II. An præter istas duas exceptiones sint & aliæ? R. Esse. Prima est in *c. fin. h. t.* quando scilicet est commissum in ipsa Ecclesia homicidium aut mutilatio, quod indigni sint beneficio legis ipsam committentes. Ubi textus videtur se fundare in eo, quod spe immunitatis deliquerint: ut aliqui velint eos gaudere immunitate, qui citra spem istam deliquerint in Ecclesiis. Sed dicendum indistinctè, Pontificem ibi non fundare se in ejusmodi spe, sed in qualitate delicti & injuria Ecclesiæ Suar. *d. c. 11. n. 6.* 21

Q. III. An & alia delicta gravia in Ecclesia commissa censeantur excepta? R. Videri non excepta, quod *d. c. 6.* tantum in particulari loquatur de homicidio & mutilatione membri. Verùm verius, & communius receptum, etiam alia delicta esse excepta, cum *d. c. 6. in princ.* agatur de excessibus generaliter, ut particulariter de homicidio & mutilatione mentio postea fiat, exempli tantum gratia, quod non limitat legem. Deinde ratio subjecta est generalis, ut etiam alia crimina comprehendat. Ideoque & qui in Ecclesia, ad quam confugit, furtum committit, ob illud inde extrahi potest, *Gl. in can. Frater in V. Sacrilegium* XVII. *q. 4.* Wamesl. *Cons. 514. n. 1. h. t.* 22

Censetur & in Ecclesia delinquere, qui extra Ecclesiam stans in ea stantem læserit, cum 23

delictum executionem habeat in Ecclesia, cum ejus injuria: ut ibi commissum rectè dicatur, & habeat locum decisio, *d. c. fin* Covarr. *d. c. 20. n. 15. vers. Vicesimo septimo*, Suarez *d. c. 11. num. 7. & 8.*

24 Quid si in Ecclesia stans lædat existentem foris? R. Idem dicendum esse, quia licet effectus delicti extra Ecclesiam consummetur, dicendus tamen talis absolutè in Ecclesia delinquere, cum ibi exerceat actionem suam, cum gravi injuria Ecclesiæ: ut secundum rationem *d. c. fin.* in eo sit puniendus, in quo deliquit. Quod & dicendum de eo, qui in Ecclesia consistens mandat famulo, ut extra eam existentem lædat, cum & iste graviter in Ecclesiam peccet.

25 Quid si in ostio Ecclesiæ quis aliquem occiderit vel læserit, an careat hac immunitate? R. Ita videri, ex eo; quod prohibitum fieri in Ecclesia, censeatur etiam prohibitum in ejus ostio, atrio, porticu: & expressum in *d. can. Id constituimus* XVII. *q.* 4. abstrahi quem non posse ab atrio Ecclesiæ aut domo Episcopi. Ut habeantur quasi pars Ecclesiæ, atq; ita inibi delinquens habendus sit delinquere in Ecclesia. Facit, quod statutum puniens aggredientem in domo, puniat etiam aggredientem in ostio, quod continetur appellatione domus *arg. l. Si aquæ ductus 47. D. De contrah. empt.* Facit etiam, quod, ut ante dictum, hæc immunitas debeatur majoribus Ecclesiis in ambitu usque ad 40. pedes, minoribus ad 30. secundum jura antiqua. Verùm id passim moribus non est receptum.

26 Est & exceptus homicida proditorius, *cap.* 1. *inf. De homicid.* ubi talis dicitur ab altari avellendus, ut moriatur. Nisi facit, quod *d. c.* 6. tantum duo maleficiorum genera excipiantur: nam hoc ideo, quod iis præsumantur subesse subsidiæ, juxta Innoc. Vel dici potest, Pontificem ibi tantum agere de duobus generibus, quæ non sunt excepta jure divino sed tantum humano: vel potius, illas exceptiones ibi positas non esse cum exclusione aliarum, ut patet ex *d. cap. fin.* ubi alias exceptiones ponit Pont. & probat dicti *cap.* 1. decisionem Trid. *Sess.* 14. *c.* 7. *In reform.* ac consuetudine generali Christiani orbis ita receptum esse tradit Covarr. *d. c.* 20. *n.* 7. *in princ.* Wames. *Cons.* 515. *h. t.*

Ubi quæsitum, An istius Cap. decisio [illegible] spectet ad Clericos? R. Ita velle Abbat[illegible] summarium ejus dat, Homicidam [illegible] bilem debere deponi ab altaris minist[illegible] tradi brachio sæculari, ut moriatur, [illegible] telligendum de Clerico: sed sine fund[illegible] cum *d. c.* 1. loquatur generaliter, & [illegible] cum locus, unde sumptum, Exodi [illegible] loquatur de quocumque occidente per [illegible] cujus sensum non immutat Pontifex, Co[illegible] *n.* 7. *vers. Tandem his prænotatis*, Suar[illegible] 11. *num.* 10.

Proditorius autem homicida vocatur [illegible] ex proposito & animo deliberato sive [illegible] striam & insidias occidit, sine rixa aut [illegible] tò commota, aut post eam cessantem [illegible] de re latius Menoch *Arbitr. quæst.* [illegible] & Lud. Peguerra *Decis.* 54. Sortiarios [illegible] leficos etiam excipi rectius dixeris, [illegible] ratione, quia insidiosè occidunt.

Q. An & censendus proditorius, [illegible] nantem cum amico aut affine subito [illegible] tus occidit? R. Si penitus res inspiciatur [illegible] videri, cum desit animus deliberatus [illegible] situm enim homicidium videri nequi[illegible] qui in defensionem alterius accurrens [illegible] dum impulsione, quæ deliberatum an[illegible] insidias excludit, pugnantem occidit, [illegible] *d. loco num.* 9. *&* 10.

Quid si per industriam occiderit, [illegible] incautum & revocatum? R. Probabi[illegible] non contineri talem sub exceptione, [illegible] tus *d. c.* 1. requirat duo conjunctim, [illegible] industriam & per insidias, id est per ind[illegible] insidiosam: ita enim verba illius Cap. [illegible] ponenda, ut, cum alterum deest, non [illegible] locum exceptio. Et facit, quòd sit od[illegible] que ideo restringenda, ne casum excede[illegible] varr. *d. c.* 20. *n.* 7. *circa fin.* Suarez *d. c.* [illegible] Nec dici potest otiosè sic poni, *per indu*[illegible] quia si omne homicidium per industriam [illegible] peretur, non deberet poni *per insidias* [illegible] duo conjunctim requirantur, & unum [illegible] catio alterius.

Quid si voluntas non habeat effectum [illegible] Aliquos velle, nihilominus carere hâc im[illegible] tate. Peguerra *decis.* 62. *alios citans*, Con[illegible] tamen verius esse de rigore juris, cum *d. c.* [illegible] pressè loquatur de illo, qui occidit, [illegible]

verborum requirat actum consummatum cum subsecuto effectu. Neque enim dici potest occidisse, qui tentavit quidem, sed sine effectu. Facit, quòd leges pœnales sint restringendæ.

32 Quæsitum & de furibus, An excipiantur? R. Non contineri verbis, *d. c. 6. aut fin.* uti nec *d. c. 1.* Ut dicendi sint non excepti, atque ita gaudere immunitate, cum lex pœnalis non sit amplianda. Consuetudine tamen aliud obtentum esse tradit Covarr. *d. c.* 20. *n.* 13. *vers. Decimo nono*, quæ potest exceptionem inducere & immunitatem negare: ut furi etiam simplici illa non prosit; quo minus confugiens ad Ecclesiam inde extrahatur ad pœnam; quam Ecclesia tacitè approbasse censetur in odium delicti, non etiam in diminutionem reverentiæ Ecclesiæ debitæ. Vid. Suarez *d. c.* 11. *num.* 4. Posito autem, furi esse immunitatem, dicendum, eam non amitti per eum ex eo, quòd cum re furtiva in Ecclesia existat; quia non potest moraliter videri in Ecclesia peccare, aut contra eam, illi injuriam inferendo, quæ nulla est: nisi velit illa abuti, rem ibi occultando, tunc enim eatenus non gaudebit immunitate, secundùm rationem *d. c. fin.* quia est Ecclesiæ injurius. Suarez *d. c.* 11. *num.* 8. *in fine.*

33 Quid de mandante occidi? R. posse videri, eum non excipi, quia non occiderit, ut requirunt verba *d. c. 1.* ne fiat extensio legis pœnalis. Contrarium tamen verius esse, quod faciens per alium perinde sit, ac si per se faceret: neque enim hæc tam est extensio legis pœnalis, quàm interpretatio ab ipso jure facta. Ubi rectè dicetur, ipsum mandatarium nihilominus venire puniendum, occiderit, secundùm verba *d. c. 1.* Alia huc spectantia de assassinis tradit pluribus Covarr. *d. c.* 20. *n.* 9.

34 Quid de raptoribus virginum? R. Eos sub exceptionibus inductis per jus novum non contineri; ut contineantur sub regula, quæ concedit immunitatem. Firmat enim exceptio regulam quoad non excepta: & facit eò *can.* De *raptoribus* xxxvi. *q.* 1. qui concedit immunitatem. Verum canon ille non est universalis Concilii: ut Covarr. *d. loco n.* 8. velit excipi tales, quod rapinam committant, gravissimum eo in genere crimen, spectans ad latrocinium. Cujus opinio procedet de consuetudine, quæ istam exceptionem admisit, non etiam de jure, quo pœnalia non extenduntur, Vid. Hippol. de Marsil. in *unic. n.* 109. *C. de raptu virg.* Suarez *d. c.* 11. *n.* 17.

Excipi & aliqui volunt eum, qui carcere effracto fugit ad Ecclesiam. Verùm nullo jure nititur hæc sententia nec rationi probabili, cum tale delictum sit excusabile, propter naturalem inclinationem ad evitandam pœnam. Chassan. *ad Consuet. Burg. Rub.* 1. *§.* 5. *V. S'il n'a grace n.* 116. Covarr. *d. loco n.* 13. *vers. Decimo octavo.* Sic & non rectè denegatur immunitas illi, qui captus & elapsus è ministri manibus ad Ecclesiam confugit: ut nec illi, qui, dum ministri eum insequuntur, prius pervenit ad loca sacra. Chassa. *d. loco n.* 116. *in fine.* Covarr. *d. loco n.* 12. 35

Quid si captus ducatur per Ecclesiam, an gaudeat immunitate? R. Non gaudere, secundùm plerosque, quos rectè sequitur Covar. *d. num.* 13. *in princ.* posseque abduci eadem viâ, quâ abductus, cum nulla vis ei inferatur, quia non intraverit Ecclesiam tamquam in locum refugii, sed per aliam ducatur tamquam per aliam viam, ut sua libertate eum non attigerit, sed potiùs coactè. Nec faciunt paulò ante allata, quia agunt de eo, qui in sua libertate constitutus, licet non sine delicto, Ecclesiæ protectioni se commisit.

Quid si aliquis è carcere dimissus juraverit se reversurum? R. Talem fugientem ad Ecclesiam nihilominus gaudere immunitate. Nec obstat, quod sit periurus; quia non facit periurii crimen, ut Ecclesia jus suum amittat ad tuendum illum. Volunt tamen restituendum esse Judici, sed cautione de impunitate pœnæ. Abbas in. *d. c. 6. in fine.* Covarr. *d. n.* 13. *vers. Decimo octavo.* 37

Effectus hujus immunitatis est, quòd non possit fieri violentia in Ecclesia ei, qui eo confugit, sive in corpore, sive in rebus, quas secum adduxit; nec ei deneganda sint alimenta, aut alia necessaria, quia ea res incideret in manifestam coactionem; nec ibi existens possit ad mortem aut aliam corporalem pœnam damnari, sed ad aliam legitimam, quam præstabit, scilicet pecuniariam, juxta *d. c. 6.* quod vult eum puniri legitimè, quia non debet delictum manere impunitum. Potest & ab Ecclesia sibi injungi pœnitentia delicto conveniens. Quod si ab Ecclesia sponte abierit, dam- 38

nari potest etiam ad mortem, quia tantum subvenitur existenti in ea. Extrahens tenetur crimine majestatis, & capitaliter puniendus, *l. 1. & 6. C. De his qui ad Eccl. confug.* Verùm ea non est in usu. Jure Canonico volunt incurri excommunicationem ab extrahentibus, per *d. can. Definiunt* XVII. *q.* 4. quam tamen alii rectè putant esse sententiæ ferendæ potius, quam latæ, per *can. Id constituimus d. q.* 4. Cessat pœna, quando licentia Rectoris Ecclesiæ extrahitur reus; quæ dari potest, promissa vitæ & necis indemnitate reo.

39 Q. An in casu, quo non computat immunitas, possit reus extrahi per Magistratum sæcularem? R. Loci quidem reverentiam postulare, ut non extrahatur, nisi obtentâ licentiâ ab Episcopo Salic. *ad Auth. Si quis Cod. Ad L. Iul. de adult.* Aliter tamen secundum jus dicendum videri, & servari, ut tradit Covarr. *d. loco nu.* 18. & Clarus § *fin. qu.* 30. *n.* 10. propterea quod non possit dici agi contra immunitatem, quæ non competit; nec loco fiat injuria, cum ab eo reus non mereatur defendi, propter criminis enormitatem, juxta *d. c. 6. & fin. h. t.* Quæ posterior opinio procedet in locis, ubi non est recepta Gregorii XIII. Constitutio, quâ prohibuit, etiam in casu, quo cessat immunitas, extrahi reum sine licentia Episcopi. Est autem in casu licitæ extractionis vel abductionis cavendus omnis tumultus. Extractus taliter etiam pœnâ corporali plectendus videtur, cum *d. c. 6.* non detur aliis remissio, quam qui merentur immunitatem.

TITULUS L.

Ne Clerici vel Monachi sæcularibus negotiis se immisceant.

SUMMARIUM.

1. *Clerici quibus negotiis se immiscere nequeant.*
2. *Tutelam rectè suscipiunt.*
3. *Iuri civili aut Medicinæ operam dare vetitum.*
4. *Gradum in jure civili sumere & docere licet.*

1 CUm à sæcularibus negotiis immunitas sit concessa Clericis, non debent ea ipsi ad-

fectare, aut iis se immiscere, per quæ [illegible] divino avocentur: cujusmodi sunt, [illegible] Principibus laicis, quoad laica, *cap.* 4. [illegible] lites laicorum nomine prosequi, *c.* 1. [illegible] ram laico postulare, *sup. De postulan.* [illegible] sanguinis exercere; quales sunt depos[illegible] & nisi desistant, excommunicandi, *c.* [illegible] Eamdem pœnam subeunt, qui secular[illegible] dictionis officium, quod habent, [illegible] nunt, *d. c.* 4. *& 5.* Præterea mercatur[illegible] exercere, *c. 6. eod.* quamvis justum [illegible] non sit iis denegandum ex necessitate, [illegible] Chirurgiam exercere, sententium [illegible] dictare, aut proferre, interesse vind[illegible] guinis, purgationi vulgari, *c. pen. h. t.* telam tamen miserabilium personar[illegible] suscipiunt, cum illæ indefensæ manen[illegible] geant adminiculo Ecclesiastico, propt[illegible] rem Dei, *can. fin. Dist.* 86. Non prohi[illegible] etiam Religiosi illis adsistere, præv[illegible] Superioris licentia, *arg. c.* 2. De re[illegible] Navarr. *Cons.* 1. *n.* 3. *h. t.*

Ut autem vocationi suæ prompte [illegible] ciant Clerici, & animarum saluti [illegible] rebus mundanis minimè implicari, [illegible] non nisi Theologiæ aut Juris Canonic[illegible] incumbere. Physicam, id est medic[illegible] audire vetitum; uti & Leges, sub pœ[illegible] communicationis; quæ Religiosos pr[illegible] qui Claustro exeuntes ad audiendam P[illegible] aut Leges, intra duorum mensium [illegible] non redeunt, *c.* 3. *h. t.* Quæ pœn[illegible] extenditur ad Archidiaconos, Plebanos [illegible] positos, Cantores, Personatum [illegible] presbyteros denique, si intra annum n[illegible] stiterint, *c. fin. h. t. & c.* 1. *eod. in* 6. Quæ [illegible] tur accipiendum de iis, qui principaliter [illegible] bus operam dant, non item minus pr[illegible] ter, ad majorem Canonum intelligentia[illegible] non ita facilis, nullo præmisso juris con[illegible] dio Abbas in *c. fin. in fine h. t.* quo non [illegible] tur contineri privatim Legibus operam [illegible]

Quæritur, An habeat locum in [illegible] gradum in Jure Civili, aut docentibus [illegible] R. Non videri habere locum in [illegible] gradum, cum Canon tantum loquatur [illegible] dientibus, qui cum sit pœnalis, non [illegible] tendendus. De docentibus posset dubi[illegible] propter *c.* 3. *h. t. V. Legentis*: quod [illegible]

accipiendum eſſe de audientibus, patet ex *d. c. fin.* in quo Honorius Papa explicat *d. c. 3.* non facta mentione niſi audientium, ut docentes non videantur hac pœna teneri. Navar. *in Manuali c. 27. num. 16. & Conſ. 2. h. t.* Abbas *d. loco.* Niſi fortè participent in crimine, non rejicientes Leges; vel Medicinam, ſi commodè eos expellere poſſint. Eſſe autem prædictam excommunicationem juris, patet ex textu *d. c. fin.* Cujus diſpoſitio non habet locum hic Lovanii, ex privilegio Martini V. conceſſo tempore erectæ Academiæ, in ſtudiorum promotionem.

HENRICI ZOESII I. C.
IN LIB. QUARTUM
DECRETALIVM
GREGORII IX. P. M.
COMMENTARIUS.

TITULUS PRIMUS.
De Sponſalibus & Matrimoniis.

SUMMARIUM.

1. *Matrimonii neceſſitas, antiquitas, dignitas.*
2. *Sponſalia unde dicta.*
3. *Sponſaliorum definitio.*
4. *Ætas requiſita ad ſponſalia.*
5. *An eam ſuppleat malitia?*
6. *Septennium an debeat eſſe completum?*
7. *Sponſalia nudo conſenſu ineuntur.*
8. *Eoque verbis aut ſignis exterioribus expreſſo.*
9. *An his verbis*, Volo tecum contrahere, te ducere?
10. *An his*, Habebo te uxorem; Promitto, quòd te habebo?
11. *An & his*, Volo te uxorem?
12. *An hac forma*, Non habebo aliam uxorem niſi te?
13. *An hac*, Ducam uxorem, & nullam aliam niſi te.
14. *An iſta*, Accipio te in craſtinum.
15. *Sponſalia an cenſeantur iniri per verba de præſenti inter impuberes?*
16. *Sponſalia obligant ad implementum.*
17. *Intra quod tempus implenda.*
18. *An quis cogi poſſit ea implere?*
19. *Promiſſio ficta, animo non implendi an obliget?*
20. *An ſub ſpe ejuſmodi promiſſionis deflorans virginem teneatur?*
21. *An ſi deflorata poſtea cum alio fornicetur?*
22. *Sponſalia per copulam ſubſequentem ante Concil. Trid. tranſibant in matrimonium.*
23. *An & in caſu, quo quis ex pluribus unam ducere promiſit?*
24. *Copulæ præcedenti, aut conatui ad eam non erat idem effectus.*
25. *Sponſalia diſſolvuntur mutuo partium conſenſu.*
26. *Item parte altera invita*, I. *Per ingreſſum in Religionem.*
27. *Idque per ſolam adſumptionem habitus.*
28. *An & ex parte ingreſſi, in caſum, quo egreditur.*
29. *Sponſalia jurata, an diſſolvantur hoc modo?*
30. *Intellectus* c. Commiſſum, 16. h. t.
31. *An liceat ingredi Religionem, obtenta copula*

post contracta sponsalia?
32. II. *Solvuntur sponsalia per matrimonium cum alia subsequens.*
33. *An & matrimonio contracto nulliter?*
34. *An matrimonio soluto obligent priora sponsalia?*
35. *Per secunda sponsalia non dirimuntur priora.*
36. *An neque copula habita cum posteriori?*
37. III. *Per supervenientem adfinitatem.*
38. IV *Per discessum & absentiam sponsi.*
39. V *Lapsu termini prefixi.*
40. VI. *Per supervenientem fornicationē alterius*
41. *An & si sponsa vi praecisa cognita fuerit?*
42. *Quid si uterque fornicatus fuerit?*
42. *Fornicatio sponsa precedens ignorata postea cognita an causset dissolutionem?*
44. *Quid fuerit vidua, quæ virgo putabatur?*
45. VII. *Per supervenientem deformitatem.*
46. *Vel quod praecognitum avertisset à contrahendo, ut morum asperitas &c.*
47. *An & ob paupertatem supervenientem?*
48. *An si sponsa aives dotem constituere recuset?*
49. *Ad hanc dissolutionem non est opus auctoritate judicis.*
50. *Dispensare circa hæc est solius Pontificis.*
51. *Nuptiæ & Matrimonium unde dicantur.*
52. *Nuptiæ quid.*
53. *Differunt à Concubinatu.*
54. *Concubinatus prohibitus jurè Canonico.*
55. *Intellectus* can. Is qui 4. cum seqq. dist. 34.
56. *Matrimonium an sit præcepti?*
57. *Qui contrahere nuptias possit, & cum quibus.*
58. *Matrimonium cum hæretico an teneat.*
59. *Cum excommunicato tenet.*
60. *Iure civili inter certas personas nuptiæ non admissæ.*
61. *Impedimenta impedientia & dirimentia nuptias remissivè.*
62 *Meretricem ducere meritorium est.*
63. *Nuptiæ contrahuntur mutuo partium consensu.*
64. *Tacens & præsens an consentire censeatur, parente pro eo conjugalemconsensum præstante.*
65. *Matrimonium per procuratorem an & qualiter contrahi possit?*
66. *Contrahi potest & per litteras.*
67. *Consensus debet esse de præsenti.*
68. *Consensum parentum requiri necessariò neque jure naturæ.*
69. *Neque jure Canonico.*
70. *Iure civili absque eo irrita nuptiæ.*
71. *Consensus debet esse liber ab omni metu.*
72. *Matrimonium metu contractum an ipso iure sit nullum, an verò Ecclesiastico tantum*
73 *Metus qualis hic subesse debeat.*
74. *Matrimonium tenet contractum à timore ad mortem.*
75. *Metus illatus ad extorquendum matrimonium an illud irritet?*
76. *Iuramentum adjectum hujusmodi matrimonio obligat.*
77. *Vt neque sponsalibus metu justo initis.*
78. *Matrimonium metu initum an ratificatum*
79. *Matrimonium metu initum an ratificetur per copulam extortam?*
80. *Ratificatur per cohabitationem.*
81. *Metus commissionis arrharum an ipso*
82. *Matrimonia vinculo pœnæ adstringuntur*
83. *Pœna juramento firmata an præstanda*
84. *Exhæredatio aut denegatio dotis, ob matrimonia invitis parentibus contracta, non jure hoc jure.*
85. *Statuta permittentia ex ea causa exhæredationem an licita?*
86. *Ad matrimonia cogere quem neque Princeps potest.*
87. *Effectus matrimonii.*

MAtrimonii contractus cæteris contractibus longè antecellit: tum necessitate propter generis humani propagationem. Imp. in *Novell. de restit.* 39. *in fine pr.* ratificat, nuptiis nihil hominibus utilius esse, quam solis homines facere valentibus. *de nupt.* 22. *in princ.* Matrimonium honestum, ut humano generi videatur mortalitatem artificiosè introducere: tum tiquitatis prærogativa, quòd inter primorentes in statu innocentiæ, ipso Deo tore, celebratum: tum dignitate, quod sto Domino in nova lege fuerit institutum Sacramentum. Quæ ratio est quod ad judicium Ecclesiasticum, cui subsunt; ut laicus ne quidem incidenter cognitionem adsumat, *c. latorinf. Qui sint legit.* De eo agitur hoc libro quidem Tit. primo in genere, sponsalibus, quæ ad illud tamquam finem ordinantur, ut tempore sint

Quo modo & in Rubr. præponuntur, & de iis primo loco tractatur: ut non fuerit inconveniens eorum præmittere tractatum.

2 Sponsalia dicta à Spondendo, quòd olim per sponsionem contraherentur: moris enim veteribus erat, futuras sibi uxores stipulari & spondere, *l. 2. D. h. t.* Alia faciunt de futuro, alia de presenti, secundùm Canones. Illa propriè dici sponsalia receptum, & passim in textibus Juris civilis ad eum contractum, qui consensum de futuro habet, referuntur, non etiam hæc, quia nemo videatur promittere, quod præsens præstat & exhibet. Perperam tamen aliquis Canones arguerit erroris, quòd contractum de præsenti sponsaliorum nomine appelleat ante consummationem; cum & ante eam rectè dicatur sponsa, quæ viro fidem dedit de præsenti; tum propter mutuam sponsionem, id est interrogationem & responsionem, quæ & in tali matrimonio intervenerit, tum quoad effectum matrimonii, cum & in sponsa de præsenti tantùm sit promissa, ut rectè dicatur in *c. Tertio loco sup. de præsumpt.* sponsa, utpote quæ corporis sui possessionem necdum tradit, quæ demùm accedit per traductionem in domum & copulam.

3 Definiuntur autem Sponsalia de futuro, esse mentio ac repromissio futurarum nuptiarum, *l. 1. D. eod.* Promissio ut effectum habeat, necesse ut verbis aut signis manifestetur, inter eas personas, inter quas nuptiæ possunt consistere libero contrahentium consensu *l. Sponsalia* 11. D. *eod.* ubi leges etiam parentis, in cujus potestate sunt contrahentes, consensum requirere videntur, qua de re agetur infrà secunda hujus Rubr. parte: nam quod juris in nuptiis, idem ferè in sponsalibus.

4 Ætas non definita sponsalibus, uti nuptiis, & tantum ea desideratur, qua intelligunt contrahentes quid agunt: ut non debeant esse minores septem annis, *l. in sponsalibus* 14. *D. eod.* quod hac ætate impuberes censeantur habere sensum eorum, quæ agunt, saltem quoad sponsalia, quę nó ponunt vinculum indissolubile, ut infrà dicetur.

5 Ubi quæritur, An hæc ætas suppleri possit per malitiam? R. Hoc posse videri per d. l. 14. ubi tantùm requiritur intellectus, qui septennio completo adesse putatur: ut si ante adsit, videantur valere sponsalia, quæ solum consensum requirunt: Cov. *hic p. 1. c. 2. n. 2.* Canis. *in c. Iuvenis 3. h. t.* Possit sumi argumentum à matrimonio, in quo malitiam supplere ætatem responsum est, *c. de illis inf. t. seq.* Esse tamen probabilius contrarium, eo quod Canones expresse septennium completum exigant, & ante illud sponsalia inita valere negent per *c. Literas 4. & c. accessit 5. t. seq. de desponsat. impub.* nec alibi ponatur exceptio hac in materia: nec valeat argumentum à matrimonio, cum quòd ibi malitia suppleat ætatem, inductum sit casu vitandæ fornicationis, quæ hic non subest. Ut non stante eadem ratione, non procedat ejus decisio. Non facit pro priori sententia *d. c Iuvenis h. t.* quo nituntur ejus auctores: nam istius decisio non potest fundari in promissione ante septennium, quia nulla est. *d. c. 4. & 5. c. unico de desponsat. impub. in 6.* ut nihil peretur; sed potiùs traductione in domum, & dubitata copula, quæ duo operantur aliquod impedimentum publicæ honestatis, ut ibi ipse Pont. allegat, Priorem tamen sententiam aliqui volunt communem, eamque sequitur Covar. *d. l.* Qua admissa, non poterit præsumi malitia adesse, sed ea venit probanda, cum textus alias frustra certam ætatem, qua quis judicetur habere usum rationis, præscripsisset. Quòd si tamen usus rationis ante septennium appareat, non video, quare non debeant dici sponsalia valida. Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 16. n. 8. & seq.*

Septennium illud completum esse vult Covar. *d. loco* & Sanch. *d. disp. 16. n. 2.* quòd Canones prohibeant ante eam ætatem conjungi aliquos, *c. 2. inf. t. seq.* Putant tamen alii, duos tresve dies si desint, non obfore, cum quæ parum distant, non videantur distare. Joan. And. *in d. c. 4. n. 2. t. seq.* Silvester. *V. Sponsalia q. 2. & alii allegati à* Sanch. *d. loco n. 4.* Inita ante septimum annum sponsalia tacito consensu postea convalescere habet *c. duo 12. inf. t. seq. & d. c. unico*, qui tacitus consensus hac in parte æquivalet expresso. 6

Contrahunt & sponsalia parentes pro liberis, qui quatenus eos ligent, dicetur Tit sequenti. 7

Contractus autem hic ex iis est, qui nudo consensu ineuntur, absq; verborum solemnitate: quo modo & inter absentes rectè initur: item à muto ac surdo, quatenus consensum explicare possunt, & nulla subest prohibitio, quæ

quæ eadem in sponsalibus ac nuptiis, *l. Tutor 15. cum l. seq. D. eod.* Quatenus tamen prohibitio est perpetua; quia aliàs frustra initentur sponsalia, quæ in matrimonium transire non possent. Aliud juris est, si nuptiarum prohibitio tantùm sit temporalis, quia tunc nuptias inire prohibitus sponsalia rectè contrahit, uti in specie *l. si quis officium* 38. *D. de ritu nupt.* cùm vitium, quod subest nuptiis, non subsit desponsationi, quæ non ponit individuam conjunctionem.

8 Forma sponsaliorum consistit in verbis aut signis exterioribus, quibus mutuus consensus in matrimonium de futura declaretur, isque deliberatus, verus, & non fictus: nam ficta promissio, cum sensum auferat, obligationis vinculum ponere nequit, qua de re in 2. parte Rubr. latius. Verba hujusmodi sunt, *Promitto, quòd te uxorem accipiam, quòd te ducam, Maritus mihi eris, Eris mihi uxor, cap. penult. h. t.* Dubitari tamen sæpè contingit super verborum forma, an ponat obligationes de futuro, an de præsenti.

9 Unde quæritur, An sponsalia contineantur his verborum formis, *Volo tecum contrahere, te ducere, uxorem habere?* Resp. Sponsalia iniri, non etiam matrimonium, cum agant de consensu præstito in futurum. Et quamvis non desint, qui in posteriori forma velint contineri matrimonium, propter verbum executionis, cui additus Infinitivus ponit actûs perfectionem, non tamen ideo significatur executio præsens, sed potiùs futura. Sic qui dicit se velle emere; non potest censeri emisse, cum promissio contractus distet ab ipso contractu. Covar. *d. p. 1. c. 4. in princ. n. 1. & p. 2. c. 4. §. 1. n.* 4. Menoch. 2. *Arbitr. casu* 496. *n.* 13. Sanchez *lib. 1. disp. 18. n. 22. & seq.*

Dubitatur autem, An inducantur sponsalia
10 per hæc verba, *habeo te uxorem. Promitto quòd te habebo?* Respondendum, Induci, quod hujusmodi verba futurum propriè respiciant, nisi adjuncta faciant ea referri ad præsens, uti in *c. Ex parte 9. hoc tit.* ubi dicitur, quòd promittens se ab eo tempore habiturum Mæviam pro conjuge, & illa è contra se Titium pro marito, matrimonium contraxerit; quia verba subjuncta faciunt priora, quæ erant de futuro, referri ad præsens. Covar. *p. 2. c. 4. §. 1. n. 5.* Sanch. *d. disp. 18. n. 16. & seq.* Basil. Pontius *De matrimon. lib. 2. c. 9.*

Quid de his judicandum, *Volo te uxorem* Rep. Ea potiùs ponere matrimonium, ut quenti opinione; eo quòd verbum, *Volo* junctum Accusativo rei, inducat con præsentem: per istud enim inducitur vel gentis, & quidem efficax ad consen sentem. Aliud foret, si tantùm indic velle appetentis, cum appetere non se tere vel velle de præsenti Covar. *d. loco* Ut hac in re sint maximè advertenda cumstantiæ.

Est & dubia ista forma, *Non habebo in uxorem nisi te.* R. Hac forma negat citè neque implicitè includi adfirmat induci matrimonium, aut sponsalia ro. Continet enim orationem pur vam, quæ nihil ponit, *l. Titia §. fin. D. numiss. testam.* Ubi hac forma relicta *Nisi diligenter excusseris rationes, liber* potiùs censetur libertas adempta, quia quia non potest videri consensus per meram negationem. Posito quòd vim habeat adfirmativæ orationis hilomagis continebitur eâ matrimo cum non alia oratio inde concludatur, *Habebo*, vel *Ducam te in uxorem, si xero.* Ut forma hujusmodi futurum nec possit nisi ad sponsalia referri, & non pura, sed conditionalia, propter tionem, quæ tacitè subest, scilicet, *si xero.* Quomodo ex tali contractu non actio, quàm contra factum erit, pro alteram ducere volentem. Pro qua optimè facit textus in *l. si sterilis* 21. *de act. empti & vend.* ubi ex promissi hac forma: *Nulli alii quàm tibi vendam* ante est actio, quàm si res alii vendita Et ratio est, quòd conditio nihil pon sui eventum. Covar. *d. §. 1. n. 6. & seq.* C rez *d. c. 21. numer. 13. & seq.* Sanchez *disp. 19.*

Quid si hac forma quis utatur, *uxorem, & nullam aliam nisi te?* Resp. dici eam ponere pura sponsalia, quod matio, quæ antedictæ formæ subest, tur per verba, *Ducam uxorem, & nul liam nisi te.* quod facit non tantum

tionem ducendi aliam, sed & adfirmationē ducendi hanc. Ut ponat consensum purum de ducendo istam, atque ita sponsalia. Covar. *d.* §.1. *n.*9. Gutierrez. *d.c.* 21. *n.* 17. 19. *&* 20. Ut verbum præsens, *Duco uxorem & non aliam nisi te*, tacitè poneret matrimonium, propter consensum, qui de præsenti exprimitur isto verbo.

14 Dubia est & hæc forma, *Accipio te in crastinum.* R. Videri ea tantùm sponsalia iniri: nam licet verbum, *Accipio*, sit præsentis temporis, tamen ut adfectum & tractum in futurum habeat, facit subjecta clausula, *in crastinum*, quæ impedit verbi istius de præsenti effectum. Putant tamen aliqui, suspendi potius consensum in crastinum, eumque tum poni & purificari. Sed tunc dicendum foret ejusmodi clausulam esse loco conditionis; quo non videtur posse dici. Et facit, quòd ut expressè per hanc clausulam, *Cras eris mihi uxor*, adveniens dies non ponit matrimonium, ita nec hæc, *in crastinum te accipio*, cùm nihil aliud ponat quàm præcedens.

15 Q. An censeantur iniri sponsalia per verba de præsenti inter eos, quibus obstat ætas? R. Ita videri, ex juris interpretatione per *c.* 8. 10. *& fin. tit. seq. de despons. impub. c.* 1. §. *idem quoque eod. in* 6. quod videantur partes aliquid agere voluisse: ut cum matrimonium perficere, jure obstante, non potuerint, saltem sponsalia sub eo comprehensa contrahere voluerint, jure permittente; ut actus invalidus eo modo quo fit, sustineatur eo modo, quo potest, jure adsistente, *arg. l. Tam angusti D. de servit.* & argumento eorum quæ tradita sunt, *D. de jure codicill.* institutionem scilicet directam in codicillis positam obliquari; atque ita non obstet regula. Quod non valet, ut agitur, non valet, ut valere potest. Covarr. *hic p.* 1. *c.* 3. *n.* 2 Vid. Sanch. *lib.* 1. *disp.* 20. *n.* 1. *&* 2. *& disp.* 21. *n.* 1. 2. 3.

16 Sponsaliorum effectus est, quòd obligent ad implementum, *cap. ex litteris* 10. *cap. Requisivit* 17. *h. t.* eo modo, quo promittens contrahere tenetur ad contrahendum, *l. Si fideiussor al. l. Si. cui legitur* §. *si meminisse de leg.* 1. & quidem sub peccato mortali, cum agatur res alicuius momenti, cujus omissione graviter pars in jure quæsito læditur. Qua ratione in *can. Atho* 47. XXVII. *q.* 2. jubetur sponsa abducta excommunicari, nisi ad sponsum redeat, Co[illegible] 1. *c.* 4. *n.* 2. *& seqq.* Sanch. 1. *disp.* 27. *& i[illegible] allegati.* Neq; liberat præstatio pœnæ, quæ n[illegible] rectè apponitur matrimoniis, propter eorum libertatem, ut dictum *D. h. t. n.* 10. & repetetur inferiùs: uti nec liberat commissio arrharum, quæ non censentur appositæ hoc fine, ut earum comissione altera pars liberetur, sed in signum contractorum sponsaliorum. Quod multò magis obtinebit, si juramento fuerint confirmata; cujus major est observantia, gravior violatio, propter religionem. Et hoc ita in puberibus: impuberes enim liberè recedunt à sponsalibus tempore pubertatis, *inf. tit. seq.*

17 Dubitatur autem, intra quod tempus sint perficienda. R. Diem conventum servandum esse alias data opportunitate ea esse implenda, quia sine die promissum præsenti die debetur, *l. In omnibus* 14. *D. de R. I.* nisi alter jus suum remittat dilationem dando, expressè vel tacitè, Vid. Sanch. 1. *Disp.* 28.

18 Quæstio item est, An quis præcisè cogi possit sponsalia implere? R. Ecclesiam habere potestatem absolutè aliquem cogendi per censuras, *d. c. Ex litteris* 10. *h. t.* cum ex justitia obligetur reus ea complere; nisi perfectiora meditetur, argumento eorum, quæ dicta sunt suprà de conversione conjugatorum. Ubi non rectè quis objecerit matrimonium metu contractum esse nullum, nam hoc verum est in metu injustè incusso, qui hic non subest, cùm sponte reus obligationem subierit, quam implere tenetur. Non solet autem Judex uti nisi moderata coactione, ne difficilior succedat eventus, cùm impediat animorum societatem & propter consensus libertatem deficientem causset perpetuum dissidium. Unde Judex, si videat partem obstinatam, monebit potiùs quam coget, *c. Requisivit* 17. *h. t.* ut peiora vitentur: etiamsi juramentum interveniat, quod non facit cessare ipsius coactionis periculum. Et licet reus non sit extra peccatū, idque grave si temerè sit contumax, ut per censuram cogi possit, *d. c.* 10. *h. t.* maluerint tamen Canones minus malum tolerare ad evitandum majus. Covarr. *d. c.* 4 *num.* 4. *&* 5. Sanch. 1. *Disp.* 19. Gutierrez. *can. quæst. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 10 *& De juram. p* 1. *c.* 51. *n.* 4. Pontius *lib.* 12. *c.* 6. *num.* 2. *& seqq.*

19 Quæsitum & de eo, An qui fictè promisit, tene-

teneatur? R. Promittentem, animo quidem se obligandi, non tamen implendi, omninò teneri, cum vera sponsalia inierit, à quorum implendorum obligatione neutiquam eximit intentio contraria non implendi. Nam posita obligatione, tanquam præcedente, naturaliter infertur implendi necessitas, tamquam consequens, *arg. l. 1. §. 1. D. Si usus fr. pet.* ubi legans usumfructum loci, inutiliter dicitur adjicere, ne hæres præstet viam. Sanchez. 1. *Disp. 9. num. 2. ubi alios in simili casu allegat.* Quod si promissio tantum fuerit externa, citra animum se obligandi, ea nec ponet sponsalia, neq; ullam ad illa obligationem, quæ consurgit ex voluntate privati hominis, legē hanc ibi ponentis: ut illa cessante & hæc lex cessare debeat. Neque enim verba ligant citra consensum, sine quo nulla obligatio. Non est tamen talis externa promissio immunis à gravi peccato, propter perniciosum mandacium; nisi vel necessitas excuset, ad evitandum scandalum, vel promissio non sit mutua, nec inde damnum redundet in fœminam, vel facile fuerit alteri colligere esse jocosam ex circumstantiis. Sanchez *d. disp. 9. n. 2.* Diss. Pontius *lib. 12. c. 2. n. 7.*

20 Quid si ex causa sictæ istius promissionis virgo se deflorati passa sit? R. Esse quidem, qui putant non teneri præcisè promittentem ducere virginem, sed posse liberari dotem constituendo, quod justitia commutativa tantum postulet reddi æquale, atque ita satisfieri in pecunia. Verùm contra dicendum, justitiam commutativam exigere, ut detur id, quod debetur: neque enim aliud pro alio invito creditori obtruditur, *l. 1. §. 2. in fine. D. Si cert. pet.* Nec facit, quod hæc materia spectet ad contractum innominatum. Facio, ut facias, in quo non est præcisè actio ad promissum, sed venit interesse *l. 5. in fine D. De præscript. verbis.* secundum ea quæ traduntur *D. eod. tit. & C. De rer. permutat.* Nam illa accipienda in casu, quo est damnum reparabile, quale non est hic. Navar. *in summa c. 16. num 17. & 18.* ubi hoc limitat, nisi excusaret inæqualitas magna, ex causa nobilitatis & divitiarum: nam ea facit, stultè & temerariè spe matrimonii virginem fuisse inductam. ut ei non sit profutura: ut & si ex verbis vel aliis conjecturis conjicere poterit fallacem animum; cum non stultis, sed errantibus jura subveniant. Quod & dicendum, si ex matrimonio secuturum sit [illegible] scandalum, exitusve difficiles timeantur. [illegible] bus tamen casibus non erit liber promissor [illegible] parando aliter detrimento amissæ virginitatis. Ad quod & tenetur, si ad eam ducendam [illegible] datur inhabilis per initum cum alia matrimonium aut professionem, aut susceptum [illegible] nem sacrum. Quod si virgo putata talis [illegible] erat, liber est ab ea ducenda, imo & liber [illegible] restituendo damno, si ab ea quasi virgo [illegible] inductus ad copulam, quia non tam [illegible] quam deceptus est; decipienti autem non [illegible] veniunt jura. Quod si virginem se non [illegible] cavit, pro tali tamen habita fuerit, non [illegible] test teneri virginitatem, quam non [illegible] compensare, tenetur tamen ob famam [illegible] & ad deceptionem & ad coactionem. [illegible] *d. l.* Vid. Sanchez *latè 1. Disp. 10. num. 2.* [illegible] *& ejus contradictor* Pontius *d. c. 2. §. unum* [illegible] *& seqq.* Ferdin. Rebellus *de obligat. justit.* [illegible] *lib. 3. q. 8.*

Quid si postea fornicetur? R. Velle [illegible] aliquos, promissorem nihilominus [illegible] restitutionem, propter damnum ante [illegible] à cujus restitutione non liberatur ejus [illegible] catione, non teneri tamen ad ducendam [illegible] quod ex eo, quia res integra esse desierit, [illegible] ratus sit ab obligatione ista. Verum [illegible] etiam liberum esse promissorem à restitutione damni, cum tantùm promiserit eam [illegible] re: quæ obligatio quia culpa puellæ [illegible] nihil superest, ad quod possit dici [illegible] missor sublata obligatione, qua sola [illegible] tur, quæ eo invito non potest mutari [illegible] Quod & dicendum, si corruptor nubere [illegible] nuat, aut pater eam tradere corruptori [illegible] ses, quia videtur obligatio remissa. Adeò [illegible] pœnitentia ducta, postea ei nubere fuerit [illegible] rata, non videatur cogendus eam ducere [illegible] preterea quòd obligatio semel extincta [illegible] viviscat, invito debitore, *arg. l. fin. Cod.* [illegible] *condit. insertis; & l. cum ex causa Cod. de* [illegible] *pig.* Vid. Sanch. *d. disp. 10. num. 13.*

Habuerunt & eum effectum olim sponsalia, quod per copulam subsequentem [illegible] erint in matrimonium, quem etiamnum [illegible] die habent in locis, ubi Conc. Trid. non [illegible] ceptum, quoad decretum de matrimonio [illegible]

que ex præsumptione juris & de jure, *c. veniens 18. & c. is qui fidem 30. h. t.* quam induxit Canon ex eo, quod judicaret accedentem ad sponsam carnaliter, præmissam promissionem potiùs velle deducere ad effectum, quàm crimen committere, accedendo spiritu fornicario. Ita ut probatio in contrarium non admittatur, quæ non solet opponi præsumptioni juris & de jure, uti dictum supra, *tit. de præsum.* nec protestatio contraria quidquam operetur, quod sit facto contraria, & alias induceretur præsumptio criminis contra leges. Nisi tamen sponsa vi præcisa cognita probetur. Exemplum est in ea, quæ postea Religionem vult ingredi, quæ non potest ex eo repelli, quòd sit nupta, cum nuptiæ sint invalidæ, propter defectum consensus ex parte mulieris, propter vim præcisam, *c. Sacris sup. de his quæ vi &c.* Ut cesset dictorum Canonum præsumptio & ex ea decisio. Barbosa *D. Soluto matrim. ad Rubr. p. 2. n.* 106. Habebat autem hic effectus locum olim in sponsalibus cum certa initis.

23 Ut dubitetur, An & illi sit locus in casu, quo quis ex pluribus unam ducere promisit? Resp. Hoc quosdam negare, quod eo in casu non ponantur sponsalia, quæ ineunda cum determinata, & cum una, uti nuptiæ. Copula autem superveniens non nisi vera sponsalia faciebat olim transire in matrimonium. Henr. Bohic. *ad. c. Ex litteris* 10. *n. 2. h. t.* Probabilius tamen alios adfirmare, eo quòd, licet ante electionem non fiat pura sponsalia, per eam tamen secutam fiant absoluta. Electio autem fit per copulam, per quam & purificatur conditio, atque ita sponsalia transeunt in matrimonium. Covarr. *d. c. 4. §. 1. nu.* 25. Menoch. *De præsumpt. lib. 3. c. 1. num.* 13. & 14. Sanch. 1. *Disp. 26. num.* 7. & 8.

24 Inducit autem hanc præsumptionem actus conjugalis post sponsalia habitus, non item præcedens: neque enim subsequens promissio aut consensus trahitur retrò ad purgandum actum præcedentem. Erat etiam copulæ tantùm hic effectus, non etiam tactibus, osculis, amplexibus & similibus impudicis, deductioni in domum, cum copulæ non æquivaleant, uti nec conatui ad copulam, *c. fin. h. t.* ex quo, cùm non habuerit effectum, non potest præsumi conjugalis consensus. Quando enim jus ex facto quodam aliquid præsumit, oportet illud sit perfectum, *c. 1. inf. tit.* 10. *De natis ex lib. ventre.* Verùm cùm hæc aliter se habeant ex Concilio. Trid. recepto in his atque aliis quibusdam Provinciis, quo requiritur, ad effectum validi matrimonii, coram Parocho suo & testibus sit contractum, ut dicetur infr. *Tit.* 3. frustraneum est hac de re pluribus agere.

Quæ de effectu sponsaliorum sunt dicta, eatenus obtinent, quatenus non subest causa eorum dissolutionem permittens; non tantùm ex partium mutuo consensu, cùm jus quæsitum invicem remittere liceat, *l. pen. Cod. de pactis*, in iis scilicet, quæ non ponunt vinculum indissolubile: & quidem sine peccato, cùm unumquodque per easdem causas dissolvatur, per quas nascitur, quando tantum agitur de jure partis, cujus ordinis sunt sponsalia, etiam jurata, *c. 2. h. t.* Nam & juramentum factum in favorem alicujus ab eo remitti potest, cum ejus tantùm interest, secundum dicta supra, *ad t. de jurejur. n.* 78. Non tantùm, inquam, ex mutuo partium consensu, verum & parte altera in vita, etiam inter puberes inita. 25

Et quidem Primò per ingressum in Religionem approbatam: nam cum liceat ingredi spõsæ de præsenti, ut dictum sup. *tit. de convers. conjug.* quidni & permittetur sponsæ de futuro? cum nemo sit impediendus ad spirare ad statum vitæ meliorem; vinculo civili, quod & hac in re aliquod subest, soluto per mortem civilem. Nec obstabit juramentum, cùm ex iisdem causis solvantur jurata, quibus simplicia: habent enim eamdem tacitam conditionem, & juramentum sequitur naturam actus, cui apponitur *l. fin. Cod. de non num. pec.* * Non est autem hoc casu exspectanda mors civilis, quæ inducitur per professionem, cum sufficiat adsumptio habitus, quæ dat licentiam alteri parti resiliendi, si velit, cùm vinculum non sit indissolubile, & subsit causa quæ prægnita meritò fecisset alteram partem involuntariam, quia grave sit ei nubere, qui gestavit cappam: quod etsi in se sit laudabile, est tamen aliquo modo ignominiosum apud sæculares. Navar. *in Summa c. 22. n.* 26. Sanch. 1. *disp.* 42. *n.* 2. Pont. *lib.* 12. *c.* 10. 26 27

Ubi quæri posset, An adsumptio habitus liberet etiam ipsum ingressum, ut, eo dimisso, 28

non teneatur sponsalia implere, si alter exigat? R. Verius esse, ingredientem, licet bona fide, non liberari à promissione, sed postea egressum teneri eam implere; ita altera parte exigente, necdum jure suo privata, ne privilegium concessum, ratione ingressus, prosit eidem egresso, in præjudicium alterius, cum privilegia jus alterius diminuentia sunt odiosa, & stricte accipienda. Deinde contingeret aliquem suo se facto liberare ab obligatione, cui se obstrinxit, quod non est admittendum. Nec facit argumentum sumptū à professione, quæ solvit matrimoniū; quia illud hic non procedit, cum novitiatus nihil novi inducat in ingresso, qui per eum non mutat statū, & mori non censetur civiliter. Ut non debeat posse auferre privilegium &jus alterius. Præterea non procedit argumentum à simili, quando subest odium, uti hic Sanch. z *d. l. n.* 4. Ordinis quoque majoris suscepti adest vis dirimendi sponsalia, uti dicetur infra, *Tit.* 6. ubi etiam tractabitur, quatenus votum simplex sponsalibus obster.

29 Hic verò etiam illud quæri potest, An qui de matrimonio intra certum tempus ineundo fidem jurato dedit, possit, eo non obstante, ingredi? R. Videri prima facie id licitum non esse, per text. *in cap. commissum* 16. *h. t.* ubi Alexander III. ait, tutius esse, talem primum contrahere, & tum ingredi ante copulam. Facit argumentum dictū ex *cap.* 6. *sup. de jurejur.* ubi qui juravit usuras solvere tenetur, in reverentiam juramenti, quas tamen solutus repetit. Sed verius est, posse ingredi Religionem, contracto prius matrimonio. Fundamentum sumitur ex eo, quòd sponsalia intrinsecè involvant hanc conditionem, nisi alter contrahentium ad Religionem transire velit, juxta *c. Ex publico sup. De conversi. conjug.* quod cum loquatur de sponsalibus de præsenti, multò magis obtinebit in iis, quæ sunt de futuro. Adde, quòd res sit periculosa prius cōtrahere, quia exponeret se talis periculo mutandi animum per consummationem. Facit, quod juramentum sequatur naturam actus, cui adjungitur, ut reus perjurii nequeat haberi intrans,

30 Ad *d. c. commissum* variæ dantur solutiones. Aliqui volunt eo potius posteriorem sententiam fixmari, quod dicat, esse tutius, ut non sit necessarium. Sed hæc interpretatio minus secura, cum melius sit ex objecto Religionis ingredi; cujus status semper censetur ar[duus]ptus. Alii aliter respondent, sed minus ad [rem]. Melior interpretatio istius Cap. videtur [esse] quòd Pont. ibi agat de eo, qui non habet [ani]mum deliberatum intrandi ante tempus [de]fixum, cui suadet, contrahat potius, quam [in]jurium incurrat, cujus incurrendi pericu[lum] exponeret propter tempus instans aut [ju]lapsum se obligaverat juratò ad contra[hen]dum matrimonium, & postea, si velit, [re]diatur. Ut *d. c.* 16. non agat Pont. de eo, [qui] pliciter est animus deliberatus intrandi, [sed] qui dubius est, ut patet ex verbis, *Quod elegerit*. Ita Innoc. *ad. d. c. Commissum*. [Co]*p.* 1. *c.* 5, *n.* 11. Quæ interpretatio, ut sit [pro]lis, tamen dubia, cum ita accepto illa [non] sequeretur, Pontificem non debuisse [ju]tutius esse, sed necessarium esse. Deinde [in]terpretatio supponere videtur quæ [non] sufficienter non colliguntur. Ut dicendo [a] Pontificis responsum non fundatum [in] solius juramenti quàm etiam in eo, [quod] raliter loquendo, post talia sponsalia [non] interesse possit ad honorem & famam [hab]ante initum matrimonium deseratur, [ut] Ut videatur saltem indirectè pertinere [ad] stiti juramenti reverentiam, ut fiat [dis]missum, si ita velit sponsa. Nam ad hoc [o]gatur sponsus, quoad sponsæ est jus, [quo] est salvum, quamdiu imminet infamiæ [pe]culum. Quò facit, quod tradit Navarr. [Ma] *in fine sup. de voto*, cavendum esse, ne [quæ]mia inde contra sponsum nascatur. Ubi [ta]dixerit Pont, tutius esse; ut si nullum [ha]le periculum, tunc sine scrupulo possit [ex]nuò ingredi. Quòd si subsit sponsi pericu[lum] vel impedimentum sui boni propositi, [ut] non obstante nocumento sponsæ, [ea] ingredi, quia hoc nocumentum spirituale [non] valet illius temporali. Qui post votum [re]tatis tale juramentum præfixit, nullo modo [ad] obligatur, quia cadat in materiam illicitam, [ut] quale non tenet, ut dictum supra *de juram.* [n.] 46. Qui post istam obligationem votum [Re]gionis emisit, non potest sine peccato [ad] tali priùs matrimonium contrahere, [et] ingredi, quòd exponat se gravi periculo [de] lud consumandi, & votum violandi, [quod]

obstrictus est: non tantùm si solemne votum emiserit, quod etiam sponsalia dirimit, verùm & simplex religionis, quia & hoc sponsalia dirimit, ut dicetur infrà. *Tit. 6.* Nisi alio modo sponsus non possit Religionem ingredi, aut subsit metus majoris mali, si antè non contrahat, aut etiam scandalum, aut infamia alterius, quæ ponunt justâ causâm permittendi contractus matrimonii; modo tamè illi sit firmus animus post contractum intrandi Religionem. Navarr. in *Summa c. 16. num. 30.* Sanchez *3. Disp 43. nu. 6. & seqq.* Pont. *lib. 12. c. 10. num. 9. & seqq.*

31 Quid si sub promissione matrimonii obtenta fuerit copula? R. Ex dictis satis constare, tunc omnino teneri ante contrahere, propter partis & prolis detrimentum, quod evitare tenetur: non potest autem aliâ viâ, quàm contrahendo. Navarr. *d. Cons. 3. in fine*, Sanchez 1. *Disp. 44.* Quo casu non videtur postea, alterâ parte invitâ, ingredi posse promissor, etiam ante consummationem, cùm per contractum matrimonium non liberetur ab obligatione, nec sufficienter resarciat injuriam virginitatis & honoris. Non obstante voto religionis, quòd interea emisit, quia illud emitti non potuit in injuriam alterius.

32 Secundò, Solvuntur sponsalia per matrimonium cum alia subsequens, licet non desit peccatum, propter violatam fidem, etiam necdum secuta copula consummatum, *cap. Sicut. 22. h. t. ex. inf. t. t. 4.* Ratio est, quia matrimonium ponit jus in rem, quod est potius jure ad rem, quod oritur ex sponsalibus, *arg. l. Quoties 15. C. De rei vindic.* Ubi nihil facit copula cum verba de præsenti ponant jus in rem matrimonium que perficiant. Unde sequitur, rectè tam posse libere cum alio contrahere.

33 Quid si matrimonium fuerit contractũ nulliter? R. Sponsalia non dissolvi, quia non præstat impedimentum quod non de jure non sortitur effectum, *c. Non præstat De R. I. in 6. ubi*, Joan. Andr. *num. 12.* Et hoc quoad contrahentem matrimonium; nam quoad alterum certum est, illi liberum esse inire nuptias cum alio, quod contrahens, licet invalidè, declaraverit tamen per hoc se renuntiare sponsalibus, & liberare, quantum in se est, partem suam. Neque enim debet esse in cujusque arbitrio, quo cumque modo se liberare à nexu, quo tenetur. Navarr. in *Summa cap. 22. num. 26.*

34 Quæstionis est, An per matrimonium validum ita dirimantur sponsalia priora, cum alio inita, ut, eodem soluto, non teneatur postea implere priora, parte petente? R. Aliquibus non improbabiliter videri, non teneri, eo, quòd obligatio sit extincta per matrimonium. Obligatio autem semel extincta non reviviscit sine utriusque consensu, ne quis invitus in obligationem trahatur, *l. Qui 89. §. aream D. De solutionib.* Sanchez 1. *Disp. 48. n. 3.* Posset tamen probabilius alicui videri non ita liberari contrahentem ab altera, quo minus, dissoluto matrimonio, teneatur eam, cum qua sponsalia contraxit, ducere, nisi sit alia causa impediens. Ratio est, quòd non tam extinguatur ex sponsalibus orta obligatio, quàm potius suspendatur, ob majus vinculum; quo durante sine effectu est obligatio ad sponsalia. Sublato autem vinculo isto, redit efficacia prioris obligationis, ne alias sit in alicujus arbitrio se liberare ab obligatione pro lubitu suo. Facit huc argumentum *d. l. Quoties C. De rei vindic.* Ubi res secundo vendita & tradita non potest primo tradi; non est tamen liberatus venditor ab obligatione, quâ primo tenetur: adeò ut, si rem postea consequatur, cogi possit eamdem tradere primo, nisi eidem ante satisfactum fuerit. Facit &, quòd post sponsalia ingressus Religionem, liberetur eatenus ab obligatione; egressus tamen teneatur implere sponsalia antè inita, si pars velit, ut colligere est ex traditis sup. *ad tit. De convers. conjugat.* Vide Pont. *lib. 12. c. 13. nu. 4.*

35 Sponsalibus posterioribus non est vis dissolvendi priora, ne quidem juratis, cum nihil plus virium habeant prioribus non juratis, *c. Sicut 22. hoc tit.* & juramentum hoc casu attendi non debeat, quia fit super re alteri debita, atque ita iniquum. Ex parte tamen illius, cui fides data erat, rectè dicentur soluta sponsalia, quia non violant fidem, secundùm supra, *eod. nu. 33.*

36 Q. An subsecuta copula cum posteriori faciat dissolvi sponsalia priora? R. Hoc esse dicendum in locis, ubi non est publicatum Concilium Trid. nam secundùm jus vetus copula sponsalia subsequens ponit matrimonium, ut dictum supra, & repetetur inferius. Tantum

est quæstio in locis, ubi Trid. est receptum: & videtur juri conformius, non dissolvi priora, atque ita primam, non etiam secundam sponsam habere eius cogendi adimplere sponsalia, nisi prior juri suo renuntiaverit. Est enim irrita fides posterior, propter priorem, & copula per se non facit irritari sponsalia: ut per eam injuria illata secundæ non debeat præjudicare priori, cujus reparatio alia via prosequenda, quam si consequi nequeat, imputet suæ facultati. Posset tamen æquitas, ratione gravis injuriæ & damni ex defloratione accepti, aliud postulare, ut scilicet cedat prior non cognita eo in casu posteriori, si modò fuerit bonæ fidei. Nam si conscia fuerit sponsaliorum cum alia, nihil est, quod eam excuset. Dico, non cognita; nam si & cum priori habita fuerit copula; nulla est ratio, quæ eam postponendam secundæ suadeat, cùm cæteris paribus qui prior est tempore potior sit jure. Rebel. *p. 2. lib. 4. qu. 8. nu. 58.* Pont. *d. lib. 12. c. 14. nu. 3. & 4.*

37 Tertiò, per supervenientem adfinitatem, *c. Litteras inf. tit. 13. De eo qui cog. consang.* quia res devenit in casum, à quo inchoari nequit, adfinitate impediente matrimonium, ut plenius dicetur infra *d. tit. 13.* Idem est, si superveniat cognatio legalis, de qua *Tit. 12.*

38 IV. Per discessum alterius in longinquam regionem, altero non monito, etiamsi sponsalia sint jurata, nisi de proximo reditu sit spes, *c. De illis 5. h. t.* aut nisi profectio sit necessaria; tunc enim durant sponsalia, & exspectandus est secundum jus civile patienter reditus, donec caussa durat, *l. Sæpè penult. h. t. D eod.* Sin absque caussa alter discesserit, jura civilia præscribunt triennium, quo sponsa exspectet, si extra provinciam sponsus ierit, & nesciatur, ubi degat, *lib. 2. C. De repud.* si verò intra provinciam, biennium *lib. 2. C. De sponsalib.* Canones verò videntur indistinctè dare licentiam ad alia vota adspirandi, *d. cap. De illis h. t.* ubi nullum tempus apponitur: ut hac in parte videatur recessum à jure civili. Et ratio est, quia qui sic discedit, videtur juri suo renuntiare, & partem suam liberare, licet ipse teneatur, si alter velit, ne commodum ex facto suo reporter. Covarr. *hic p. 1. cap. 5. num. 7.* Et hoc, si nesciatur, an congruo tempore sit rediturus: nam si verosimilis sit spes reditus intra tempus jure civili præscriptum, cessetque periculum incontinentiæ in sponsa, aut alia necessitas, securius est exspectare, propter quòd sponsalia non sint facilè dissolvenda, quoad fieri potest, sine partis injuria agendum, ut firma potius maneant. Ut dicendum sit, *d. c. 5.* procedere in casu priori. Sponsa consente ex licentia sponsæ, erit huic exspectandus illius reditus, quia consentiente non potest dici facta injuria: uti & si in proximo ejus reditus, secundùm *d. c. 5.* quod agit de mittente terram, & ad alias partes se transferente, quod denotat diuturnitatem. Si in loco propinquo, requirendus est ad promissionem complendam intra terminum, si justo teneatur impedimento, non sunt rè sponsalia ditimenda, nisi, attenta [illegible] tare sponsæ, periculum illi sit in mora. Covarr. *d. loco in fine.* Vid. Rebel. *ubi sup. n. 16.* Sanchez 1. *Disp. 54. per tot. & ab eo citati, l. [illegible] lib. 12. c. 15.*

V. Lapso termino, matrimonio [illegible] hendo præstituto; cùm intra terminum [illegible] mittens, eo lapso obligari nolit, quando licet terminus est appositus limitando [illegible] gationis, ejusque extinguendæ caussa, [illegible] *cut 22. h. t. l. Fidejussor 29. § fin. D. Mandati.* [illegible] tamen casu is, per quem stetit, tenetur [illegible] minus, si altera pars velit, ne cuiquam [illegible] rum sua malitia impedire obligationem [illegible] verò terminus sit adjectus ad sollicitandum obligationis effectum, id est ad [illegible] dum tempus, cujus lapsu debitor [illegible] tur in mora, tunc lapsus termini non [illegible] guit obligationem, cùm sint quasi [illegible] tractus, unus faciendi, alter intra terminum faciendi, *l. Cessus 25 §. 1. D. De recept. arb.* [illegible] si intra terminum non fiat, non possit [illegible] lata omninò obligatio. Covar. *d. c. 5. nu.* [illegible] Rebel. *d. qu 8. nu. 18.* Sanchez 1. *Disp. 53.* [illegible] *d. lib 12. c. 16.*

VI. Per supervenientem fornicationem [illegible] terius, sive spiritualem, ut hæresin, [illegible] siam, *can. Non solum* XXVIII. *q. 1.* propter [illegible] culum, sive carnalem, cum subintelligitur conditio, si contra matrimonium non [illegible] tur, *c. Quemadmodum 25. sup. De jurisd.* [illegible] *Glos. &* Abbas. Si tamen innocens velit [illegible] reus implere promissionem, ne sua [illegible]

malitia; sit enim hæc dissolutio tantùm arbitrio innocentis, non etiam ipso facto. Idem videtur dicendum, si sponsa tangi, osculari se libidinosè patiatur; sunt enim hæc signa animi impudici. In sponso hæc aliter se habere videntur, quòd ei ista non sint tam inhonesta. Covarr. *d. c. 5. nu. 2.* Rebel. *d. loco nu. 5.* Sanchez 2. *Disp. 55.*

41 Quid dicendum de sponsa vi præcisâ divirginata? R. Nihilo magis cogendum esse sponsum ad complendam promissionem; cum licet nulla subsit sponsæ culpa, res tamen non sit integra sed notabiliter vilior, ut meritò causset justum dissensum. *Glos. in d. c. 25. V oculis, per can. Raptor* XXVII. *qu. 2.* Abbas in *d. c. Quemadmodum nu. 12. sup. De jurejur.* Covar. *d. loco nu. 2.* Sanchez 1. *Disp 55. nu. 7.* Nec faciet quidquam juramentum, quia sequitur naturam actus, nec excludit subintellectam conditionem.

42 Quid si uterque sit fornicatus? R. Poni ab aliquibus compensationem, atque ita à sponsalibus recedi non posse, quod in caussa matrimonii uterque sit æqualis. Contrarium tamen verius esse, quia locus esse nequit compensationi, nisi in paritate: hic autem non est paritas, cum multo gravior sit fornicatio sponsæ, utpote gravem notam ei inurens, quàm viri, ut multis tradit Tiraquel in *Legib. connub. l. 1.* Et patet ex eo, quod fœminæ meretrici non licet filiam exhæredare, *l. In arenam C. De inoff. testam.* patri tamen concubinario filiam meretricem exhæredare licet, Covarr. *ad c. Raynutius in princ. nu. 15. De testam.* Nec rectè objicitur, quod adulteria utriusque compensentur; nam hoc, quia matrimonium est indissolubile; sponsalia verò facilius ob mutationem aliquam solvuntur.

43 An fornicatio præcedens ignorata causset dissolutionem? R. Id aliquos negare, inter quos est Abbas *ad d. c. 25. per tex. ibi*; ex ratione, quòd præcedens fornicatio non contineat iniuriam contra sponsalia necdum inita. Quorum opinio in sponso potest procedere, cujus fornicatio non reddit illum viliorem, nec infamiam inurit fœminæ: nisi tamen sæpè fuerit repetita, quia sic præbet probabilem suspicionem non servandæ coniugalis fidei, ut res illa datura sit justam dissolutionis caussam. In sponsa tamen omninò verior est affirmativa, cùm ei sit infame amisisse virginitatem, quæ & ideo vilior est, & viro ignominiosum, corruptam ab alio ducere. Ut hæc de caussa meritò iudicetur invitus non habiturus rem talem, qualem putabat. Nisi tamen sponsus eo animo adfectus fuerit, ut etiam vitii conscius, eam nihilominus duxisset, quod non possit videri deceptus. Navar. *in summa c. 22. n. 27. vers. Nono.* Pont. *d. lib. 12. c. 18. n. 2.* Pro hac parte facit textus in *l. 5. §. 2. vers. siquidem C. De sponsal.* ubi non dissolvuntur sponsalia per hoc, quod mulier præscivit turpem vitam sponsi. Ubi vis ponitur in scientia: ut non obstet *d. c. 25.* in cujus principio, dum negatur sponsa, cui juratò data fides, rejici posse, quæ ante sponsalia est fornicata, accipiendum de ea, quam sponsus probabiliter non ignorabat esse fornicatam.

Quid si fuerit vidua, quæ virgo putabatur? 44
R. Videri ob hanc caussam sponsum non posse resilire à sponsalibus, propterea quòd licet vidua sit vilior virgine, eius tamen conditio non sit turpis. Verum videtur & hoc in casu deesse animus, ex eadem caussa, ut aliqui volunt; non quidem propter irregularitatem, ratione bigamiæ, cùm parum de statu Ecclesiastico cogitent matrimonium ineuntes, sed quòd virginem ducere pluris æstimetur, quàm viduam.

VII. Per notabilem deformitatem supervenientem ut amissionem oculi, nasi, paralysin, morbum alium contagiosum, aliamque infirmitatem, qua onus sponsorum alteri fastidiosus vel notabiliter debilis ad onera matrimonii subeunda redditur, *d. c. 25. & c. fin. inf. De coniugio leprof.* Videtur enim subesse conditio, si res in eodem statu manserit. Covarr. *d. c. 5. nu. 2.* Navar. in *Summa c. 22. nu. 27. vers. Octavo*, Rebel. *d. qu. 8. n. 57.* Sanchez 1. *Disp. 56.* Pont. *d. lib. 12. c. 17. n. 4.* * Quod tra- 46
endum videtur ad omne illud superveniens, quod præcognitum communiter talis conditionis homines averteret à contrahendo ex ratione, quòd generali obligatione non videantur ea concluſa, de quibus non est cogitum, aut quæ præscita impediissent obligationem, *c. Veniens 16. sup. De iureiur.* Veluti si agnoscatur notabilis morum asperitas & sævitia alterius; si capitales inimicitiæ inter sponsos oriantur, *arg. l. 3. §. fin. De De adempt. legat.* quia ponunt istæ

caus-

caussæ & similes notabilem mutationem, caussantque difficiles exitus, *c. 2. h. t.* & divortium quoad thorum. *c. Litteras sup. De restit. spoliat.* ut à fortiori debeant caussare dissolutionem sponsalium. Navarr. *d. nu. 27. vers. Vndecimo loco.* Sanchez 1. *Disp. 58.*

47 Quid si bonis labatur, quæ dives erat? R. *Gl. d. c. 25. V. oculis,* velle, non caussari ea ex caussa dissolutionem, quam sequitur Covarr. *hic p. 1. c. 5. in princ. n. 5.* Barbosa *ad Rubr. D. Soluto matrim. p. 4. n. 32.* & alii; quasi sponso sit imputandum, quod nullam dotem sit pactus. Videri tamen non improbabilem eorum opinionem, qui volunt ex paupertate caussari dissolutionem, quia ponat notabilem mutationem propter onus novum, quod præcognitum avertisset alterum à cōtrahendo. Quod magis procedet, si dos promissa recusetur. *arg. c. De illis inf. tit. 5. De condit. appos.* Navar. *d. c. 22. nu. 27. vers.*

48 *Duodecimo.* Sanchez. *Disp. 59. nu. 4.* * Videtur & idem procedere, si, cum sit dives, dotem constituere sponsa recuset, licet sine ulla dotis mentione quis eam se ducturam promiserit, etiam cum juramento. Nam licet matrimonium constare possit sine dote, non tamen est decens & honestum, & tacitè de ea danda actum videtur pro dignitate mariti, ut tenet Bald. in *c. Iuravit nu. 3. & 4. sup. De probat.* Menoch. *arbitr. 2. casu 455. nu. 6.* Sanchez. 1. *Disp. 60. nu. 2.*

Q. An ad hanc dissolutionem opus sit au-

49 ctoritate Judicis? R. Ex natura rei non requiri propter tacitam, quæ subest, conditionem, quæ non expleta facit nihil videri actum. Et hoc in casibus, quibus de iure & facto impedimentum est notorium, & citra scandalum fit dissolutio. In occultis impedimentis opus est auctoritate judicis, ad evitandum scandalum: nisi ipsa sponsalia sint occulta; tunc enim, quia cessat scandalum, sufficit propria auctoritas. Abbas *ad d. c. 25. nu. 28.*

50 Ad dispensationem quod attinet, ea non spectat nisi ad Pontificem Rom. cùm agatur de jure alteri quæsito, quod nullus, præter supremum Principem, auferre potest. Et facit *c. Ex litteris 10. h. t.* ubi Pont. præcipit Episcopo, ut sponsum, qui juravit contrahere, compellat, si non obstet caussa rationalis: ut non possit dispensare Episcopus, quia non disponit super jure superioris, ut notissimum est.

Sponsalia de futuro subsequuntur ea, [illegible] sunt de præsenti, de quibus posterior Rubr[illegible] pars agit, quæ alias dicuntur Nuptiæ; quod [illegible] men deductum ab eo, quod sponsæ velo, [illegible] cundiæ caussâ, obnubi solitæ, cum ad [illegible] deducerentur. Dicuntur & Matrimonium [illegible] sumptâ etymologia à matris nomine: [illegible] ideo, ut quidam volunt, quòd mulier [illegible] rea nubat, ut mater fiat; nam & patrim[illegible] dicendum esset, cum & vir desideret esse [illegible] sed rectius, secundum Gregorium IX. [illegible] *sup. De convers. infideli.* propter labores [illegible] tum ante partum, tum in partu, tum post [illegible] tum mater sustinet.

Nuptiæ sunt viri & mulieris conjunctio [illegible] dividuam vitæ consuetudinem continen[illegible] *stit De patria potest.* sive omnis vitæ com[illegible] um, divini & humani juris communicat[illegible] *De. ritu nupt.* Dicitur individua quoad [illegible] tionem scilicet, quia nuptiæ ea mente [illegible] tur, ut essent perpetuæ & sola morte dirim[illegible] tur. Quò facit, quod tradit Sextus Pomp. [illegible] nuptæ caput flameo amiciri solitū, [illegible] ni caussâ, quòd eò assiduè uteretur Flam[illegible] id est Flaminis uxor, cui divortium facere [illegible] licebat. Dico, quoad intentionem, quia [illegible] to jure civili, divortia fuere permissa. *D. [illegible] vort. & Cod. De repud.* non etiam jure [illegible] num, ut dicetur inferius *tit. de divort.* [illegible] parte differunt nuptiæ à concubinatu [illegible] jux à concubina: hæc enim concubitus [illegible] caussa, quamdiu liberet, in domum [illegible] tur, illa honore & affectione maritali [illegible] tur; quia ex affectu & animo habentis [illegible] censebatur. Erat autem jure civili extra [illegible] pœnam concubinatus, quod per leges [illegible] adsumpserit, *l. 3. in fin. D. De concubin.*

Ubi lubet quærere. An & jure Can[illegible] possit dici permissus? R. Si de clericis [illegible] ras, uti iis est prohibitus matrimoni[illegible] ita & concubinæ, *sup. De cohabit. Cler. & [illegible] l. Sacris 45. C. De Episc. & Cler.* Si de la[illegible] res clara est, ut nemo sit Orthodoxus [illegible] concubinatum per canones permissum [illegible] adserat, quandoquidem passim XXXII. q. [illegible] pressissimis & clarissimis verbis Canones [illegible] testentur concubinatum: & *can. Audi[illegible] Dist. 34.* habeatur *Fornicari vobis non licet [illegible] ficiat vobis uxores. Concubinas habere non [illegible]*

vobis: & si non habetis uxores, tamen non licet vobis habere concubinas. Quid expressius? * Videntur tamen aliud quid insinuare duo loca, si verba captes, in *can. Is qui 4. cum can. seq. d. Dist. 34* qui permittunt uxorem non habenti concubinam habere. Per quos nuperus quidam scriptor, verus sciolus, movetur, ut dicat Canones sibi contrarios, vel quia piaculum putat hoc fateri, mavult admittere concubinatum eo jure permissum, sub quatuor conditionibus, quas sibi comminiscitur, auctoritate textus in *can. Solet 7. xxxvii. q. 2.* Prima, ut inter cœlibes consistat: secunda, absit animus procreandorum liberorum: tertia, adsit fides, ne alteri alter jungatur: quarta, simul maneant ad tempus, donec aliam dignam honoribus & facultatibus suis invenerint. O dignum helleboro caput! Duarum conditionum ibi D. August. meminit, scilicet si inter eos placuerit perpetuò ita manere, & absit animus impediendi generationem. Illa ptior nuptias facit, secundum definitionem jam datam; posterior omnino desideratur ad finem matrimonii. Unde eam requirit ibi Canon, non quod sit necessarium, ut ineuntes matrimonium expresè cogitent generationem, sed ne contrarium intendant. Nam licet ille sit præcipuus matrimonii finis, qui copulam honestam facit, facit tamen & finis secundarius, scilicet evitandæ continentiæ, justum matrimonium. Secunda & quarta conditio falsò adsertæ ex isto textu non intellecto, vel perperam accepto ab illo Arcadico scriptore, cui plus verborum est quàm rei. Nam quantum ad priorem, ut scilicet absit animus procreandæ prolis, non ponitur hoc ibi pro conditione, sed facti species ita habebat, quod scilicet eo animo non convenissent, ad quam respondetur, intentionem istam non impedire matrimonium, modo non evitarint generationem, vel eam malâ arte impedierint. Nam ille animus impugnaret subsistantiam matrimonii, atq; ita ipsum impediret. Ut non sit dicendus Pont. nolle nasci libero, sed potius nasci, dum non vult ei rei impedimentum poni per conjunctos. Posterior conditio est falsissimè adserta, contra textum, ab impudenti istò homine, cum Canon expresè adserat, intendentem ad tempus tantum aliquam sibi jungere, donec se dignam magis juvenerit, animo ipso adulterum esse, non uxorem, sed concubinam habere, & ut verbo dicam non tam probare, quàm improbare concubinatum: nam alias frustra ad tempus, sibi aliquam jungent m damnaret adulterii. Mirum est, infectos Lutheranæ aut similis sectæ, quorum sæculum hoc fertile est, fæcibus plena quoque luce cœcutire, nec eos pudere eri jm falsissima quæque proferre, ut aliquid videantur dicere, & populo imponere possint.

Nihil istius tenebrionis somnium promovet text. in *d. can. 4. & 5.* qui insinuare videntur, licitum esse, uxorem non habenti concubinam habere, eumque ab altari non repellendum, cum ibi *Concubina* nomine veniat uxor non legitimè & palam præmissis solemnibus ducta, uti requiritur, sed occultè, quod respuunt Canones, ut patet ex *can. 1. 2. 3. & aliis xxx. q. 5.* & ita ductam non dignantur nomine uxoris, quod licet esset matrimonium, minus tamen honestè contractum, *d. can. 3. in fine.* Et esse concubinas, quæ citra peccatum habeantur, patet ex *can. Concubina xxxii. q. 2.* qui dicit, non licere habere concubinas ad tempus ne quidem filiorum caussa; perpetuas ergo licet habere. Et apertè text. in *can. 6 Dist. 34. Non licet vobis habere concubinas, quas postea dimittatis, & ducatis uxores*; ut liceat tales habere, quæ non dimittantur, secundum regulam, quod exclusio unius sit inclusio alterius; quæ sunt loco uxorum, imò veræ uxores, & in eo tantum à legitima uxore distant, quòd non ductæ solemniter, & non tam intento fine primario matrimonii, eo tamen non remoto, quàm secundario, scilicet vitandæ incontinentiæ. Et hoc modo dicitur *d. can. Solet.* inter cœlibes talem contractum perpetuò initum posse non absurdè appellari connubium.

Quærere etiam hic lubet, An matrimonium sit præcepti? R. Impudenter Lutheranos & similis sectæ hæreticos adfirmare, singulos homines ad nuptias obligari; non tantùm divino præcepto, sed & naturali, ex eo, quòd matr monium sit de jure naturali, quale mutari non potest, *Instit. de jure natur. gent. & civili, in fine.* Unde est, quòd continentiam etiam Ethnicis probatam oderint, & votum castitatis, virginumque Deo dicatarum congregationes procaciter insectentur, adhæren-

tes suo principi tenebrarum, omnis spurcitiæ & turpitudinis parenti. Sed, missâ factâ eorum impudenti assertione, dicendum, fuisse quidem olim, ante genus humanum sufficienter propagatum, præceptum, singulos obligans ad conservandum & multiplicandum genus humanum: postea tamen, multiplicatis hominibus, non esse quidem revocatum, ne quidem per Christum, qui cæremonialia licet, non tamen naturalia præcepta per legem novam abrogavit; sed singulos amplius non obligasse; ipsam autem tantum communitatem aut rempubl. mansisse obstrictam in communi, ut per aliquos ei præcepto, ejusque fini satisfiat, aliqui verò cœlibes maneant, sive liberâ suâ voluntate, sive ex obligatione, quam sponte subierunt per Ordinis susceptionem, aut per votum continentiæ. Cujus observationem & possibilem esse, & Deo gratam, quidquid contra effutiant sectarii, patet ex Matth. c. 19. ubi Dominus laudat eos qui se castraverunt propter regnum cœlorum, id est qui se continuerunt: & ex Apostolo, 1. *ad Corinth.* 7. ubi dicit, benefacere eum, qui virginem suam jungit matrimonio, melius autem qui non jungit. Ut necesse sit, rem possibilem esse continere se, & bonam, frustrà enim alias; id suaderet Apostolus. Quòd si nullus vellet contrahere, vel nullus superesset præter voto obstrictos, qui casus non continget, dato tamen, rectè dicetur eos teneri ad matrimonium, ne pacto privatorum præcepto ex naturali obligatione vim habenti præjudicetur.

57 Materia matrimonii, circa quam sunt corpora contrahentium, masculi scilicet & fœminæ, ut in reliquis contractibus res, de qua agitur; non tamen indistinctè quilibet. Nam ut nuptiæ consistant, oportet contrahentes sint cives Romani; quales hodie sunt omnes, qui Christo nomen dederunt. Cum peregrinis non est connubii jus, quales sunt Judæi, pagani, infideles, *can. Non oportet & can. Cave* XXVIII. *q. 1.* Externæ provinciæ incolæ nomine peregrini neutiquam veniunt, uti decisum *c. 1. h. t.* Cum hæreticis prohibitus quidem est nuptiarum contractus, propter perversionis periculum, initus tamen tenet, *Gl. in d. can. Non oportet.* Ratio diversitatis consistit in baptismi conformitate, quæ sufficit, ut hoc Sacramentum procedat, quod non impeditur per fidei difformitatem: quamvis non sine gravi peccato nuptiæ à fideli cum hæretico iocantur, [illegible] jam dictum perversionis periculum. [illegible] conformitas deficit in pagano. Ubi [illegible] est, non tam ex definitione Ecclesiæ [illegible] cum infideli nulliter conjungi, cum [illegible] gata non sint desumpta ex aliqua [illegible] Generali; quàm ex usu & conformitate [illegible] siæ prædictam conciliorum determinatione recipientis, & talia conjugia irrita [illegible] Ita Bellarm. *Tomo 2. Contr. lib. 1. D.* [illegible] *c.* 23. à quo dissentit Bas. Pontius *De* [illegible] *lib. 7. c. 47. n. 5.* qui & de matrimonio [illegible] tholici cum hæretico integrum Tol[illegible] psit.

Q. An excommunicatus nuptiarum [illegible] pax? R. Non esse quidem cum talem [illegible] candum, eumque peccare ingrediendo [illegible] minum communioni, actus tamen [illegible] quam à privata persona gestos tenere [illegible] nullibi irritentur, *c. 1. De except.* ad [illegible] ctat matrimonium, estque deo [illegible] *6. inf. De eo qui duxit in matrim.* Non [illegible] test rectè inter peregrinos computari, [illegible] inter effectus excommunicationis [illegible] quòd ad peregrinitatem aliquem teneat [illegible] cet peregrini loco habeatur quantum [illegible] municationem, ut maneat verus civis [illegible] ber homo, usum rationis habens. Con[illegible] *p. 2. c. 6. in pr. n. 3.* Navarr. in Summa [illegible] 36. *ad 6.*

Tenent etiam nuptiæ cum persona [illegible] stente in peccato mortali, cum non [illegible] rentur irritæ. Jus civile, ob metum [illegible] incommodi, nuptias non admittit [illegible] torem, curatorem, & eam, quæ in [illegible] tela aut cura fuit, ante redditas ratio[illegible] *De inter dicto matrim. inter pupill.* inter [illegible] dem, milites, officialesque provinciæ, [illegible] lieres ejusdem provinciæ, ob metum [illegible] cussionis, & fraudis, *l. Si quis officium* [illegible] *Eos 65. D. de ritu nupt.* inter Senatores, [illegible] que liberos, & libertini generis fœminas, [illegible] que adjectæ & vilis conditionis, *l. Lex* [illegible] *lia D. eod. & l. Humilem C. de incestu nupt.* [illegible] prohibitio postea immutata, concessa [illegible] bus, ut ducant libertinas, sub certis conditio[illegible] bus, *Nov. Ut liberti de cætera 78. §. Si qui au*[illegible] quas non attinet referre, quandoquidem [illegible] Canonica, ad quam spectat inducere [illegible] mum

menta matrimonii, hujuſmodi prohibitiones ceſſent, *Gl. fin. in can. 1. xxx. q. 3.* Covarr. *hic p. 7. c. 6. §. 10. n. 31.*

61 Oportet etiam contrahentes ſint ætate habiles, ut dicetur *Tit. ſeq.* nullumque inter eos exiſtat impedimentum, de quo infrà ſuo loco. Quod alius eſt impediens tantum, quod impedit quidem nuptias iniri, non tamen dirimit initas, cujus generis ſunt ſponſalia pura, *inf. Tit. 4.* Votum ſimplex, *Tit. 6.* Interdictum Eccleſiæ, *Tit. 16.* Aliud eſt dirimens, quod non tantum contrahi impedit, ſed & contractas ſtare non permittit. Oritur iſtud, vel ex parte defectus conſenſus, cui error, vis, metus cauſſam dedit; vel ex parte defectus potentiæ, ſive naturalis, quem ponit frigiditas, maleficium, ſive legalis, quam cauſſat cognatio, affinitas, votum ſolemne, publica honeſtas, crimen, cultus diſparitas, de quibus ſingulis infrà ſuo loco. Acceſſit & clandeſtinitas per Conc. Trid. *de qua inf. Tit. 3.*

62 Ad neutrum verò iſtorum impedimentorum referri poteſt meretricium, cùm per hoc nullibi inveniatur poni impedimentum, & talis mulier corporis ſui poteſtatem liberam habeat, atque conſentire in alterum poſſit. Imò meretricem ducere in uxorem, eſſe licitum & pium opus, proficereque ad remiſſionem peccatorum, ait Pont. in *c. Inter opera 20. h. t.* Ubi meretrix dicenda, quæ paſſim corpore quæſtum facit, *l. Palam 43. D. de ritu nupt.* qualis ibi non tantum dicitur, quæ in lupanari proſtat, ſed & quæ in taberna, caupona aut qua alia pudori ſuo non parcit. Semel aut bis copiam ſui faciens quæſtus ergo, etſi non videatur poſſe dici palam quæſtum corpore ſuo facere, videtur tamen comprehendi ſub *d. c. 20.* Ut & illam ducens mereatur remiſſionem peccatorum: imò & illam, quæ ſine quæſtu ſe vulgat, *d. l. 43. §. 3.* quia non ponitur vis in quæſtu, ſed in eo tantum, quod à turpi vita avocetur ad honeſtum conjugii ſtatum. Quo modo & videtur obtinere illius deciſio in eo, qui ducit eam, quæ jam diſpoſita ad amplectendam turpem vitam, & ſe vulgare propoſuerit cauſsâ paupertatis, aut alia, cum ubi obtinet ratio legis, quæ eſt avocatio à turpi ad honeſtam vitam, debeat & obtinere ejuſdem deciſio Covarr. *hic p. 2. c. 8. §. 11. n. 1. & ſeqq.*

Intrinſecè matrimonium componitur ex mutuo contrahentium conſenſu verbis aut ſignis externis declarato, quatenus habet rationem traditionis tamquam materia, quatenus verò acceptationis tamquam forma. Promiſſio enim ſive traditio ante acceptationem eſt inefficax, & ſe habet inſtar materiæ, quam acceptatio hinc inde tamquam forma dans ei eſſe, perficit. Acceptatio iſta quocumque modo olim fiebat & obligabat, etiam ſine teſtibus ullis. Hodie conſenſus coram proprio Parocho & duobus tribuſve teſtibus eſt exprimendus, ut dicetur infrà *Tit. 3.* & ferri debet in id, quod eſt de eſſentia matrimonii, ſine qua res eſſe non poteſt: unde non poſſunt addi conditiones eſſentiæ repugnantes, de quibus inf. *Tit. 5.* Copula ad ſubſtantiam ejus non eſt neceſſaria, argumento emptionis, quæ vera eſt ante traditionem, nam ex mutuo conſenſu ſubſtantiam ſuam conſequitur. Subarratio per annulum, aut aliud quid, interpretationem ſuam recipit juxta loci conſuetudinem, aut verba ſubjecta: quæ ſi de præſenti fuerint, matrimonium, ſi de futuro, ſponſalia ponunt, juxta dicta ſup. *eod.* Darii autem annulos ſponſæ per ſponſum loco arrhæ etiam antiquis fuit uſitatum. Plin. *lib. 33. cap. 1.* quibus ex antiquo Chriſtianorum uſu inſculpi ſolitum fidei ſignum, quod eſt hieroglyphicum mutui fœderis atque concordiæ. 63

Contrahitur matrimonium non tantum ab ipſis partibus, ſed & per parentes eorum, quatenus partes vel preſentes vel abſentes conſentiunt vel ratum habent.

Ubi queritur, An conſentire cenſeatur coram parentibus cauſſam iſtam agentibus tacens? R. Ita videri *arg. c. 1. §. fin. De deſponſ. impub. in 6.* cum tacens pro conſentiente habeatur, *c. Is qui tacet De R. I. in 6.* ſaltem in iis, quæ commodum ejus reſpiciunt, ut hoc in caſu. Creduntur enim parentes quaſi ex mandato ea, quæ ſunt liberis commodiora, hac in re procurare, propter adfectum erga eoſdem. Aliter ſe res habebit, ſi quis taceat coram extraneo contrahente ejus nomine, quia non ſubeſt idem adfectus, neque mandati præſumptio in extraneo, atque in parentibus, 64

Covarr. *hic p. 2. c. 4. in princ. n. 7.* Debet hic consensus esse mutuus: quamvis possit ab uno prius exprimi, & alterius subsequi; durante tamen prioris consensu: quem revocari posse & mutari, antequam alter consensum expresserit, extra dubium est, cùm contrahere quidem voluerit, necdum tamen contraxerit, & ut non teneatur alter, ita nec hic debeat teneri.

65 Item quæritur, An per procuratorem contractum obliget? R. Omninò; nec tantùm ante Conc. Trid. ut patet ex *cap. fin. De procurat. in 6.* ubi hoc expressum, sed etiam post, cum Conc. quoad istam rem nihil immutaverit. Ubi Primò oportet procurator habeat speciale mandatum, id est nominatim ad matrimonium cum certa persona ineundum, *l. Generali 34. D. De ritu nupt.* Posset enim alias contrahi cum tali, quæ meritò posset displicere. Secundò, per se exequatur; neque enim substituere illi licet, nisi expresè sit permissum. Tertiò, servet fines mandati, & non sit revocatum; nam alias non teneret matrimonium, licet procurator ignoraverit revocationem, propter deficientem consensum, *d. c. fin.* Quod hac in re est speciale, propter summam in matrimoniis requisitam libertatem: ut ne quidem juramentum de non revocando tale mandatum obstet, quo minus revocatum sit inutile. Covarr. *d. loco nu. 13.* Sanchez 2. *Disp 11.* Rebel. *p. 2. lib. 2. q 5.* Desiderant aliqui, mandatum detur coram Parocho & testibus: sed cùm hoc non requirat Trid. quod tantum vult, ut coram proprio Parocho & testibus consensus exprimatur, satis erit, si procurator coram Parocho loci & testibus exprimat voluntatem mandantis, cum tali persona contrahentis, etiamsi litteræ, quibus continetur potestas procuratoris, non sint visæ.

66 Potest & matrimonium initi per litteras, cùm per eas sufficienter exprimatur consensus hinc inde, qui etiam debet permanere; nam si alteram partem pœniteat ante traditionem aut acceptationem litterarum, nihil eæ operabuntur, juxta dicta supra, & *l. 4. in pr. D. De manumiss. vind.*

67 Consensus hic sit de præsenti, veluti, *Accipio. Habeo te in conjugem*, expressus ab ipsis contrahentibus, Verba Sacerdotis nihil faciunt, cum tota matrimonii substantia consistat in partium consensu. Quare ... rochi præsentia desideretur, ... *Tit. 3.*

Disputatur autem, An præter ... contrahentium requiratur & ... rentum? R. Esse qui non civili tantum ... Canonico, & naturali jure eum ... velint, qui videntur mihi errare, ... declarandum. Quod igitur attinet ad ... turæ, eo non requiri necessario ... parentum, inde constat, quod ... sim sufficiat consensus patris, non ... quiratur matris, *Inst. de nupt.* quia ... consensus avi sufficiat in elocanda ... tris non sit habendus, *l. Orationis ... De ritu nupt.* cùm, si jure naturæ ... parentum consensus, etiam matris ... cessarius, nec solius avi sufficeret ... nepte, sed & patris requireretur; ... patus validè contraheret, non audita ... *Filius 25. D. d. tit.* cum verè filius ... ex æquo parentibus debeatur honos, ... vult divinum Decalogi præceptum ... tabile per jura inferiora, *§. fin. Inst. ... natur.* Ut frustrà respondeat Pulveus, ... esse patriæ potestatis: nam ea respondet ... ratione naturali, sed civili tantum ... consensum patris, ne scilicet ei ... scatur suus hæres, non etiam matris, ... sunt sui hæredes, cui non habeat ... te. Facit, quod in sacra Scriptura ... rem concernens inveniatur præceptum ... licet legantur aliqui parentum ... expetiisse, ad nuptias ineundas, legimus ... men & alii eas validè iniisse, ... petito, uti Ezau; Tobias. Ut nihil ... tum præceptum Decalogi, quod ... cernit perpetuum vitæ spatium, ... debet esse libera, præcipuè conjugalis, ... lius procedat. Nihil etiam facit ... *De nupt. in princ.* qui habet, naturalem ... nem id suadere, quia est consilii, non ... pti; & quidni eadem suader adhibere ... sum matris? Vid. Sanchez *lib. 4. Disp ...* bel *p. 2. lib. 2. q. 14. Sect. 1.*

Quantum ad jus Canonicum, ... lii efferiant, plerique minus æqui ... Apostolicam, certum est, eo non requiri ... sensum parentum de necessitate, ut ... *can. Sufficiat* XXVII. *qu. 2.* qui dicit ...

solùm consensum contrahentium. Verùm textum illum aiunt supplendum esse, tum ex lege civili, in qua fundatur; tum aliis ex locis, quæ consensum parentum requirunt. Ut melius faciat text. in *c. Veniens 13. h. t.* ubi nuptiæ sine consensu parentum dicuntur tenere. Et ut hic textus alicui possit esse dubius, removet omnem dubitationem Trid. *Sess. 24. cap. 1. de reform.* quod expresè definivit, matrimonia citra consensum parentum inita esse rata, nec posse annullari. Cujus ratio est, quod non debeat electio vitæ ab alieno dependere arbitrio, *c. cum virum 12. in fine sup. de Regularib.* quam aliàs facile contingeret impediri in injuriam matrimonii, cujus libertas non est minuenda. Minui autem contingeret non rarò, si requiramus consensum parentum, quorum stultitia aut avaritia non raro honestas liberorum adfectiones impediret, eosque in cælibatu degere, domique emarcescere faceret. Costal. *in h. 2. D. de ritu nupt.* Facit textus, *in c. Puella XX. q. 2. & in l. Nam quod 14. D. Ad S. C. Trebell.* ubi ea, quæ sunt publici juris, non sequuntur jus patriæ potestatis. Vid. Ant. Conc. *lib. 1. subsec. Lect. c. 4.* Joan. Andr. *ad c. fin. tit. seq. & plenè* Bellarm. *Contr. Tomo 2. de matrim. lib. 1. c. 19. & 20.* & Pont. *lib. 2. c. 1. §. 1.* Optant tamen Canones, & Trid. *d. loco.* consensum parentum adhiberi, quod hoc tum honestas requirat, ne alias præcipuè filiæ existimentur appetentiæ procacioris auctores, si ipsæ de nuptiis suis electionem sibi vindicent, *can. Honorantur in fine XXXII. q. 2.* tum utilitas: ne contingat liberos inconsultis parentibus nubentes in gravia incidere incommoda, & per contemptum erga parentes peccato se involvere; nisi causa sit eos excusans. Non obstant varii textus, qui adferuntur in contrarium, *can. Nostrates XXX. qu. 5. can. Non omnis XXXII. qu. 2. & alii,* qui insinuant requiri parentum consensum; nam sunt accipiendi de honestate, non etiam de necessitate, ut ex iis est colligere.

70 Quantum ad jus civile, plerique contendunt irritas eo jure esse nuptias, quas non firmat parentum consensus, per varia juris loca, quæ videntur indicare nullitatem talium nuptiarum. Verùm ejusmodi loca accipi possunt secundùm Paullum, *2. Sent. tit. 29.* qui dicit eos qui sunt in potestate, sine consensu ejus, in cujus sunt potestate, non rectè quidem contrahere matrimonia, contracta tamen non dissolvi; subjuncta ratione, quod contemplatio publicæ utilitatis, id est nuptiarum, *l. In bello 12. §. medio 3. D. de capt. & postlim. reverf.* privatorum commodis præferatur. Idem colligitur ex *l. 1. D. exhiben. liberis,* ut patius probatum, *Instit. de nup.* Ut rectè dicat Cujac *lib. 3. Obs. c. 5.* legem prohibentem contrahi nuptias injussu parentum esse imperfectam, quòd eas quidem contrahi prohibeat, contractas tamen stare patiatur; & licet declaret esse injustam uxorem, permittat tamen esse uxorem, qualis est non accepta solemniter.

Præterea requiritur, consensus sit liber ab 71
omni metu, qui si alibi, præcipuè hac in materia difficiles dabit exitus, & cum non ponat liberam voluntatem, quæ hic omninò desideratur, causabit nullitatem utroque in foro, ut videre est, *in d. c. Veniens 13. h. t. & c. inf. de conjugio leprof.* ubi ille, qui metu justo inductus cum aliqua contraxit, non impeditur aliam ducere: quod non esset, nisi in utroque foro esset libera ab ea, cum qua contraxit; licet alii contractus metu initi non sint ipso jure nulli, dictum suprà, *tit. de his quæ vi, &c.*

Quæritur autem, An jure naturæ metus ir- 72
ritum ponat matrimonium, an verò tantùm Canonico? Resp. Multos velle ipso jure ex propria actus natura poni irritum matrimonium contractum; inter quos est Covar. *c. 3. §. 5. n. 6.* & alii, quos allegat Sanch. *4. disp. 14.* verùm probabiliorem videri sententiam, tantùm jure Ecclesiastico esse irritum, juxta ea, quæ diximus in simili supra *tit. de voto n. 35.* cum si qua daretur ratio, quare irritum esset jure naturæ, ea esset quod metus, auferendo libertatem consensus, poneret simpliciter involuntariam. Id quod falsum esse patet ex iis, quæ sunt dicta sup. *de his quæ vi &c. n. 2.* ubi traditum, coactam voluntatem esse voluntatem, & summo jure obligare, secundùm *l. si mulier 21. in fin.* D. *quod metus causa gest. esse dic.* Facit, quod etiam juramentum requirat libertatem, & tamen metu extortum obliget. *c. verum, c. Si verò sup. de jurejur.* Covar. *d. §. 5. n. 2.* Tenet hanc partem Navar. *in Summa c. 22. n. 50.* ubi addit, multas

ejus rationes tradi ab Abbate, in *c. cum locum n. 7. h. t.* eas tamen solas non sufficere sine statuto Ecclesiæ, ad inducendam nullitatem ipso jure.

73 Necesse autem est metus sit justus cadens in eo stantem virum, secundùm qualitatem personæ, qua de re actum sup. *De his quæ vi &c.* Quo modo metus reverentialis non impediet matrimonii libertatem, *l. Non cogitur 21. cum l. seq. D. de ritu nupt.* Sic in *c. in fine de æspons. imp. in 6.* præsens & tacens parentibus contrahentibus non judicatur ideo dissentire, sed consentire, nisi minæ graves concurrentes impediant consensus libertatem. Covarr. *hic p. 2. c. 3. §. 6. n. 5. in fine.* Sit incussus injustè ab extrinseco, & quidem ad extorquendum matrimonium. Dico injustè; quia si justè incussus sit, non est, quod actum hunc ponat irritum. 74 *Unde si damnatus ob crimen, promissâ remissione sub conditione ducendi meretricem eam duxerit, tenebit matrimonium, quia non potest dici subesse metus justus, cum damnatus sua sponte, ad evitandam mortem, hunc modum elegerit. Covarr. d. c. 3. §. 4. n. 26. Sanchez 4. disp. 12. n. 8.* Dico, ab extrinseco, quia si ab intrinseco procedat uti à morbo caussante mortis metum, non potest dici injuriosus, cum à natura procedat. Dico ad extorquendum matrimonium: quia aliàs non tam impellitur quis alio, quàm à seipso.

75 Quid si causam timoris justi quis dederit, ut belli sibi suisq; inferendi, nisi hosti nubat? R. Posse videri, validum esse matrimonium, per *l. si mulier 21. D. quod metus caus.* ubi libertа ingrata patrono, si metuens retrahi in servitutem aliquid ei dederit vel promiserit, tenet donatio: & *l. 3. §. 1. eod. tit.* dicitur vis, quam Magistratus intulit, non vitiare contractum. Dicendum tamen, quando metus ab extrinseco incutitur, principaliter ad finem extorquendimatrimoni, etiamsi cadat in constantem virum, & causam timoris præbuerit, matrimonium esse irritum. Ratio est, quòd injuria fiat Sacramento, si istis mediis intendatur per se extorsio matrimonii, propter imminutam libertatem, quæ non minuitur minus data causa; quam non data. Nec obstat, quod dictum modo de damnato; nam ibi non intenditur metus principaliter ad extorquendum matrimonium, sed per accidens, data electione elegit spontanè. Quòd si intenderetur metus principaliter ad matrimonii [illegible] sionem, contractus non foret validus [illegible] eo casu vis inferatur, & infestens sit [illegible] alteri, & ipsi Sacramento: quod idem [illegible] contingit in casu alio, cum voluntas [illegible] libertior. Vide latè Sanchez *lib. 4. Disp. 19.* bell. *d. lib. 2. q. 11. sect. 2.*

79 Quid in casu, quo superadditum juramentum? R. Ut non tenet matrimonium [illegible] justum metum, ita nec tenet juramen[illegible] nec per illud induci obligationem ad [illegible] vationem contractûs, ut relaxatione [illegible] digeat. Nam cum matrimonium sit [illegible] ut jam probatum, ita & juramentum, [illegible] sequi solet naturam & conditionem ad[illegible] appo itur, *l. fin. C. de non num. pec.* & [illegible] finitum, *c. 2. inf de conjugio lepros.* ubi [illegible] cum prima contraxit metu justo indu[illegible] juravit, si postea aliam in uxorem acce[illegible] cum illa manere jubetur, non obstan[illegible] mento priori præstito; cum ibi nulla fu[illegible] tio præviæ absolutionis aut pœnitentiæ [illegible] injungere solet Pont. iis, qui fidem fal[illegible] in *c. sicut 22. h. t.* Ut signum sit, juramen[illegible] non tenuisse propter defectum cons[illegible] quem non supplet juramentum. Covarr. [illegible] *§. 5. n. 3.* Sanch. 4. *disp. 20. q. 4 n. 14.* & [illegible] tius *lib. 12. c. 8. §. ult. n. 75.* Ubi non rec[illegible] tur jurans peccare, quòd videatur metu[illegible] cens se consentire, cùm non consentiat [illegible] consentit quidem, sed non libere. Covarr. [illegible] *5. n. 10.* Itaq; eo casu nec tenet actus, ut [illegible] monium neque etiam ut sponsalia, cum [illegible] de iis non agatur, tum quod & ista rep[illegible] libertatem quam adimit vel impedit gra[illegible] tus. *Ut proinde & sponsalia sint null[illegible] mentum accedens nihil operetur, se[illegible] dicta: & patet hoc ex *c. ex litteris 13. [illegible] ubi puella, quæ invita & jurata fuit de[illegible] cuidam puero, non impeditur alteri [illegible] non facta mentione relaxationis, ut in [illegible] colligatur juramantum esse nullum. Cov[illegible] *d. §. 5. n. 1.* Barbosa *p. 4. n. 30. ad Rubr. D. [illegible] to matrim.* Sanch. 4. *disp. 19.* Pont. *d. [illegible]*

Quæritur, An metus purgetur per copu[illegible] R. Omninò, si spontanea sit, & habeatur [illegible] ctu maritali; atque ita ratificari priorem [illegible] tractum, & incipere ex nunc valere, acce[illegible] te alterius consensu, qui per talem copu[illegible]

sufficienter exprimitur, *c. ii qui* 30. *h. t.* Abbas *ad c. veniens* 13. *n.* 6. *eod.* cum verbis an factis consensum explicemus non interfit, Sanchez, 4. *disp.* 18. *n.* 2.

79 Quid si metu mortis copula sit extorta? R. Hanc quæstionem non esse dubiam post Conc. Trid. in casu matrimonii initi sine parochi & testium præsentia, cum, juxta dicta & dicenda necessariò per illud requiratur istorum præsentia, ut copula nihil operetur. Tantùm esse dubium ante Trid. & post illud, in casu matrimonii initi coram Parocho & testibus. Et dicendum, esse quosdam, qui velint convalescere quia non sit metus cadens in constantem virum, eò quòd indicat ad peccandum, ad quod committendum non datur justus metus; ut videatur saltem interpretativè copula habita animo maritali. Et facit, quod textus plerique, ut *cap.* 2. *inf. de conjugio leprof. & cap.* 4. *inf. qui matrim. accuf. poff.* satis insinuent, metum purgari per copulam, & per eam accedere consensum, ut explicat ibi Gl. & videtur ejus esse sententiæ Covar. *hic p.* 1. *c.* 4. §. 1. *n.* 11. probabilior tamen est contraria, scilicet non convalescere matrimonium, propter metum, qui facit deesse consensum, *c. cum locum* 14. *h. t.* qui etiam hac in parte esse potest gravis, propter malum comminatum grave, quod libertatem consensus aufert. Et ut talis copula non sit extra peccatum letale, si habeatur citra animum maritalem, atque ideo metus ex ea parte non sit justus, ut consensum ponat in copulam, non tamen ideo ponit etiam in matrimonium, quia est aliud à copula, & ejus respectu est justus, ut consensum auferat. Potest enim aliquid diverso respectu esse justum & injustum, operari aliquid & nihil efficere. Facit, quòd ut consensus expressi per verba effectum impedit metus, ita etiam impediat fictum & præsumptum, cum, stante eadem causa, idem provenire effectus. Nisi velimus admittere fictionem plus operari, quàm veritatem, & ei non obstare, quod obstat veritati, quod est contra *l. Filio* 23. *D. de liberis & posth.* cum fictio naturam imitetur, non etiam superet, *Inst.* De *adopt.* §. *minorem.* Ex dictis patet responsio ad primum argumentum in contrarium, non esse quidem metum justum quoad copulam, esse tamen justum quoad matrimonium. Textus allegati tantùm loquuntur in casu, quo copula subsecuta est spontaneè. Ita tenet Abbas in *c. Consultationi* 28. *n.* 7. *& cap. Discretioni n.* 13. *h. tit.* quem alii sequuntur Navar. *in Summa c.* 22. *num.* 51. *in fine.*

Idem dicendum de cohabitatione; nam 80
cum, qui potest recedere, permanet, non potest non videri consentire, & actum priorem ratificare. Ut tamen cohabitatio sit signum sufficiens consensus, oportet Primò sit spontanea, cessante omni metûs causa; nam ea durante, durabit & metûs, qui ponet defectum consensus. Copula interveniat non est necesse, cum textus in *c. Ad id* 21. *h. t.* tantùm se fundet in cohabitatione. Secundò, sit diuturna *d. c.* 21. Ubi quantum temporis sufficiat, videtur arbitrio Judicis relinquendum qui consideret circumstantias & recedendi occasionem & moram. Nam quod in *d. c.* 21. fiat mentio anni & dimidii, est tantum ratione facti contingentiæ, non etiam ut jus ponatur. Tertiò, ratificans sciat matrimonium non valere; aliàs error poneret vitium, quia nihil magis consensui contrarium quàm error. Sanchez *d. disp.* 18. *n.* 4. *& seq.*

Quæri etiam hic posset, An arrharum com- 81
missio ponat metum? R. Eam esse receptam jure civili, *l. fin* C. *h. t.* & ab Ecclesia non tam improbari, quàm approbari arrharum commissionem ex parte ejus, qui eas dedit, & à contractu injustè recedit; & restitutionem earum in duplum aut triplum ex parte ejus, qui recepit, & à contractu resilit? nec videri hanc rem causare justum metum, cum partium arbitrio ita sit conve tum. * Ubi nihil 82
faciet, quod legibus & Canonibus passim pœnæ adjectio improbetur, *c. Gemma h. t. & l. fin. C. de sponsal.* ne matrimonia sint minus libera; nam aliud est in pœnam apponi, aliud arrham committi. Verùm in assignanda ratione diversitatis laboratur. Ponunt eam plerique in eo, quod arrhæ maturioti consilio soleant constitui, propter earum traditionem & receptionem, & communiter non sint ita magnæ; pœnæ verò minus deliberatè imponantur, cum tantum promittantur, Batt. In *l. Titia* 134. *n.* 4. D. *de V. O.* Pr. ocliviot enim quisque est ad obligandum se verbo, quàm ad pecuniam numerandam, aut rem tradendam. Covarr. *hic p.* 2. *c.* 3. §. 7. *num.* 5. Sunt tamen, qui putent

pœnam

pœnam apponi posse ex eo, quod dupli aut tripli exactio ab eo, qui arrhas accepit, & non implet sponsalia, sapiat pœnam. In quam rem adducunt *Nov.* 18. *Leonis*, in qua hoc ipsum adseritur. Verum illis obstat *d. l. fin.* quæ arrharum commissionem & exactionem dupli aut tripli approbat, non etiam aliam pœnam appositam; subjecta ratione, quod matrimonia debeant esse libera. Facit & contra eosdem, *d. l Titia*, ubi dicitur, esse inhonestum, vinculo pœnæ matrimonia adstringi: & *d. c. Gemma*, quod improbat actionem pœnæ, & licet agat de impuberibus, qui contraxerant matrimonium, subjecta tamen decisioni ratio est universalis, scilicet quod libera debeant esse matrimonia. Nihil facit *d. Nov.* 18. quia ea non habet magnam vim, cum ne quidem ipsius Leonis tempore fuerint receptæ ejus Novellæ, ut nihil vitium habeant, *arg. lib. de quib. D. de legib.* Patet ex dictis, arrham debere intervenisse, id est datam esse; nam aliàs eadem futura ratio, quæ est in prohibitione pœnæ, quæ etiam modica subjuncta erit inutilis, cum textus indistinctè pœnarum adjectionem irritent, eo quod sit contra bonos mores libertatem matrimonii impedire adjectione pœnæ, non tantum si per contrahentes adjiciatur, verùm etiam si per eos, qui contrahentibus conjuncti; ut probabile sit fore, ut indicatur isto metu ad ineundum matrimonium. Idem dicendum, si inter extraneum & alterum contrahentium fuerit conventum de pœna, cum & hoc in casu eadem militet ratio.

83 Quæstio alia est, An pœna juramento firmata præstanda veniat? Resp. Probabilius videri, nec eo casu præstandam esse pœnam, cum juramentum sequatur naturam actus, qui cum non teneat, nec ipsum juramentum quidquam operabitur: præcipuè cum pœna sit improbata ex causa utilitatis publicæ, scilicet ut sint libera matrimonia, cui ne quidem juramento præjuditatur, quia illud hac in re non foret extra peccatum, quale servandum non esse dictum sup. *de jurejur.* Quod aliqui volunt procedere, quando non violatur pactum contra nuptias, tunc enim volunt pœnam conventam nullius esse momenti secundum *d. c. Gemma.* Si verò contra fidelitatem sive justitiam violetur pactum, nihil obstare quo minus pœna exigatur, atque ita [illegible] teneat juramentum, non tam bonis [illegible] contrarium, quàm iis respondens, [illegible] pactum sei vetur.

Hinc patet, non esse licitam exhæred[illegible] nem, aut dotis donationisve propter [illegible] denegationem, propter contractas [illegible] invitis aut insciis parentibus, cum res [illegible] stum metum injiciat, *cap.* 2. *sup. de his* [illegible] Ut procedat regula, quæ habet, jure [illegible] tente contractum initum non mereri [illegible] *cap. fin. inf. de secundis nupt. l Gracchus* [illegible] *L. Iul de adult.* Contra Abbas *Cons.* [illegible] 2. *lib.* 1. Covar. *d. c.* 3. §. 8. *n.* 5. *alios* [illegible] tamen non obstante, videmus varior[illegible] rum statutis permissum, non tantum [illegible] & filias exhæredari posse, dotem & [illegible] nem denegari, non tantum si indigna[illegible] rint nuptias, verum & si dignas, ut [illegible] latius ad *tit. D. de liberis & post hæredib.* [illegible] *num.* 15. *& seqq.*

Unde illud hic repetere & quærere [illegible] An ejusmodi statuta non sint repro[illegible] Respondendum. Hoc posse videri, [illegible] quod non spectet ad sæculares defini[illegible] spirituales, qualis est matrimonialis, [illegible] iis condere leges, sed tantum sit Eccle[illegible] definivit, debere libera esse matrimon[illegible] deantur statuta laicorum minus [illegible] libertatem impedientia. Et hanc [illegible] quens Covarr. *d.* §. 8. *n.* 6. vult sublata [illegible] tuta contraria. Quibus tamen non [illegible] bus, dicendum, non posse videri [illegible] injusta ejusmodi statuta. Nam licet [illegible] siasticum tribunal spectet disceptati[illegible] matrimonii validitate, ut post alios C[illegible] definivit Trid. *Sess.* 24. *can.* 12. *de refor.* [illegible] tamen, qua ratione matrimonium est [illegible] ctus civilis, non est omnino immune [illegible] providentia, quò minus ab ea coerce[illegible] usus contrahentium, hac præcipuè [illegible] cum & Canones judicent decens & [illegible] liberos exspectare judicium parentum, [illegible] me filias; indecens verò, contra [illegible] pudorem maritum sibi expetere, & [illegible] officium patris, *can. Honorantur* XXX[illegible] 2. cujus læderetur auctoritas, ut [illegible] culpæ & modò inordinato rectè sit [illegible] proposita pœna. Nam licet inferior non [illegible] tollere legem superioris, potest tamen [illegible]

quid addere, in ejus confirmationem; ut, cum circa substantiam matrimonii, quæ subest legi Ecclesiæ, non disponant statuta civilia, sed tantùm modum inordinatum corrigent, non possint dici injusta, licet in consequentiam aliquid resultet minus respondens plenæ libertati matrimonii, quod non venit considerandum, cum id tendat ad evitanda majora incommoda. Barbosa *ad l. 1. p. 4. n. 32. & seq. D. Soluto matrim.* Vid. Sanch. *4. disp. 25 &* Rebel. *p. 2. lib. 2. qu. 14. sect. ult.* Pont. *lib. 2. c. 1. §. 3.*

86 Libera itaque debent esse matrimonia, nec ad ea quis cogendus, vel per Principem, nisi bonum commune exigat. Sanchez 2. *disp. 27.* neque impediendus, quo minus liberè contrahat. In impedientes Trid. *Sess. 24. c. 9. De reform. matr.* excommunicationis sententiam protulit, ipso facto incurrendæ. Et hoc, si sine causa; nam si ea subsit, ut cessat peccatum ita & excommunicatio. Sanch. *4. Disp. 22. num. 8.* Hæc de metu. De dolo agetur infra *Tit. 9.*

87 Effectus matrimonii est, quòd ad mutuam cohabitationem cogantur conjuncti, uti etiam ad mutuam debiti redditionem, eo quod intereos sit individua societas, etiam ante consummationem, cùm ex solo consensu nuptiæ habeant suam perfectionem; quòd uxor sequatur virum, qui uxoris caput, ejusque est gubernare rem familiarem, eligere domicilium quod propter mutuum obsequium, ad quod tenentur, non facile detractat uxor, *Gl. ad c. 1. inf. de conjug. leprof.* Nisi tamen inde uxori vitæ aut corporis periculum, aut peccandi occasio immineat, cujus causa est urgentior, aut nisi obstet pactum, quod licitum est: nam si traditioni rerum pactum rectè apponitur, quidni & corporis, si nihil includat turpe, aut matrimonio contrarium? Obligatur præterea uxor ad eas operas, quas, salva dignitate sua, citra dedecus præstare potest.

TITULUS II.

De Desponsatione impuberum.

SUMMARIUM.

1. *Sponsalia non contrahit furiosus.*
2. *Furor postea interveniens non dirimit.*
3. *Ebrietas & ira quatenus impediat sponsalia.*
4. *Impuberes qualiter rectè contrahant.*
5. *Pubertate impleta resilire licet à sponsalibus.*
6. *Nisi juramento fuerint firmata.*
7. *Contrahunt & parentes pro liberis.*
8. *Non tamen ante septennium.*
9. *Contrahere ante pubertatem non est letale.*
10. *Ad matrimonium requiritur pubertas.*

AD sponsalia necessarius est consensus, cum inducant mutuam obligationem: quo modo requiritur, ineantur ab iis, quibus est mens sana. * Ut excludatur furiosus, *cap. dilectus 24. sup. tit. prox.* nisi tempore dilucidi intervalli, quo durante ut intelligit, quid agat, ita & habilis est ad contrahendum & ad testandum, *l. Divus D. de officio Præs.* Non præsumitur autem quis furiosus, uti probatur, *l. 5. C. de codicil.* cum quilibet talis præsumatur, qualis natura esse debet: uti è contra is, quem constitit fuisse furiosum, non præsumitur habere dilucida intervalla, nisi constet. Covarr. *hic p. 2. c. 2. num. 7.* * Etsi autem furor ponat sponsalibus ineundis impedimentum, ut dictum, non tamen postea interveniens ea dirimit, *l. furor 8. D. de sponsal.* Posset tamen videri justam causam ea res præbere alteri ad petendam dissolutionem. Et hoc in sponsalibus, quæ sunt de futuro; nam ea quæ sunt de præsenti, solvi nequeunt, *l. Oratione 16. in fine D. de ritu nupt.* eo quod contractus iste omnimodum suum esse habeat. 1 2

Facit & ebrietas inita sponsalia non tenere, quatenus tanta est, ut sensum impediat. Quod idem de ira dici posset, si tanta probetur fuisse, ut usum rationis abstulerit: quod probandum cum qualitas, quæ homini naturaliter ineat, semper adesse præsumatur. 3

Impubes septennio major sufficientem præsumitur habere consensum ad ineunda sponsalia; quorum ea vis, quòd ante pubertatem ab iis resilire non licet, idque ut occurratur impuberum levitati, ne quotidie nova sponsalia ineant. Et hoc, sive uterque sit impubes, sive alter tantum, cùm & pubes cum impubere contrahens teneatur exspectare ejus pubertatem, ejusque consensum aut dissensum, quod sibi imputet, cum legem hanc sponte susceperit, *c. 7. h. t.* nisi causa aliud suadeat, *c. ex litteris 11. h. t.* 4

5 Pubertate impleta, concessa est resiliendi facultas ex solo dissensu, sine ulla alia causa. Et si alter primo implevit, poterit, non exspectata pubertate alterius resilire. Covarr. *hic p. 1. c. 5. §. 1. n. 3.* Nam cum possit alterius ætate impleta, & eo contradicente, quidni adhuc impubere? non obstante, quod sponsa in domum sit traducta. Et hoc, ut subveniatur immaturo eorum indicio, si fortè minus prudenter se obligarint; nisi tamen copula intervenerit, *c. à nobis 8. h. t.* per quam, secundum jus vetus, sponsalia transibant in matrimonium, uti dictum supra *tit. prox. n. 22.* Si de copula dubiterur, sponsi eam adserentis juramento stabitur, *c. 6. h. t.* nisi aliud probetur. Statim autem ubi pubertatem attigerit, reclamandum est, ne videatur consentire in sponsalia, *c. 7. h. t.* etiamsi animo dissentiat. Quod non sufficit in foro exteriori, nisi vel vel ignorantia pubertatis, vel sponsalium excuset. Sufficit autem intra triduum à pubertate impleta quis reclamet, *arg. l. fin. C. de indic.* ubi illico dicitur fieri, quod intra triduũ fit. Si tamen ante pubertatem quis reclamaverit, & in eo statu manserit, videtur non teneri, cùm ea res faciat sufficienter eum reclamasse.

6 Quid si juramento fuerint firmata sponsalia? R. Jurantem ab iis non posse recedere, cum licet sit impubes, juramento se obstringere possit, & teneatur illud observare: ut juramentum faciat sponsalia ex parte ejus suam vim habere & impleri debere; quatenus est doli capax, quem obligat juramentum, ut post alios tradit Covarr. *d. §. 1. n 3.*

7 Contrahunt hæc sponsalia non tantùm ipsi impuberes, sed & parẽtes pro liberis; quæ liberi censentur confirmare, si scienter à parentibus inita non reclament, idque ratione taciturnitatis. Covarr. *p. 2 c. 4. in prin. n. 4.* Sanchez. 1. *Disp. 23.*

8 Ante septennium non rectè parentes ea ineunt pro liberis, uti nec ipsi impuberes ante eam ætatem. Ubi aliqui volunt esse letale, ante septennium inire sponsalia, propter textum in *c. 2. h. t.* quo distinctè inhibet Pont. ne ante istam ætatem aliqui conjungantur, propter præceptum Pontificium, cujus transgressio in materia gravi ponit letalem culpam. Verum hoc non potest dici in pueris, quos ignorantia excusat. Non etiam letale esse parentibus, ex eo probatur, quòd nulli imp[illegible] tur injuria, neque etiam Sacramento, [illegible] sponsalia non ponant Sacramentum. Non [illegible] stat *d. c. 2.* quia non videtur de sponsalibus [illegible] agere, sed de matrimonio ut patet ex [illegible] *conjungantur*, quod non habet locum in [illegible] salibus, quæ tam continet coniunctionem [illegible] quam aliquam promissionem.

Non esse letale, sponsalia de præsenti [illegible] ante pubertatem, ex eo patet, quòd [illegible] tracta inter impuberes jus nostrum [illegible] tetur, ac si essent de futuro, *c. 1. §. Idem [illegible] eod. in 6.* Ut non subsit ratio culpæ letalis [illegible] Canones ea iniri permittant ab impuberibus [illegible] Sacramento, quod non ponitur, non [illegible] ci fieri injuria. Non potest obstare *d. c.* [illegible] prohibet, ne inter impuberes sponsalia [illegible] tur, simul & perficiantur copula, uti [illegible] ex *d. V. Coniungantur*, quod ad copulam [illegible] tur. Ubi excipit bonum pacis, si modò [illegible] in ijs suppleverit ætatem, ut ad copulam [illegible] biles. Abbas *d. c. 2. n. 1.* Vid. Sanchez 1. [illegible] Cæterùm inita sponsalia ante septennium [illegible] nulliter, convalescunt tamen per adventum [illegible] tennium, quasi per ratihabitionem, *c. 4. [illegible] pueri 12. h. t.* Sanchex. *Disp. 16. num 6.* [illegible] Pont. 2. *De matrim. c. 13. n. 4.*

Ad matrimonium requiritur pubertas [illegible] *stit. de nupt. in pr. & d. c. 2. h. t.* idque [illegible] generandi potentiam, quæ est finis matrimonij, qua non stante frustranea esset conjugatio, idque ex jure humano. De jure tamen [illegible] videntur & impuberes contrahere posse [illegible] trimonium, quatenus sunt doli capaces [illegible] impotentia in ijs tantum sit temporalis, [illegible] ctè quis sese obliget in futurum. Pubertas [illegible] olim ex habitu corporis colligebatur, [illegible] betur. *Instit. quib. mod. tutela fin. in pr.* & [illegible] at Pont. in *c. 3. h. t.* Postea secundum annos [illegible] definita, in masculis relatum ad annum [illegible] mum quartum, in fœminis ad duodecimum. Pubescit enim citius fœmina quam mas, [illegible] naturæ imbeciliori est attribuendum, [illegible] citius perficitur, uti exilia poma celerius [illegible] turescunt, rebustiora verò tardius. Si [illegible] malitia ætatem præveniendo, discretionem ad intelligendum consensum coniugalem posuerit, & potentiam quoad ejus actum [illegible] ercendum (in his enim duobus malitia [illegible]

consistit, non etiam in altero tantum) addiderit, etiam ante præscriptam ætatem permitteretur contractus nuptiarum, ad evitandam fornicationem, *c. de illis 9. h. t.* Præcipue si accedat causa publica, *d. c. 2. h. t.* quæ facit omnino ante illam ætatem matrimonium tantum esse. Malitiam hanc contingere posse volunt in proximis pubertati; rectius tamen ea res judicis arbitrio relinquenda. Covarr. *d. cap. 5. num. 7.*

TITULUS III.

De Clandestina desponsatione.

SUMMARIUM.

1. *Clandestina matrimonia cur vetuerit Ecclesia.*
2. *Conc. Trid. declarat ea irrita, & qualiter contrahi debeant matrimonia.*
3. *Parochus proprius hic quis dicatur.*
4. *Matrimonia clandestina an Ecclesia irritare potuerit?*
5. *Sponsalia clandestina an prohibita?*
6. *Matrimonium clandestinè contractum an obliget ut sponsalia?*
7. *Quid si impuberes contraxerint clandestinè de præsenti?*
8. *Matrimonium in articulo mortis coram non proprio Parocho initum an valeat?*
9. *An citra hoc dispenset Episcopus.*
10. *Parochus proprius alteri Sacerdoti vices suas rectè demandat.*
11. *Vagabundi & alienigenæ.*
12. *Parochus an debeat esse rogatus?*
13. *An debeat esse Sacerdos.*
14. *Matrimonium coram Parocho falsò contractum an teneat?*
15. *An coram excommunicato?*
16. *An coram proprio Parocho in alterius parochia assistente?*
17. *Matrimonium invalidum ob impedimentum occultum an iterum coram Parocho & testibus contrahi debeat.*
18. *Testes an debeant esse omni exceptione majores?*
19. *Licentia alteri Sacerdoti qualiter facienda.*
20. *Benedictio in Missa sacrificio contrahentibus [illegible] enda.*
21. *Matrimonia clandestina tenent, ubi Conc. Trid. non est acceptatum & publicatum.*
22. *Oriundus ex loco, ubi obligat Conc. agens alibi, ubi non receptum, an validè nuptias clandestinè contrahat?*
23. *An & qui per modum transitûs alibi agit?*
24. *An captivi apud infideles detenti?*
25. *Hæretici & apud hæreticos morantes an teneantur decreto Conc. ibi publicati?*

CLandestina sponsalia, inspecto jure naturæ, non sunt absolutè illicita, cùm consensus ad ea requisitus etiam clam expressus sit validus, & ponat contractum; propter mala tamen, quæ sæpius inde oriebantur, voluit Ecclesia consensum legitimè exprimi coram Parocho publicè, ut facilior ejus esset probatio præmissis denuntiationibus, quibus innotescat, inter quos sint contrahendæ nuptiæ, ut latens fortè aliquod impedimentum patefaciat, ad arcendum eos à contrahendo, *c. fin. in princ. h. tit.* Ut autem Ecclesia vetuerit clandestina matrimonia contrahi, contracta tamen non irritat, licet pro iis præsumi noluerit, onere probandi incumbente adfirmanti; creditur enim neganti. *c. 1. & 2. h. t* Vide Sanchez 3. *Disp.* 3. Bas. Pont. *de matrim. lib. 5. c. 3.* 1

Verùm quia hoc modo contingebat faveri frequentia adulteria, dum clam initum probari non posset matrimonium, Trid. *Sess. 24. c. 1. de reform matrim.* matrimonia clandestinè inita declaravit omninò irrita, decrevitque, ut post trinam denuntiationem, à proprio Parocho faciendam in utriusque sponsi parochia, si fuerint diversarum parochiarum, tribus festivis diebus, inter Missarum solemnia, non tamen immediatè sequentibus (ne ob temporis angustias impediatur detectio impedimenti) coram proprio saltem alterius Parocho, aut alio Sacerdote, per ipsum Parochum vel per Ordinarium substituto, & duobus aut tribus testibus, per quos de contractu constare possit, ineatur; subjecta pœna in Parochum, vel alium Sacerdotem, qui matrimonio ineundo sine requisito testium numero adesse ausus fuerit. Quæ olim erat suspensio ad triennium hodie arbitrio Ordinarii est relicta. Trid. *d. cap. 1 vers. Insuper.* Cui pœnæ subjacent & testes præsentes sine proprio Parocho, & ipsi contrahentes, *d. vers. insuper.* 2

3 Proprius Parochus hac in materia est ipsius loci sacerdos, commissam habens curam animarum; uti & Ordinarius in tota diœcesi, & Sede vacante Capitulum, quod succedit in jurisdictionem Episcopo defuncto. Videtur & idem dandum Vicario generali, cùm & ipse habeat ordinariam jurisdictionem. Sanchez *3. Disp. 29.* Pont. *lib. 5. c. 13. §. 1.* Parochus alienæ parochiæ, vel alius Sacerdos sine licentia proprii Parrochi sponsos conjungens, aut benedicens, suspenditur ipso facto, donec ab Ordinario ejus Parochi, cui sunt subjecti cõtrahentes, absolvatur, Trid. *d. c. 1. vers. quod si quis Parochus.* Quod autem dictum de nullitate tantùm spectat ad omissam præsentiam Parochi & testium, uti patet ex *d. c. 1. vers. Qui aliter*, ubi tantùm fit mentio Parochi & testium omissorum. Ut denuntiationes omitti possint, vel omnes, vel aliquæ, ex licentia Ordinarii, *d. cap. 1. vers. Quòd si aliquando* idque ex justa causa, veluti si timeatur aliàs posse injustè impediri nuptias, ut scandala vitentur; si tempus non ferat, & commoditas magna sponsorum ita postulet, aut similis, quæ arbitrio Ordinarii relicta, qui inquirer, an non subsit aliquod impedimentum. In casu tamen quo omittuntur ante matrimonium denuntiationes, ex probabili suspicione, quòd possent impediri malitiosè, voluit dictum Conc. eas fieri postea ante consummationem matrimonii, nisi apertè constet non subesse periculum. Hanc remissionem denuntiationum non indulget Parochus, cum lex vetus eam licentiam ei non permiserit, & nova tantum Ordinario commiserit. Itaque omissis denuntiationibus, etiam sine ulla licentia, matrimonium tenet, modò adsint alia, cùm novæ legis correctio non sit extendenda.

4 Quæri autem posset, An potuerit Ecclesia irritare matrimonia clandestina? R. Causam dubitandi esse, quòd Conc. non possit disponere circa formam substantialem alicujus Sacramenti, cùm Ecclesia non acceperit potestatem Sacramentis Superiorem, sed tantùm ministerialem. Dicendum tamen, Conc. non mutasse formam matrimonialis contractus, quæ descendit ex consensu; nec impedire, quominus, illo debitè adhibito, ponatur Sacramentum ex illo resultans, sed tantum mutasse quid circa contractum, in quo Sacramentum fundatur, & præscripsisse modum [illegible] di ad valorem & efficaciam contractus. [illegible] fieri potuit ab Ecclesia, eo modo, quo [illegible] contractibus præscribitur per Impp. [illegible] dus, ad cujus normam ineantur, qui & [illegible] mutatur: ut etiam per Ecclesiam mutari [illegible] erit, ita exigente communi bono & [illegible] salute. Fieri enim potest, ut consensus [illegible] doque suffecit clandestine prolatus, ad [illegible] culum judicandum, postea sufficiens [illegible] cetur, propter incommoda, sed sit necessa[illegible] ut in exprimendo adhibeatur aliqua sole[illegible] tas, vel circumstantia major. Navar. [illegible] *ma cap. 22. nu. 69.* Sanchez. *3. disp. 4.* [illegible] *5, c. 4.*

Q. II. An prohibitio clandestini ma[illegible] concernat sponsalia clandestina? R. [illegible] cernere, cum Conc. tantum loquatur de [illegible] monio; ideoque ejus decisio, quæ est [illegible] correctoria, non extendenda ad non ex[illegible] *Præcipimus. in fine Cod. de appellat.* Fun[illegible] Concilii fundata in evitatione frequen[illegible] dulteriorum, quæ causabantur per [illegible] nia clandestina, non etiam per sponsa[illegible] non ponunt matrimonium, ut iis clan[illegible] contractis non subsit idem vitium. Nec[illegible] stus, adulterium, & alia evitari possun[illegible] nuntiationes matrimonio celebrando p[illegible] tendas. Nihil facit textus in *l. Orat[illegible] sponsal.* ubi prohibito matrimonio cl[illegible] & prohibita sponsalia; hocenim acce[illegible] de perpetua prohibitione, non etiam de [illegible] rali tantum, vel quoad certum modum, [illegible] cum non reddantur contrahentes omn[illegible] habiles sed tantum ad taliter contrahe[illegible] Et ita resolvit Cardd. Congregatio. Na[illegible] *Summa cap. 25, num. 144.* Sanchez. *1. Dis[illegible] qui plures alios allegat.*

Q. III. An matrimonium clandestin[illegible] tractum saltem obliget ut sponsalia? Ne[illegible] aliquos velle, ex eo, quòd Trid. non irrit[illegible] matrimonium taliter contractum, non [illegible] sponsalia, quibus non subest vitium [illegible] quod removendum ita decrevit Conc. [illegible] cit huc *c. un. §. idem quoque de spons. simpl.* [illegible] ubi impuberes de præsenti contrahentes [illegible] trimonium, quod inter eos existere non p[illegible] test, sponsalia tantum dicuntur contrahi. [illegible] rum obstat, quod actus omnino ann[illegible]

& partes reddantur inhabiles ad sic contrahendum, ut jure resistente, nihil possit oriri ex tali contractu. Nihil facit *d.c. unic.* nam hoc ibi taliter decretum, quòd vitium tantùm sit ex parte causæ efficientis; quo casu si non valet actus eo modo, quo agitur, sustinetur tamen eo modo, quo potest, cum partium mens sit aliquid agere velle, nec jus contrà disponat. Aliud dicendum, si vitium fuerit ex parte formæ, propter prædictum Conc. decretum, quod non suppleat contrahentes. Nec facit, quòd videantur habere animum obligandi se eo modo, quo possunt, quia talis animus, nisi signo exteriori exprimatur, nihil facit ad formam. Si tamen copula aliqua intervenerit, videtur vir teneri ducere cogitam, non tam ratione contractus, qui nullus, quàm ratione injustitiæ, & damni illati. Sanchez 1 *Disp.* 20. *num.* 3. Navarr, *Cons.* 3. *hoc tit.*

Q. IV. Quid si impuberes contraxerint clan-
7 destinè de præsenti? R. Videri tunc poni sponsalia, eo quòd Trid. *d. loco* tantùm irritet matrimonium clandestinè initum: faciatque partes inhabiles ad sic contrahendum: ut non possit videri extendi ad impuberes, qui sunt per se inhabiles ad contrahendum matrimonium. Navarr. in *Summa c.* 22. *nu.* 57 & *Cons.* 2 *De desponsi. impub.* Posset tamen videri hoc non alias procedere, quàm si habeant animum obligandi se eo modo, quo possunt: nam cum sponsalia clandestina valeant, etiam hoc casu valebunt ex verbis de futuro implicitè contentis sub verbis de præsenti.

8 Q. V. An in articulo mortis valeat matrimonium initum coram alio, quàm proprio Parocho? R. Non videri, cum dictum Concilium aliâ formâ, quàm à se traditâ, initum matrimonium irritet indistinctè, nullâ positâ exceptione Sanchez 3. *Disp.* 17. *nu.* 4. Sa. ient. 1. *Select. Interp. c.* 6. *nu.* 7. Quo casu nihil proficiet dispensatio Episcopi, qui in lege superioris non dispensat, uti jam dicetur.

9 Q. VI. An igitur ex dispensatione Episcopi sine Parocho, aut alio Sacerdote, vicem ejus supplente, vel sine testibus contractum matrimonium teneat? Neutiquam, cum Concilii decretum sit irritans, & Juris communis, super quo dispensare non est Episcopi, sed ejus tantùm, qui jus causamve posuit, cum ejus sit velle, cujus est nolle. Nisi per superiorem eâ licentia sit concessa; quæ hic concessa dici nequit, cùm dicto Concilio permittatur licentia remittendi denuntiationes, non etiam super Parocho aut testibus disponendi. Ut, cum inclusio unius sit exclusio alterius, *arg. c. Nonne sup. De præsumpt.* eam licentiam Episcopus sibi adrogare nequeat. Potest tamen in locum Parochi substituere, ex permissione Concilii, *d. cap.* 1. *in verbis, de Parochi aut Ordinarii licentia.* Quo tamen casu, si coram proprio Parocho matrimonium fuerit celebratum, validum erit: nihil obstante substitutione Episcopi etiam cum prohibitione, ne Parochus intersit, quia ejusmodi prohibitio aut substitutio nequit suspendere auctoritatem Parochi quoad hanc rem à Concilio illi attributam. Et ita respondit Congregatio Cardd.

Parochus proprius est is, in cujus parochia 10
alter contrahentium residet, qui vices suas alteri demandare potest; non tamen nisi Sacerdoti, *d. cap.* 1. nam per alium faciens per se facere videtur; præcipuè cum obtineatur finis à jure intentus, qui hic est, ut de matrimonio constet. Quod autem Sacerdoti tantùm possit hæc res demandari, patet ex ipsis verbis Concilii, quæ tantum Sacerdotis meminerunt. * Vagabundi, qui sine certa sede 11
sunt, eum Parochum sortiuntur, quem dat locus, in quo versantur; quod tamen hominum genus non facilè recipi ad matrimonium vult Conc. *d. loco cap.* 7. & vetat Parochis interesse talibus matrimoniis, nisi præmissâ diligenti inquisitione, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerit. Quo loco licet Conc. tantùm faciat mentionem vagorum, videtur tamen idem observandum in alienigenis, ob rationis identitatem, cui innititur Conc. quòd scilicet, cùm sint ignoti, possint alibi esse juncti matrimonio: uti & usum obtinere, ne ignoti copulentur sine litteris sui Episcopi, tradit Abbas in *cap fin. num.* 7. *h. t.* Idem obtinebit, si alter sit vagus, aut alienigena, ex eadem ratione. Valebit tamen matrimonium, nec præmissâ istâ inquisitione, nec petita licentia Episcopi, cùm præsentia Parochi tantùm desideretur, & testium, nec, illis omissis, annulletur actus. Vide Navarr, in *can. Placuit num.* 69. *& seqq.*

Dist.6. Sanchez *lib 3. Disp.25. nu. 8. & seq.* Gutierrez *De matrim. c. 65. nu. 15. & c. 67. num. 2.*

12 Ubi quæsitum, I. An Parochus debeat esse rogatus? R. Id necessario non requiri, cùm sufficiat is adsit, & intelligat quid agatur, etiamsi aliam ob caussam venerit, aut casu transierit, aut etiam invitus per vim cōpulsus adesse debuerit, modò intellexerit, quid actum sit. Quamvis non sint im̄unes à peccato taliter cōtrahentes. Nihil facit *l. 1. in fine D. De auctorit. tut.* ubi præsentia tutoris inviti non firma actum; quia non sufficit sola præsentia tutoris, sed & requiritur auctoritas: ad valorem autem matrimonii sola præsentia Parochi tamquam testis qualificati sufficit. Non obstat etiam *l. Qui testamento 20. in fine D. Qui testam facere poss.* ubi coram testibus detentis vi testamentum non tenet; quia oportet eos esse rogatos: rogati autem non possunt dici, qui vi detinentur, nec verosimile est eos sufficienter mentem testatoris intellexisse. Hic verò rogatum esse Parochum non est necesse, sed tantum ut intellexerit consensum, qui etiam ab invito intelligi potest. Quod si nihil eorum, quæ agebantur, intellexerit, audiverit, viderit, non tenet contractus, ut resolutio habet Cardd. Gutierrez *De matrim. c. 69. n. 3.* idem in testibus est juris. Navarr. *Cons. 11. h. tit.* Vide Sanchez *d. lib. 3. Disp. 39*

13 II. An Parochus debeat esse Sacerdos? R. Non esse necesse; requiritur enim ejus præsentia tamquam testis qualificati beneficio pastorali, qualis etiam esse potest non Sacerdos. Nec obstat *d. c. 1.* ibi dicitur, *præsente Parocho vel alio Sacerdote*, verba enim: *vel alio Sacerdote*, referenda sunt ad substitutum, qui debet esse Sacerdos, non etiam ipse Parochus, quem satis qualificat pastorale munus. Navarr. *Cons. 9. h. t. & Summa c. 27. num 102.* Sanchez *3. Disp. 20. nu. 3.*

14 III. An teneat matrimonium coram Parocho falso? R. Tenere, si titulum habeat à superiore collatum, etiamsi alias propter vitium occultum sit inhabilis. Et hoc propter errorem communem, qui facit censeri suppletum defectum per superiorem, in eorum utilitatem, qui coram tali Pastore contrahunt. Et ita accipiendum, quod dicitur, errorem communem jus facere, atque ita interpretanda *l. Barbarius D. De off. Præt.* ubi quæ servus electus Prætor per populum ignorantem ejus conditionē [illegible] sit, jubentur esse rata, propter utilitatem [illegible] rum, qui coram illo egerunt. Si fuerit [illegible] sine ulla superioris auctoritate, non tenebit [illegible] trimonium coram eo initum, cùm nulla [illegible] tio, per quam possit videri suppleta [illegible] & potestas ejus, qui non est constitutus, [illegible] mento falsi Notarii, qui non est admissus [illegible] munus tabellionis, ut ab eo instrumenta [illegible] nullius sint roboris. Abbas in *cap.* [illegible] *sup. Ne Clerici vel Monachi &c.* Latè hac [illegible] Sanchez *3. Disp. 22.*

IV. An coram Parocho excommunicato [illegible] R. Excommunicationem Parochi non [illegible] re, quo minus coram eo validè inaatur [illegible] monium, cum ejus præsentia non tam [illegible] jurisdictionis, quæ per excommunicationem [illegible] cessat, quàm requiratur tamquam præsentia [illegible] ctoritatem per potestatem, quam habet [illegible] subditos, & quam retinet, donec parochus [illegible] privatur. Idem dicendum de irregulari [illegible] penso, interdicto; neque enim propter [illegible] ram desinit esse Parochus. Sanchez *3. Disp.* [illegible] Gutierrez *De matrim. c. 62. nu. 23. & c.* [illegible] 18. Quod idem in testibus dicendum, [illegible] communicatio ipso jure non repellit [illegible] monio dicendo, *c. 1. De except. in 6.* cum [illegible] agatur de rei veritate, quæ etiam habet [illegible] per eum, qui censura notatus.

V. An in aliena parochia possit adsistere [illegible] terius Parochus? R. Hoc negare. Navarr. [illegible] 14. *nu. 3. & seq. h. t.* ex ratione, quòd Conc. [illegible] stulet præsentiam Parochi, ut præstet [illegible] auctoritatem, tamquam persona publica [illegible] aliena autem parochia tantùm sit persona [illegible] vata, *arg. l. 3. D. De off. Præsidis.* Dicendum [illegible] men, rectè eum adsistere matrimonio, [illegible] sine licentia Parochi loci, cujus [illegible] aut jus non læditur, cùm tantùm [illegible] ista præsentia ad præstandam matrimonii [illegible] ctoritatem, quam etiam extra [illegible] præstare potest, cùm extra eam [illegible] chus, & qualificata persona ad exhibendam [illegible] auctoritatem, uti Conc. requirit. [illegible] tur hic actus spectare ad jurisdictionem, [illegible] tùm erit jurisdictionis voluntariæ, [illegible] etiam exercetur in alieno territorio, [illegible] sione Judicis loci, cum nullum strepitum [illegible] diciarium habeat adjunctum: ut cum [illegible]

requisita à Conc. Parochus scilicet proprius & testes, debeat judicari matrimonium legitimum. Ubi aliqui volunt Parochum talem puniri posse; quod non videtur dicendum, cùm peccare dici nequeat agens actum nullo jure interdictum. Vid. Sanchez 3, *Disp* 19. Menoch, *Cons.* 398. *lib.* 4.

17 VI An qui in facie Ecclesiæ contraxerunt invalidè, propter occultum impedimentum, eo sublato, possint clam contrahere? R. Certum esse, si sit tale impedimentum, quod cognitum consensu tolli potest, eo cognito, si verbo aut facto ostendatur consensus, convalidari, *c.* 2. *& fin. inf. De conjug. servor. c. Is qui sup. De sponsalib.* Dico, cognito; quia alias consensus haberet eumdem errorem, & nihil operaretur, cùm referatur ad priorem contractum invalidum, qui ut invalidus, ita & consensus eo relatus. Quòd si impedimentum fuerit consanguinitatis aut simile dirimens, cujus uterque conscius, impetrata dispensatione, sufficiet privatim consentire, expressè vel tacitè, uti per copulam, propter scandala, quæ sequerentur, si de novo deberent partes publicè contrahere. Nec obstat decretum Trid. quia non potest videri loqui in hoc casu, ex quo non sequuntur ista incommoda, quæ vult evitari Conc. Et deinde tantùm irritat clandestina matrimonia antè prohibita, quale non fuit hoc, in quo ut præsupponitur, fuit servata forma requisita; ut iteranda non veniat, & sufficiat secreto consentire. Ita tenet Navarr. in *Summa c.* 16. *num.* 37. Et hoc in impedimento latente quocumque, quod dirimens est: atque ita resolvisse Pius V. tradit idem Navarr. *c* 22. *nu.* 70. Nam si fuerit Notorium, de novo contrahere debent coram Parocho & testibus, propter varia, quæ inde sequerentur, inconvenientia. Sic & si alter non consenserit tempore contractus solemniter habiti, potest postea consentire, & facere matrimonium validum, concurrente alterius consensu, ve ladhuc durante.

18 Postremo circa qualitatem testium quæritur, An debeant esse omni exceptione majores? Expedite quidem, tales sint, ut facilius quæstio super matrimonio orta sopiatur: non esse tamen necesse, sed sufficere sint habiles, quibus est sufficiens judicium, uti patet ex Trid. *d. c.* 1. quod tantùm requirit Parochum, & duos vel tres testes, de qualitate non facta mentione; ut super ea non debeamus esse soliciti Quomodo & mulieres videntur posse esse testes, & infames, quia & per eos potest constare de veritate; alias infinitis litibus matrimoniales causæ subjicerentur, quod non est de mente Concilii. Vid. Sanchez *3. Disp.* 41. *nu.* 5.

Itaque hodie non aliter matrimonium 19
contrahitur validè, nisi coram proprio Parocho, aut alio, quem Parochus vel Ordinarius substituerit, Sacerdote. * Ubi sufficiet verbalis licentia, cum dispositio omnis possit fieri verbo, nisi lex aut canon scripturam requirat. Neque enim scriptura regulariter requiritur ad actus valorem, sed tantum ad faciliorem illius probationem. Navarr. *hic Cons.* 12. Ut hic satis sit; licentia ista ei innotuerit, cui concessa: quod omnino necesse, quia ante nihil operaretur vi solius licentiæ sibi concessæ, sed tantùm proprio jure, quod nullum habet. Quo facit, quod passim habeatur, privilegia non prodesse, nisi à tempore scientiæ, *c.* 1. *De concess. prab. in* 6. *c. Si tibi absenti De præben. in* 6. *l. Qui absenti* 38. *D. De acquir. possess.* Sanchez 3. *Disp.* 36. *nu.* 2. Unde nec ratihabitio quidquam efficiet, quia cùm hæc licentia ad matrimonii valorem requiratur, debet adesse eo tempore, quo matrimonium celebratur: ut eam non ponat rati habitio, cum subsequatur. Deinde quod fit sub ratihabitione de futuro, est in pendenti, ut ratificari possit, aut irritari. Non potest autem esse in pendenti Sacramenti valor, sed continuò debet esse aut validum, aut irritum. Sanchez 3. *Disp.* 35. *nu.* 17. Expressa sit licentia non est necessarium; satis enim est de præsenti colligatur voluntas committentis, cùm tacitum & expressum in plerisque æquivaleant & procurator ex tacita licentia actum legitimum perficiat; nam & patientia sufficiens ponit mandatum. Sanchez *d. Disp.* 35. *nu.* 20. Non est denique necesse, sit specialis licentia, cùm sufficiat generalis, qua Parochus concedit alicui Sacerdoti exercere in sua parochia ea, quæ ad curam animarum spectant. Quod probatur ex eo, quod Trid. tantum requirat, ut alter Sacerdos adsistat de licentia Parochi, Adsistet autem de ejus licentia, qui generalem habet com-

commissionem, cum concessio generalis sit generaliter intelligenda. Navarr. *Cons. 13 nu. 2. h. t.* Sanchez *d. loco nu. 7.*

20 Est & antiqui & probi moris, offerri Missæ sacrificium in matrimonii confœderatione. Qui omnino laudandus, etiam ab Ethnicis usitatus, qui sine sacrificio non soliti contrahere nuptias: ut meritò sint reprobandi sectarii nostri, qui omnem sacrificiorum usum sustulerunt. In sacrificio Missæ benedictionem contrahentibus impertitur Sacerdos: cujus tamen omissio non videtur ponere peccatum mortiferum, secluso scandalo, ratione consuetudinis & contemptus, ut patet ex Trid. *d. loco*, quod tantum hortatur conjuges, ne procedant ad matrimonii consummationem ante benedictionem Danda ea per proprium Parochum, aut ab eo substitutum. Alius sine Parochi licentia eam si dederit, suspenditur tamdiu, quamdiu Ordinario Parochi, cujus erat benedicere, videbitur. Trid. *d. c.* 1. In alieno territorio benedictio ista in Missarum solemnibus non rectè datur, cum hæc solemnitas quid significet judiciarii, per quod posset lædi alterius jurisdictio. Ad secundas nuptias non spectat benedictio de jure communi, uti inferius dicetur.

21 Porrò dicta de clandestinarum nuptiarũ nullitate obtinent tantum in locis, ubi Conc. Trid. est publicatum; & quidem post triginta dies à publicatione, facienda in singulis parochiis, ut magis innotescat, ut expressè habetur in *d. c.* 1. & habet comũnis sententia. Nam quamvis Ecclesia, ejusque caput Pontifex Rom. imediatè à Deo suam habeat auctoritatem, neutiquam à populo aut Clero, ut possit irritos reddere contractus clandestinos, indepẽdenter ab acceptatione populi, judicavit tamen expedire, non ante eos irritate, quàm per subordinatas Ecclesiarum potestates in suis provinciis esset acceptata irritatio; posset enim eâ ex re gravius malum oriri. Itaque antequam acceptata sit ista irritatio, licet non sine peccato quis refragetur, clandestina matrimonia sunt valida; atque ita in Græcia, Anglia, & apud alias aliquot nationes hodie tenent clandestinè inita matrimonia, quòd apud eas necdum obtineat lex nova vim suam. Rebel. *p. 2. lib. 2. qu. 7. nu. 13.* Sanchez 3. *Disp. 18. in princ.*

22 Quid si Belga, aut oriundus ex regione, in qua receptum est Trid. agat in regione, in qua non receptum, an validè nuptias clandestinas contrahet? R. Id aliquos admittere, si habeat animum ibi domicilium figendi, non etiam patriam repetere velit: verum probabilior esse sententiam contrariam, quam probat [illegible] tus in *can. Illa Dist. 12. & can. Quisquis* [illegible] 41. ubi consuetudini loci quis dicitur [illegible] cte conformare. Et facit, quod quoad contractuum solemnitates quis obligetur legibus loci, in quo contrahit, cum ratione contra[illegible] quis sortiatur forum, *c. fin. sub. De foro com.* [illegible] *ubi ea de re actum.*

Quid si incolæ loci, ubi Conc. est receptum, conferant se ad locum, ubi non receptum, sine Parocho contrahent nuptias? R. Ne[illegible] quæstionem, si animo domicilium ibi [illegible] tuendi eo migrent, quia fruentur [illegible] gibus, quibus incolæ loci. Tantùm [illegible] cultatem, si per modum transitus locum [illegible] eant. Et sunt, qui putent non alias valere matrimonium, quàm si citra fraudem [illegible] alienam provinciam contrahentes, [illegible] sua fraus alicui patrocinari non debet [illegible] hoc, si uterque sit in fraude; nam si [illegible] næ fidei fuerit, ille prævalebit, & ejus [illegible] matrimonium subsistet, juxta tradita [illegible] *pen. inf. De matrim. contr. contra inter* [illegible] *sia.* Probabilius est, validum esse matrimonium indistinctè à talibus alibi contractum, [illegible] peregrini à domicilo suo absentes [illegible] antur ejus legibus, si contrariæ [illegible] loco, ubi reperiuntur, veluti jejunii, [illegible] similium, *d. can. Illa*, ubi ait Aug. *In* [illegible] *si sum Romæ, jejuno, si Mediolani non* [illegible] Ratio est, quod lex loci non feratur ad [illegible] tos absolutè, sed ad subditos præsentes, [illegible] stentes in tali loco: vel potius directè [illegible] ad locum, ut non comprehendat absentes [illegible] loco. Qui proinde alibi existentes, à [illegible] legibus liberi, contra eas agentes non [illegible] dici mereri pœnam, cùm non contrarientur ei, quod leges loci sui jubent, quæ solum [illegible] lunt præceptum suum servari in suo loco, [illegible] violari ab existentibus ibidem, non etiam [illegible] vari ab iis qui extra eum locum sunt, [illegible] animus excundi fuerit, ne teneatur præceptum [illegible] qui animus non tam ponit fraudem [illegible] quæ actum annullat, quàm formam [illegible]

tionis præcepti, quæ bona vel mala erit ratione finis aut caussæ, propter quam fit. Itaque cùm Trid. tantum adficiat loca, ubi publicatum & receptum, non potest dici contravenire, ejusque præceptum violare, qui alibi, ubi non obligat, nuptias clandestine contrahit, cum jure suo utatur, præceptum Trid. neutiquam violans, quod in loco isto non receptum non obligat. Aliud est, si quis, ne coram suo Parocho contraheret, alio migraret, ubi Trid. receptum. Vid. Sanchez *d. Disp.* 18 *q.* 4. *n.* 7. & *in Decal. lib.* 1. *c.* 13. *nu.* 35. Rebel. *d. qu.* 7. *nu.* 15. & 16.

24 Quid in captivis apud infideles statuendum? R. Eos non obligari decreto Trid. cum, secundum dicta, illud tantum obliget in locis, ubi receptum & publicatum. Non est autem receptum apud infideles, ut matrimonia eorum sine Parocho aut testibus sint valida. Nihil faciente, quod ante captivitatem in eorum patrochia fuerit publicatum, cùm lex posita loco obliget tantum eos, qui in loco sunt, non etiam qui extra eum agunt. Sanchez *d. Disp.* 18. *q.*

25 5. Rebel. *d. qu.* 7. *n.* 17. & 18.

Hæretici existentes in loco, ubi publicatum est Conc. non eximuntur ab ejus lege, & nisi coram Parocho & testibus contrahant, inutiliter contrahunt, etiamsi in loco hæresis dominetur; nam ea res non ponit immunitatem ab obligatione dicti decreti. In oppidis tamen & pagis, ubi pastoris non est copia, nec ejus vices tenens haberi potest, nec proximis locis adiri, validè sine Parocho matrimonium iniri, dicitur declarasse Clemens VIII. Infideles inter Christianos habitantes non teneri hoc decreto, ex eo patet, quòd sit Ecclesiæ, cui se non subjecerunt: ut ejus legibus non teneantur, nam obligatio ad eas prærequirit subjectionem.

TITULUS IV.

De Sponsa duorum?

SUMMARIUM.

1. *Vna pluribus non est desponsanda.*
2. *Sponsalia posteriora non præjudicant prioribus.*
3. *Matrimonium prius non consummatum non dissolvitur per posterius consummatum.*

VT una tantum habenda uxor, unus maritus, ita una non est desponsanda pluribus, 1
nec sponsalia cum diversis ineunda; non tantum simul, sed ne quidem subsequenter. * Posteriora enim minimè prævalent prioribus: 2
quæ matrimonio quidem ineundo cum alio impedimentum ponunt, non tamen nisi impediens; ut cum alio subsecutum teneat, secundum dicta supra *Tit.* 1. Quæ tamen res non est extra peccatum grave, propter gravitatem materiæ, *cap.* 1. & 2. *h. t.*

Procedit autem matrimonii istius effectus etiam ante copulam matrimonialem, cùm ejus substantia consistat in consensu, per quem vinculum ponitur, non etiam in copula. Quo 3
modo matrimonium prius non consummatum neutiquam dissolvitur per subsequens consummatum, *c.* 3. *h. t.* nihil obstante contraria consuetudine, *c. fin. h. t.* Eo modo quo is, qui alteri rem vendidit & tradidit, frustrà postea eamdem alteri vendit, cùm nihil juris in ea habeat. Nihil facit, quòd per consensum de præsenti ante copulam, non transferatur dominium corporis; nam satis est transferri potentiam ad copulam, Barbosa *ad Rubr. D. Soluto matrim. p.* 2. *nu.* 85. quæ facit matrimonium sponsalibus de futuro esse potius, & omne suum esse habere; cum qui transtulit semel potestatem sui corporis, amplius ejus transferendi copiam non habeat. Notant leges infamia eum, qui bina sponsalia, binasve nuptias eodem tempore constitutas habuerit, *l.* 1. *in fine D. De his qui not. infamia.*

TITULUS V.

De Conditionibus appositis.

SUMMARIUM.

1. *Conditio adjecta sponsalibus ea non vitiat.*
2. *Conditio impossibilis non vitiat, sed vitiatur.*
3. *Conditio perpetuæ continentiæ an sit contraria substantiæ matrimonii.*
4. *Ad matrimonii valorem requiritur consensus in copulam.*
5. *Conditio de futuro suspendit contractum matrimonialem.*
6. *Idque in sui eventum.*
7. *Conditio omnimodò extitura an eum differat?*

8. *Conditio præsens aut de præterito non suspendit actum.*
9. *Conditioni.* Si pater dixerit sibi placere, *eo mortuo qualiter satisfiat.*
10. *Quid si primò dissentiat & postea consentiat pater?*
11. *Conditione impleta an verum sit matrimonium absque novo consensu?*
12. *An & impleta conditione*, si Pont. dispensaverit?
13. *Copula interveniens, pendente conditione, an purificet consensum?*
14. *Matrimonium inito cum duobus, sub conditione honesta, quodnam prævaleat.*
15. *Et quid si utraque conditio simul evenerit?*
16 *Modus adjectus continuò ponit actum.*
17. *Modus impossibilis aut turpis an rejiciendus?*
18. *Caussæ falsitas non vitiat matrimonium.*
19. *Vt nec demonstratio falsa.*
20. *Quid si quis aliter non fuerit contracturus, nisi posita veritate caussæ aut demonstrationis?*
21. *Et quid si caussa vel demonstratio sit contraria substantiæ matrimonii?*
22. *Sponsalia sub impossibili conditione inita an teneant?*

1 SPonsalia sive de præsenti sive de futuro sunt de genere eorum contractuum, qui adjectione conditionis non vitiantur, *c. 3. & 5 h. t.* sive ea sit necessaria seu contingens; sive honesta
2 & possibilis; sive turpis aut impossibilis.* Quæ licet non recte adjiciatur, non vitiat tamen adjecta, sed vitiatur, in favorem matrimonii, *c. fin. h. t.* quia uti in testamentis, & hic nemo præsumitur ludere & nihil agere voluisse; in quò à natura contractuum recedit matrimonium. Quòd accipiendum Primò in casu dubio, ut tunc pro matrimonio rectè præsumatur. Si verò constet joco & sine animo contrahendi adjectam esse talem conditionem, non tenebit matrimonium, contrahentium intentione præsumptionem juris elidente. Secundò, de conditione impossibili natura aut lege; nam ea, quæ per accidens talis est, v. g. si dicatur pauperi, *Contraho tecum, si mille dederis*, adjecta facit non continuo poni matrimonium ex mente contrahentium, sed differri, cum non sit tam impossibilis, quam difficilis; difficultas autem non liberet, *l. Con-nuus 137. §. illud D. de V. O.* Covarr. [illegible] §. 2. *nu.* 3 Tertiò, Non sit contraria [illegible] matrimonii, ejus tria bona substan[illegible] pugnans; cujusmodi sunt redditio [illegible] ordine ad prolem; indissolubilis conju[illegible] ratione Sacramenti; fides invicem data [illegible] vitiatur matrimonium conceptum [illegible] conditionibus, *Si conceptionem* [illegible] est contra bonum prolis, *Si adulter[illegible] dederis*, quia est contra fidem; *Donec* [illegible] *invenero*, quia est contra Sacramentum [illegible] ponit individuam conjunctionem, [illegible] Neque enim sine substantia potest [illegible] subsistere.

Ubi quæritur, An vitiet matrimo[illegible] contraria ejus substantiæ, conditio [illegible] continentiæ, veluti, *Contraho tecum* [illegible] *vas mecum in perpetua castitate*, [illegible] *petas, Religionem postea mecum intre*[illegible] contractum matrimonium ex mutuo [illegible] su ejusmodi conditiones recte adjici, [illegible] gare, salva substantia matrimonii, [illegible] rectè posita per actum supervenien[illegible] contrarium non vitiatur, *arg. l. Empti* [illegible] *contrah. empt.* ubi licet sine pretio non [illegible] hatur emptio-venditio, tamen si pre[illegible] vento posita fuerit substantia, & pre[illegible] solvatur, ut quia remissum, non tam[illegible] fert vitium substantiæ contractus, [illegible] habuit perfectum suum esse. Tantum [illegible] stio, An ante contractum talis cond[illegible] um adferat, & impedimentum [illegible] ponat? Et posset videri non ponere [illegible] Primò, ex eo, quòd copula non sit [illegible] monii essentia, cum matrimonium [illegible] consistat, & ex solo consensu ponatur [illegible] *tias 30. D. de R. I.* Secundò, quòd [illegible] monium contractum per ingressum [illegible] ges jus petendi amittant, ut dictum [illegible] *convers. conjug.* III. Altero lapso in adul[illegible] liberatur alter à reddendo debito, ut, [illegible] parari possit obligatio ad copulam, [illegible] sit dici esse de substantia, atque ita ejus [illegible] tio etiam ante matrimonium non adfe[illegible] tium substantiæ matrimonii. IV. Quòd [illegible] *fin. h. t.* inter conditiones, quæ sunt [illegible] substantiam, non ponatur ista, de qua [illegible] gitur, eò quòd non adversetur substan[illegible]

matrimonii. Nam si esset, id foret vel quia adversaretur bono ipsius Sacramenti, id est indivisibilitati, cui, ut patet, nihil involvit contrarium; vel bono fidei, ad quod spectat obligatio non adulterandi, cui nihil contrarium inducit, sed magis auget; vel bono prolis, quod non continet obligationem ad habendam prolem, sed ad non impediendum, si forte eam habere lubeat. Ut obligatio ad prolem non sit, ut eveniat absolutè; sic enim inter steriles non staret matrimonium, sed videtur obligatio esse conditionata, & negativè accipienda, scilicet non impediatur proles, per media nimirum turpia, si forte animus fuerit coire. V. Quòd inter D. Virginem & D. Josephum fuerit verum matrimonium, cùm tamen uterque habuerit propositum servandi castitatem *can. Conjux.* XXVII. *q.* 2. Vid. Rebel. *p.* 2 *lib.* 2 *q.* 13. *sect.* 4.

4 Istis tamen non obstantibus, probabilius est, desiderari omnino ad valorem matrimonii consensum in copulam; non quidem explicitum, sed implicitum ac virtualem: quia contractus matrimonii implicitè ordinatur ad copulam, ut in illud explicitè consentiens, etiam in hanc consequenter consentire sit intelligendus. Facit, quod matrimonium essentialiter consistat in mutua corporum traditione, per quam uterque constituitur dominus corporis alterius; quod dominium intrinsecè consequitur jus & potestas utendi illo corpore ad finem intentum. Ut conditio istiusmodi, licet sit honesta, repugnet tamen intrinseco fini matrimonii, atque ita illud destruat: argumento emptionis-venditionis, quæ nulla ponetur, subjecta conditione, per quam necessitas ad rei traditionem aut pretii aufertur; ex eo, quod cum non adstringantur necessitate contrahentes, nihil censeatur actum, *l. In vendentis* 13. *C. de contrah. empt.* Hanc posteriorem sententiam tenet Covarr. *hic p.* 5. *s.* 3. *in pr. nu.* 1. *& nu.* 5. *&* 6. citans D. Th. *in* 4. *dist.* 28. *q* 1. *art.* 4. *ad* 3. & alios. Adde Sanchez 2. *Disp.* 28.

Patet ex dictis solutio ad argumenta opposita. Et quidem ad primum; nam copula etsi non sit de essentia matrimonii, obligatio tamen ad eam & potestas videtur ad ejus essentiam spectare, atque intrinsecè in ea concludi, qua sublata videtur essentia ejus esse salva, exemplo emptionis-venditionis, secundum modum jam traditum. Ut procedat etiam in hac conditione, licet honesta. *d. c. fin. h. t.* quod non tam se fundat in turpitudine quam in substantiæ destructione per conditionem appositam, sive honestam sive turpem.

Ad 2. & 3. dicendum, aliud esse, necdum inito matrimonio id deduci in pactum, quia impeditur intrinsecus finis; aliud verò post initum pacto, verbis, vel re judicata ius istud invicem remittere, cùm quæ ex post facto veniunt, subjectum obligationis non invertant, *arg. l. Pretii* 9. *D. de rescind. vend. & l. Manifesti* 17. *C. De solut.*

Ad quartum Resp. satis contineri sub prohibitione *d. c. fin.* cum faciat contra bonum prolis: quod omnino removetur per copulam, præcipuum matrimonii finem. Ut non sint attendendi alii usus matrimonii, qui sunt salvi, quia sunt minus principales. Et quamvis non sit absoluta obligatio ad prolem, non tamen removendum est medium, per quod proles haberi potest.

An quintum dicendum, & D. Virginem & D. Josephum habuisse propositum continendi ex parte tantum contractus, attamen habuisse consensum ad copulam, qui implicitè consequitur contractum: ex parte verò ipsorum contrahentium, propter propositum continendi, nec absolutè nec conditionaliter, si D. Josephus peteret, consensisse D. Virginem in copulam; quia supervacaneus fuisset actus iste conditionalis, cùm certa esset ex divina revelatione, Josephum non petiturum. Itaque propositum hoc non explicitum non impediet matrimonium, secundum *can. Beata Maria* XXVII. *q.* 2.

Ex dictis patet, solam conditionem possibilem, contingentem, & de futuro conceptam, suspendere contractum matrimonialem, nam illi tantum adest conditionis natura. Quod non tantum obtinuit ante Trid. quo matrimonia clandestinè inibantur ex pacto mutuo, ut citra scandalum potuerit apponi ista conditio, & suspendi matrimonii effectus, ad instar aliorum contractuum, verum & post illud, quando coram Parocho & testibus contrahitur, cum per Trid. nihil sit

5

mutatum quoad hanc rem, quò minus decenter adjiciatur, quod possit facere contractum publicè initum impediri. Ubi advertendum, non tam adjici conditionem matrimonio, ut est Sacramentum, quod non potest esse in pendenti, quam ut est contractus civilis; eatenus enim, ut reliqui contractus, conditionem admittit.

6 Effectus huius conditionis est, non continuo ponere matrimonium, sed illud suspendere in sui eventum: quem exspectare partes tenentur, quia ei se obstrinxerunt; quatenus in futurum concepta.

7 Ubi quæsitum, An conditio de futuro omnimodo extituta differat matrimonij contractum? R. Non videri, quod talis conditio etsi in futurum concepta potius pro pura habeatur, & continuò ponat obligationem, licet differat actionem, cum quod omninò extiturum est, videatur nunc extare, *l. Quod si ea* 18. *De condict. indeb. &. l. Hæres meus* 79. *in pr.* D. *De condit. & demonst.* Et ita habet communis sententia, quamvis aliud velit Glos, in *c. Per tuas h. t.* Cujus opinio sustineri potest in casu, quo verba indicant mentem fuisse contrahentium differre contractum in tempus appositum, v. g. si & quando Sol cras ortus fuerit, Covarr. *hic. p.* 2. *c.* 3. *nu.* 14.

8 Conditio in præsens aut præteritum actum neutiquam differt, sed eum vel continuo ponit si vera; vel si falsa, omninò removet, *l. Cum ad præsens* 33. D. *reb. cred.* V. G Si contrahatur matrimonium, *Si patri placuerit*, exspectandus est ejus consensus, qui si taceat, habetur conditio purificata, quia id intenditur ea conditione, ne pater contradicat; non contradicit autem qui tacet. Et licet expressè non consentiat, non tamen dissentit, quod satis est juxta regulam in *c. Qui tacet De R. I. in* 6. Quod si conditio habuerit, *Si pater dixerit sibi placere*, tunc non satisfiet conditioni tacendo, cum conditio ista tendat eo ut pater beneplacitum indicet; non indicat autem tacens, juxta *c. Is, qui tacet De R. I. in* 6. Sanchez. 5. *Disp.* 7.

9 Quid si pater fuerit mortuus? R. Si sciverint contrahentes mortuum esse, tamquam impossibilem haberi pro non adjecta, secundùm *d. c. fin.* Si verò ignoraverint, nihil impedire, quo minus matrimonium continuò ponatur, si quidem conditio eveniat, cum ne sit apposita, ne in patris iniuriam, quod poneret displicentia & contradictio, contraheretur matrimonium. Non potest autem pater contradicere, nec potest dici existere qui mortuus est. Vid. Sanchez *d. Disp.* 7. *nu.* & *seqq.*

Quid si primò dissenserit pater, & postea dum consentiat? R. Videri aliquibus officere priorem dissensum, quo minus concedens consensus faciat impletam esse conditionem, eamque suum sortiri effectum, ex tex. in *c. Licet De procurat. in* 6. ubi procurator, qui primò renuit acceptare mandatum, postea nihilominus acceptare potest. Non tamen, conditionem potius defecisse, quam impletam esse, propter priorem dissensum, qui dat alteri resiliendi licentiam, alterum vito, propter extinctam semel obligationem, cujus spes pependebat à voluntate pater, quidem prima, cum sermo simpliciter positus de aliquo actu futuro, de primo intelligendus. *l. Boves* 89. §. 1. *D. De V. S.* Cum primo dissenserit, nihil faciet, quod consenserit, quia conditio defecit, quæ extincta non reviviscit in detrimentum alterius. *l. Cum ex caussa C. De. remiss. pign.* Facit eadem *l. fin.* C. *De condit. insertis.* ubi sensus gans adimplere, postea pœnitens non ex eo, quod semel repudiatum non ingretur. Quod tamen rectè limitabis, nisi tes iterum consentiant signo aliquo ex ut eos posse certum est. Non obstat tex. *l. Licet*, quia loquitur de actu conditionis. Sanchez *d. Disp.* 7. *nu.* 8. & 9.

Quæritur autem, An conditio in continuo ponat matrimonium, ut non pus novo consensu? R. Hoc verius dicendum notissimam juris Reg. quæ Conditionalem dispositionem purificat eventum conditionis, *l. Hæc venditio* 7. *contrah. empt.* §. *omnis* & §. *ex conditionali stit. De verb. oblig.* Quo facit text. in *fine De sponsal. in* 6. ubi quæritur, an ex sponsalibus sub conditione initis otiatur impedimentum publicæ honestatis? & resolvit Pons non otiri ante eventum conditionis. Unde colligitur solo conditionis eventu pon

salia : ut idem sit judicandum de matrimonio, cum tantum operetur consensus purus de præsenti ad matrimonium, quantum purus de futuro ad sponsalia. Ut tantum etiam possit conditionalis de præsenti ad matrimonium ubi evenit, quantum potest de futuro ad sponsalia, cùm utrobique dispositio conditionalis purificetur, adveniente conditione, & ab eo tempore censeatur perfecta, ac si ab initio purè fuisset contracta; *l. Potior* 11. *in pr. Qui potiores in pig. hab.* Estque sententia hæc communiter recepta à Juris Pontificii Interpretibus, Innoc. in *c. 1. nu. 4. & c. Super eo 5. h. t.* Navar. in *Summa c. 22. nu. 63. & Cons. 1. h. t.* & aliis, quos refert & sequitur Sanchez 5. *disp.* 8. *nu. 5.* Dissentit tamen Covarr. *hic p. 2. c. 3. in prine. nu. 5.* qui non alias matrimonium vult poni, quam si post impletam conditionem subsequatur novus consensus, nixus verbis *d. c. Super eo*, quæ tamen non obstant receptissimæ sententiæ. Nam quod ibi dicitur, non esse quempiam compellendum ratione subjectæ conditionis ad matrimonium consummandum, rectè accipitur in casu, quo necdum evenit conditio, ut patet ex vers. *nisi voluntas*, & verbis finalibus, *qui in alieno arbitrio non habito sed habendo consistit.* Nihil facit, quod, ut ait Covarr. *d. loco*, conditionalis consensus non sufficiat ad matrimonium, quod desiderat consensum de præsenti purum; quia conditionis eventu purificatur consensus. Non obstat etiam, quod matrimonium sit Sacramentum, quod non potest esse pendens; nam hoc non procedit, quando Sacramentum dependet ab alia materia aut contractu, cujus naturam non immutat, ut, si sit ex se in pendenti, non mutetur propter Sacramentum, quo ex eo consequitur. Vid. Pont. *De matrim. lib. 3. c. 14. nu. 2. & seqq.*

12 Quæstio item est, An idem dicendum de conditione, *Si Pontifex non dispensaverit*? R. Ex præmissâ communi opinione etiam hac in parte affirmandum esse, continuò scilicet dispensatione obtentâ poni matrimonium, non requisito novo consensu; cum etsi pro tempore contractus conditionalis matrimonium inter contrahentes esse non potuerit, propter impedimentum Canonicum, conditio tamen referatur in tempus licitum, quo remotum erit impedimentum: ut eo remoto consensus sit purus, & matrimonium ponat, *arg. l. In tempus* 61. *D. De hared. instit.* ubi rectè instituitur hæres pro tempore incapax, in tempus, quo capax erit. Et ita communiter tenent Canonistæ, & consuetudine receptum esse testatur Boër. *Decis. 264. nu. 27.* Nec est, quod hic objiciatur, hanc conditionem pendere à voluntate Pontificis, qualis jure habetur impossibilis, *arg. l. Cum servus 39. in fine. D. de legat. 1.* ut possit videri contractus hic cadere in materiam capacem: nam illud verum est in casu, quo non solet Princeps consentire, ut ibidem additur. Ut aliter se res habeat in casu, quo consentire solet, uti hac in materia. Vid. Sanchez *d. Disp. 8. qu. 2.*

Quæ dicta de effectu appositæ conditionis, eatenus vera sunt, quatenus non intervenit copula ante eventum, vel defectum; per eam enim videntur partes, remissa conditione, purè in matrimonium consensisse, ut defectus ejus subsequens nihil operetur. Et ita in terminis loquitur *c. 3. h. t.* Quod procedit non tantum ante Trid. sed & post illud, si matrimonium antè fuit initum coram Parocho & testibus, licet sub conditione de futuro, quia nihil defuit ex solemnibus, & per commixtionem conjugalem recessum est à conditione, & positus consensus præsens, purus. Sanchez *d. Disp. 8. qu. 4. nu. 25.* Idem non operabitur copula habita post defectam conditionem, cum ponat actum merè fornicarium. Quod & dicendum, si copula subsequatur conditionem repugnantem substantiæ matrimonii, cum ejusmodi conditio impediat contrahi matrimonium, ut ne quidem dici possit ponere spem matrimonii, quâ copula nitatur, & per eam contractus purus ponatur.

Sunt & dicta vera, nisi ante expletam conditionem dissenserit alter, quia ante non potest poni matrimonium, ut revocato jam consensu subsequens implementum nihil operetur. Quamvis non sine peccato alteri consensum mutet, cum teneatur exspectare conditionis eventum, ad quem se obligavit, *d. l. Potior D. Qui pot. in pignore hab.* Neque enim à contractu inito, altera parte invita, recedi tur sine noxa, nisi causa excusans subsit. Co- 13

varr. *d.c.3 in pr. nu.6.* Dissentit tacitè, qui pendente conditione cum alio matrimonium init *c. un. in fine De sponsal. in 6.* Quod licet illicite fiat propter violatam fidem, tenet tamen, ut dictum *Tit. 1.*

14 Quid si quis cum duabus matrimonium inierit sub conditione honesta? R. Illud videri futurum potius, cujus conditio prius impleta. Nam cum eventus conditionis ponat perfectum contractum, secundum dicta, & ante illum nihil censeatur actum, illud matrimonium censebitur perfectum, cujus conditio prius evenerit, prævalebitque ei, quod prius taliter contractum, cujus spes deficit, quia uni conjunctus non potest alteri conjungi. Et licet qui uni dedit fidem sub conditione, illicitè det alteri, tamen quia conditio non ponit contractum, sed tantùm spem, fit, ut prævaleat illud, cujus conditio primo evenit, per quam alteri quæritur jus in rem potius altero, cui tantum est jus ad rem, vel tantum spes, *arg. l. Quoties C. De rei vindic.*

15 Quod si utraque conditio simul evenerit, veluti quis cum duabus contraxit, si dotem obtulerint 1000. utraque illam offert simul? R. Videri probabilius, cum neutra consistere matrimonium, propter incertitudinem, quæ vitiat matrimonium. Nam cum consensus trahatur ad tempus impletæ conditionis, & utraque simul impleatur, perinde est, ac si eodem tempore cum duabus quis contraheret. Nec rectè objeceris; prævalere debere contractum initum cum priori, ut priorem tempore, *c. Qui prior D. de R. I. in 6.* Nam hoc procederet, si absolutè prior contractus initus fuisset; nunc autem, cùm tantum sub conditione sit initus, est imperfectus, & idem operari nequit, cum censeatur revocatus, non tantum si conditio posterioris evenerit, sed & si simul conditio utriusque eveniat, propter incertitudinem. Non rectè etiam objeceris, per posteriorem contractum esse priori derogatum, *l. fin. D. De divort.* atque ita posteriorem prævalere; nam & hoc procedit, quando promissio est absoluta, non etiam quando conditionata, & sic imperfecta. Sanchez *d. Disp. 8. qu. 3. nu. 15.* Quod & dicendum de sponsalibus de futuro: nam licet his prioribus per posteriora, quia priora fuerint perfecta, non derogetur, prioribus tamen condi[illegible] libus poterit derogari per posteriora, [illegible] obligent in ratione sponsalium, quia [illegible] steriora est mutata voluntas directa [illegible] rum. In ratione tamen promissionis [illegible] isti contractui non esse derogatum, [illegible] iniquè & contra justitiam sit mutata [illegible] tas. Sanchez *ibid. nu. 18.*

Adjicitur & rectè modus: qui in eo [illegible] à conditione, quod actum non suspen[illegible] sed continuò ponat, cum limitatione [illegible] turum, continente aliquod gravamen [illegible] jus tamen defectum matrimonium [illegible] situm non potest irritari, v. g. Contra[illegible] *ut semper annulum gestes.* Sanchez [illegible] *nu. 4.*

Ubi quæsitum, An & hic impossi[illegible] turpis rejiciendus? R. Si sit contra [illegible] stantiam, impedire contractum. [illegible] quò non suspendat actum, nec præce[illegible] gationem, sed eam subsequatur; [illegible] ideo minus caussat vitium ipsius con[illegible] cujus valori repugnat, & repugnan[illegible] plicat. Alias in foro externo haben[illegible] pro non adjecto, atque ita facere, ut [illegible] leat, non admissâ pœnitentiâ; cum [illegible] monio contracto resilire non liceat. [illegible] dubio; nam si mens sit contrahendi, [illegible] dus impleatur, vitiabit contractum. [illegible] *hic p. 2. c. 3. §. 1. num. 8. & 17.* Sanchez [illegible] *nu. 5.*

Interdum & adjicitur caussa, quæ [illegible] in præteritum vel præsens collata: [illegible] falsitas non vitiat matrimonium, [illegible] turpis aut impossibilis, ex eadem ratione [illegible] obtinet in tali conditione. Dixi, in præ[illegible] vel præsens collata; quia in futurum [illegible] peret conditionem, & de illa judicandum [illegible] esset, quod de conditione.

Demonstratio addita licet falsa non [illegible] bit quoque matrimonium, quantum [illegible] est, modo de persona pateat, quia [illegible] monstratio non vitiat legatum, *In fin. [illegible] gatis §. Huic proxima 30.* Cum quidquid [illegible] tis demonstratæ additur, frustra sit, [illegible] *uxori D. de doti præleg.* Ut idem in [illegible] nio obtinere sit dicendum, quod [illegible] lius. Dixi, quantum in se est; nam [illegible] currat error personæ, aut conditionis [illegible]

lis, impedietur effectus contractus, quia deest animus. Nominis quoque error non vitiabit, si de persona constet *arg. lib. 4. De legat. 1.*

20 Quid si quis aliter non fuerit contracturus nisi posita veritate causæ aut demonstrationis ? R. Si absolute consenserit, esse nihilominus validum contractum, nisi error personæ aut conditionis concurrat : si verò non consenserit absolute, sed tantum suppositâ veritate causæ aut demonstrationis, non esse matrimonium in conscientia, nec etiam fore in Ecclesia, si probari possit. Ratio est in defectu consensus.

21 Quid si causa vel demonstratio adversetur substantiæ matrimonii ? R. Navarrum, in *Summa c. 22. nu. 62.* velle matrimonium ideo esse nullum, quod apponens hujusmodi causam vel demonstrationem non videatur absolute consentire in matrimonium. Verius tamen non impediri matrimonium adjectione ejusmodi causæ, sive vera sit, sive falsa, v. g. *Accipio te, quia sterilis es, quia venena procura sti sterilitatis.* Ratio est, quod quæ matrimonium vitiant aut variant, debeant referri ad substantiam contractûs, quo non refertur causa aut demonstratio, cum tantùm spectent ad rerum opiniones, quas contrahentes conceperunt, vel ad causas, quæ movent ad contrahendum, nec designent consensum in illas ferri. Deinde ut vitiarent, se haberent ut objectum, aut partem objecti ; non habent autem se taliter, sed antecedenter, & ut motivum aliquod, ut non irritent. Et hoc, nisi contineant errorem personæ, aut conditionis, ut, *Contraho tecum, quia es libera, quia es primogenita* ; nam error circa hæc vitiat, *inf. Tit. 9.* Vid. Sanchez *d. Disp. 19. nu. 2.*

Dicta de conditionis, modi, causæ, demonstrationis adjectione etiam obtinent in sponsalibus de futuro, ex rationibus antè allatis.

22 Verum quæritur, An sponsalia sub impossibili conditione inita teneant ? R. Probabile esse non obligare per absolutam obligationem ; eâ ratione, quòd contractus pendens à voluntate contrahentium, cujusmodi hic, non extendatur ultra eorum intentionem : qui cum noluerint contrahere, nisi sub tali conditione, non potest ex isto contractu resultare obligatio absoluta. Deinde qui aliter non vult se obligare, quàm posito eventu impossibili, cognito ut tali, simpliciter se non obligat, *l. Non solùm D. de oblig. & act & §. Si impossibilis Instit. De inutil stipulat.* Nihil facit dispositum in *c. fin. h. t.* quia loquitur de matrimonio, quod ponit contractum præsentem, in quo adjectus eventus impossibilis habetur pro non adjecto, idque in favorem matrimonii. Qui favor cum sit in re odiosa, utpote in præjudicium apponentis, non est ampliandus ad sponsalia, de quibus lex non loquitur. Disparitatis ratio esse potest, quòd cum judex dubiter, an contrahentes intendant absolutè contrahere, an verò suspendere consensum in conditionis eventum, periculum sit ex una parte, ne injuria saltem materialis fiat apponenti istam conditionem, si contra eum judicetur, ex altera verò parte, ne fiat injuria Sacramento matrimonii, si judicetur non stare, quod fortè legitimum erat. Atqui cum ex istis duobus præponderet Sacramenti dignitas, in favorem ejus declaravit Pont. matrimonium subsistere, conditione ejusmodi habitâ pro non adjecta. In sponsalibus autem ejusmodi ratio cum non militet, si quidem non ponant Sacramentum, eorum non tanta habenda ratio, cum probabili partis periculo, ante conditionem impletam. Accedit, quòd in dubio sit melior conditio possidentis ; ut, cùm de sponsaliorum validitate dubitetur, nemo sit spoliandus suâ libertate. Plerique tamen idem ponunt in sponsalibus, quod in matrimonio, cujus sint initium, dispositum, ut quod in hoc obtinet, debet in iis obtinere, *lib. Oratio D. De sponsal.* Vide Sanchez *5 Disp. 17.* Rebell. *p. 2. lib. 2. qu. 10. sect. 5.*

TITULUS VI.

Qui Clerici vel voventes contrahere possint.

SUMMARIUM.

1. *Circa impedimenta matrimonii contrahendi an quid laica possit potestas.*
2. *Impedimenta dirimentia an solus Pont. induxerit ?*

3. *Impe-*

3. *Impedimentum novum dirimens an consuetudine induci possit?*
4. *An & tolli per Canones positum?*
5. *An eo casu requisita scientia Pontificis?*
6. *Impedimenta alia impedientia tantum, alia impedientia & dirimentia.*
7. *Votum solemne ponit impedimentum dirimens.*
8. *Quo jure dirimatur eo casu matrimonium.*
9. *Votum simplex non dirimit matrimonium.*
10. *Votum simplex castitatis an dirimat sponsalia?*
11. *Virginem deflorans post votum simplex an eam ducere teneatur?*
12. *Ordo sacer ponit impedimentum dirimens.*
13. *Idque solo jure Ecclesiastico.*
14. *Ordo quando non obliget ad continentiam.*

INter quos matrimonium & quomodo contrahatur, traditum hactenus; nunc aliquot Tit. sequentibus de impedimentis subjicitur, quæ faciunt inter aliquos contrahi non posse,
1 & contractum non stare. * Hæc, inspecta rei natura, non tantum Ecclesiastica, verum & politica sive laica potestas inducere posset. Nam licet matrimonium sit Sacramentum, cujus determinatio ad Ecclesiam spectat, est tamen & contractus civilis, cujus nomine laicæ quoque potestati subjicitur. Verum Ecclesia potestatem determinandi circa matrimonia fidelium laicis ademit, sibique reservavit, propter dignitatem Sacramenti, quòd conveniat rerum sacratum jura & causas ad solam potestatem Ecclesiasticam pertinere, ab ea pendere & decidi. Dico, fidelium; nam matrimonia infidelium & paganorum non subsunt legi Ecclesiasticæ, ut nec ipsi pagani, *cap. Gaudemus inf. De divort.* etiam in terris fidelium Principum habitent; neque enim per hoc possunt censeri acceptasse legem Evangelicam, sed sequuntur leges suorum Principum, sive fidelium, sive infidelium, & tenebuntur impedimentis ab iis statutis, ratione contractus civilis. Latè hac de re Sanchez *lib. 7. Disp. 3.* & Pontius *lib. 6. cap. 1. 2. & 3.*

2 Quæritur autem, An solus Pont. Rom. possit inducere impedimenta dirimentia circa matrimonium? R. Posse quidem videri & Episcopis id licere, cum quod potest Pont. in universo orbe, id Episcopis liceat in suis diœcesibus, in quibus sunt ordinarii Pastores, [illegible] ceptis, quæ universalem Ecclesiæ statum [illegible] cernunt, & quæ specialiter sunt reservata [illegible] tifici. Verum al ter habet generalis [illegible] consuetudo, quæ Rom. Pontifici videtur [illegible] vasse potestatem statuendi hæc impedimenta; nam impedientia videtur posse statuere [illegible] copus, cum ex caussa interdicere possit ne [illegible] trahatur matrimonium, ut dicetur inf. Tit. Covarr. *hic c. p. 2. c. 6. §. 10. nu. 16.* Sanchez *d. Disp. 1. in fine.*

Q. II. An consuetudine induci possit [illegible] vum impedimentum dirimens? R. Id [illegible] verius, quatenus legitimè est præscripta [illegible] tioni consona; qualis cum habeat vim [illegible] ut dictum supra *De consuet. nu. 4.* ita & [illegible] ea, quæ per legem induci possunt. Et [illegible] *cap. 1. & 3. inf. De natis ex libero vent.* [illegible] tra consuetudinem conjunctio licet [illegible] missa, dicitur tamen non ferenda. Ubi [illegible] opus scientia Pontificis, cùm & sine [illegible] inducatur consuetudo, ut probatum [illegible] *De consuet. nu. 11.* etiam in sacramento [illegible] cum *c. fin. d. sit.* tantùm desideretur, ut [illegible] mè præscripta & rationi consona. Sanch. [illegible] *Disp. 4. nu. 11.*

Q. III. An & consuetudine tolli possit [illegible] pedimentum per Canones positum? R. [illegible] videri, non esse eas consuetudini vim [illegible] *Quod super 5. inf. De consang. & affin.* [illegible] tra gradus prohibitos non admittitur [illegible] monium, non obstante consuetudine [illegible] ria, admittente scilicet conjunctionem [illegible] dicitur potius esse corruptela: ut videtur [illegible] reprobata esse, atque ita rationi [illegible] sona. Ita vult Abbas in *d. c. 5. num. 4.* [illegible] *num. 5. inf. De cognat. spirit.* qui ademptum [illegible] deth impedimentum novum induci [illegible] per consuetudinem, non etiam tolli, [illegible] tes sit contra bonos mores; illa verò [illegible] & bonis moribus respondens. Verum [illegible] le alicui probabitur contraria opinio, [illegible] etiam per consuetudinem posse tolli Can[illegible] cum impedimentum, eo modo, quo [illegible] potest, cùm contrariorum eadem sit [illegible] na. Nec facit ratio Abbatis, quòd [illegible] bonos mores; nam hoc vel quia [illegible] per *d. cap. 5.* vel quia est contra jus Pontificium [illegible] Hoc dici nequit, cùm, ut patet ex [illegible]

De consuet & D. eod. n. 29. & seqq. contra leges & Canones consuetudo rectè inducatur, non etiam illud; nam & reprobata consuetudo potest postea ex nova caussa, quæ tollat iniquitatem, quæ ante suberat, induci, & justificari. Et ita habet frequens & vera Doct. sententia. Præterea potest *d. c. 5.* accipi de consuetudine allegata quidem, non tamen probata, aut mala, quia necdum legitimè præscripta, cum, ut patet ex *c. fin. sup. De consuet.* consuetudo prævaleat juri scripto, præscripta scilicet legitimè & rationabilis. Non potest autem hoc casu dici irrationabilis, cum tantum juri Pontificio opponatur, neutiquam verò aut divino aut naturali, nec quidquam involvat moribus bonis contrarium, cum impedimentum semel positum à lege ut potest tolli per legem, ita & debeat posse tolli per consuetudinem. Sanchez. *d. Disp. 4. num. 14.*

5 Q. IV. An eo casu requiratur scientia Pontificis? R. Id aliquos velle, nullo tamen fundamento, cum *d. c. fin.* tantum requirat, ut sit rationi consona, & præscripta legitimè, nulla autem fiat mentio specialis scientiæ Pont. ut ea frustra hac in parte desideretur; ut nec desiderari in ulla consuetudine, dictum sup. *d. tit. De consuet.* Covarr. *hic p. 2. c. 6. §. 10. num. 36.* Sanchez. *d. loco.*

6 Sunt autem hæc impedimenta duplicis ordinis, alia impedientia tantùm, alia impedientia simul & dirimentia. Hoc Tit. & aliquot seqq. de dirimentibus agetur: quæ ita dicta, non quod contractum matrimonium dirimant, sed quod efficiant, ut validè non contrahatur. Talia de jure antiquo sunt duodecim, contenta his versibus:

Error, conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas.
Si sis Adsinis, si fortè coire nequibis.

Accessit ex Concilii Trid. decreto clandestinitas, de qua sup. *Tit. 3.* vitians quoad modum; uti & raptus, donec durat violentia, de qua inf. *De raptorib.* Cum dirimente aliquo impedimento contrahere est peccatum mortale, quod contraveniatur prohibitioni Ecclesiæ in re gravi. Hoc Tit. agitur de impedimento, quod ponit Votum & Ordo; quæ duo cùm sint adfinia, & alterum ex alterius intelligentia dependeat, rectè hic conjunguntur. Votum aliud solemne, aliud simplex, uti dictum sup *De voto.* *Illud ponit impedimentum dirimens matrimonium subsecutum *c. 1.* 7
& fin. h. t. c. unico De voto in 6. Imò & præcedentis matrimonii non consummati vinculum dissolvit, secundum dicta sup. *De convers. conjug.*

Quæritur autem, Quo jure contingat ista 8
dissolutio? R. Esse, qui jure divino id fieri adserant, propter solemnem, quæ intervenit, traditionem, traditum enim uni eo jure alteri tradi nequit: rectius tamen juri humano Ecclesiastico id adscribi. Covarr. *hic p. 2. c. 7. §. 4. num. 7.* Barbosa *ad Rubr. D. Soluto matrim. p. 2. num. 98.* Et probatur, quia non habet hoc ex natura voti, cum alias & simplici voto idem adscribendum foret, quod tamen patet ei minimè competere. Unde solemnitati id tribuendum, quæ statuto Ecclesiastico est introducta, quo sublato, nullum esset votum solemne. Quod probatur ex *d. c. un. De voto in 6.* ubi voti solemnitas dicitur inventa ex sola constitutione Ecclesiæ. Patet idem ex *c. Rursus pen. h. t.* ubi dicitur, quoad Deum non minus obligare non solemne, quam solemne: nusquam autem legitur illud ponere impedimentum dirimens; imò impedire quidem contrahendum, non tamen contractum dirimere, expressum est *c. 3. & h. tit.* Ut hæc distinctio rectè attribuatur statuto Ecclesiastico. Et hoc, quatenus est Religionis per Sedem Apostolicam approbatæ, quia alias non habet istam vim, *d. c. un. De voto in 6.* Nihil facit traditio, quæ intervenit, nam hac in materia est alterius conditionis, quàm in materia justitiæ. Imò eam compatitur matrimonium, ut patet in conjugato, qui potest aliquot casibus profiteri, manente nihilominus salvo matrimonii vinculo Vid. Sanchez. *d. l. 7. Disp. 26.*

Voto itaque simplici non adest idem effec- 9
tus, per quod adquiritur quidem jus ad rem, non tamen in rem, propter cessantem traditionem. Undè postea alii vovens se valide tradit per matrimonium, *arg. l. Quoties Cod. De rei vindic.* Licet non sine peccato, cùm semel Deo promissum sit præstandum. *can. Qui bona VII. qu. 15.* quia grave Deo datam fidem fallere. Ponit tamen votum simplex impedimen-

tum impediens matrimonium, *d. c. 3. & 6.* habetque effectum dirimendi sponsalia, sisive præcedentia, sive sequentia. Quod omnino verum est in voto Religionis, cum obli-
10 get ad rem statui matrimoniali contrariam.

Quæstionis autem est, An & votum simplex castitatis dirimat sponsalia? R. Esse quidem voto simplici præcedenti vim irritandi sponsalia subsequentia, *c. Rursus h. t.* quod contineant rei illicitæ promissionem, quippe jam alteri promissæ, non tamen eamdem vim propositam esse voto cœlibatus in sæculo servandi; nam istud non ponit obligationem quoad præcedentia sponsalia. Quæ sententia juri est conformior, & pro ea adducitur textus in *c. Veniens 5. h. t.* in quo mulieri voventi postea de fide sponso mentita satisfactio est indicenda; quam indici non esset necesse, si sponsalia dirimerentur per votum subsequens. Præterea non videtur res ista talis, quæ sub votum cadat. cùm alteri debeatur, cui non debet fieri præjudicum, ut Deo ejus facta promissio non teneat. Nec facit quod aliter se res habeat in voto Religionis; nam si concessum ingredi Religionem post matrimonium, quidni & post sponsalia? cùm hoc votum se habeat eo modo ad sponsalia, quo solemne ad matrimonium Abbas *d. c. Veniens num. 5.* Navar. in *Summa cap. 22. num. 27.* Innoc. *ad d. c. Rursus*, Sanchez 1. *Disp. 46. num. 9.* Hinc & votum de suscipiendo Ordine sacro non liberat à sponsalibus, cùm Ordini quidem sit adnexum votum, per se tamen simplex, & qui-
11 dem castitatis, quod, uti dictum, sponsalia non solvit in detrimentum alterius.

Alia quæstio est, An qui post votum simplex virginem defloravit, teneatur eam ducere, non obstante voto simplici? R. Ita rectius dici, cum votum non obliget, rebus notabiliter mutatis, uti hic, propter vinculum justitiæ, quod supervenit, & gravissimum proximi damnum prævalens voto; si tamen jubeatur eam ducere per judicem, uti dicetur infrà *De adult.* & mulier ignoraverit votum; nam si scivit, habet quod sibi imputet, Sanchez *1. Disp 45.*

12 Alterum impedimentum, de quo hoc Tit. ponit Ordo; qui alius major alius minor, ut dictum sup. *lib. 1.* Ille præcedens ponit impedimentum dirimens, propter tacitum continentiæ votum ordini sacro adnexum, *c. 1. De* [illegible] *to in 6.* Dico præcedens; quia sequens [illegible] tollit vinculum matrimonii.

Dubitatur autem, Quo jure sit indu[illegible] hoc impedimentum? R. Verius esse, [illegible] Ecclesiastico esse inductum, cum nullum [illegible] re divino inveniatur præceptum irritans [illegible] que repugnet Sacerdotio matrimonium [illegible] compartiatur, uti patet in Sacerdotibus [illegible] ris Testamenti, & in Græcis Sacerdotibus [illegible] dernis, quibus est permissus matrimonium [illegible] Et licet à temporibus Apostolorum [illegible] in Ecclesia, ne promoti ad Ordines [illegible] trimonium, inde tamen non sequitur [illegible] divini, cùm ab Apostolis statutum [illegible] Ecclesiastico attribuitur. Sanchez 7. Disp. [illegible]

Dicta de impedimento ex ordinis [illegible] ne vera sunt, quatenus quis volens [illegible] bus est initiatus. Nam si justus metus [illegible] venerit, ille faciet talem non teneri [illegible] nentiam, atque ita matrimonium [illegible] tum teneri, secundum dicta sup. *de his* [illegible] *&c.* idem de ordinato in infantia [illegible] quia non potuit se obligare, ob defectum [illegible] sus. Quod & videtur dicendum de eo, [illegible] pubertatem ordinatus, licet sensum [illegible] habente, per text. in *can. 1. & can.* [illegible] 1. ubi ante pubertatem emissum votum [illegible] non tenere, ut dictum sup. *De cohabit.* [illegible] *& mulier. num. 11.* ubi & dictum [illegible] lationem Ordinis irritam non inducere [illegible] tionem continendi, sive irrita sit [illegible] fectus alicujus substantialis, sive quia [illegible] tio facta à non Episcopo: ut non peccet [illegible] ordinatus, cùm ne quidem voto simplici [illegible] sit dici obstrictus. Vid. Sanchez. 7. Disp. [illegible] *num. 13.*

TITULUS VII.

De eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium.

SUMMARIUM.

1. *Machinatio mortis alterius conjugis* [illegible] *impedimentum dirimens.*
2. *Item adulterium cum alterius machinatione.*
3. *Adulterium cum promissione de* [illegible] *quando ponat hoc impedimentum.*

4. [illegible]

4. An & solum adulterium sine fide data?
5. Liberis ex adulterio susceptis debentur alimenta.
6. Vt & spuriis omnibus.

DE crimine hic agitur, quod ponit impedimentum dirimens, & videtur triplex esse.

1 Primum oritur ex machinatione mortis alterius conjugis. Ubi debet machinatio suum sortita esse effectum: non obstante textu in *c. 1. & 6. h. t. & c. 1. sup. De conversf. conjug.* quæ tantum faciunt mentionem machinationis, quia verba cum effectu sunt intelligenda, pœnæ non imponuntur nisi crimini completo. Debet etiam uterque ad eam concurrere, saltem consilio aut mandato ad mortem coöperando. Ratihabitio non sufficit, cum ad actum non concurrat. Alter sit infidelis, vel uterque fidelis, non refert, *d. cap. 1. sup. De conversf. conjug.* Denique fiat & animo ineundi cum altero matrimonii: quæ conditio licet non exprimatur per Canones, vult tamen eam subintelligi ratio inducti impedimenti, scilicet ne conjux conjugis vitæ insidietur, ut eo liberatus cum dilecta magis persona contraheret.

2 Secundum ponit adulterium, cum machinatione alterius tantum. Quem modum cum priori quidam conjungunt, à quo tamen rectè separatur, cùm ibi requiratur utriusque machinatio, licet non intervenerit adulterium, hic autem requiratur adulterium, & alterius machinatio sufficiat, *c. 1. & 3. h. t.*

3 Tertium, adulterium cum promissione de ducendo post mortem conjugis, vel matrimonio de facto inito, superstite alterius conjuge, *c. 1. 2. 4. h. t.* Ubi primò oportet verum cum primo fuerit conjugium, quia alias putativum non præstabit impedimentum, *d. c. 2.* Deinde adulterium sit completum, durante conjugio cum altero, quia alias non erit crimen perfectum sed inchoatum tantùm, quod non meretur hanc pœnam, & deficeret conditio, ob quam pœna præcipuè imponitur, *c. fin. h. t.* Tertiò, alter sit conscius conjugii prioris, *d. c. 2. & 4. h. t.* ut si alter ignoraverit, etsi de copula fides data, aut etiam de facto matrimonio inito intervenerit, non tamen impediatur secundam habere, novo consensu intervenient, *c. 7. hoc t.* cum alias non sit formale adulterium, nec debeat vir ex suo dolo reportare commodum, *d. c. hoc t.* Ubi si fuerint conjuncti, superstite priori, vir non potest, primâ mortuâ à secunda inscia matrimonii prioris recedere, secundæ tamen est licentia recedendi à tali viro, quia ignorantia facit eam non peccasse. Quartò, oportet promissio sit expressa signo exteriori; nam in corde retenta non poneret impedimentum, quod in ea non obtineat ratio impedimenti. Faciunt enim Canones passim mentionem fidei datæ, aut contracti matrimonii, quod requirit exterius signum. Nihil excusabit, quòd diu simul cohabitarint, ut & liberos generarint, cum multiplicitas prolis ita susceptæ eorum crimen magis exaggeret, & diuturnitas temporis non tam peccatum minuat, quàm augeat, *c. 5. hoc tit.*

Ex quibus patet resolutio ad quæstionem, 4
An solum adulterium, vel sola fides data, vel solum matrimonium, ponat hoc impedimentum? Respondendum enim negative, ut patet ex *c. 6. h. t.* ubi adulterium sine fide data non impediat postea cum eadem contrahi nuptias & ex *c. fin. eod.* ubi contractus initus cum secunda, vivente primâ, non impedit cum secunda contrahi postea matrimonium, si copula non intervenerit; & Canones passim requirunt utrumque simul scilicet copulam cum fide data, aut matrimonio de facto inito: ut non nisi utroque posito possit poni impedimentum, quia non solet poni pœna, nisi positis requisitis ad crimen. Nec obstat *can. 1. & xxxi. q. 1.* in quibus indistincte dicitur, non licere ducere in uxorem pollutam prius per adulterium; quia generalis & indistincta istorum Canon. locutio restringitur ibi per loca subsequentia, secundùm jam dicta. Uxoricidium ponit impedimentum impediens tantum, de quo infra *Tit. 16.*

Mandat autem Pont. hic *d. c. 5. in fine*, ut li- 5
beris ex adulterio susceptis alimenta secundum facultates à parentibus ministrantur, secutus jus naturæ, ne qui nihil deliquerunt, eam pœnam subeant, quod à parentibus alii nequeant, ut secundum rigorem statuerat jus civile, *Auth. Ex complexu C. De incest. nupt.*

Ubi quæritur, An *d. cap.* decisio locum ha- 6
beat in omnibus spuriis? R. Hoc quidem ne-

gare Paleot. in *Tract. De nothis & spur. cap. 46. num. 4.* qui vult tantum agi ibi de natis ex putativo matrimonio : verum rectius dici, ad omnes pertinere spurios *d. cap. 5.* decisionem, quia nititur jure naturali, quo mandatur educatio liberorum. Et facit, quod matrimonium de quo *d. c. 5.* non possit dici putativum, cùm contra legem sit initum; & non tam subsit ignorantia facti, quàm juris, quæ non excusat, nec facit poni matrimonium putativum, quod ponitur per justam facti ignorantiam, de qua inf. *Qui filii sint legit.* Denique si putativum foret, frustra moveretur quæstio de iis alendis, cùm tales succedant in parentum hæreditatem, ut dicetur infrà *Tit. 17.*

TITULUS VIII.

De conjugio leprosorum.

SUMMARIUM.

1. *Lepra superveniens solvit sponsalia.*
2. *Non etiam matrimonium.*

LEpra superveniens dat caussam irritandi sponsalia, *c. fin. hoc tit.* Ratio consistit in
1 metu infectionis, qui meritò facit invitum. Idem non operatur lepra præcedens, si fuerit præcognita, quod sibi imputare debeat, qui cum infecto contraxerit. Aliter se res habet, si ignoraverit, *arg. cap. Quemadmodum sup. De jurejur.*

Matrimonium per lepram supervenientem
2 minimè dissolvitur, etiam non consummatum, *cap. 1. hoc tit.* nequidem quoad thorum, *cap. 2. hoc tit.* Quod tamen temperandum videtur nisi subsit probabile periculum infectionis, cum nemo se obliget ad matrimonii contractum, nisi salva vitæ incolumitate, & ita temperandum, secundùm plerosque, *d. c. 2.* Neque enim Deus est tentandus, *can. Si nulla XXIII. q. 7.* Licet autem eo casu liberetur à debiti redditione, non tamen ab aliis servitiis, quæ sine periculo vitæ præstari possunt. Vide Barbosa *ad Rub. D. Soluto matrim. p. 2. n. 28. & 29.* Idem sentiendum de morbo Gallico, aut simili, quo alter laboret, ex rationis paritate. Navarr. in *Summa c. 21. num. 27. casu. 8.*

TITULUS IX.

De Conjugio servorum.

SUMMARIUM.

1. *Impedimentum dirimens ponit error vel circa personam.*
2. *Vel circa personæ conditionem.*
3. *Nisi quis scienter cum serva contrahens.*
4. *Iure Canonico tenet matrimonium inter*
5. *Partus sequitur conditionem ventris.*
6. *Error circa personam tum antecedens concomitans dirimit matrimonium.*
7. *Idque jure naturæ.*
8. *Error circa alias qualitates non dirimit.*
9. *Quod tamen limitationem recipit.*
10. *Dolus interveniens an irritet sponsalia matrimonium?*

IMpedimentum dirimens ponit error contingit vel circa personam, ut quis putat se ducere Sejam, quæ est Tiae primogenitam, & obtruditur ei secunda, & impedit matrimonii contractum propter defectum consensus in personam non possit dici consensisse in personam animo non concepit, *arg. l. In venditione 9. in pr. D. De contrah. empt.* Quod est, ut ne quidem S. Pont. efficere possit tali errore matrimonium initum tenere non potest supplere consensum.* Vel circa personæ conditionem, ut quando quis contrahere cum persona libera, quæ est qualem contractum, post leges civiles *De nupt. 22. §. si verò ab initio*, Ecclesia ravit irritum, propter errorem circa qui gravior est, & omnem consensum *cap. 2. & fin. h. t.* Dico Ecclesia; quia jure naturæ non irritari, cum simpliciter solute non impediat liberum matrimonium sed tantum certis temporibus, & contra hic sit simpliciter voluntarius, cum conferatur in hanc personam. Licet involuntarium sit adjunctum ratione qualitatis, non facit involuntarium simpliciter, ut patebit,

Scienter cum serva contrahens, habet

sibi imputet & frustra ad dissolutionem provocat: uti & ille, qui servam, quam ignorans duxit, re cognita cognovit, videtur enim eo facto in eam consensisse. Servitus perpetua sit, an temporalis, nihil refert, cùm satis sit pro eo tempore servam esse, etiamsi promissa sit libertas, aut debita: quo modo statuliber inter servos refertur, *l. Statuliberum 9. D. De statulib.* & statulibera servum parit, *l. Statulibera 10. D. eod.* Si uterque fuerit servilis conditionis, frustra ignorantia objicitur, cùm nulla subsit læsio, ubi utriusque par conditio. Quod multo magis dicendum, si aliquis cum serva se putet contrahere, quæ tamen est libera, cum conditio ejus sit melior, ut non possit hac in parte videri invitus. Propter accidentem alteri conjugum servitutem nequaquam nostris moribus solvitur matrimonium semel rite contractum, ut dicetur *inf. De divort.*

4 Est autem jure Cannonico inter servos matrimonium, uti & inter liberum & servam; neque enim hi privandi sunt hoc Sacramento, nec dando iis ansa fornicationis, cùm non minus peccent fornicando, quàm liberi: adeò ut etiam invito domino contrahant, *c. 1. h. t.* Non liberantur tamen per hoc à servitiis domino debitis, quæ consueta non subtrahent prætextu matrimonii, domino omnia jura salva maneant, & adeò ut non impediatur servum distrahere. Non ita tamen eum occupabit, ut non possit convenienti tempore matrimonio vacare, & reddere uxori debitum; nam cum habeat jus ad matrimonium per Canones, habet & jus ad ejus usum. Quæ procedent, etiamsi dominus matrimonio consenserit, quia non videtur sibi suisque juribus præjudicare, consentiendo conjunctioni, quam impedire nequit. Nisi tamen ipse servum aut servam tamquam liberam tradiderit, aut sciens alterum alterius conditionis esse ignarum, studio tacuerit, tunc enim sibi præjudicat *d. Nov. 22. §. si vero ab initio & §. nam si tradiderit*, ubi dicitur ancilla ita à domino tradita fieri libera & ingenua. Ut tale matrimonium subsistat, cum non sit conditionis impatitas, & alter hoc ipso liber fiat.

5 Quantum ad partum attinet, ille sequitur ventris conditionem, & natus ex ventre servo subjicitur ei, qui ventris dominus est, *l. Partum C. De rei vindic.* Nisi consuetudo loci habeat, ut inspiciatur qualitas patris, *cap. 3. hoc t.*

Error itaque cum circa statum, tum circa 6
personam impedit matrimonium contrahi; sive sit antecedens, qui causam actui præbet, atque ita efficit involuntarium: nihil enim volitum quin præcognitum; sive concomitans, qui non inducit quidem ad volendum, sed ita concomitatur, ut sine eo actus fieret: veluti si contrahens cum Maria existimet esse Catharinam, ita adfectus, ut, si sciviſſet esse Mariam, cum ea neutiquam renuisset contrahere. Quo casu licet error non faciat simpliciter involuntarium, facit tamen non esse voluntarium, cum, licet non desit voluntas ducendi talem, si nosset, non tamen duxerit; nam cum ignoravit eam esse, non potest videri in eamdem consensisse, quia ut dixi, nihil volitum, nisi præcognitum. Sanchez. 7. *Disp. 18. num. 4. & 5.*

Ubi quæritur, An jure naturæ error circa 7
personam dirimat? *Glos. can. unic. in princ.* XXIX. *q.* 1. velle solo jure Ecclesiastico. Sed rectius id juri naturæ quis adscripserit, eo quod error libertatem & consensum auferat, *l. Si per errorem D. de jurisd.* sine quo stare matrimonium nequit. Ut neque ullus contractus sine eo valet, cum ratio non patiatur, ut aliquis obligetur invitus. Unde consequitur, Pontificem efficere non posse, ut tali errore initum matrimonium teneat, defectu consensus. Plura Sanchez *d. Disp. 18. num. 11.*

Error circa alias qualitates, uti divitias, no- 8
bilitatem, virginitatem, non facit dirimi matrimonium, cum non inducat involuntarium. Nam licet error sit causa involuntarii, non tamen quilibet efficit simpliciter involuntarium, sed is solus, qui est circa qualitatem, per se & ex natura rei requisitam ad ipsius contractus essentiam, non etiam ille, qui est circa accidens: qui circa illud quidem constituit involuntarium, non etiam circa substantiam ejusque finem, ut proinde matrimonium teneat, *d. can. un. §. ad hæc* XXIX. *q.* 1. * Quod primo 9
limitandum, nisi qualitas, in qua erratur apponatur per modum conditionis in ipso contractu, ut si dives est, virgo, nobilis; quia conditionis istius falsitas faceret deficere consensum in matrimonium, & ex consequenti & ipsum matrimonium. Secundò, nisi error qua-

litatis redundet in errorem personæ; veluti si formaliter & directè feratur in personam, cui inest talis qualitas, ut in filium Regis, materialiter verò & indirectè in personam præsentem; tunc enim ponitur error personæ matrimonium irritans.

10 Q. Utrum dolus interveniens constituat nullitatem? R. Dolum ab errore in hoc solum differre, quod dolus ponat actionem seu deceptionem injuriosam, per quam proximus in errorem inducitur: error autem abstrahat ab injuria vel deceptione alterius cum fieri possit ex naturalibus caussis, aut contingentibus casibus, ut idem ferè sit effectus. Distinguendum autem inter sponsalia & matrimonium: nam sponsalia non alias irrita ponit dolus, quam si caussam iis dederit, non etiam si tantum inciderit, secundùm *l. Et eleganter 7. in pr. D. de dolo, & quæ ibidem traduntur*; Propterea quod dolus contractibus bonæ fidei [ad quos spectant sponsalia] caussam dans eos irritet, incidens non item. Ratio differentiæ est, quod illo casu causset involuntarium, cum dolus per alterum adhibitus fecerit alterum adsensisse, qui sine eo non consensisset; hoc verò non faciat deficere consensum, cum alter, si præscivisset, non fuisset tamen impeditus à contrahendo, Sanchez 1. *Disp.* 64. *num* 3. Ad matrimonium quod attinet indistinctè illud non annulatur, nisi dolus ponat errorem circa personam, aut statum personæ. Probatur per *c. Cum in Apostolico* 18. *sup. De sponsal. & matrim.* quod non irritat matrimonium, ad quod ineundum alter per mendacium & subreptionem est inductus. Facit eodem *can. fin.* xx. *q.* 3. ubi illecti per dolum tenet professio: & text. in *c. Ex parte* 14. *sup. De convers. conjug.* ubi falsa caussa non facit non tenere professionem. Ut idem de matrimonio sit judicandum. Ratio differentiæ inter sponsalia & matrimonium est, quod voluntas contrahendi matrimonium versetur circa statum perpetuum, feraturque absolutè in objectum illud, sine dependentia ab ulla conditione: ut effectus objecto conformis eum firmum & indissolubilem ponat, quem dissolvi minus consentaneum rationi. Sponsalia verò non ponunt actum perfectum, unde ab iis variis ex caussis receditur, *de quibus sup. Tit.* 1. Nihil facit, quòd dictum suprà metu in itum matrimonium irritari; nam hoc ideo, quia ille aufert consensum & causam voluntarium, si cadat inconstantem virum secundùm dicta sup. *De his quæ vi &c.* Dolus verò nisi sit circa substantialia non tollit libertatem ad matrimonium requisitam, sed potius absolutam ponit voluntatem eligendi statum ejusmodi perpetuum, etiamsi errores circumstantiis quibusdam, quæ substantiam consensum non auferunt. Vide Covarr. [illegible] 2. *c.* 3. §. 7. *num.* 7. Sanchez 10. *Disp.* 9. [illegible]

TITVLVS X.

De natis ex libero ventre.

SUMMARIUM.

1. *An quis liber sit vel servus, ex vento [illegible] gendum.*
2. *Venter semper certus, nisi aliud habeat [illegible] suetudo.*
3. *Calamitas matris non nocet partui.*

QUia dictum, errorem circa condi[illegible] servilem vitiare nuptias, rectè hic [illegible] tur, qui servus sit, quis liber. * Et hoc [illegible] gendum dicitur ex ventre, qui si liber [illegible] liber erit & natus, alias servus futurus, [illegible] cum ex regula generali partus sequatur [illegible] trem, * qui est, sive pater sit servus, [illegible] ber; nisi aliud habeat consuetudo loci [illegible] *tit. prox.* Libertas si ventri adsit uno [illegible] temporibus, scilicet vel conceptionis, [illegible] tivitatis, vel intermedio proderit partui [illegible] *De ingen.* * Calamitas matri superveniens [illegible] nimè obest fœtui, nisi talis, quæ & ipsum [illegible] tum tangat, ut si mater prægnans injuria [illegible] lo capiatur.

TITVLVS XI.

De Cognatione spirituali.

SUMMARIUM

1. *Cognatio spiritualis quid, ejusque origo.*
2. *Ea olim triplex, Paternitatis, compaternitatis & Fraternitatis.*

3. Sp[illegible]

3. *Restricta per Trid. ad certas personas.*
4. *Ius vetus in quibus sublatum.*
5. *Patrinus seu suscipiens qualis adhiberi debeat.*
6. *Patrinis pluribus designatis, unum, vel unum & unam seliget Parochus.*
7. *Quid si omnes admiserit?*
8. *Religiosi suscipientes an contrahant hanc cognationem?*
9. *Pater in necessitate baptizans filium an eam contrahat respectu uxoris aut concubinæ?*
10. *An contrahatur per procuratorem?*
11. *Patrini verba an sint necessaria?*
12. *An contrahatur ex iteratione solemni baptismi privati im valide collati?*
13. *Cognatio quædam olim oriebatur ex institutione Cathechismi.*
14. *An hic modus per Trid. sublatus?*
15. *Cognatio an contrahatur per dationem alterius Sacramenti?*

1 DE impedimento, quod oritur ex cognatione & adfinitate, sequentibus aliquot Titt. subjungitur, quod est impediens & dirimens simul. Cognatio triplex est, Spiritualis, Legalis, & Carnalis, quæ dicitur Consanguinitas.

Spiritualis est Ecclesiæ inventum, ex ejus arbitrio dependens. Covarr. *hic p. 2. c. 6. §. 4. num. 1.* Sanchez 7. *Disp. 54. num. 2.* quo jure etiam ponit ritum subsequens matrimonium. Sanchez *d. loco num. 3.* Fit tamen & ejus mentio in jure civili, *l. Si quis alumnum 26. Cod. De nupt.* Estque attinentia inter personas aliquas orta, ratione Baptismi, per quem quasi renascimur; vel Confirmationis, per quam perfectiores Christiani reddimur. Ratio impedimenti est in reverentia, quam recipiens ab aliquo esse spirituale eidem debet, uti & suscipientibus, tamquam parentibus & fidejussoribus apud Deum, *can. Vos ante omnia 105. De consecr. Dist. 4.* Ut recte dicat Justinianus in *d. l. 20. in fine*, nihil aliud sic inducere posse paternam adfectionem & justam nuptiarum prohibitionem, quam nexum hujusmodi, per quem, Deo mediante, copulantur animæ. Deinde contrahitur per hoc Sacramentum aliquod amicitiæ vinculum, quod sufficit ad prohibitionem istam, ut cum extraneis inito matrimonio dilatetur amicitia ad instar cognationis carnalis.

Triplex hinc olim oriebatur cognatio; Paternitatis scilicet, inter baptizatum & baptizantem, patrinum baptizati & baptizatum; Compaternitatis, inter baptizantem, baptizati parentes, suscipientes, eorũque conjuges; Fraternitatis, inter baptizatum & liberos baptizantis & suscipientium, *c. Veniens & c. fin. h. t. c. 1. eod. in 6. can. 1. 2. 3. & aliis XXX. q. 1.* Idem juris est in Confirmatione, *d. c. 1. in fine*, quatenus tamen tenens confirmandum est confirmatus, *can. In baptismate 101. De consec. Dist. 4.* quòd robore, quod requiritur ad sustentandam alterius infirmitatem, careat non confirmatus. 2

Verum novissimè per Conc. Trid *Sess. 24. cap. 2. De reform. matr.* est restricta hæc cognatio ad certas personas, idque quia propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis contingebat contrahi matrimonia. Ut hodie non nascatur illa cognatio nisi inter baptizatum, ejusque patrem & matrem, ex una parte, & baptizantem ac suscipientes, ad summum unum & unam, ex altera, quorum nomina libro per Parochum inscribantur. 3

Hinc apparet jus vetus sublatum esse in aliquibus; Primò, in eo, quod patrinorum sive suscipientium conjuges hodie non adficiantur hac cognatione, quos olim adfectos fuisse patet ex *c. 4. h. t.* Secundò ipsos suscipientes nullam cognationem inter se contrahere, cum de iis non loquatur Conc. sed tantum de cognatione contracta cum baptizato, ejusque parentibus. Navarr. in *Manuali c. 22. n. 39.* atque ita sublata decisio *d. c. fin.* Tertio, inter baptizatum & liberos baptizantis & suscipientis hodie non esse ullum impedimentum, quod olim fuisse patet ex *c. 3. h. t.* Utliberi tales non impediantur hodie jungi, nec etiam ab uno conjuge contracta cognatio tangat alium, quo minus jungatur baptizato, aut ejus parenti; imò duo conjuges videantur posse eumdem simul suscipere: quod olim quidem non videtur permissum, *can. fin. XXX. q. 4.* hodie tamen licere docet Navarr. *d. loco.* 4

Suscipiens aut patrinus ut hanc cognationem contrahat, oportet usum habeat rationis, propter obligationem, cui nemo se obstringit nisi intelligens. Minor an major sit 5

bapti-

baptizato non refert, cùm tantùm agatur de quadam regeneratione in Christo, in qua non spectatur ætas. Sanchez. 7. *Disp.* 61, Sit tamen fidelis; nam infidelis non est capax hujus cognationis, cum vitam spiritualem per baptismum non habeat, & hæc cognatio sit inducta ab Ecclesia, cui non subest infidelis Joan. Andr. *in c.* 1. *h. t. in* 6. *& alii quos citat* Sanchez 7. *Disp.* 60. *nu.* 7. Contra se res habet in hæretico, propter baptismi communionem. Navarr. *d. loco nu.* 36. Idem juris est in tenente in confirmatione, Sanchez *d. Disp.* 60. *nu.* 20.

6 Præterea sit à parentibus baptizati vel Parocho designatus; dicit enim Trid. *d. c.* 2. neminem præter designatum hanc cognationem contrahere. Quod si plures designati sint à parentibus, uti alibi moris est, unum ex ijs, vel ad summum unum & unam seliget Parochus, qui soli hanc cognationem contrahent, idque ad evitandam prohibitionum multitudinem, ex mente Trid. *d. c.* 2.

7 Quæritur autem hic Primò, Quid juris, si non selegerit Parochus, sed omnes admiserit? R. Probabile esse, omnes si tangant contrahere hanc cognationem. Nam licet Trid. prohibeat plurium admissionem, non tamen irritat contra factum, & ex omnium sententia actus contra legis prohibitionem non ideo est irritus, si non addatur in lege decretum irritans. Vide Sanchez 7. *Disput.* 57. *num.* 11. *& seqq.*

8 Q. II. An Religiosi suscipientes hanc cognationem contrahant? R. Eos quidem prohiberi suscipere de sacro fonte, aut commatres habere, *can. Non licet Abbati* 103. *cum seq. De consecr. Dist.* 4. ne hac occasione ad sæcularia trahantur, *can. Per venit* 20. XVIII. *q.* 2. actum tamen illorum nullibi irritari, atque ita & illos hac cognatione adfici. Si in Episcopos eligantur, ut à jugo monasticæ regulæ absolvuntur, *can.* 1. XVI. *q.* 1. ita & non tenet eos prohibitio suscipiendi è sacro fonte, *Gl. in d. can.* 1. Sanchez 7. *Disp.* 60. *in fine.*

9 Q. III. An pater baptizans filium legitimum in necessitate eam contrahat respectu uxoris? R. ideo matrimonium ne quidem quoad thorum solvi, debitum licitè reddi, exigique, cum per actum bonum & necessarium non debeat præjudicari matrimonio stanti, *cap.* 2. *h. t. can. Ad limina* XXX *q.* 1. Idem erit, si per ignorantiam hoc contigerit, *d. c.* 2. Per malitiam baptizans propriam prolem non liberat se è debiti redditione, ne sua fame prosit, alteri obsit; exactione tamen debiti eum vult esse privatum Abbas *d. c.* 2. in fine. *Gl. in can. Nosse* XXX *q.* 1. Et facit textus in *can. De eo.* XXX *q.* 1. ubi hujusmodi reus post solutum conjugium sine spe conjugii manere jubetur. Videtur tamen obstare, quod sic hac re nihil sit dispositum, & quod ei spectat ad pœnam, quæ non est inferenda sine textu. *Gl. in d. c.* 2. Externæ mulieris aut concubinæ filium baptizans, aut de sacro fonte suscipiens, quod ei sit factus cognatus spiritualis, cum ea matrimonium non contrahit, ut *in* 6. secundum regulam communem, nec hac in parte non invenitur pati exceptionem. Nihil facit textus in *d. can. Ad limina*, quo quitur quoad usum matrimonii jam contracti: ne scilicet per istum actum præjudicari petitioni debiti, ut non æquè procedat in matrimonio contrahendo. Nam privatio ... gem hoc jure esset in pœnam delicti ... baptizando prolem alterius conjugis. ... rò iniquum pœnam incurri propter ... vantiam præcepti. Impedire autem matrimonium subsequens contrahendum non habet rationem pœnæ vel gravaminis, ... tinet ad quoddam conjunctionis ... quam statuit Ecclesia inter tales personas, ... que ita ille textus non est trahendus extra ... sum suum ad baptizantem filium alterius conjugis, sive concubinæ sive extraneæ in necessitate, cum exceptio firmet regulam in non exceptis. Facit &, quod facilius ... diatur quid fieri, quam factum irritetur. Sanchez 7. *Disp.* 62 *num.* 10.

Q. IV. An hæc cognatio contrahatur ... procuratorem? R. Esse, qui procuratorem hac adfici velint, non mandantem, ... quòd iste, non hic tangat baptizandum, ... quo ponitur contractæ hujus cognationis ... tio, Navarr. *Cons.* 6. *h. t.* Et facit quòd ... nia, quibus utimur hac in re, sint personales, ut non suppleantur per alium. Verum ... procurator non habeat animum suscipiendi suo nomine, & res sit facti, quam per ... faciens ipse facere videtur, posset videri ...

dans potius contrahere hanc cognationem, quàm procurator. Quò facit, quod olim & ipsius suscipientis uxorem hæc cognatio adfecerit, *c. Martinus 4. h. t.* & ita dicitur resolvisse Congregatio Card. Quorum resolutione remotâ, posset sustineri, ex communi opinione, nec procuratorem, quia non vult, neque est verus susceptor alienas vices gerens, nec mandantem contrahere hanc cognationem, quia non potest, cum requisita ei non conveniant. Posset tamen consuetudine induci, ut per procuratorem aut nuptium contraheretur, cum quod potest inducere lex, possit & consuetudo legitimè præscripta, quæ habet vim legis, Sanchez 7. *Disp.* 58. Pontius *lib.* 7. *c.* 39. *nu.* 19.

11 Q. V. An sint necessaria verba patrini? R. Non videri, cum sola susceptio sit de substantia, cætera ad solemnitatem quandam spectent, Covarr. *hic p.* 2. *c.* 6. §. 4. *nu.* 7. Sanchez *Disp* 56. *nu.* 9. Ut autem baptizandum tangat patrinus tempore baptismi est necessarium, etiamsi is fuerit adultus: nam cæremonia sustentationis non est ab Ecclesia inducta ad sustentandam corporis infirmitatem, sed ad signandam animæ infantiam & imbecilitatem, Sanchez *d. loco nu.* 5.

12 Q. VI. Quid si baptizato domi postea in Ecclesia adhibeantur solemnia, aut etiam iteretur solemniter baptismus, eique quis adstet tanquam patrinus? R. Aliquibus videri tunc quoque contrahi hanc cognationem, *arg. c.* 1. *De sponsal. in* 6. Ubi eo actu licet irrito oritur tamen impedimentum publicæ honestatis. Verum dicendum est, non oriri ex ista solemnitate adhibita aut etiam solemni iteratione baptismi nullam cognationem, cum verè non conferatur baptismus, nec ulla subsit regeneratio, quæ est causa hujus cognationis, ut ea cessante cesset & ejus effectus, per regulam. Non præstat impedimentum, quod de jure non sortiatur effectum, *cap. Non præstat De R. I. in* 6. Nihil obstat argumentum sumptum ex *d. c.* 1. quia hoc ita speciali jure expressum, ut non sit extendendum. Vid. Sanchez 7. *Disp.* 62. *n.* 4. & 5.

13 Oriebatur & olim quædam cognatio ex Catechismi, qui baptismo præmitti solet, institutione, quam contrahebat gerens personam infantis, pro quo respondebat; non inducebat tamen nisi impediens impedimentum, *c.* 2. *h. t. in* 6.

Ubiquæritur, An modus iste non sit sublatus per Conc. Trid.? R. Ita rectè videri, eo quòd Trid. *d. c.* 2. videatur generaliter statuere, inter quas personas hæc cognatio spiritualis oriatur & impediat, nullâ factâ mentione ejus, quæ ex Catechismo oritur. Et facit conclusio *d. c.* 2. inter nullos alios, quàm ibi numeratos, poni spiritualem cognationem: quæ sententia videtur esse communis. Si qui tamen putent non esse sublatum impedimentum; coguntur fateri, saltem esse restrictum. Vid. Sanchez 7. *Disp.* 10. *num* 10 *& seqq.* 14

Postremò quæritur, An contrahatur cognatio per dationem alterius Sacramenti? R. Expressè id negari *c. fin. eod. in* 6. Quod habet, ex aliorum Sacramentorum datione nequaquam oriri cognationem, quæ matrimonium impediat vel dissolvat. Et facit ratio, quod per aliorum Sacramentorum collationem non regeneremur: ut non possit quis videri recipere esse spirituale, quæ est ratio cognationis. Contra tamen habere text. in *can Omnes* 8. xxx *q.* 1. in pœnitentia, quæ est Sacramentum, susceptos ita haberi loco filiorum, ut in baptismate: *can. Si quis Sacerdos d. q.* 1. Cum filia tali fornicantem grave adulterium committere, & pœnitere debere, eo modo, quo de filia spirituali, quæ loco videntur satis contrariari *d. c. final.* Dicendum, per pœnitentiam dici non posse poni cognationem, cum per eam non recipiatur esse aliquod spirituale. Quo modo tradit Glos. in *d. can. Omnes*, filium posse eam ducere in uxorem, quam pater recepit ad pœnitentiam; quod non foret, si induceret cognationem, *can.* 1. 2. 3. *& aliis* xxx. *q.* 3. Ecclesiam tamen specialiter prohibuisse matrimonium inter tales personas, in reverentiam Sacramenti, quam deceptus ad pœnitentiam recipienti. Ut ratione prohibitionis peccent graviter se conjungentes, eaque species sit in confessione aperienda, quod vel mutet speciem, vel saltem graviter adgravet. Sanch. z. *Disp.* 55. 15

* * *

TITULUS XII.

De Cognatione legali.

SUMMARIUM.

1. *Cognatio legalis quid, & unde oriatur.*
2. *An & ex adoptione?*
3. *Impedimentum hoc dirimit nuptias inter filiam adrogatam & patrem.*
4. *Non etiam inter liberos ex filia & patrem adrogantem.*
5. *Dirimit & inter filium adoptivum & filiam naturalem adrogantis.*
6. *Duo legitimi ab eodem adrogati an ligentur hac cognatione?*

1 COgnatio legalis est attinentia quædâ proveniens ex adoptione, quæ facit in locum filii transire adoptatum, quoad effectus juris. Habet autem ista cognatio locum in adrogatione, cui tantum est is effectus hodie, ut patet *Instit. de adopt.*

2 Q. An & in adoptione? R. Rectè dici, non oriri nisi ex adrogatione, quòd ejus fundamentum ponatur in patria potestate, quæ secundum jura posteriora non adquiritur nisi per adrogationem; quæ sola cùm ponat fundamentum cognationis, ponet etiam sola causſam impedimenti. Si tamen adoptio fiat à patre naturali, etiam hodie ponet hanc cognationem, & ex ea impedimentum, cùm subjiciat potestati adoptantis adoptatum, *Instit. d. tit.* ut positâ causâ, etiam sit ponendus effectus.

3 Est autem hoc impedimentum non tantum impediens, verum & dirimens nuptias inter filiam adrogatam & patrem, etiam solutâ adrogatione, propter reverentiam, quæ per potestatem semel contracta perdurat, *l. Adoptivus 14. & l. Quin etiam 55. D. de ritu nupt.* *

4 Inter liberos ex filia & patrem adrogantem nullum est impedimentum, cum cesset potestas impedimenti causſa; neque enim nati ex filia sequuntur familiam matris, sed patris. Aliud est in natis ex filio, quia sequuntur familiam patris.

5 Est & impedimentum inter filium adoptivum & filiam naturalem adrogantis, & vice versâ & quidem dirimens, ut patet ex [illegible] ubi dicitur consistere non posse inter eos [illegible] tias, durante potestate: qua soluta [illegible] sive emanciperut filia naturalis, sive [illegible] gatus, quia non tam reverentia inter eos [illegible] impedimentum, quàm sola potestas [illegible] causſa sublata, dici debet sublatum & [illegible] dimentum, *Gl. in d. c. 1.* Sic & adrogatus [illegible] emancipationem non impeditur dirimi [illegible] trem adrogantis, ejusve amitam, matrem [illegible] sororem, neptem ex filio, quòd jam non [illegible] extraneus, *d. l. 55. in fine.* Honestius tamen [illegible] rit abstinere ab hujusmodi nuptiis, [illegible] quamdam reverentiam & adfinitatem [illegible] legali cognatione contractam.

6 Quæritur de duobus legitimis ab [illegible] adrogatis, an ligentur hac cognatione [illegible] videri probabile, per *d. c. nn. h. tit.* [illegible] loquens. Et facit, quod in iis ponatur [illegible] scilicet potestas, ut debeat subsequi [illegible] Et ita tenet Angel. *§. inter eas Instit.* [illegible] Contrarium tamen receptum, ex eo, quod [illegible] fiat mentio hujus impedimenti in illo [illegible] sed tantum in casu, quo alter est naturalis [illegible] legitimus: qua de causſa nolunt hanc [illegible] tionem, ut odiosam, sine textu extare [illegible] esse. Sanchez 7. *Disp. 63 nn. 28.*

TITULUS XIII.

De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ.

SUMMARIUM.

1. *Adfinitas qualiter contrahatur.*
2. *Per copulam elicitam contractam [illegible] pedimentum impediens & dirimens.*
3. *Dirimit præcedentia sponsalia de futuro.*
4. *An teneatur petere dispensationem. De [illegible] pâ contracta adfinitas?*
5. *Non dirimit sponsalia de præsenti.*
6. *Pœna contrahentis hoc impedimentum.*
7. *Impedimentum hoc ponitur, sive vir [illegible] lier peccet, & vivo mortuove conjuge.*
8. *Ad quem gradum extendatur.*
9. *An oriatur ex incestu cum propria consanguinea?*
10. *Incestus cum duabus consanguineis [illegible]*

impedimentum perpetuũ matrimonio contrahendo.

11. *Incestus occultus sit an notorius non refert.*
12. *Incestus enormis esse debet, ut in primo gradu.*
13. *An incestus cum cognata legali vel spirituali ponat hoc impedimentum?*
14. *An cum adfine sponsi vel sponsæ?*

1 SUbjungitur hic de impedimento, quod ponit adfinitas, quæ per copulam contrahitur, non tantum licitam, de qua *Tit. seq.* verum & illicitam, de qua hic; etiam occultam, imo & per eam, quæ illata renitenti. *cap. 6. hoc Tit.*

2 Oritur hinc impedimentum non tantum impediens, sed & dirimens, si præcedat ipsum matrimonium, *c. Tertio loco 13. sup. De præsumpt.* Quod procedet etiã copula habita cum impubere, *c. 7. h. t.* Ratio est in eo, quod fuerint una caro.

3 Dirimit & præcedentia sponsalia de futuro, quòd necdum habeant esse perfectum, *c. 2. h. t.* & res jam sit facta quasi impossibilis, licet culpa alterius.

4 Ubi quæsitum, An teneatur eo casu petere dispensationem is, cujus facto posita adfinitas? R. Non teneri quidem eum, qui non peccavit, admittere dispensationem etiam impetratam, cum sit liber à fide data, secundum dicta sup. *Tit.* 1. Videri autem aliquibus, eum, qui causam dedit, teneri eam petere, si commodè haberi possit. Probabilius tamen esse contrarium, quod res sit quasi impossibilis, licet sine culpa, atque ita liberetur ab ejus præstatione. Nam promissionis obligatio intelligitur, rebus sic stantibus, & in eodem statu manentibus, *c. Quemadmodum sup. De jurejur.* Nisi tamen defforata sit mulier, aut gravem famæ patiatur jacturam. Vid. Sanchez 1. *Disp. 56. nu. 4.*

5 Sponsalia de præsenti neutiquam dirimit, *c. Discretionem 6. & c. Tua fraternitatis 10. h. t.* quod habuerint semel perfectum suum esse, quod dirimi nequit nisi certis modis, de quibus sup. *De convers. conjug. nu. 17.* & iterato agetur inf. *De divort.* inter quos non est adfinitas superveniens. Et hoc, licet non sint consummata per copulam, cùm non copula, sed consensus nuptias ponat.

6 Punitur tamen hoc casu peccans, Primò, quòd perdat jus exigendi debitum, quod tamen conjugi petenti reddere tenetur, *d. c. 6. & 10.* ne innocens privetur jure suo absque culpa, *d. c. 6. in fine & c. fin h. t.* Secundò, quòd post mortem alterius impediatur novas nuptias inire, *c. 1. 2. & 4. h. t. c. Litteris 12. in fine sup. De præsumpt.* Quæ pœna etiam procedit in casu quo quis sponsæ tantum consanguineam cognovit, *d. c. 2.* Et hoc, quatenus scita fuit cognatio, *d. c. 1. & can. Si quis cum matre* XXXV. *q. 2. & 3.* Nam ignorantia ut excusationem à culpa incestus ponit, ita & à pœna. Est autem impediens tantùm isto in casu prohibitio, ut contractum matrimonium, ea non obstante validum sit, *c. 4. h. t.* pro conditione istius impedimenti, ut dicetur latius inf. *Tit. 16.*

Habet hoc impedimentum locum sive vir 7
peccet, sive mulier, *can. Quædam* XXXXII. *q. 7.* ex rationis paritate; sive vivo conjuge, sive mortuo cum ejus consanguinea habeatur copula, *d. c. 4.* Posset tamen hoc dubium videri, ex eo, quòd in *d. c. 4.* agatur de copula habita cum privigna, quæ res singularem habet fœditatem, ut ejus nomine singulariter hoc possit videri statutum. Dicendum tamen, generaliter ei locus esse, cum text. in *d. c. 4.* maximè se fundent in incestu; qui etiam contingit post dissolutas nuptias, cùm veneratio adfinitatis per nuptias semel contracta etiam post eas duret, donec alter vixerit, *Gl. in §. Socrum vers. quod & ipsum Instit. De nupt. can. 1. vers. Porrò* XXXV. *q. 10. c. 2. §. adfinitates III. q. 7.* Ratio hujus impedimenti est, quod talis incestus habeat ex propria ratione impedire exactionem debiti à conjuge; quòd per eam conjuges sint facti adfines, & quod incestuosus non sit veritus, faciendo conjugem sibi adfinem, impedire plenum conjugii usum. Undè est, quod puniatur in ipso matrimonio, contra quod deliquit, & fiat inhabilis ad illud contrahendum.

Oriebatur autem olim hoc impedimentum 8
ex copula cum consanguinea alterius usque ad quartum gradum, ut patet ex *d. c. 6.* ubi fit mentio copulæ cum consanguineo conjugis, non distinguendo gradum qui proinde accipiendus secundum *c. Non debet inf. Tit. seq.* ubi ex causa adfinitatis ind stinctè usque ad quartum gradum ponitur impedimentum. Verum

hodie non excedit prohibitio ex illicita copula secundum gradum, per Trid. *Sess. 24. de reform. matrim. c. 4.* ut cognoscens consanguineam conjugis ultra secundum gradum non teneatur pœnis supradictis, nec sponsalia per hujusmodi copulam hoc ipso dissolvantur, matrimoniumque initum etiam cum eadem ab eo, qui peccavit, teneat, nec cum alia contrahi impediatur. Undè rectè sentiunt, qui volunt ex copula habita cum consanguinea conjugis ultra gradum secundum non oriri adfinitatem, nec committi incestum. V. Sanchez *7. Disp. 55. n. 3. & Disp. 67. n. 7. & 8.*

9 Quæstio autem est, An impedimentum non nubendi resultet ex copula cum propria consanguinea? R. Hoc pluribus videri, ductis argumento ab incestu cum consanguinea uxoris, qui levior est; ut idem debeat obtinere in eo, qui gravior est. Adducunt in eam rem *can. Si quis viduam* XXXII *q. 7.* ubi cognoscenti consanguineam suam denegatur matrimonium: item *can. fin.* XXXV. *q. 8.* qui vult manere talem incestuosum sine spe conjugii: & *can. Si duo.* XXXV. *q. 6.* qui talibus segregatis permittit, si juvenes sint, alia matrimonia inire: *Gl. in can. De incestis* XXXV. *q. 5.* Navar. in *Summa c. 22. nu. 74. & Conf. 1. h. t.* Quæ opinio ut possit videri probabilis, contraria tamen est probabilior, scil. in casu prædicto impedimentum non contrahi; cum non debeat illud poni sine textu, qui passim loquuntur de incestu cum adfine sive consanguinea conjugis. Nec facit, quod fœdior sit copula cum propria consanguinea, quàm conjugis; quia non tam est inductum illud impedimentum propter criminis gravitatem, quàm propter injuriam, quæ fit matrimonio per copulam cum consanguinea uxoris. Ut argumentum à minori ad majus non procedat, cum quod minus est, alia in ratione fundetur. Everard. in *Loco à minori nu.* 4. Nihil facit *d. can. Si quis viduam*, quia tantum prohibet conjugium inter incestuosos, non etiam alios citra incestum, ut patet ex textu, & expressius ex *d. can. De incestis in fine*, qui habet, iis quidem illicitam conjunctionem interdici, libertatem tamen habere melioris conjugii ineundi. Nihil etiam facit *d. can. fin.* nam ideo ibi pœnitentia pro tempore vitæ injungitur, si-

mulque prohibetur matrimonium, [illegible] monitione contemptâ nihilominus in vi[illegible] cestuosa persistiterint, ut propter[illegible] istam pœnam. Quo modo videri [illegible] endus text. in *can. Qui propinquas* XXX[illegible] Non obstat *d. can. Si duo*; quia non pro[illegible] ideò matrimonium, quòd fiat juven[illegible] solum causam adsignat, cur non prohi[illegible] di à matrimonio, si velint. Ita Covar[illegible] *c. 6. in princ. nu. 4.* allegans D. Tho[illegible] *dist. 34. qu. 1. ad 1.* Sanchez *7. Disp. 15.* [illegible] & 16. 13

Quid de eo judicandum, qui cogno[illegible] consanguineas fornicatie? R. Indu[illegible] mentum non tantum diriment[illegible] earum ineundum, quia utriusque [illegible] *2. h. t.* sed etiam impediens cum a[illegible] ri & hoc, si scienter habita fuerit copu[illegible] enormis & nefaria; veluti si cum mat[illegible] quis fornicetur, aut aliqua patrem & fi[illegible] mittat, *can si quis* XXXIV. *q. 1* Est enim [illegible] pula digna hac pœna, propter sui [illegible] nem. Idem statuitur in eo, qui cogn[illegible] sorores, *can. Si quis cum duab.* XXXV. *q. 1.* [illegible] quæ duos fratres admisit, ex eadem [illegible] turpitudinis, *can. Si homo* XXXV. *q. 1.* qu[illegible] denegatur talibus conjugii contract[illegible] ad mortem. Non obstat text. in *can.* [illegible] XXXIV. *q. 1.* qui post pœnitentiam contr[illegible] trimonii contractum; quia ibi agitur [illegible] rante, ut facile colligere est ex ipso text[illegible] enim ignorantia esse minorem culpam, [illegible] ita etiam minui pœnam. Uti & violent[illegible] non obtinere pœnam in ea, quæ vol[illegible] passa, *c. 6. h. t.* 14

Occultus sit incestus, an notorius [illegible] fert, quia cum occultè plerumque com[illegible] tur, rarò esset locus huic impedimento. [illegible] de satis erit, sit commissus scienter, [illegible] locus sit. Quò facit, quòd text. in *d. c.* [illegible] non distinguat, sed tantum supponat in[illegible] esse commissum. Nihil obstat *c. 3. h. t.* [illegible] ibi dicitur matrimonium impeti non p[illegible] nisi publicus & notorius fuerit incestus; [illegible] quia tantum agitur de unius adfertione, [illegible] non est credendum, nisi notorium con[illegible] Sanch. *d. Disp. 15. n. 13.* Gutierrez. *Can. pra[illegible] 1. c. 13. n. 8.*

Videtur autem in proposito impedi[illegible]

tum istud obtinere, quando est enormis incestus, ut in primo gradu, non etiam in ulteriori, cum textus tantum loquantur de gradu primo propter sui fœditatem. Ut licet cognoscens duas consanguineas in gradu ulteriori neutram earum ducat, non tamen adficiatur impedimento non ducendi aliam, cùm nullus textus detur, sine quo pœna non statuitur.

13 Quæri posset, An oriatur hoc impedimentum ex incestu cum cognata legali aut spirituali? Non videri, cum nec is propriè sit incestus, nec textus reperiatur inducens impedimentum. Imò in *can. Si quis cum matre* XXXIII. *q. 2.* non permittitur tali uxorem legitimam quam habet, dimittere. Quod videtur accipiendum quoad debitum petendum; ut multò minus impediatur novas inire nuptias, cum non debeant induci impedimenta sine textu. Navarr. *De cognat. spirit. Cons. 8. nu. 8.*

14 Postremò quæritur, An oriatur hoc impedimentum cum adfine sponsi vel sponsæ? R. Publicam quidem honestatem violati, ideoque induci aliquid impedimenti, uti patet ex *c. 2. h. t.* ubi post pœnitentiam opus est dispensatione, ut cum alia contrahat. Videtur tamen hoc ibi dici, quia agitur de matre sponsæ cognita, qualis copula est fœdior: ut, si fuerit cum remotiore habita, impedimentum sit minus, & quidem temporale, scilicet ad tempus, quo complex delicti vivit, *c. Duo pueri 12. in fine sup. De despons. impub.* ex ratione, quod sponsalia ponant matrimonium inchoatum, atque ita impedimentum alito vivo tantum. Impedimentum hoc hodie non excedit primum gradum, ex decreto Conc. Trid. *Sess. 24. cap. 3. De reform. matrim.* Covarr. *hic p. 2. c. 6. in princ. num. 4.* Sanchez *d. Disp. 15. num. 5.*

TITULUS XIV.

De Consanguinitate & adfinitate.

SUMMARIUM.

1. *Consanguinitas quid.*
2. *Linea consanguinitatis alia ascendentium, alia descendentium, alia collateralium.*
3. *Gradus in qualibet linea qualiter computandi.*
4. *Regulæ in hac computatione observandæ.*
5. *Matrimonium in linea rectâ est irritum jure naturæ.*
6. *Idque in infinitum,*
7. *In linea transversa prohibita nuptia ad quartum gradum.*
8. *Adfinitas quid, & inter quos contrahatur.*
9. *Adfinitas olim triplex, & quæ hinc prohibitio.*
10. *Impedimentum publicæ honestatis.*
11. *An hoc impedimentum oriatur ex matrimonio nullo.*
12. *An ex matrimonio irrito defectu consensûs interni?*
13. *Impedimentum hoc est perpetuum.*
14. *Nuptias incestas qui contrahant.*
15. *Quæ pœna afficiantur jure civili.*
16. *Nuptiæ an debeant esse consummatæ.*
17. *Iure Canonico sint excommunicati ipso jure.*
18. *Ignorantia justa excusat.*
19. *An excusat ignorantia tam juris quam facti?*
20. *Scientia alterius alteri ignoranti non nocet, ut & contra ignorantia alterius non prodest scienti.*
21. *An incurrat hanc censuram contrahens cum ea, quam putat esse consanguineam?*
22. *Eam non incurrit sponsalia de futuro contrahens.*
23. *Licet copulâ consummentur.*
24. *An neque qui bonâ fide contraxit, postea cognito impedimento, perseverat uti conjugio?*
25. *Non incurritur, matrimonio per metum contracto, vel sub conditione.*
26. *An incurrat fœmina contrahens cũ Religioso?*
27. *An Sacerdos aut testes præsentes?*
28. *Non eam incurrit contrahens cum filia spirituali.*
29. *Pœnæ civiles an habeant locum in gradibus jure Canonico prohibitis.*
30. *Dispensat S. P. super impedimentis juris humani.*
31. *Non etiam juris divini aut naturæ.*
32. *Matrimonia irrita jure naturæ inter ascendentes & descendentes.*
33. *An & inter fratres & sorores?*
34. *An conjunctio patris cum nepte, amitæ cum nepote?*
35. *Adfinitas in linea transversa non ponit impedimentum jure naturæ irritans.*
36. *An in linea rectâ?*

37 Pont. in primo gradu quoad lineam transversalem rectè dispensat.

38 Episcopo non est dispensandi licentia nisi ob necessitatem.

39. Non dispensat super cognatione spirituali vel legali.

40. Neque super impedimento publicæ honestatis.

41 Dispensatio non sit supreptitia vel obreptitia.

42. Dispensatio super uno impedimento expresso, altero omisso. an reddatur inutilis?

SUbjungitur hoc Tit. de consanguinitate & adfinitate contracta per copulam licitam, quæ ponit impedimentum dirimens.

1 Consanguinitas est vinculum quoddam personarum ab eodem stipite descendentium, vel unius ab altera, carnali propagatione contractum. Hinc Consanguinei dicti, quòd eodem sanguine sint geniti, vel eundem sanguinem participent: qui strictè accipiuntur pro natis ex eodem patre aut ex fratribus per sexum masculinum originem trahunt, & vocantur adgnati, §. *Sunt autem Instit. De legit. adgnat. tut.* Hic latius sumuntur pro cognatis in genere, ita dictis, quod una communiterve nati, vel ab eodem orti, *l. 4. §. 1. D. De gradib.* Neque enim hac in materia consideratur differentia inter adgnatos & cognatos, quam etiam jus civile posterius vitiosam duxit in successionibus, *l. fin. C. De liberis præter.*

2 Distinguitur consanguinitas per lineas, quæ sunt ordinata collectio personarum ab eodem stipite descendentium, diversos continens gradus Linea est triplex, scilicet ascendentium, id est parentum; descendentium, id est liberorum (quæ duæ directæ lineæ nomine veniunt) & collateralium, id est adgnatorum & cognatorum venientium à latere, ut fratres eorumque liberi, & dicitur transversa, *l. 1. in princ. D. de gradib.*

3 In singulis est gradus, id est mensura quædam, per quam distantia personarum inter se cognoscitur, in ordine superiori, primo gradu est pater, mater; secundo avus avia, & sic deinceps. In inferiori, primo gradu est filius, filia; Secundo nepos, neptis, & deinceps. *d. l. 1. §. 3. & seqq.* ubi usque ad gradum sextum tam supra quam infra, nomina propria adgnationis & cognationis referuntur. Vtra deficiunt nomina specialia, utendumque circumscriptione in designatione cognationis.

In ordine transverso primus gradus [illegible] est, secundum jus civile *d. l. 1. §. 1.* quo à [illegible] do numeratio inchoatur. Frater enim & [illegible] sunt secundo gradu, & fit numeratio [illegible] per patrem, qui cognationis est causa. [illegible] cum patre primum gradum facit; pater [illegible] altero filio secundum; hic cum nepote [illegible] tium, & deinceps: ut fratrum filii jure [illegible] sint quarto gradu. Qua in re dissentiunt [illegible] gibus Canones: nam illæ singulas per[illegible] numerant utrimque, & tot gradus [illegible] quot sunt distantiæ à stipite, numeratio [illegible] inde personis singulis, ascendendo ab [illegible] persona ad patrem, & ab eo descendendo [illegible] aliam; hi verò in quovis gradu constituunt duas personas, numerantque gradus ab [illegible] que vel remotiore persona ad communem [illegible] pitem sive parentem; ut duo fratres [illegible] gradum constituant, nepotes neptesque [illegible] iis secundum, pronepotes, proneptes [illegible] & sic deinceps, *can, Parentelæ xxxv. q. 5.* [illegible] legales gradus faciant unum canonicum [illegible] *Ad sedem d. qu. 5.* Ubi dicitur consistere [illegible] differentiæ in ratione nuptiarum, [illegible] nomine Canones considerant distantiam [illegible] quirunt autem isti duarum personarum [illegible] junctionem, ut utriusque distantia [illegible] consideranda. Leges vero inspiciunt [illegible] nem successionis, in qua proxima [illegible] persona potior est, *l. Iuris consultis 10. in pr. D. d. tit.* & habetur ratio unius ad alterum [illegible] *can. Ad sedem.*

Ut denumeratio graduum commodius [illegible] telligatur, notandum generatim, quamque personam gradum adijcere, ut quisque [illegible] gradibus ab aliquo distet, quod generationibus ab eo descendit. Sic filius à patre [illegible] generatione distat, ab avo duabus, atque [illegible] duobus gradibus. Unde regula est, In [illegible] recta tot esse gradus, quot sunt generationes. *Instit. de gradib. cognat. in fine*: in qua regula jus civile & Canonicum conveniunt. Habetque locum regula ista, & in linea transversa [illegible] Canonico, cùm fratres faciant unam generationem à patre & primum gradum, nepotes secun-

secundam generationem & secundum gradum, atque ita deinceps.

Est autem in linea transversa recepta communiter isto jure hæc regula, Tot gradibus inter se distare aliquos, quot distant à stipite communi, vel distat eorum remotior. Sic fratres à parente communi distant uno gradu, atque ita etiam inter se distant uno tantum gradu, nepotes secundo, pronepotes tertio, eoque & inter se, & deinceps. Ratio est, quod cum tota & adæquata conjunctionis eorum ratio sit unio cum stipite, jure optimo computentur gradus secundum distantiam ab eo ipso stipite, cum nec magis nec minus possint inter se distare, quam distant ab illo. Sanchez 7. *Disp.* 50. *nu.* 5.

Jure civili in linea transversa hæc recepta regula. In ea tot esse gradus, quot sunt personæ una dempta. Ad primum enim gradum duabus personis opus est; deinde quælibet addita gradum facit, & accedentibus similiter singulis creseit numerus, ut ait Jurisc. in *d. l.* 10. *§. nam quoties.*

5 Quantum ad impedimentum nuptiarum attinet, in linea recta matrimonium irritum est jure naturali, cum carnalis copula, ad quam ordinatur matrimonium, conjunctam habeat quamdam naturalem turpitudinem, repugnantem reverentiæ parentibus debitæ. Quò facit Levit. 18. *Turpitudinem patris vel matris non discooperies: quia mater tua est.* Præterea jure naturali parentibus debetur subjectio: per conjugium autem quoad debitum alteri alter mutuò subjicitur, 1. *Ad Corinth.* 7. quod juri subjectionis, quo liberi parentibus sunt obstricti non consonat. Potissima tamen ratio dici potest esse in horrore naturali omnium pene gentium, & aliquarum etiam bestiarum circa hujusmodi conjunctionem. Vid. Sanchez 7. *Disp.* 51. *nu.* 7.

6 Ubi dubitatur, An in infinitum ista prohibitio procedat? R. Et communiorem & probabiliorem esse sententiam adfirmantium; Primò ex eo, quod descendentes omnes etiam remoti respectu ascendentium dicantur filii, & debeant iis naturaliter reverentiam & subjectionem, cui actus conjugalis multum præjudicaret. Deinde major est conjunctio inter eos, quorum unus ab alio, licet remotè, descendit, quam inter eos, quorum uterque ab alio descendit, ut frater & soror: & major est obligatio erga eum, à quo quis suum esse accepit, quàm erga eum, cum quo simul suum esse accepit ab alio. Impeditur autem conjunctio horum, fratris scilicet & sororis, juræ naturæ, uti mox dicetur: ut multò magis illa dicenda impediri, etiam inter remotissimos, ex ratione jam dicta. Facit text. expressus in jure civili, *Inst. De nupt. §. 1. & l. Nuptiæ 53. D. de ritu nupt.* qui in infinitum nuptias inter ascendentes & descendentes dicit esse prohibitas. Quæ juris civilis decisio cum non sit per ullum text. Canonicum, restringentem hac in materia ad certum gradum prohibitionem istam, mutata, secundum eam est judicandum, *arg. c. 1. inf. De novi operis nunt.* Non rectè objicitur *c. Non debet 1. h. t.* quia non accipiendum de linea recta, quæ non fuit controversa, sed de transversa, ut ex textu ipso facile est colligere, qui est correctorius juris veteris, quo inter transversales erant prohibita matrimonia usque ad septimum gradum, *can. 1. can. Nullum & passim* XXXV. *q.* 2. Ut subsequens textus restringens usque ad quartum gradum debeat intelligi de transversalibus tantum, non de iis, qui sunt in linea recta. Et hoc confirmat textus in *c. fin. h. t.* qui expresse habet, inter transversales esse prohibitum matrimonium usque ad quartum gradum inclusive. Quo facit Covarr. *hic. p.* 2. *c.* 6. §. 10. *nu.* 8. tradens divini & humani juris Professores asserere, jure gentium comitti incestum per eum, qui aliquam ex ascendentibus vel descendentibus duxerit, secundum *l. fin. D. de ritu nupt.* Vid. Sanchez *d. Disp.* 51. *qu.* 2. Verum super hac re non est, cur simus valdè solliciti, cum vix contingere possit, ut cupiant aliqui inire matrimonium in gradu quinto aut ulteriori in linea recta. Aut enim ante moriuntur, aut ita sunt inæquales quoad ætatem, ut absurdissimum foret tales conjungi; imò velle conjungi, Bellarm. *Contr. tomo* 2. *De matrim. c.* 24. *in fine.*

Quantum ad prohibitionem in gradu transverso fuit variatum. Nam jure civili prohibitio se tantum extendit usque ad quartum gradum exclusivè, ut eo jure fratrum liberi, 7

qui

qui eumdem avum habebant, & sunt quarto gradu, potuerunt licitè conjungi, §. *Duorum Instit. De nupt.* Jure verò Canonico usque ad septimum gradum ea prohibitio fuit primò extensa *d. can. 1. & can. Nullum*; postea restricta ad quartum gradum inclusive, *d.c. 8. h. t.* qui jure civili est octavus. Ut hodie conjungi non possint, quorum utriusque vel alterius abavus fuit communis parens: tales enim tantum distant quarto gradu, cum secundum computationem Canonicam duæ personæ unum gradum constituant, uti paullo antè dictum. Ubi satis erit, alter ultra quartum gradum distat à stipite communi, etiamsi alter intra eum sit, *c. fin. h. t.* Quo modo rectè jungetur nepos vel pronepos ab una parte abnepti ab altera; quæ est in quinto gradu. Ratio prohibitionis conjugalis inter consanguineos fundata est reverentia, quam liberi debent parentibus, & consequenter iis, qui his sanguine sunt juncti. Fundata est & in pudicitia, quam frequenter periclitari faceret familiaritas cognatorum, si inter eos esset licitum matrimonium. Fundatur denique in dilatione necessitudinis inter plures ad conservandam caritatem inter cives, & tranquillitatem societatis, quæ magis procuratur per confœderationem nuptialem cum remotioribus. Quomodo in *can. 1. in fine* XXXV. *q. 1.* dicitur maris & fœminæ conjunctio, quantum ad genus mortalium, esse quoddam seminarium caritatis; ubi tamen legendum videtur *Civitatis*. Aliam rationem dat Gregorius Magnus, in *can. Quadam* XXXV. *q. 1.* experimento esse compertum, ex conjugio propinquorum sobolem minus bene succrescere. Ratio verò restrictionis graduum ad quartum præcipua est, quia experientia docuit, non posse hoc tempore sine gravi dispendio tot graduum prohibitionem observari, quod, cum ætas decreverit, caritas defixerit, concupiscentia sit aucta, fieret sæpenumero, ut homines non recordarentur proximitatis, atque ideo ad propinquos se haberent tamquam ad extraneos, contingeretque inde in gradu prohibito iniri matrimonia. Cujus rei evitandæ gratia rectè posteriores Pontifices edocti experientia ad pauciores gradus prohibitionem revocarunt Bellarm. *tomo 2. Controv. De matrim. lib. 1. c. 29.* Ratio allata à Pont. in *d. c. 8 h. t.* de quatuor humoribus, qui constant ex quatuor elementis, fundata non [illegible] primario, sed tantum ut congruentia quæ[illegible] physica: ut temere pro more suo eum vili[illegible] sectarii. Sanchez. 7. *Disp. 53. in fine.*

Altera hujus Rubr. pars est de Affinit[illegible] quæ consideratur etiam in matrimonio [illegible] junctione, ex ratione jam dicta, quòd [illegible] & hæc sufficiat ad animorum conjunctio[illegible] non autem in successionibus, quia [illegible] eam non defertur hæreditas. * Dicit Ad[illegible] quod duæ diversæ cognationes [illegible] copulentur, *l. Nec facile 4. §. adjun. D. [illegible] dib.* Est autem propinquitas personar[illegible] veniens ex habita cum cognata alterius [illegible] la non tantum licita, sed & illicita, [illegible] Tit. superiore. Dicitur, ex copula [illegible] eam fiunt conjuges una caro, & [illegible] nitas jure Canonum, *c. 2. h. t.* Alias [illegible] poni: quo modo ex sponsalibus de [illegible] nulla oritur affinitas. Dico, jure Can[illegible] quia jure civili videntur affinitates [illegible] ponere, ut colligere est ex *d. §. adjun.* [illegible] ficit hæc nisi personas junctas, caliga[illegible] greditur. Unde tantum inter cognatos [illegible] uxorem, inter cognatos mulieris & [illegible] vinculum hoc ponitur, eo gradu atque [illegible] quo ipse vir aut mulier eos attingit. Cum [illegible] per copulam fiant una caro, non po[illegible] conjugum alicui esse propinquus, qui [illegible] alterum concernat, nec aliquis unius [illegible] gum attingere, qui alterum non attin[illegible] *Fraternitatis* XXXV. *q.* 10. Hinc cogn[illegible] cognati mulieris inter se nullum habe[illegible] pedimentum: ut frater mariti licite [illegible] sorori uxoris, & filius mariti ex prior[illegible] recte ducat filiam uxoris ex alio mari[illegible] liud non obstet impedimentum can[illegible] *§ mariti tamen Instit. De nupt.* Nihil [illegible] quod ex parentum matrimonio con[illegible] frater aut soror, *lib. Generali 34 §. ver. [illegible] nupt.*

Erat autem olim triplex affinitatis [illegible] Primum, de quo jam actum, quod [illegible] hebant cum marito cognati uxoris, & [illegible] tra. Alterum, quod primæ uxoris cog[illegible] contrahebant cum secunda uxore mariti. [illegible] nurus uxoris cum marito. Tertium, [illegible] bat secundæ mariti uxoris maritus & [illegible]

murus. Sic & frater uxoris est in primo adfinitatis genere; ejus uxor in secundo, quæ si relicta nupsisset Titio, in eo ponebatur tertium genus adfinitatis, *Glos. in d. c. Non debet 8. h. t.* Ponebant omnia hæc genera olim impedimentum nuptiis, ut patet ex *d. c. 8.* ubi Pont. hoc corrigit, & impedimentum ex secundo & tertio genere aufert data licentia in iis generibus conjungendi. Et hoc, ne prohibitionum frequentia hac in materia facile causset peccatum, contracto in gradibus prohibitis matrimonio ignoranter. Ut hodie non impediatur Titius uxoris suæ fratris relictam uxorem ducere, nec vitricus privigni sui uxorem sibi conjungere, quod olim ne quidem jure civili licitum erat. *l. uxorem 15. D. de ritu nupt.* Verùm ea lex abrogata est per *d. c. 8.* cum jus civile cedat dispositioni Canonicæ in causis spiritualibus. Ut sublatis duobus posterioribus generibus, adfinitatis impedimentum tantùm obtineat in primo genere. Covarr. *hic p. 2. c. 6. §. 7. n. 6.* & quidem dirimens, non tantùm in linea recta, sed & collaterali usque ad quartum gradum, *d. c. 8. vers. Prohibitio.* Non obstante, quòd adfinitas gradus non habeat, *l. 4. §. gradus D. de gradib.* cum adfinis non generet adfinem, generatio autem quælibet gradum faciat; quo modo in Tit. D. non legendum *de gradibus adfinitatis*, sed *gradibus & adfinibus*: nam fit computatio graduum ad instar consanguinitatis, ut quoto gradu unum conjugum quis attingit ratione consanguinitatis, eodē & alterum attingat causa adfinitatis. Quod de quarto gradu dictum, accipiendum est de contracta adfinitate ex copula licita; nam illicita ad secundum gradum tantùm impedit & dirimit; non ultrà, uti colligere est ex iis, quæ dicta Tit. præcedenti. Vid. Sanch. 7. *Disp.* 67 *n. 3. & seqq.* Hæc de impedimento, quod ponit cum consanguinitas tum adfinitas.

10 Idem etiam ponit justitia, publicæ honestatis, quæ in nuptiis maximè inspicitur, *l. semper 197 D. de R. I.* Illam ponunt sponsalia olim etiam invalida, *c. 4. sup. t. 1.* pura tamen ac cum determinata: nam conditionalibus, quia non ponant nisi spem, non erat eadem vis, *c. un. de sponsal. in 6.* Cum una ex pluribus inita ante non inducent hoc impedimentum, quam fit facta electio, neque enim ante sunt sponsalia. Trid. *Sess. 24. c. 3. de reform. matrim.* ex sponsalibus quacunque ratione invalidis hoc impedimentum prorsus sustulit.

Q. An & oriatur ex matrimonio nullo? Posse videri non oriri, propter generalitatem *d. c. 3.* quod indistinctè ex sponsalibus quacunque ratione invalidis hodie non vult poni impedimentum. Covarr. *d. c. 6. §. 2 n. 2.* Contra tamen dicendum, scilicet poni impedimentum hoc ex contracto matrimonio licet nulliter, idque ex declaratione Pii Quinti, qui in Bulla an. 1568. incip. *Ad Romanum*, quoad hoc negat mutatum esse jus vetus, de quo in *d. c. un. de sponsal. in 6.* modo non defuerit consensus: quomodo clandestinum matrimonium, quòd ei desit consensus legitimus, non videtur ponere hoc impedimentum hodie, cum Conc. taliter contractum decernat nullum, partesque reddat inhabiles ad caliter contrahendum, Sanchez 7. *Disp.* 2. 70. *n. 5.* 11

Quid si desit consensus internus, externus autem sit ritè expressus? R. Posse videri, attenta ratione naturali, non poni hoc impedimentum, cùm verè desit consensus, secundum *d. c. unic.* Verius tamen illud poni, cum interni consensus defectus lateat, externus autem faciat matrimonium videri validum: ut ponat scandalum; quod causat hoc impedimentum. Covarr. *d. §. 2. n. 3.* Sanchez 7. *disp. 68. nu. 13. & seqq.* 12

Est autem hoc impedimentum dirimens & perpetuum; ut morte alterius aut sponsaliorum dissolutione non tollatur, *c. 3. & c. Sponsam 8. sup. tit. 1. can. Si quis 11. 14. 15. XXXVII. qu. 2.* Sanchez. *d. Disp. 68. n. 20.* Cujus ratio posita est in scandalo: neque enim fert honestas, eam, quæ fuit sponsa unius, nubere ejus consanguineo, ut olim duraverit hoc impedimentum usque ad quartum gradum: verum hodie per Trid. *Sess. 24. c. 3. D. reform. matrim.* restrictum, ut primum non excedat, propterea quod sine dispendio in ulterioribus observari prohibitio non posset, & præcipuè quia scandalum contineat, eam, quæ fuit patris sponsa, nubere ejus filio & contra, *§. si uxor tua Instit. De nupt.* Idem de sponsa fratris dicendum. Ex matrimonio rato præcedens impedimentum extenditur etiam hodie usque ad quartum gradum, cum Trident non restringat ad primum, nisi ortum ex sponsalibus 13

& ita declaravit Pius V. in Bulla incip. *Ad Romanos.*

Est & impedimentum ligaminis; quod ponit matrimonium cum aliqua initum non consummatum, quòd cum non sit ideo minus ratum, facit cum alia iniri aliud non posse, quia nemo potest binas nuptias aut novas contrahere, veteribus durantibus. Durant autem veteres, altero superstite. Ponit & impedimentum disparitas cultus; qua dere aliquid dictum suprà *Tit.* 1. & repetetur *Tit. seqq.* Quantum ad raptum attinet, quatenus impediat, dicetur inf. *Tit. de raptoribus.*

14 Cæterùm nuptiæ aliter, quam dictum, contractæ habentur incestæ, etiam jure naturæ & gentium, inter ascendentes & descendentes, *l. fin. D. de ritu nupt.* jure verò humano tantum intra gradum eo jure prohibitum: adeo ut juncti separandi sint, *c. 3. h. t.* Nisi sint infideles qui ad fidem conversi in gradu jure humano prohibito conjuncti, non sunt separandi *c. 4. h. t. & c. Gaudemus 8. in pr. inf. de divort.* Secus, si in gradu prohibito jure naturæ, super quo non dispensat Pontifex.

15 Est præterea lege proposita pœna ineuntibus hujusmodi nuptias, scilicet exsilium, cinguli spoliatio, bonorum publicatio (nisi existant alii justi hæredes, quibus bona reserventur, *Auth. Incestas C. de incest nupt.*) verberatio, si sit persona vilis. Eædem pœnæ manent & fœminas *d. Auth. Incestas.* Alias prohibitas nuptias ineuntes dotis donationisve nomine dato privantur, *l. qui contra C. d. tit.* Et hæc ita, si scienter sint initæ nuptiæ; excusat enim error, si continuò eo comperto conjunctio fuerit dirempta, *d. l. qui contra.*

16 Volunt etiam consummatas esse nuptias, quod sine copula non committatur incestus neque lex soleat punire crimen necdum perfectum, Covarr. *d. c. 6. §. 8. num.* 34. Probabile tamen est, etiam sine copula esse locum pœnis, quia in *d. l. qui contra*, puniuntur contrahentes: & in *l. incesta 52. D. de ritu nupt.* dicuntur nuptiæ incestæ carere dote; sunt autem nuptiæ ante copulam.

17 Jure Canonico inducta est excommunicatio, quam ipso facto incurrunt contrahentes nuptias in gradu prohibito, sive consanguinitatis sive affinitatis, aut cum Monialibus. Quæ & obtinet in Clericis ordinatis, & [illegible] Monialibusve nuptias ineuntibus. Clem. [illegible] *h. t.*

Ignorantia justa præbet excusationem [illegible] tamen Clericis ordinatis aut professis [illegible] trahentibus, in quibus justa esse neque [illegible] factum inspicias, sive jus; quod est notabile. Ut malè ejus allegetur ignorantia, quæ [illegible] probabilis aliquo casu sit, excusabit. [illegible] *Clem un. V. contrahentes.*

Quæritur autem, An utraq; tam juris [illegible] facti ignorantia excuset? R. Delicti [illegible] tia inculpabili patere; quia alias nihil [illegible] tur verbum *scienter, in d. clem, unica,* [illegible] cum ignorantia invincibilis semper [illegible] fectata verò minimè; eo quòd moraliter [illegible] tiæ æquiparetur: nam qui vult ignorare, [illegible] telligit fieri posse, ut simpliciter non [illegible] ris ignorantiam non excusare, vult C. [illegible] *scienter*, quando quis ignorat gradum [illegible] guinitatis esse prohibitum, juxta reg. [illegible] *rantia 13. de R. I. in 6.* Posset tamen & [illegible] ri excusare, propterea quòd quando [illegible] scienter quid facientem, requirat dolum [illegible] lam fidem, *l. sed etsi §. sciri D. de hæred.* [illegible] norantia autem etiam vincibilis dolum [illegible] dit. Vid. Suarez *de censuris Disp. 23. sect.* [illegible] & 14.

Scientia alterius illum solum ad pœnam [illegible] gat, *can. in lecto* XXXV. *qu.* 2. non etiam [illegible] alterum ignorantem; uti nec ignorantia [illegible] alterum scientem sublevat. Non obstat [illegible] *d. Clem un.* loquatur in plurali, neque enim [illegible] ideo, quod duorum requiratur scientia [illegible] genere dictum, propter omnes; quo [illegible] possent, *Gl. in d. Clem, un. V scienter* [illegible] *in summa c. 27. n.* 141.

Q. An & incurrat hanc pœnam contrahens [illegible] cum ea, quam falsò putat consanguineam? [illegible] Non incurrere, ex eo, quòd non ex malitia [illegible] tate, sed cui respondet exitus, committatur [illegible] tum. & pœna infligatur, *Gl. d. Clem, nisi per* [illegible] *tata in cap. Si verò inf. de sent, excom.* [illegible] tia tamen erronea donec permanet reum [illegible] obnoxium peccato Suarez *d. loco num.* 10.

Per sola sponsalia de futuro dicta pœna [illegible] nimè incurritur, quia non ponunt contra [illegible] matrimonii, de quo tantùm loquitur *d. Clem un.* quæ cum sit pœnalis; non est extendenda

Aliter sentiendum de sponsalibus de præsenti, cum copula non sit de substantia & lex prohibeat matrimonium taliter contrahi, uti dictum superius.

23 Quid si sponsalia de futuro per copulam consummentur? R. Inspecto jure antiquo, quo per copulam sponsalia transibant in matrimonium prædictæ pœnæ locum fore; non etiam inspecto jure hodierno, quo talis copula nihil operatur, ut succedat regula in *c. non præstat De R. I. in 6.* Nav. *loco cit.* Suarez *d. loco n.* 20.

24 Quid si is, qui bona fide contraxit, postea, recognita, pergat uti matrimonio? R. Non videri incurrere hanc pœnam, cùm tantùm puniatur contractus incestuosus, quem hic non esse initum facit ignorantia. Neque rectè cohabitationi aut actui incestuoso ea vis attribuenda, ut faciat transire in contractum, *Gl. in d. Clem. un. V. scienter*, Covar. *d. c. 6. §. 8. n. 33.* Licet autem actus iste non mereatur pœnam *d. Clem. unica*, meretur tamen aliam, propter gravem, quem continet, reatum, *c. inquisitioni 44. inf. de sent. excom.* Volunt etiam quidam dictæ pœnæ locum esse, si copula post scientiam habita fuerit affectu maritali, quòd videatur prius matrimonium ratificari, & sic quasi de novo contrahi, ut ponatur materia, super quam lata censura. Licet hodie copula subsequens non ponat matrimonium. Quò facit, quod qui contraxerunt solemniter, ignorato occulto impedimento, & super eo dispensationem secreto impetrarunt, possint revalidare contractum per occultam iterationem mutui consensus. Suarez *d. loco n.* 21.

25 Quid si matrimonium initum fuerit per metum? R. Non incurri, quia pœna tantum ipsum contractum adficit, quem hic non poni facit metus, *Gl. in d. Clem. unic. V. matrimonialiter*, nisi postea purgato metu revalidetur contractus, secundum jam dicta. Idem dicendum, si sit contractum matrimonium sub conditione, ante cujus eventum ut non ponitur contractus consummatus, ita nec pœna illi proposita, sed demùm illa eveniente, si ab intentione non recesserint.

26 Quid si fœmina contrahat cum ordinato aut Religioso, an eam censuram subeat? Resp. Non videri, quod in illâ non sit lata directè censura, quippe lata dumtaxat in Clericos, aut contrahentes cum Monialibus, item & Moniales, non etiam aliàs fœminas, cũ ordinatis aut Religiosis contrahentes. Ut cum lex sit pœnalis, non debeat extendi ad casum non comprehensum. Nec facit, quod communicet in crimine per usum matrimonii; nam hoc materialiter tantùm, non etiam formaliter, quia censura lata est non in utentes matrimonio, sed in contrahentes. Suarez *d. loco numer.* 22.

27 Postremò quæritur, An hæc excommunicatio liceat Sacerdotem, aut testem præsentem? R. Non ligare, cum in *d. Clem. un.* tantum fiat mentio contrahentium; Sacerdos autem vel testes, licet præsentes, non possint dici contrahere. Ut cùm iis non quadrent verba constitutionis, nec ejus decisio accommodari queat, præcipuè pœnalis, non extendenda ad casus non comprehensos. Sunt tamen, quibus contraria placet sententia, propter verba, *inter eosdem scienter eadem celebrantes*: quæ verba cum in *d. Clem. un.* non inveniantur, non possunt quempiam movere. Suarez *d. l. n.* 23.

28 Cum filia spirituali contrahens non incidit in hanc pœnam ipso jure, cùm in *d. Clem. un.* non fiat mentio istius conjunctionis. Videtur tamen ea inferenda esse fornicanti cum matre spirituali, aut filia, per *can. Si quis XXXIII. q. 2. ubi Gl. secundum verba illius text.*

29 Quæri hic posset, An pœnæ civiles obtineãt etiam quoad contrahentes in gradu prohibito per Canones, permisso verò per leges? R. Hoc quidem sentire Covarr. *alios citantem hic c. 6. §. 8. num.* 30. dum vult legem civilem hac in re esse ad Canones referendam. Verius tamen tantùm habere locum in gradibus prohibitis jure civili. Nihil faciente, quòd causa matrimonialis judicanda secundum Canones, & secundum eos sit ponendus contractus incestuosus: neque enim ideo dicendum, approbatam esse legem civilem in gradibus jure civili admissis; cum licet per legem novam extendatur prohibitio contractus, non tamen & pœna, nisi exprimatur. Ut contrahentes in quarto gradu pœnæ civili non subjaceant, nisi aliud habeant locorũ statuta. Nam cum lex ejusmodi conjunctionem habeat legitimam, non debet per eam puniri, *arg. l. Gracchus 4. C. Ad L. Iul. de adult.* Alciat. *in cap. cùm contingat numer. 16. sup. de jurejur.*

Dicta de pœnis ita obtinent, nisi dispensatio, quæ est legis vel juris alicujus relaxatio ab eo; qui habet potestatem, impediat pœnam. *Dispensare posse Pontificem Roman. super impedimentis, humano jure inductis, non est dubium, si tamen causa subsit justa; veluti extinctio gravis litis; si non reperiatur æquale matrimonium; si ita postulet conservatio illustris familiæ aliàs perituræ, & aliæ similes, de quibus Navarr. *in summa cap. 22. in fine*, Sanchez *lib. 8. Disp. 6* Pont. *lib. 8. c. 21. §. 2.* præcipuè si sint publicæ: quomodo facilè procedet dispensatio inter magnos Principes. Justa causa facit tutum esse & dispensantem & dispensatum, etiam in foro conscientiæ. Non idem operabitur defectus causæ, cum non debeat Princeps facilè recedere à jure, quod ipse semel posuit. Non tamen faciet causæ defectus dispensationem irritam, cum ejus sit tollere legem, qui posuit. Covarr. *d. c. 6. §. 9. num. 15. & seqq.* * Hinc super impedimento juris divini aut naturæ dispensatio Pontificia est sine effectu, cum inferioris non sit tollere aut mutare legem superioris, cui est subjectus, licet interpretari eam possit, *can. inferior Dist. 21.* Covarr. *d. §. 9. nu. 6. & 7.* Bas. Pont. *lib. 8. c. 2. num. 4. 5. 6.* Non est autem juris divini omnis graduum prohibitio contenta *Lev. 18* uti probat Covarr. *d. c. 6. §. 10. num. 4. & seq. & latè* Bellarm. *de matrim. c. 27.* * Jure naturæ prohibita esse matrimonia inter ascendentes & descendentes, patet ex *l. fin. D. de ritu nupt.* ubi dicitur jure gentium inter hos committi incestum: quod & repetitur in *l. si adulterium 38. §. 2. D. ad L. Iul. de adult.* & probatum rationibus supra *eod. in princ.* Sic irritum matrimonium inter patrem & filiam, matrem & filium, avum & neptem, & deinceps, reverentia talibus debita non ferente istam conjunctionem. Vid. Sanch. *lib. 7. disp. 51. num. 7.* Inter fratres & sorores illicitum quidem esse matrimonium jure naturæ facit gravis, quam continet, indecentia.

Quæstionis autem est, An & jure naturæ sit irritum inter eos matrimonium? Resp. Id aliquos negare, ex eo, quod non sit credibile, Deum voluisse esse irritum matrimonium inter eos, per quos valebat propagari genus humanum. Contrarium tamen probabilius; Primò, propter naturalem pudorem, qui non admittit hujusmodi conjunctionem, ut gentes [illegible] benè institutæ ab ea abhorreant, tamquam [illegible] aut si quæ ei indulgent ab aliis feræ & [illegible] judicentur & reprehendantur, tamquam [illegible] turæ contravenientes. Cui respondet, [illegible] us *Lev. 20.* jusserit junctos fratrem & [illegible] cidi. Secundò, facit text. in *c. Gaudemus* [illegible] *divort.* ubi infideles ad fidem converti [illegible] in secundo vel tertio gradu transversali [illegible] sunt separandi, quòd iste tantum sit per [illegible] siam prohibitus, cujus legibus antea [illegible] bantur. Ut, cum non fiat mentio primi [illegible] signum sit, quòd super eo Ecclesia dispen[illegible] dispensare non possit, ex eo, quòd sit [illegible] perioris seu naturæ, cui subsunt etiam [illegible] Facit eò *l. Libertinus 8 D. de ritu nupt.* [illegible] tus non ducit sororē libertinam, quod [illegible] non legibus, sed moribus sit introduct[illegible] rectè dicat Cujac. *ad Novell. 11.* comm[illegible] stum jure gentium per hujusmodi cop[illegible] cit etiam, quòd nusquam inveniatur [illegible] tio facta super tali conjunctione, quod [illegible] gens argumentū eam esse indispensabile [illegible] var. *Cons. 14. n. 8. in fine de sponsalib. &* [illegible] Covar. *d. §. 10. n. 14. & 15* Sanchez *d. l. 7.* [illegible] 11. Bellarmin. *de matrim. c. 26.*

Alia quæstio est, An patrui cum nep[illegible] mitæ cum nepote conjunctio sit jure [illegible] prohibita? Resp. Id videri aliquibus, [illegible] quod *Levit 18.* prohibeatur conjunctio [illegible] tis cum amita. Verùm ibi tantum fit [illegible] prohibitæ conjunctionis inter nepotem [illegible] mitam, ut videatur non prohibita con[illegible] patrui cum nepte, cum inclusio unius [illegible] sio alterius, & non prohibita non pos[illegible] dici permissa. Ut proinde si permissa [illegible] posterior, etiam debeat dici non prohi[illegible] altera, saltem de jure naturæ, eadem [illegible] personas sit distantia, in secundo scilicet [illegible] inæquali. Unde videtur ista prohibitio [illegible] amitam & nepotem non tam fundari [illegible] naturæ, quàm potiùs in quadam [illegible] centia, cum ille, cui debetur reverentia, [illegible] subjiciatur illi, qui eam debet. Quod [illegible] quidem honestum, non potest tamen [illegible] omnino naturæ contrarium. Nec facit, [illegible] dicto loco Deus graves pœnas ponat [illegible] venientibus; quia illæ non concernunt [illegible] conjunctiones; sed quasdam tantùm; & [illegible]

dam alia crimina gentilium ibi enumerata. Huc facit, quòd communis Orthodoxorum sit sententia, non omnes gradus *Lev. c.* 18. contentos esse prohibitos jure naturæ. Bellarm. *De matrim. c.* 27. Ut super patrui cum nepte conjunctione, aliqua circumstantia cohonestante & excusante indecentiam, possit dispensare Pont. ut & dispensatum sæpius fuisse habent historiæ etiam recentes. Vid. Sanchez *d. disp.* 52. *n.* 6. *& seqq.*

35 Q. III. An adfinitas ponat impedimentum irritans jure naturæ? Resp. Quantum ad collaterales, non esse impedimentum jure naturæ irritans, licet præ se ferat aliquam indecentiam, nisi justa circumstantia non cohonestetur. Patet hoc ipsum ex *c. fin. inf. de divort.* ubi dispensat Ecclesia cum conversis ad fidem ut relictis fratrum utantur. Et cum inter consanguineos non sit impedimentum irritans eo jure, multo minus erit inter adfines; quorum vinculum minus est arctum.

36 Q. IV. An in linea recta sit impedimentum irritans? Resp. Majorem esse quæstionem, & auctores variare; nec videri improbabilem eorum opinionem, qui jure naturæ irritas nuptias volunt, saltem si contracta fuerit adfinitas per copulam ilicitam, propter naturalem indecentiam, quam continet conjunctio soceri cum nuru, vitrici cum privigna, præcipuè generi cum socru, privigni cum noverca; ubi, præter indecentiam naturalem, etiam obstat inversio ordinis quoad regimen, cum noverca, socrus sint loco matris, & in privignum generum, tamquam filios, ordine naturæ habeant potestatem. Quò facit, quòd *Levit.* 20. exaggeretur hoc scelus, & nefandissimis flagitiis adnumeretur; & D. Paulo 1. *Corinth.* 5. fornicatio cum noverca vocetur tam nefanda conjunctio, qualis ne quidem inter gentes audiatur. *Ut rectè Navarr *Cons.* 14. *n.* 8. *in fine sup. de sponsal.* neget Pont. in primo gradu dispensare posse, scilicet quoad lineam rectam: nam quoad lineam transversalem licitè eum dispensare non est dubitandum, justa causa cohonestante indecentiam. Quò facit, quod ex lege veteri inter levirum, id est mariti fratrem, & fratriam, id est fratris relictam nuptiæ constiterint, imò quasi præceptæ fuerint, fratre scilicet mortuo sine semine; ut nihil involvat admodum repugnans juri naturæ. Covarr. *d.* §. 10. *num.* 20. Quo modo non possunt arguì Pontifices, qui in tali gradu dispensarunt: neque reprehendendus Julius II. qui dispensavit cum Henrico VIII. Angliæ Rege, ut licitè duceret uxorem Catharinam, quæ nupta ante fuerat ejus fratri Arturo, sine liberis mortuo, imò non cognita; non etiam Clemens VII. qui eam dispensationem ut legitimam, consultis illustrioribus orbis Academiis, decrevit, cum secundùm legem Deuteron. non potuerit tantum, sed & debuerit eam ducere, licet hæc res magnam orbi Christiano dederit ruinam, tum impostura aliquorum, Regem ad divortium excitantium, ut frustratæ ambitionis vindictam consequerentur, qui brevi post meritas suæ temeritatis pœnas luerunt, ipso Henrico jubente; tum ipsius Regis turpissimo nefandæ & portentosæ libidinis æstu, quo cò vecordiæ præceps ferebatur, ut non erubuerit conceptam ex adulterio filiam sibi copulare. Ut autem sit jure naturæ licitum in secundo gradu contrahere, vetuit tamen Trid. *Sess.* 24. *cap.* 5. *de reform. matrim.* dispensati nisi publicæ pacis causa inter magnos Principes; super aliis non nisi difficulter. Eos autem, qui scienter matrimonia contrahere præsumpserint, separari, & spe consequendæ dispensationis carere voluit, præcipuè si & copula accesserit.

Episcopo nulla est dispensandi licentia, nisi 38
fortè super aliquo impedimento à se inducto; cum jus publicum non tollat nisi is, qui ei præest, aut alius ex ejus commissione. Si tamen publicè matrimonium contractum fuerit, & occultum sit impedimentum, subsit etiam scandalum ex dissolutione, nec facilis sit aditus ad Pont. propter partium inopiam, aut distantiam, aliamve justam ob causam, dispensare Episcopum posse volunt, propter necessitatem, quæ eam licentiam dat; eo quòd credibile non sit, Pontificem sibi reservasse dispensationem, cum gravissimo animarum dispendio. Navar. *d. cap.* 22. *n.* 85. Pontius *l.* 8. *c.* 13. *n.* 2. *& seqq.*

Q. An liceat Episcopo dispensare super cog- 39
natione spirituali? Resp. Non videri id alii concessum nisi Rom. Pontifici, cum impedimentum sit ditimens ex jure communi, super quo non disponit inferior, cujus non est legem immutare superioris, aut ab ea licentiam

recedendi dare, nisi ejus permissu, de quo non constat hac in materia. Facit, quòd Trid. simpliciter permittat dispensationem Pontifici nulla facta mentione Episcoporum aut distinctionis inter cognationum genera.

De legali idem dicendum est, scilicet solum Rom. Pont. super ea dispensare, ex eadem ratione. Ubi nihil facit, quòd à Principe tale impedimentum sit inductum, nam postea ab Ecclesia est approbatum, ejusque foro subjectum.

40 Quæres, An super impedimento, quod ponit publica honestas, dispenset Episcopus? R. Et hoc esse juris communis, ut tolli nequeat, nisi per eum, qui juri communi sive publico præest, cum non inveniatur alteri eius dispensatio concessa per jus commune, ac proinde dicenda sit reservata S. P.

41 Cæterum ut dispensatio teneat, necesse est non sit extorta per subreptionem aut obreptionem, neque enim foret valida, *cap. quia 6. h. t.* eo quod deficiat mens dispensantis, juxta dicta sup, *de rescript.* Nisi postea Pont. dispensationem taliter impetratam confirmet. Itaque casus, ut se habet, exprimendus, nec omittenda particula aggravans, quæ posset dispensatorem removere. Sic exprimendum, an subsit paternitas, an compaternitas, quia dedecet magis ducere eam, quam è sacro fonte suscepisti, quàm ejus matrem. Idem de similibus est judicium.

42 Q. An omissio unius causæ faciat dispensationem super alia expressam inutilem; veluti si tantum exprimatur impedimentum adfinitatis, & subticeatur publicæ honestatis? R. Videri Navarro *Cons. 7 n. 3. & cons. 8. h. t.* valere gratiam quoad impedimentum expressum, circa quod subreptio non contigit, ut gratiam ejus non debeat vitiare, sed solum quoad impedimentum omissum, *c. si eo tempore 9. de rescript. in 6.* Potest enim gratia esse subreptitia quoad quid tantum, juxta regulam. Uno de duobus sublato, remanere aliud nisi suppressum tale sit, quod secundùm jus necessariò exprimendum. Posset tamen videri utrumque impedimentum esse simul exprimendum quod utrumque cognitum posset facere difficilem dispensationem, aut eam recusari à superiori. Ita Covarr. *d. cap. 6. §. 4. num. 11.* Quæ opinio posset videri probabilior, licet pro altera sint plurimi auctores; quæ tamen non ideo [illegible] nùs obnoxia subreptionis vitio, cum facit[illegible] superiorem non habere memoriam priori[illegible] tii ante sublati, nisi & hoc exprimatur [illegible] posteriori, quo petitur dispensatio super[illegible] impedimento, quod simul cum priori [illegible] rat.

TITULUS XV.

De frigidis & maleficiatis.

SUMMARIUM.

1. *Actus conjugalis non est substantia ma[illegible] nii.*
2. *Impotentia generandi in senibus & [illegible] non est impedimento contractui ma[illegible] nii.*
3. *Impotentia hæc est ex parte utriusque [illegible] gis & vel perpetua vel temporalis.*
4. *Item alia absoluta, alia respectiva.*
5. *Matrimonium potentis cum impotente [illegible] ta impotentia, an validè contrahat[illegible]*
6. *Hermaphroditus an contrahat validè.*
7. *Spado jure civili rectè contrahit.*
8. *An & jure Canonum?*
9. *Impotentia ex maleficio quatenus [illegible] matrimonium.*
10. *An petere à malefico liceat, ut male[illegible] tollat?*
11. *Et an, si modo licito illud tolli possit?*
12. *Maleficii signa destruere an licitum?*
13. *Separatis ob impotentiam an liceat non [illegible] re nuptias?*
14. *Impotentia cessante an re ire ad se [illegible] cogantur.*
15. *Impotentia ex frigiditate quatenus [illegible] inhabilem.*
16. *Cultus disparitas est inter impedimenta [illegible] rimentia, & quo jure.*

INter impedimenta dirimentia est impo[illegible] tia ad actus conjugalis exercitium, cum [illegible] sit materia habilis ad finem matrimonii. [illegible] etsi non sit de substantia, quam ponit [illegible] consensus, hic tamen implicitè saltem [illegible] pulam fertur: uti emptio ad usum liberum [illegible] dominium rei, quæ si haberi nequeant, [illegible] obligatio initur.

Dic[illegible]

2 Dico, ad exercitium actus conjugalis, nã impotentia generandi, quæ est in sensibus, infirmis, sterilibus, non impedit matrimonii cõtractum, *Gl. in cap 2 h.t.* Nihil obstante decreto juris civilis, quo sexagenariis viris, quinquagenariis fœminis nubendi aufertur licentia ex L. Julia & Papia, quasi operam matrimonio dare nõ possent, *l. Sancimus 27. C de nupt.* in qua illa prohibitio sublata, tum etiam quia hac in re Canones sequimur, secundùm quos matrimonium non est tantùm remedium naturæ seu infirmitatis, verum & humanitatis solatium, *can. Nuptiarum XXVII. q 1.* Facit, quòd ex propria virtute generare possint, habeantque habitum, licet ejus officium per accidens sit suspensum quoad generationem. Vid. Sanchez latè *7. Disp. 92. num. 19. & seqq.*

3 Est autem hæc impotentia, vel ex parte viri, quia frigidus, maleficiatus; vel ex parte mulieris, quia arcta nimis, & ad copulam minùs habilis, & vel perpetua, qualis censetur, quæ non nisi per divinum miraculum tolli potest, aut si per artem humanam, non sine gravi corporis periculo aut non sine peccato, veluti quæ tolli tantum potest maleficio, cum fieri non posse censeatur, quod sine peccato fieri nequit vel temporalis, quæ arte humana vel ordinariis Ecclesiæ remediis auferri potest, *c. Fraternitatis 6. h.t.*

4 Alia item absoluta, quæ reddit impotentem respectu omnium; alia respectiva, quæ tantùm impotentem facit respectu certæ personæ qualis communiter est in maleficiatis. Impotentia perpetua, absoluta dirimit matrimonium jure naturæ, si præcedat, quia nemo potest in alium transferre dominiũ rei vel jus ad rem, quam nõ habet. Est quippe de ratione matrimonii tradere potestatem sui corporis in ordine ad copulam conjugalem. Impotentia respectiva tantùm inter eos dirimit, respectu quorum adficit, quia respectu eorum tantùm cessat potentia copulæ, in quam fertur consensus, non respectu aliorum. Hinc taliter conjuncti sunt separandi; non tamen continuò, sed si non appareat potentia post triennii cohabitationem, per quam constet de inhabilitate: quam & partes cum septima propinquorum manu confirmabunt juramento, Si tamen sufficienter per inspectionem, aut alias de perpetua alterius inhabilitate continuò constet ad petitionem alterius nõ est differenda separationis declaratio. *c. 1. & 5. h.t.* cum quæ certa sunt, moram non patiantur. Dico, si præcedat; quia superveniens impotentia non dirimit matrimonium legitimè contractum, ex communi juris ratione, quòd damnum rei superveniens cedat ejus domino.

Q. An scienter cum impotente contrahens debeat ei adhærere tamquam conjugi? R. Non esse matrimonium, cum desit materiæ habilitas; ut solus consensus nihil possit, *c. 4. h.t.* Imo nec posse cogi tales, ut simul maneant, etiam ex pacto, propter periculum peccati in altero; quod non est tolerandum, ratione pacti. Neque obstat, quod in *d. c. 4.* dicatur, si non possint se habere ut conjuges, habeant se ut frater & soror; hoc enim quatenus consentiunt, & deest periculum incontinentiæ in altero. Nam cum aliis in rebus societas in perpetuum inita nihilo minus dissolvi possit propter discordiam, quam parit communio, non est, quare toleretur hoc pactum. Ubi frivolum sit dicere, Pontifices in *d. c. 4. & 5.* permittere talibus non tantum cohabitationem, sed etiam eumdem lectum, oscula, & similia; quia ea res alium induceret ad peccatum, quòd minimè intendit Pont. Plura Sanchez *d. lib. 7. disp. 97. n. 2. & seqq.* & Basil. Pont. *lib. 7. c. 60. & seqq.* qui contendit matrimonium potentis cum impotente ad castè vivendum, etiam cognita impotentia, validè celebrari. 5

De hermaphrodito quæsitum, An ponendus inter impotentes? R. Hermaphroditum sive ἀνδρόγυνον dici, qui utrumque sexum, & virilem & fœmineum, participat, ejus tamen existimari, qui in eo prævalet, *l. Quæritur D. de statu hom.* ut secundùm eum matrimonium rectè ineat. Si utroque sit æqualis, non dabit illi Parochus præsentiam sui, antequam alterum elegerit, cum juramento, quòd alio quàm electo non utetur, cum sit indecens modo uno modo altero sexu uti, & vice plurium fungi, *arg. c. 5. sup. de Cler. conjug. & l. si plures 9. D. de pact.* 6

Spado jure civili non removetur à contrahendo matrimonio; cum ei tantum sit accidentarium impedimentum, quod sanari aut tolli potest. Si tamen non sit castratus, *l. si servus 39. in fine D. de jure dot.* cui est impedimentum perpetuum. 7

Q. An

8 Q. An & jure Canonum? Resp. Velle Cujacium, *ad c. 1. col. 2. h. t.* illi permissum non esse contrahere matrimonium hoc jure, esseque hac in re differentiam inter Pontificium & civile jus, *c. 2. h. t.* in quo dicit comparari spadonem infanti. Verùm iste text nihil tale habet, sed simpliciter ait, pueros & impotentes minimè aptos ad contrahenda matrimonia reputari, quia non possint reddere debitum. Ubi nomine *Impotentium* veniunt illi, qui perpetuò tales sunt, non etiam, quibus temporale est vitium, secundum distinctionem juris civilis, à quo non est dicendum recedere Canonicum, si non sit expressum, *arg. c. 1. inf. De novi operis nuntiat.* Navarr. *hic Cons. 2. numer. 11.*

9 Impotentia caussata per maleficium, interventu certorum verborum solemnium, ligulæ, & similium, perpetua censetur, cum tolli nequeat via ordinaria: proinde ea adfecti triennio cohabitare jubentur, utendo interim precibus, jejuniis, operibus misericordiæ, aliisque Ecclesiæ remediis, ut dignetur Deus maleficium avertere, *can. si per sortiarias* XXXIII. *q.* 1. Quo lapso, si necdum cessare impedimentum juraverint conjuges, cum septima propinquorum manu, sunt separandi, quasi jam existente impotentia perpetua, *c. fin. h. tit.* Sanchez 7. *Disput. 94. n. 7. & seqq.*

10 Ubi quæritur Primò, An liceat à malefico petere, ut maleficium tollat? Resp. Ut maleficium maleficio tollat, nequaquam rogari posse, propterea quod postuletur aliquod positivum crimen contrarium præcepto divino *Lev. 19. & 20.* quo prohibemur ad ariolos & magos declinare, eosque consulere. Nec facit, quod ipsa destructio maleficii de se non tam sit mala, quàm bona, quia procurare illam medio tali est intrinsecè malum, cum contineat expressam vel tacitam dæmonis invocationem. Quò facit dictum Apostoli, *ad Rom. 3.* non esse facienda mala, ut eveniant bona. Quod non tantum procedit, si maleficus sit non paratus, verùm & si paratus, cùm non minùs illicitum pactum cum dæmone hoc casu intercedat, quàm illo; & opus per se illicitum non ideò minùs ab alio sine noxa postuletur, quòd paratus sit, cum id ipsum actus malitiam non tollat, nec ideò minus inducens cooperetur actui malo, q em ista circumstantia non cohonestat. Ubi aliqui sine fundamento cessent, citra pecca[illegible] rogari quidem non posse maleficum, [illegible] men posse minis, pœnis, verberibus; [illegible] tione, quòd hoc non sit cum dæmone [illegible] cietatem inire, sed jure suo in sui defensi[illegible] uti, & quòd per coactionem istam [illegible] deferatur honos dæmoni, quam impu[illegible] potius. Verùm ut efficacior malitiæ [illegible] in coactione per minas, quàm in induc[illegible] per preces, ideò minùs cohonestari [illegible] si maleficus, modo licito ut solvat ma[illegible] um, cogatur: tunc enim isti coactioni [illegible] li adest, ut nec illiciti quid continet [illegible] idem præstet. Vid. Sanchez 7. *disp.* 9[illegible] *& seqq. & ad Decal. lib. 2. c. 41.* Suarez de [illegible] *lib. 2. c. 17.* Del Rio Disquis. Magic. *lib. 6. c.* [illegible] *1. qu. 2.*

Quid si & modo licito & illicito ma[illegible] solvere possit? Resp. Si probabiliter cre[illegible] tens, eum modo licito usurum, non [illegible] te magica, absolutè esse licitum pete[illegible] lutionem maleficii, quia petitio ex se [illegible] differens, & cessat morale periculum. [illegible] si dubitet, idem erit dicendum, [illegible] casu petitio est indifferens, & potest [illegible] modo impleri: ut petens non constitu[illegible] in mortali periculo mali. Quod & d[illegible] videtur, si probabiliter credatur [illegible] usurus, cum non minus licitè possit [illegible] peti, quàm potest alter licitè præstare, [illegible] tens habeat jus petendi, nec usus [illegible] ducat ad malum, nec moralem ei [illegible] casionem. Quòd autem alter malitia [illegible] tur, est tantum per accidens, ejusque [illegible] tiæ imputandum, non etiam petens [illegible] derio, qui se habet permissivè. Et [illegible] possit maleficus licito & illicito modo [illegible] re maleficium. Nam si credatur non [illegible] vere nisi per maleficium, non erit pe[illegible] ta, quia petens inducendo cooperatur [illegible] ficio alterius, Sanchez *d. disp. 95. n. 11. & seq.* [illegible] rez *d. loco* Binsfeld *ad tit. C. de malef. & [illegible] them. Concl. 3.*

Q. III. An liceat maleficii signa de[illegible] Resp. Inter maleficum & dæmonem [illegible] firmari pacta sub conditionibus, ut, do[illegible] pilli aut ligulæ colligatæ manebunt, [illegible] liqua tali loco defossa aut recondita, [illegible] simile, teneatur dæmon malefacere [illegible]

ri; cessare autem, eo destructo, combusto aut eruto, Rationem dubitandi in eo esse, quod destruens aut amovens signa, videatur inire tacitum pactum cum dæmone, quod ex vi prioris pacti amotio ista contineat postulationem, ut cessare desinat dæmon. Verum, non obstante scrupulo isto, dicendum, licitum esse signa ejusmodi destruere aut amovere, quia nec hoc positivo jure prohibitum, nec per se & ex natura rei intrinsecè malum, potestque fieri bona intentione & fine, ut sit tutum. Imò respectu maleficiclara est obligatio ex justitia, quia tenetur ad restituenda damna, quæ intulit, & ad non inferenda ulterius. Ut etiam ad rescindendum pactum initum cum dæmone teneatur, quo mediante damni istius est causa. In aliis hæc obligatio non est ex justitia, sed tantum ex caritate; quia unius cujusque est subvenire proximo necessitatē patienti, & impedire illius injuriam, si commodè possit. Nisi forte in Judice, qui tenetur ex officio consulere universali bono Reipublic. & impedire injusta nocumenta subditorum. Itaque cum ista amotio sive destructio signorum contineat meram privationem, citra ullam cooperationem aut pactum cum dæmone, qui amoto signo cessat nocere, non potest jure improbari, cùm potius ad actum virtutis pertineat, ne proximo nocumentum detur, impedire. Navarr. *in summa cap.* 1. *n.* 29. Sanchez. *d. lib.* 7. *Disp.* 96. *num.* 3. *ubi plures citat.* Suarez *d. lib.* 2. *cap.* 17. Less. *De Just. & Jure lib.* 2. *cap.* 44. *num.* 36. Ubi non est curandum, quòd forte signi sublatio dabit damnum maleficio, cum auferens signum nec hoc primariò intendat, nec ad illud concurrat, sed tantum sibi consulat, uti potest: ut pactum non tam ex facto ejus sequatur, quàm ex pacto cum dæmone. Idem dicendum, si inde tertio sit damnum, cum non cooperetur removens signum, sed tantum se tueatur: ut damnum hoc sit per accidens, & proinde casui acceptum ferendum. Imò & signum contrarium apponere in destructionem pacti cum dæmone per alterum initi nec superstitionis argui potest. nec spectat ad societatem cum dæmone: veluti si dæmon pactus se nociturum cuidam, donec signo Crucis se muniat, extra omnem noxam erit is, cui nocebatur, si ih destructionem pacti istius signo Crucis se muniat. Sic & licitum venificam, à qua tactus es ad inficiendum; repercutere, ad impediendam noxam. Neque enim tunc nocet diabolus, quia signo nocendi impeditur. Cujus & vis solet reddi inefficax, si infectus det sagæ panem & salem, aut ab illa accipiat; cum non sit illicitum facere aliquid, quod est indifferens ad impediendam gravem operationem diaboli, Less. *d. loco num.* 45. Hinc & licitum ab ipso maleficoinquirere, ubi & in quo signum consistat, ut destruatur. Neque enim hoc medium est illicitum, modo maleficus sciat; nam si ignoret, non potest induci, ut per artem malam inquirat, quia esset cooperari malo.

Laborandum itaque, ut licitis mediis maleficium tollatur: alioquin si post triennii cohabitationem non cessaverit impotentia, separandi sunt. *c. fin. h. t.*

Verùm hic quæsitum, An post separationem ratione impotentiæ novas nuptias inire 13
liceat separatis? Resp. Ratione maleficii impotentes separatos rectè eas inire, cum maleficium non semper simpliciter & quoad omnes impotentem reddat, sed communiter quoad certam vel certas personas. Ut præter eas sit habilitas, *Gl in c. penul. V. Divinum miraculum & c. fin. V. cognoscendi alias h. t.* & taliter adfectus non sit cum aliis inire matrimonium prohibendus. Quod si postea, sublato maleficio, reddita sit potentia ad copulam cum priori, non tamen rescindentur nuptiæ cum alia initæ. Nam cum legitimè sit facta separatio, propter materiæ pro tempore inhabilitatem, quæ putabatur perpetua, non possunt videri illicitæ, ut separatio non sit facienda. *d. can, si per fortiarias.*

Majus dubium est in casu, quo tales separati necdum contraxerunt novas nuptias, & 14
redierit habilitas ad copulam, An cogantur ad invicem redire? Resp. Non videri cogendos ad novam conjunctionem, cum ab initio inter eos non fuerit vinculum, propter impedimentum, quod subetat, perpetuum. Quod licet per accidens postea cessaverit, non ponit tamen consensum fuisse à principio, propter materiæ vitium, qui ab invito non est postea extorquendus. Pro qua parte venit considerandum, quod dictum ante matrimonium post separationem hoc in casu cum alio

initum tenere. Quod dici non posset, nisi separatio foret justa: ut non nisi justitia separationis sit inspicienda, non etiam quod per accidens non sit initum novum ab iis matrimonium.

25 Quantum ad impotentiam caussatam ex frigiditate, ea simpliciter facit inhabilem quo ad omnes, ut separato aliud matrimonium non sit indulgendum, quòd in eo desit matrimonii finis, scilicet exercitium actus conjugalis; & ita accipiendus textus *in can. requisivisti XXXIII. q. 1.* Qui si de facto matrimonium inierit cum alia, & consummaverit, cogetur ad relictam redire, cùm per consummationem matrimonii posterioris appareat prius esse malè dissolutum ab Ecclesia decepta, quæ putabat subesse impedimentum, quod vel nullum suberat, vel temporale tantum, quod fecit justam dissolutionem. Si tamen contingat mulierem propter arctitudinem separari ab eo, cui non est conveniens, non videtur omninò impedienda à nuptiis, si alteri fortè conveniat, cum contingat mulieres ea de causa non semper esse absolutè inhabiles, sed respectivè tantum, ut uni inhabiles, alii possint esse habiles. Atque ita non cogendi ad relictum redire mulier; si forte ei postea habilis sit facta, cum separatio sit legitimè facta. Ubi tamen advertendum, an non potuerit remedium adhiberi sine gravi corporis periculo: alias enim decepta foret Ecclesia, & redintegrandum esset prius matrimonium, *c. 6. & ibi Gl. h. tit.*

26 Ponitur & inter impedimenta ditimentia Cultus disparitas, quæ est inter fidelem & infidelem, inter quos ideo irritum est matrimonium, quòd adferat incommoda & pericula fideli, præcipuè à statandi à fide, *Deut. 7.*

Disputatur autem, quo jure? Resp. Nec jure naturæ; quòd non tollat omninò finem matrimonii, cùm non impediat prolem nasci; & faciunt eò Sanctorum exempla, qui infidelibus fuere conjuncti: nec jure divino, cum in lege nova non extet tale præceptum. Non obstat, quod *Deut. 7.* sit prohibita talis conjunctio; utì nec facit, quòd irritetur *Esdræ* 1. *c.* 9. & 10. nam illud præceptum fuit tantum judiciale, non naturale, cùm tantum prohibuerit Judæis matrimonia cum habitatoribus in terra Chanaan, quos Deus volebat deleri, non autem cum cæteris: ut hodie esset, [illegible] Christianos pertineat. Nec denique [illegible] ecclesiæ certa, cum non detur aliqui [illegible] ritans, licet bene prohibens; [illegible] tur matrimonium cum hæreticis, can. [illegible] *can. oportet XXVIII. q. 1* quod tamen [illegible] ritum. Ut dicendum sit, irritum esse et [illegible] populi Christiani vim legis obtinente. [illegible] enim tantum per scriptos Canones ha[illegible] dimenda inducuntur, verum & per usum [illegible] ditionem Apostolicam. Quare autem [illegible] retico potius teneat, quam cum infid[illegible] ectum est sup. *Tit. 1. in fine.*

TITULUS XVI.

De matrimonio contracto cum interdictum Ecclesiæ.

SUMMARIUM.

1. *Interdictum Ecclesiæ ponit impedimen[illegible] peatens tantum.*
2. *Pontifex an impedimenta dirimentia [illegible] re possit, & inter quos?*
3. *An aliquem perpetuo reddere inhabil[illegible]*
4. *Feriarum tempore quatenus interdi[illegible] tia.*
5. *Causæ aliæ ponentes impedimentum [illegible] recensentur.*
6. *Maritus occidens uxorem in adulter[illegible] tam an incurrat hanc pœnam?*
7. *An fœmina occidens maritum?*
8. *Nudo adulterio an ponatur hoc impe[illegible] tum.*
9. *Pœnitentia solemnis illud ponit.*
10. *Item cædes proprii filii.*
11. *Contrahens contra interdictum an [illegible] ter peccet.*
12. *Dispensatio contrahendi an omitti [illegible] dine possit.*
13. *Episcopus utrum super his impedimen[illegible] penset?*

HActenus de impedimentis dirimentibus id est non permittentibus matrimonium de facto contractum stare. Sunt & impedimenta tantum, ita dicta quòd matrimonium [illegible] tè quidem contrahi impediant, contractum tamen stare & validum esse permittant. [illegible]

pectat primo interdictum Ecclesiæ, quo vetitum aliquibus, ne inter se matrimonium contrahant; donec plenius fuerit inquisitum super causa, quæ subesse putatur. Non obstante tamen interdicto matrimonium contractum non dissolvetur, modo nullum aliud subsit impedimentum, quod stare non permittat; quamvis pendente inquisitione conjuges sint separandi quoad thorum, sub pœna excommunicationis & imponenda sit condigna pœnitentia, in pœnam contempti Judicis, *c. 1. & 2. h. t.* Idem est, si contra Pont. prohibitionem matrimonium ineatur, cum multa prohibeantur fieri, quæ facta tenent.

2 Quid si decretum Pontificis contineat causam irritantem? Resp. Non esse dubium, quin possit Pont. generali lege statuere impedimenta dirimentia, ex causa justa, inter certa personarum genera, uti & fecisse legitur: an verò inter privatos quosdam tale impedimentum particulari decreto inducere possit, aliquos negare, alios asserere id non expedire, & rem sine exemplo esse, nec Pont. tale quid umquam tentasse. Navarr. *Cons. 1. n. 2. h. t. & Cons. 2. n. 3.* Probabilius tamen istam auctoritatem attribui Pontifici, cum in genere possit inducere impedimenta inter omnes, causa suadente, quidni & inter duos ex causa urgente? & ut generalem hac in materia condit legem, quidni & specialem & localem, ut ait Hostiens. *hic in summa in fine*, hanc sententiam approbans. Idem & tenet Felin. *in c. ex parte n. 6. sup. de constitut.* quando subest causa perpetua, nam si temporalis tantum, idem non operabitur clausula irritans, quæ juxta merita causæ dimetienda. Covarr. *hic p. 2. c. 6. in princ. 7. Gl. in c. 4. sup. tit. 4.* Sanch. *7. disp. 1. n. 7.*

3 Alia quæstio est, An possit Pont. aliquē reddere perpetuo inhabilem ad ineundum matrimonium? Resp. Majorem hac in re esse difficultatem, ex eo, quod ad continentiam perpetuam nemo nisi ex proprio consensu adstringi possit; imperati autem virginitas nequeat, quod sit magis voti, quam præcepti, *can. Integritas* XXXII. *q. 1.* Deinde quod matrimonio, indulto à natura in remedium concupiscentiæ, privari invitus nemo possit. Tenendum tamen, in potestate id esse Pont. si delicti gravitas eam prohibitionem mereatur. Nam si ex causa libertas à natura concessa possit eripi, aut capite quis plecti, quidni ad matrimonium reddi inhabilis: Præterea si potest facere ex causa incestus, ne quis citra peccatum possit inire connubium, quidni exigente delicti gravitate, reddere matrimonium quodcumque invalidum? Quod & ab Urbano V. ita esse factum aliqui testantur. Ita Sanch. *d. loco n. 8.*

Præstant & hoc impedimentum feriæ. Uti 4
tempus Adventus usque ad Epiphaniam; Quadragesimæ usque ad Octavam Paschæ; à diebus Rogationum usque ad Octavam Pentecostes, *can. non oportet* XXXIII. *& passim q. 4. & c. 4 sup. de feriis*, idque ideo, quòd toto anno celeberrima sint Festa tria, Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, quibus olim omnes teneban ur ad Eucharistiam accedere. Ut igitur Christiani ad ea Festa parati inveniren tur, optimo consilio Ecclesia illis temporibus sol mnes nuprias prohibuit, quod earum sol multas caussaret magnas distractiones, propter convivia, & alios apparatus fieri solitos S. nchez 7. *Disp 7. num. 1.* Verum Concil. Trid. *Sess. 24 c. 10. de reform. matrim.* eam prohibitionem temperavit, atque ad duo tempora redegit, scilicet Adventum & Quadragesimam, modo ante dicto. Non obstante, quòd tantùm semel in anno Ecclesiastica lege teneantur hodie Christiani se reficere cibo Angelorum. Viget tamen & consuetudo etiam in Natali Domini communicandi, & ut non esset ea consuetudo, non sola communio est causa istius prohibitionis, verum & celebritas principalium Festorum, ad quæ Ecclesia per jejunia & orationes suos filios præparare satagit, cum quibus pompæ nuptiales malè conveniunt. Volunt tamen communiter isto Ecclesiæ decreto non tam prohiberi contractum matrimonii, quàm solemnitatem, quæ consistit in benedictione & solemni deductione in domum causatque festiva vanæ lætitiæ signa, & per ea nimiam evagationem mentis, istius temporis sanctitatem minimè decentem. Verum cum solemnis benedictio sine peccato omitti possit, ea omissa, simul & traductione solemni, videtur matrimonium inire posse sine noxa, si tamen evitetur scandalum, ut & consummari illo tempore, nisi circumstantiis pravis vestiatur. Navarr. *d. c. 22. n. 71.* Sanch. *d. loco n. 15. & seqq.*

5 Ponunt & impedimentum impediens tantum, Sponsalia priora, ut dictum suprà *Tit.* 2. Votum simplex *sup. tit.* 6. Excommunicatio, cum privet hominum communione, *inf. De sent. excom.* Baptizatio seu susceptio proprii filii de sacro fonte, in fraudem uxoris, uti colligere ex dictis sup. *Tit.* 11. Nuptiæ cum Moniali, *can. hi ergo* XXVII. *q.* 2. *Gl. fin. ad c.* 2. *inf. de pœnit. & remiss.* Raptus Sponsæ alienæ, *can. statutum* XXVII. *q.* 2. Periurium, *c. sicut sup. Tit.* 1. Presbytericidium, *c. qui presbyterum* 10. *inf. de pœnit.* Uxoricidium, *can. Interfectores can. quicumque, can. Admonente* XXXIII. *q.* 2. Quod omninò procedit, quando quis propria auctoritate sine causa uxorem suam occidit, ut loquuntur dicta jura.

6 Quid si ex causa, utpote in adulterio inventam occiderit? Resp. Posse videri maritum non adfici hac pœna, propterea quòd dicta loca se fundent in eo, qui sine causa uxorem occiderit. Frequentius tamen adsertum, ne tunc quidem maritum esse liberum ab hac pœna, quod hujusmodi cædes sit improbata per Canones, qui non videntur cædē uxoris probare aliàs quàm factam publica auctoritate, ut patet ex *d. can. Quicumque in V. absque certa probatione.* Commissa cædes uxoris in necessariam sui defensionem, cum sit jure naturæ permissa, non debet pati pœnam.

7 Q. An eamdē incurrat fœmina occidens maritum? Resp. Aliquibus hoc videri, ex ratione correlativorum: contrariam tamen sententiam veriorem esse, cum prædicti textus tantum loquantur de viro occidente uxorem, nixi hac ratione, quòd proniores sint & audaciores viri ad cædem uxorum, quàm è diverso uxores ad cædem maritorum. Ut illi sint magis reprimendi & cessante rationis paritate, textus ex argumento correlativorum non sint extendendi. Quò facit, quòd pœna raptoris virginum non extendatur ad mulierem virum rapientem, uti dictum, *D. ad L. Iul. de vi publ.*

8 Q. II. An nudum adulterium inducat impedimentum hoc? R. Resp. Verius esse, per adulterium non induci impedimentum dirimens, nisi in casibus certis, de quibus sup. *tit.* 7. ubi responsum ad textus, qui contrarium insinuare videntur. Verius etiam non poni impediens, cum nulli id exprimatur, & textus passim tantum loquantur in casu, quo quis cognovit cor[illegible] guineam uxoris, qua de re *sup. Tit.* 13.

Facit & pœnitentia solemnis, non [illegible] contrahi matrimonium ea durante, *can.* [illegible] *& can. fin.* XXXIII. *q.* 2. quia cum tempus [illegible] sit destinatum luctui & pœnitentiæ, [illegible] honestè ac decenter eo tempore initur [illegible] rum contractus. Verum hac de re non [illegible] quærendum, cùm hodie non frequen[illegible] pænitentia ista. Sanchez 7. *Disput.* [illegible] 10.

Addunt & cædem filii per *c.* 1. *inf.* [illegible] *filios occid.* ubi mulieri interfectrici [illegible] ex speciali causa, vitandæ scilicet [illegible] nis, conceditur nubendi licentia, [illegible] denegata, quia non foret opus [illegible] actum jure permissum. Sanchez *d.* [illegible] 12.

Quæri autem posset, An sit mortal[illegible] obstante aliquo tali impedimento [illegible] re? Resp. Hoc verius esse, quòd agat[illegible] tra Ecclesiæ decretum de causa gravi, [illegible] quis contra votum ineat matrimonium [illegible] contra sponsalia priora valida, quia alter [illegible] datam fallit, aut aliàs jure impediente [illegible] sine justa causa, aut etiam Judice [illegible] te, nisi tamen causa interdictionis [illegible] cem facta sit levior. Hæc ita, nisi [illegible] intervenerit, quæ facit matrimonium [illegible] vacare.

Ubi quæsitum, An dispensatio recte [illegible] tatur, si consuetudine inductum sit, [illegible] tur? Resp. Ita rectè dici, cùm, uti dictum [illegible] prà, *De consuet. num.* 8. consuetudo habe[illegible] adrogandi leges Ecclesiasticas, *c. fin. in* [illegible] *de consuet.* & tollendi impedimentum [illegible] clesia inductum, *sup. tit.* 6. *num.* 4. [illegible] se autem consuetudinem non petend[illegible] pensationem super his impedimentis, [illegible] Navarr. in *Manuali c.* 22. *n.* 75. varii [illegible] Ubi non desideratur Prælati scientia, [illegible] non salvet consuetudinem, ut sine ea [illegible] stat, ut dictum ad *l. de quib. num.* 18. *D.* [illegible] Non potest tamen ista consuetudo [illegible] interdictum Ecclesiæ sive Judicis, quod [illegible] gat ad sui observantiam sub peccato, pro [illegible] sa prohibitionis, quæ justa est. Ut non [illegible] sit videri contraria consuetudo bona, [illegible] contumaciam, quam continet erga Judi[illegible]

aut Ecclesiam. Sic nec poterit per consuetudinem induci, ut voto ligatus sine peccato nuptias contrahat, omissa dispensatione, aut sponsalia priora negligat : nam jus Deo aut homini quæsitum non potest mihi auferre consuetudo, sed superior tantùm, ex causa si qua subsit justa. Dispensare autem super his impedimentis posse Pont. Roman. certum est.

Quæritur, An & Episcopus ? Resp. Hoc verius esse. Nam licet *c. sup. tit 13. De eo qui cog. consang. suæ uxor.* ea tum dicatur dispensare posse super impedimento ex improprio incestu, consuetudo tamen extendit istam licentiam ad alia. Excipe primò interdictum Ecclesiæ à superiore positum, quia minor non tollit superioris legem, nec eam moderatur, *Clem. 2. De elect.* Secundò, proprium incestum, *d. c. 2.* ubi tantùm conceditur dispensandi licentia Episcopo super improprio incestu : ut in proprio sit denegatum, per reg. quòd inclusio unius sit exclusio alterius. Tertiò, votum castitatis & Religionis, propter jus Deo quæsitum, super quo ipse Pont. difficulter dispensat. Navarr. *d. c. 22. num. 85.* Denique sponsalia priora, ob datam fidem, & jus homini quæsitum : quòd non facilè auferendum, nisi causa major suadeat, & tantum per Principem summum, cui soli hoc licet, qualis in spiritualibus est S. Pontifex.

TITULUS XVII.

Qui filii sint legitimi.

SUMMARIUM.

1. *Ex justis nuptiis nascuntur liberi legitimi.*
2. *Etiam nati ex conjuge, quæ interim alteri se miscuit.*
3. *Illegitimorum alii naturales, alii Spurii.*
4. *Natus ex parente legitimè conjuncto, sed voti reo, an legitimus?*
5. *Et quid de nato ex ordinato vel professo?*
6. *Quid item de nato ex initiato inferiori aliquo Ordine sacro aut Religioso?*
7. *Sunt & legitimi liberi nati ex nuptiis, quæ justæ putabantur.*
8. *Illegitimi non admittuntur ad successionem, alendi tamen.*
9. *Sunt inhabiles ad Ordines &c. remissivè.*
10. *Legitimatio quid?*
11. *Legitimatio per subsequens matrimonium.*
12. *An procedat hæc legitimatio liberis invitis?*
13. *Matrimonium oportet legitimè sit initum.*
14. *Legitimè initur etiam in articulo mortis.*
15. *An per matrimonium clandestinum proles antè concepta legitimetur?*
16. *Dotalia instrumenta an desiderentur?*
17. *Requiritur etiam, ut matrimonium potuerit esse inter partes.*
18. *Habilitas illa an debeat adesse tempore conceptionis, vel partus?*
19. *Quid si impedimentum post conceptionem superveniat?*
20. *Et quid de concepto ex copula adulterina vel incestuosa ignoranter habita?*
21. *Quid item de concepto ex beneficiato, Novitio aut ex sponsa aliena?*
22. *Matrimonio putativo an tribuatur legitimandi vis.*
23. *Per matrimonium avi an legitimetur nepos?*
24. *Legitimationis hujus effectus.*
25. *Legitimandi jus per rescriptum quibus competat, & ad quem effectum.*
26. *Procedit hic modus, liberis ipsis consentientibus.*
27. *Item aliis liberis non existentibus.*
28. *Et de voluntate patris, liberos Principi offerentis.*
29. *Clausula rescripto legitimationis inseri solita*
30. *Et ad quorum consensum ea sit referenda.*
31. *Extra territorium legitimantis an rectè procedat hic modus.*

HActenus quo modo, & inter quos matrimonia ineantur : consequens est videre de eorum effectu; qui est, quod patrem demostrent, *l. 5. D. de in jus vocan.* cujus in potestate sunt liberi ex justis nuptiis procreati, eidemque succedunt, *l. 6. de his qui sunt sui vel al. juris & c. 2. h. t.* * Quod etiam accipitur da prole nata ex conjuge, alteri sui corporis usum dedit : capitur præsumptio potius, quod sit proles ex [illegible] concepta, quàm contraria, tum quod ea partui sit favorabilior, *c. estote inf. De R. I.* tum quod verosimilius sit, ex marito esse conceptam, quam ex-

1

2

extraneo. Alciat. *De præsumpt. reg. 1. cap. 37.* Nisi circumstantiæ aliud suadeant, ut quia maritus tanto tempore abfuit, aut uxori non cohabitavit, ut ex ipso proles concepta esse nequeat. Si de matrimonii dubitetur iustitia, est Judicis Ecclesiastici cognoscere, non etiam laici, ne quidem incidenter, *c. Lator & c. causam h. t.* Cujus erit natos ex nuptiis injustis decernere illegitimos.

3 Illegitimorum sunt variæ species. Nam alii sunt simpliciter Naturales, nati ex soluto & soluta, inter quos matrimonium esse poterat, idque ex concubina una domi detenta, vel ex non detenta domi. Quæ divisio etiamsi aliquem effectum habuerit de jure civili, quo ex domi detenta nati reputabantur ejus patris esse, qui concubinam, ex qua nati, penes se retinet, non etiam illi, qui ex aliqua domi non detenta habiti, Covarr. *hic p. 2. c. 8. §. 4. n. 2. & 3.* Gomez *ad L. 9. Tauri in princ.* hac tamen in materia ista distinctio non habet locum de jure Canonico, quo inter natos ex soluto & soluta non fit distinctio, sed omnes æque illegitimi, & ponit hujusmodi complexus simplicem fornicationem. Alii sunt Spurii, nati ex damnabili complexu, vel propter conjunctam adulterii malitiam inter utrumque vel alterum tantum; vel incestus, quem caussat impedimentum cognationis; adfinitatis, vel sacrilegii, quòd caussat impedimentum voti solemnis, sive in utroq; fuerit votum, sive in altero tantum; sive fuerit adnexum ordini sacro, sive professioni Religionis.

4 Quid juris in nato ex parentibus legitimè quidem conjunctis, sed quorum alter vel uterque obstrictus sit voto? Resp. Posse, stante matrimonio, utrumque vel alterum conjugum non tantum simplex, sed & solemne votum alterius consensu emittere, *can. Si vir* XXVII. *q. 2. & dictum sup. de convers. conjug.* Ita ut uterque maneat privatus jure & petendi & exigendi debitum. Et quantum ad votum simplex etiam ab utroque emissum, non facit prolem postea natam illegitimam, quia per illud neutiquam tollitur vinculum matrimonii etiam non consummati. Quod & dicendum de eo, qui ordinatus est aut vovit solemniter, invita uxore, secundum dicta sup. *De conver. conjug.*

De nato ex ordinato vel professo patre alterius permissu, vel etiam ex utroque professo solemniter, major est quæstio, Et dictum; per Ordinem non tolli vinculum matrimonii etiam non consummati, ut d. Th. probatum, uti nec per professionem vinculum consummati. Ut tales nihilominus maneant veri conjuges, & ex eorumdem conjugata nata proles sit censenda legitima, per d. *de his qui sunt sui vel al.* saltem quoad hanc sionem qua nullibi à jure privatur taliter ceptus tanquam conceptus ex veris gibus, cum non sit inducenda privacessionis, quæ est pœna sine textu, sset videri dicendum, quantum ad tatem, per *c. Litteras sup. de filiis presbyt.* licet subsistat matrimonium, cujus non potest dici dissolutum, sacrilegium copulam facit votum solemne. Ut non sit habendus taliter conceptus atque ideo non admittendus ad Ordinem quidem culpa sua, sed culpa parentum, nocet liberis, ut patet per tex. *in c. fin. verò sup. de clan. desponſ.* & ita tradit secutus Goffred. Colligitur id ipsum ex *d. c. Litteras De fil. Presbyt.* ubi Pont. super taliter progenito, respondet. Si *liter dignus inventus fuerit, permittimus ordinari.* Quibus verbis non tam dispennem contineri, quam dispensationem præcedentia, *Verùm licet à filiis patrum continentia modis omnibus propellenda* quæ præsupponunt ex incontinentia tum natum, & proinde illegitimum, quoad Ecclesiam. Nec facit, quod sit caritatem, puniri eum, qui non delinquit, ut ait S. Th. non est pœna, ut non legareat ijs, quæ sunt legitimorum, Sacram *select. Interpp. c. 5. in fine.*

Fit autem in *d. c. Litteras* mentio tanlii presbyteri, ut dubitari posset. An idem cum habeat in nato ex initiato infer Ordine sacro, aut ex Religioso? Resp. tandi in eo causam esse, quòd, cum de inhabilitate, non sit textus extendere cum argumentum à simili non obtineat pœnalibus & odiosis Verùm dicendum de hoc esse judicium; non ex argumento

milli, sed ex formali ratione prohibitionis, quæ non fundatur in sacerdotio, sed in solemni voto continentiæ ratione cujus in foro externo propria uxor non reputatur talis quo ad debitum reddendum, ut patet ex *can. ministri dist. 81* ubi talis dicitur invadere cubile suæ uxoris, quasi non suum, utpote quoad debitum sequestratum, *can. Episcopus dist. 77.*

Ante consummationem ex dimissa per ingressum conjuge concepta proles est omninò illegitima, propter dissolutum matrimonii vinculum, secundum dicta superius *ad d. tit. de convers. conjug.*

7 Connumerantur & justis liberis nati ex iis nuptiis, quæ justæ putabantur, quibus tamen subserat impedimentum dirimens, *c. 2. & cap. pervenit 11. h. tit.* latens vel utrumq; conjugem, vel alterum tantum. Hoc enim meretur ignorantia non solum utriusque sed & alterius tantum, in favorem prolis, ut habeatur prior alterius malitia, *c. pen. h. t.* Si tamen publicè in facie Ecclesiæ fuerint contractæ nuptiæ, præmissis denuntiationibus requisitis, non tantū per Conc. Trid. sed & per jus vetus *d. c. 2. & 11.* Aliàs ignorantia parentum videretur adfectare per clandestinam conjunctionem & nullum proli daret subsidium, *cap. pen. §. si quis sup. de cland. desponsa.* Præsumitur enim contumax esse, qui clam agit, non etiam qui palam, *l. fin. D. de ritu nupt.* Mevoch. *Arbitr. 2. casu 244. ubi plura super ea re congessit.* Quod & hodie obtinebit, si omissis denuntiationibus injustæ nuptiæ contrahantur coram Parocho & testibus, cùm non videantur partes justè ignorare impedimentum, quod quò minùs sciverint per eos stetit.

8 Nati itaque extra justas nuptias sunt illegitimi, nec in potestate ejus, ex quo concepti neque ad ejus hæreditatem admittuntur, *cap. Referente 10. hoc. t.* Alendi tamen sunt ex substantia parentum etiam concepti ex damnata copula, secundum jus Canonicum, qua de re actum sup. *Tit. 7. de eo qui ducit in ux. quam per adult.*

9 Sunt præterea illegitimi inhabiles ad Ordines, beneficia, officia Ecclesiastica, uti dictum sup. *tit. de filiis presbyt.*

10 Quæ ita procedunt, nisi fuerint legitimati. Legitimatio est legis actio, qua illi tantùm, qui sunt naturales, efficiuntur suo patri legitimi. Ejus variæ sunt species, ut videre est ex dictis ad *tit. D de concub. C. de natural lib.* & Iustitut. *De nupt. in fine*; ex quibus duæ tantùm hoc jure cognitæ sunt, & hodie frequentantur.

Prima est per subsequens matrimonium 11
cum ea, ex qua proles nata aut concepta. Quod ita placuit, in favorem prolis, ad diluendam prioris conjunctionis maculam. Obtinuit hic modus jure civili in ea tantùm prole, quæ concepta ex concubina, unica & legitima, domi detenta, ut patet ex *l. Divi. Cod. De natur. lib. & aliis locis.* Quod videtur Justinianus traxisse ad omnem mulierem, cum qua fuit consuetudo, si cum ea matrimonium non sit legibus interdictum, *l. cum quis 10. C. d. tit.* De jure verè Canonico, quo concubinatus propter peccati continuationem est reprobatus, certum est, natos etiam ex non concubina legitimari per matrimonium subsequens *cap. Tanta h. t.* quod se fundat in eo, quod illa, cum qua conjunctio fuit, potuerit esse uxor. Cov. *hic p. 2. c. 8. §. 4. n. 4. & seqq.*

Q. An hæc legitimatio procedat liberis in- 12
vitis? R. Posse videri non procedere, per *Novel. Quib. modis natur. offic sui 89 §. generaliter*, ubi desideratur consensus liberorum: & facit *l. fin. D. de his qui sunt sui vel al. juris*, ubi emancipatus invitus non redigitur in patriam potestatem. Verius tamen hac in specie non desiderari adsensum liberorum, cum legitimandi vis attribuatur matrimonio, & legitimatio, tamquam effectus necessarius, subsequatur, ut eam impedire nec possit filius, nec pater; cum pacta privatorum non impediant juris communis dispositionem, *lib. nemo potest D. De leg. 1.* Quo modo protestatio patris nolentis filios ante conceptos legitimari, non venit attendenda, Covarr. *d. cap. 8. §. 2. numer. 15.*

Ad effectum legitimationis hujus conse- 13
quendum requiritur Primò, matrimonium sit legitimè initum, hodiè coram Parocho & testibus, *sup. Tit. 3.* nullo obstante impedimento licet ignorato. Nam requirunt supradicta loca matrimonium, quod nullū esse facit impedimentum etiam latens; neque enim partium credulitas hac in re quidquam operatur, neque facit minus incestuosam copulam ante habitam. An verò matrimonium sit immediatum

diatum, inter quod aliud non intercessit, an mediatum, quando scilicet aliud intercessit, non refert, cum matrimonio detur hic effectus; quod etiam subsistit, licet aliud præcesserit, uti dictum ad *tit. D. de concub. n. 11.*

14 Quæritur autem, An hæc vis adsit matrimonio contracto in articulo mortis? Resp. Adesse, cùm & tunc temporis rectè contrahatur, & sit verè matrimonium. Facit arg. *cap. sicut inf. De R. I.* ubi etiam votum in extremo vitæ rectè emittitur. Facit & quòd copula non sit de matrimonii essentia, sed sufficiat generandi potentia, quæ & tunc adest, licet per extrinsecum morbi impedimentum ejus usus sit suspensus. Quomodo rectè & tali matrimonio eam dant vim, quòd faciat cessare substitutionem & fideicommissum sub conditione, *si sine liberis*: cùm enim matrimonium teneat, non est, cur ejus effectus impediatur. Non obstat *l. Titio 51. D. de usufr.* ubi non potest incipere actus ab eo tempore quo finitur; hoc enim verum est, quando in id tempus actus confertur, *l. Iulianus 20. D. de jure dot.* Quod & hic obtineret, si ita matrimonium iniretur, *Contraho tecum, quando moriar*, quia non habet eventum utilem. Aliud, si simpliciter tempore mortis actus celebretur. Simili modo morienti rectè datur libertas, *l. unica §. sed scimus C. de Lat. libert. tollen.* Covarr. *d. §. 2. num. 1.* Gomez *ad L. 9. Tauri n. 56.*

15 Q. II. An & per matrimonium clandestinum proles ante concepta legitimetur? Resp. Aut matrimonium est invalidum, aut validum: illo casu extra dubium esse, nihil proli conceptæ accedere, cùm quod nullum est, nihil operetur; esse autem dubium in casu, quo est validum. Dicendum tamen, prolem legitimari, ex eo, quòd vis legitimandi prolem ante conceptam sit attributa matrimonio, ut eo tamquam causa sufficiente posito, sequatur & ejus effectus, cum non detur textus, effectum hujusmodi restringẽs ad matrimonium in facie Ecclesiæ contractum Sanchez 3. *Disp. 44. n. 2.*

16 Secundò desideratur, secundùm aliquos, interveniant dotalia instrumẽta, propterea quod eorum lex civilis passim meminerit. Ubi tamen rectius dicetur, nec jure Canonico ea desiderari, quo tantùm requiruntur nuptiæ, quas solus consensus facit, nec jure civili, cum beneficium hoc non tam detur instrumentis, aut dec[illegible] qua etiam constat matrimonium, quam [illegible] conjunctioni, ut dictum ad *d. tit. D. de* [illegible] *num. 15.* Nec facit, quod leges passim [illegible] nem faciant dotalium instrumentorum [illegible] materia, hoc enim non alia de causa, [illegible] certiorem nuptiarum probationem, ne [illegible] firmandum liberorum statum quid [illegible] conjugibus, ut patet ex *Nov. Quib. mod.* [illegible] *effic. legit. 74. § illud quoque.* Donel. 2. [illegible] *c. 21. in fine.*

Tertiò, Ut proles ex iis sit concepta, [illegible] quos potest esse matrimonium, uti [illegible] quuntur & requirunt textus. Dedit [illegible] subsequenti matrimonio vim purgandi [illegible] lam contractam per priorem copulam [illegible] turpem.

Unde quæri posset, An illa partium [illegible] litas adesse debeat tempore copulæ, [illegible] sufficiat, adsit tempore natæ prolis; [illegible] tius cognovit uxorem Mævii, quæ [illegible] ex Titio pareret, decessit Mævius, [illegible] metur proles postea nata per matrim[illegible] cum Titio? Resp. Plerosque hoc [illegible] resolvere in partem proli favorabiliorem [illegible] licet illam legitimari per matrimonium [illegible] sequens. Pro quibus facit *lib. Nuper Cod.* [illegible] *tural. lib.* ubi non conceptionis, sed [illegible] tempus inspiciendum, si hoc prosit [illegible] statum liberorum. Idem habet *lib. qui* [illegible] *D. de statu hom. & Novel. Quib. mod.* [illegible] *sui §. reliqui vers. insuper.* Quam opinionem ut communem post alios sequitur Cov[illegible] *p. 2. c. 8. §. 2. num. 2. & 3.* Fachin. 1. *contr.* [illegible] chez 8. *disp. 7. num. 19.* Verùm contra[illegible] gis est probabilis & rationi juris con[illegible] inspiciendum scilicet esse tempus con[illegible] nis, quæ & securior est. Quo facit *l. 11. D.* [illegible] *tu hom.* in qua concepto ex conjunctione [illegible] patre ignorante, atque ita tempore [illegible] non prodest, quod mortuo avo, nascatur [illegible] pore habili. Habet ea sententia [illegible] fundamentum *in c. Tanta h. t.* in verbis, [illegible] *tem vir, vivente uxore, aliam cognoverit,* [illegible] *ea prolem susceperit, licet post mortẽ uxoris* [illegible] *dem duxerit, nihilominus spurius erit filius.* [illegible] textus non nativitatem inspicit, sed con[illegible] tionem, ex ratione, quod nativitas non [illegible]

cineat culpam, sed ipsa copula sit turpis & damnabilis, quam non purgat nativitas: ut parum referat, impedimentum sit sublatum tempore nativitatis. Nec etiam copula ullatenus cohonestat subsequens matrimonium, quod non facit copulæ ante habitæ turpitudinem minùs legibus esse damnatam, & ex ea conceptam prolem minùs spuriam. Quò facit dispositio juris civilis, quæ naturalium liberorum nomine dignatur eos tantùm, qui ex ea muliere nati, quæ tempore copulæ nubere & uxor legitima esse poterat, *Nov. de incest. nupt. 12. §. dubitatum.*

18 Nihil facit pro priori sententia *d. l. qui in utero*, quæ in favorabilibus velit inspiciendum esse tempus vel conceptionis vel partus, quod partui est utilius; quia loquitur de qualitate libertatis. Nam variabilis cum sit matris status, rectè tempus illud inspicitur, quòd partui utilius. Aliud est in qualitate, quæ oritur ex delicto coitus; quo in casu ridiculum est considerare nativitatis tempus, cum regula juris sit, quod qualitas ex antecedenti, non ex necessario consequenti consideretur, & delictum semel perfectum variationem non recipiat, etiam per pœnitentiam, *l. Qui ea mente D. de Furtis.* Non obstat etiam *d. l. Nuper & d. §. reliqui*; nam istos textus loqui tantùm de qualitate, quæ caussatur ex instrumentis dotalibus ante vel post conceptionem confectis ex ipsis verbis dignoscitur, & post eam præmissam subjungitur decisio, quod sit inspiciendum tempus proli commodius. Ut ea neutiquam sit dicenda respicere qualitatem damnatæ conjunctionis: quia ridiculum foret dicere, natum ex adulterio ideo non esse adulterinum, quod mortuo marito sit natus, cum secundum *l. 1. D. de pœnis* tempus commissi inspiciatur in delictis, & secundum illud pœna inferatur. Hanc sententiam multis probat, contrariam omnino improbans, Franc. Sarmient. *Select. Interp. 1. c. 5. num. 10.* D. Wamesius *hic Cons. 544 & seq. num. 4.* & inclinat in eandem Suarez. *De cens. disp. 50. sect. 1. num. 3.* addens Covarr. postea motum rationibus Sarmienti notasse, & rem dubiam atque indecisam reliquisse.

19 Econtra quæritur, An, si tempore conceptionis non fuerit impedimentum, ponatur tempore nativitatis videlicet per matrimonium utriusque cum altero? Resp. Hoc non obstitutum, quo minùs ablato postea impedimento, matrimonium ritè contrahatur inter eos, atque ita proles legitimetur, cum in *d. c. Tanta* excipiatur solùm casus, quo copula fuit damnata legibus, quæ in casu proposito non est talis; nec pro tali potest haberi, propter superveniens impedimentum, quod neutiquam potest dici adficere copulam, & per eam conceptum fœtum; cum secundum dicta, qualitas ex antecedenti, non ex necessario consequenti consideretur, neque casus subsequens trahatur retrò. Quo modo rectè dictum superius, delicta considerari secundùm tempus, quo committuntur, Covarr. *d. §. 2. n. 18.* Suarez *d. sect. 1. n. 4.*

De eo etiam quæritur, An ex copula adulterina aut incestuosa ignoranter habita conceptus per subsequens matrimonium legitimetur? 20
Resp. Hoc aliquos velle, quos citat Covarr. *d. §. 2. nu. 19.* ipse contrariam partem magis probans, quæ & probabilior est; cum incestum aut adulterium committens, etsi sit extra culpam incestus, si tamen in vitio, quod clam agendo fovit. Facit text. in *c. ex tenore h. t.* ubi matrimonium incestuosum clandestinè contractum non solvat ignorantia parentum; cum opinio in illicitis non excuset, maximè procurata ignorantia, qualis hæc habetur. Imò indubitatam istam facere videtur *d. c. Tanta*, quod habet conceptum à viro, uxore ejus vivente, ex alia muliere esse spurium, nulla facta distinctione, an mulier sciverit vel ignoraverit viri istius statum. Sarmient. *d. lib. 1. c. 6. n. 2.* Suarez *d. sect. 1. num. 5.*

Quid juris in concepto ex beneficiato aut 21
Novitio? Resp. Sarmient. *d. lib. 1. c. 5. num. 9.* negare talem legitimari, quia non sit naturalis; ex eo quòd licet inter eos, ex quibus conceptus, matrimonium esse potuerit tempore copulæ, & solvi vinculum, non tamen fuerit solutum. Verùm contrariam opinionem veriorem esse, talem legitimari per subsequens matrimonium, cum non possit videri natus ex damnato complexu. Joan. Andr. *ad Reg. sine culpa num. 4. & seqq. De R. I. in 6.* Nec beneficiatum vel Novitium implicet matrimonio conjungi, utpote qui nullo jure ad hoc reddantur inhabiles: ut subsequenti matri-

monio inter eos, qui copulam habuerunt, legitimetur nata inde proles. Covarr. *d. §. 2. n. 5.* Idem dicendum de concepto ex sponsa aliena, quòd matrimonium cum ea initum per tertium teneat, & copula cum eadem habita dici nequeat damnata. Sarmient. *d. c. 5. num. 7. & 8.* Neque enim rectè sentiunt, qui asserunt, adulterium committi cum sponsa aliena, qua de re inferius ad *tit. de adult.* agetur.

22 Est & quæstio, An matrimonium reputatum legitimum bona fide, operetur hac in materia eumdem effectum, quem verum? R. Conceptos ex matrimonio putativo, ignorato impedimento, sive per utrumque sive per alterutrum conjunctorum, haberi pro legitimis, ratione ignorantiæ, etiam alterius tantum reseriptum in *c. ex tenore pen. h. t. & dictum sup. eod. in princ.* ideoque aliquos attribuere & hunc effectum tali matrimonio, quoad ante natos; ex eo, quod titulus putativus in jure sæpe operetur effectus veri tituli, & quòd tale matrimonium retrotrahatur. Contrariam tamen sententiam esse veriorem, cum effectus legitimationis à Canone sit attributus tantùm vero matrimonio; de eo enim intelligendum *d. c. Tanta* [quia regulariter verba sunt intelligenda simpliciter, non etiam secundum quid] non de putativo, quod secundùm quid tantum est matrimonium, non etiam proprium. Alias non tam matrimonio, quàm bonæ fidei attribueretur ista legitimandi vis.

Non obstat, quod titulus putativus eosdem ferè producat effectus, quos verus, secundùm *d. c. ex tenore*: nam hoc verum est, quando agitur de iis producendis tractu successivo tempore supp'ente defectus, ut videre est in usucapionibus. Secus est, si effectus sit momentaneus, nullo alio colore associatus, ut in casu proposito. Et sic in casu *d. c. ex tenore* cum putativo titulo concurrit aliud, scilicet procreatio liberorum extra noxam, propter bonam fidem, quæ non potest extendi ad eos, qui in peccato sunt concepti, cum ut nihil est quod agentes salvet, sta nec quod taliter conceptos, nisi subsequatur actus verus, cui per legem iste effectus attributus, qualis est verum matrimonium, *d. c. Tanta.* Ita Sarmien. *1. Select. Interp. c. 6. n. 2.*

Postremò quæritur, An per matrimonium avi contingat legitimatio nepotis naturali præmortuo? R. Id velle æquare matrimonii favorem, per quod delitur macula præcedens: quod non esset, legitimus ex filio naturali non fieret. Facit, quòd jus filii transeat in nepotem *l. filium D. de gradib. & adfin.* ubi adoptio locum filii videtur fuisse frater defuncti naturalis ipsius adoptantis: & quod nulla adoptio in locum nepotis tamquam filii quem habuit, aut etiam nunquam habuit *Instit. de adoptionib.* Ut non obstet argumentum de extremis inhabilibus, ob defectum dii; quia sufficit extrema habilia ex rem & causam, de qua principaliter agitur est matrimonium. Alciat. *De præsumpt. 10.* Covar. *d. §. 2. n. 24. & seqq.* Gom. *Tauri n. 6.*

Cæterùm quod ad effectum istius mationis attinet, is in primis hoc quod habilem efficiat ad succedendum tantum in ea, quæ jure communi debentur sed etiam lege speciali municipali aut legitimè natis competunt, cujusmodi primogenituræ, feuda, emphyteuses lia. Præterea ad obtinenda officia utriusque fori, sive civilia sive Ecclesiastica ut in nullo legitimati taliter differant me ab initio natis. Retrotrahitur quoque legitimatio ad tempus nativitatis, quasi tio copula fuisset legitima, Covarr. *d. §. & seqq.*

Altera legitimationis species est tum Principis quo inhabiles per rescriptum bilitantur, & illegitimè nati habentur legitimi essent, eorumque jura consequ Permissum hoc cuilibet Principi quoad subditos, quantum ad sæcularia munia ficia successionesque. Idem jus est Rom. quoad omnes Christianos, qui sunt ejus subditi; cujus tamen legitimatio non prodetit nisi quoad Ordines, & beneficia Ecclesiastica, *c. per venerabilem h. t.* Habet enim in spiritualibus potestatem circa omnes Christianos etiam in casu, quo proles nata ex nefaria pula, cum sit supra jus, ut quod hinc

tum concedere possit restituendo. Quoad successionem & civilia munia non prodest Pontificis legitimatio, ne turbet Judicis laici jurisdictionem. Nisi tamen & ipse potestatem temporalem habeat circa personam, aut aliquis non habens superiorem se eatenus eidem subiiciat, aut ita postulet Reipubl. necessitas, *c. Novit. sub. de judic.*

26 Ut autem legitimatio hæc effectum habeat, requiritur Primò, Consensus liberorum, *d. Nov. 89. §. generaliter.* Nam ut iis invitis non solvitur patria potestas, ita nec inviti eidem subiiciuntur, ne iure suo priventur. Ubi tamen sufficiet consensus tacitus, qui colligitur ex silentio. Quo modo & infans rectè videtur legitimari quod ejus consensus ut in emancipando non requiritur, ita nec in legitimando requiri videatur, quatenus tamen major factus rem ratam habet.

27 Secundò, Parens nullos alios liberos habeat *Nov. Quib. modis natur. effic. legit. 74. §. si quis sanè & §. liceat, & d. Nov. 89. §. si igitur*, ex ratione, ne justis liberis bonorum quid auferatur. Non impeditur tamen Princeps, etiam liberis justis existentibus, legitimorum jura attribuere naturalibus, cum ex causa alicui jus sum auferre posse Principem juris sit notissimi, quis legitimam relinquendo salvam justis liberis, satisfecit legi. Quod ipsum ut potest per matrimonium, quidni & per Principem? In dubio tamen hoc non præsumitur voluisse Princeps, cum beneficia Principalia interpretemur, ut quàm minimum juri publico aut juri alterius detrahant. Felin. *in c. cum olim nu. 16 de sent. & re judic.*

28 Tertiò, Patris requiritur voluntas eos Principi offerentis, *d. Nov. 89. §. si. verò is, & §. si verò jolummodo.* etiam per ultimum elogium hoc petentis. Quamvis non impediatur Princeps ad liberorum ipsorum petitionem eos, legitimos pronuntiare, si morum probitas & industria ita exigat, quæ in talibus non ratò magis elucet, quam in legitime natis. Non erit tamen illius ullus effectus quoad successionem, & alia jura aliis quæsita, ne Principale beneficium aliis obsit, nisi publica aliud suadeat causa. Imò moris est, inseri legitimationibus per S. Pont, aut Principem clausulam, ut succedant patri, matri, & aliis, ita demùm, si proximi ex cognatione consenserint, sine præjudicio venientium ab intestato, quàm inseri debere testatur Felin. *d. loco num.* 17.

Ubi dubitatur, An ejusmodi clausula referenda sit ad consensum eorum, qui sunt successuri, an verò ejus cui succeditur? R. Non videri fundatam illorum opinionem, qui ista clausula designari successuros volunt, etiam collaterales, nam ea opinione admissa, nullius momenti clausula foret, quippe cujus numquam esset usus, cum verosimile non sit, alios ab intestato venientes umquam consensuros, ut legitimatus pattem faciat: unde alii eam ad descendentes ex corpore testatoris restringunt. Rectius ad consensum eorum restringitur, quibus legitimatus intendit succedere, cui est liberum de bonis disponere, & vocare hæredem, quem vult, etiam legitimatum, sine præjudicio aliorum agnatorum venientium ab intestato, ut qui spem successionis quidem habeant, nondum vero jus aliquod, quod pendet ex arbitrio possessoris: ut & eorum consensum in legitimatione non requiri sit verius. 29

Legitimandi hæc licentia competit tantum iis Principibus, qui superiorem non agnoscunt. Inferiores tamen aliqui hanc facultatem sibi adrogant; non tam jure suo, quàm ex commissione Principis. Qua via eam auctoritatem usurpant Comites, quos Palatinos vocant. 30

Unum supereſt quærendum, An rectè fiat extra territorium legitimantis? R. Nihil vitii continere quoad subditum, cum sit voluntariæ jurisdictionis, quæ alibi circa personam subditam rectè exercetur; non etiam circa rem, quæ sequitur jus loci. Quo modo uno in loco legitimatus non habetur alibi legitimus sive quoad successiones, sive quoad honores, cum extra territorium suum nemo jus dicat. Nihil ad hoc faciente patris testamento, ad cujus preces legitimatio facta, cum non possit invertere jus publicum loci. Covarr. *De matrim. p. 2. c. 8. §. num. 43.* Vid. Socin. *Conſ. 47. numer. 39. vol. 4.* Parisi. *Conſ. 10. numer. 78. vol. 2.* Angel. *in. l. 1. C. De jure aureor. annull.* Surd. *Conſ. 1. num. 75.* contrarium asserentes. 31

TITULUS XVIII.

Qui Matrimonium accusare possunt aut contra illud testificari.

SUMMARIUM.

1. *Ad matrimonii dissolutionem opus est auctoritate Ecclesiæ.*
2. *Protestatio alterius de non consentiendo in matrimonium an impediat illud contrahi?*
3. *Quid si uterque confiteatur se consensisse fictè?*
4. *Consanguinitas objecta qualiter probanda.*
5. *An ad hoc sufficiat unius testis dictum.*
6. *Fama an probet quoad effectum impediendi matrimonii.*
7. *Confessio impedimenti quoad utramque partem an sufficiat?*
8. *Ad dissolvendum matrimonium testes quot & quales requirantur.*
9. *Confessio partis utriusque an sufficiat eo casu?*
10. *An ob testimonium unius, jurantis subesse impedimentum dirimens, teneatur conjux abstinere à matrimonio?*
11. *Conscius impedimenti an teneatur illud revelare?*
12. *Accusatio matrimonii qualiter fieri debeat.*

SPectat sequens libri pars ad matrimonii dissolutionem, quod ut legitimè initum dissolvi nequit, ita de facto potius quàm de jure contractum meritò dissolvitur. * Ne autem contingat temerè dissolvi, opus est auctoritate Ecclesiæ; præmissa diligenti inquisitione, per testes, aliaque indicia & circumstantias, *c.1. h. t.* per quas possit constare vel de ficto alterius consensu; veluti si alter matrimonium protestetur, se neutiquam in illud consentire.

Qua in re disputatio est, An ejusmodi protestatio impediat matrimonium subsequens? R. Ejus opinionis esse Joan. Andreæ in *c. Tua nos 26. num. 13. sup. de sponsal.* quasi sufficeret ad dissensum indicandum ista protestatio. Cujus opinio ut posset procedere in casu, quo coram parte sciente & consenciente protestatio est emissa, quòd videatur juri suo cedere, & nolle contrahere, cum desit consensus, non etiam procedet in casu, quo clam alter[illegible] emissa, quia non potest præjudicare ig[illegible] nec prodesse protestanti, qui faciendo [illegible] protestationi contrarium videtur ab ea [illegible] dere, ut rectè tradit Jason in *l. Non solum* [illegible] *morte num. 14. vers. Secunda conclusio D.* [illegible] *op. nuntiat.* & facit text. in *l. cum in plur.* [illegible] *locator D. Locati.* Protestatio enim [illegible] traria nihil operatur. Navarr. *De* [illegible] *Comment 3. num. 14.* Quod accipe, [illegible] sa subjuncta, veluti metus justus, [illegible] protestationem justam, & operari [illegible] Navarr. in *Summa c. 22. num. 78.* [illegible] causa probetur; neque enim est satis [illegible] gare, si probari nequeat. Nam aliàs [illegible] facto contraria nihil operaretur: [illegible] non debeat esse in cujuslibet arbitrio [illegible] impedire quemlibet, præcipuè [illegible] lem, non sine scandalo & contempt[illegible] menti. Quæ ita procedent, nisi cop[illegible] cuta fuerit, quæ facit à protestatione [illegible] videri, non tantum in primo casu, [illegible] *tuas sup. de condit. appos.* verum & [illegible] Covarr. *hic p. 2. c. 2. n. 3.* Sanch. 2. *disp.* [illegible] Deserviunt autem ista tantum in foro [illegible] nam quoad forum internum, defic[illegible] consensu matrimonium esse nequit. [illegible] *loco n. 76.* Sanchez *d. q. 2. in fine.*

Quæritur item, An sufficiat ad [illegible] si uterque contrahentium confiteatur [illegible] sensisse fictè? Resp. Hoc posse videri, [illegible] subsit collusionis metus aut præsumptio [illegible] non præsumatur uterque temerè [illegible] teri. Nec facit, quod, ut mox dicetur, [illegible] pedimentum dirimens non probetur [illegible] fessionem utriusque partis: nam [illegible] probari potest: hic alia via deest, [illegible] saltem, nisi fortè adhibeantur [illegible] quæ sæpè incertæ, Sanchez 2. *Disp.* [illegible] 15. Et hæc ita procedent, nisi copula [illegible] venerit, quæ faciet plerasque circum[illegible] inefficaces. Navarr. *in Summa cap. 22. num.* [illegible] *seqq.*

Si objiciatur consanguinitas, audien[illegible] cusatores & testes, quales in hac matri[illegible] proximi potiùs, quàm extranei, ut pater, [illegible] ter, frater, soror, & alii, *c. significantes* [illegible] *super sup. de testib.* quod illis consangu[illegible] proximitas sit notior. Videndum tamen [illegible]

& hi sint corrupti, ob quæstum aut aliud vitium accusantes, aut contra matrimonium deponentes, *c.1. & d.c.5.h.t.*

5 Ubi quæsitum, An admittatur dictum unius testis? R. Si agatur de contractu matrimonii impediendo; unum testem integræ existimationis, adserentem se certò impedimentum scire, sufficere, *d.c. super & c. preterea 12. sup. de sponsal.* Cujusratio est, quòd agatur de peccato vitando, ne impediti contra Canones conjungantur. Abbas *ad d.c. 12. in fine* Covar. *hic p.2.c.6.§.10.num.22.* Sanch.1. *Disp.71. num.* 1, & 8.

6 Q. II. An & fama contrahi matrimonium impediat? Resp. Ita videri, si publica fuerit, per text.in *c.2. sup. de consang.* Privata licet minus probet, inducet tamen Judicem ad inquirendum super impedimento, Covarr. *d.loco*, Sanch. *d. disp. 71. n. 13. & seqq.*

7 Q.III An confessio impedimenti per utramque partem sufficiat? Resp. Ante contractum matrimonium sufficere, cum per eam uterque explicet resiliendi à sponsalibus voluntatem, uti potest. Alterius confessioni non idem concedendum, cùm tendat in præjudicium alterius. Nisi tamen stet pro matrimonio, & velit illud compleri ab altero recusante; tunc enim quasi mutuus consensus concurrit ad impediendum matrimonium. Ubi tamen cautè advertendum, ne fortè is, qui pro matrimonio stare videtur, simulatè agat. Si confessus impedimentum stet contra matrimonium, nulla ei fides habenda, quod videatur in sua causa testari. *XIV. q.2. in prine.*

8 Ad dissolvendum matrimonium duo testes juri omni exceptione majores desiderantur, *c. 5. sup. tit. 14. de consang. c. super eo 22. sup. de testib.* quia agitur de magno partis præjudicio; & facilius quid impeditur fieri, quam factum resolvatur. Covarr. *hic p.2.c.8.§.12.n.7 & 8.* Sanch. 2. *disp.45.qu.4.num.30.* Fama hic non sufficiet, cùm plenè non probet, *c. 5. sup. tit. 13. de eo qui cog. consang.*

9 Q. An hoc casu sufficiat confessio utriusque partis? R. Si contra matrimonium agatur, non sufficere; est enim in propria causa, ut non procedat etiam accedente fama, *d.c.5.* Si tamen pateat, utrumque velle matrimonium valere, & nihilominus impedimentum dirimens confiteatur, concurrente fama, vel tertio accusante, videtur sufficere ista confessio ad dissolutionem, *can. si duo XXXV. q.6.* Abbas *ad d. cap. 5 num.6. & 7.* Menoch.2. *Arbitr. casu 103. n. 9. & 10.* Sanchez 2. *disp.45.q.4. num.33.* Quod & tractum ad confessionem alterius tantùm, stantis scilicet pro matrimonio. Menoch. *d. n. 10.* cùm non sit verosimile quempiam falsum contra se deponere, *arg. l. fin. C. Arbitr. tutelæ.* Confessioque alterius stantis pro matrimonio videtur esse loco legitimi testis, atque semiplenam probationem ponere, quam fama vel tertius plenam facit. Quod quidem est probabile, si judici appareat ejusmodi confessio esse extra dolum & simulationem, & cessare partium collusionem. Menoch. *d. n. 9.* Videntur conjuges pro matrimonio stare, si contra eum, qui detegit impedimentum, matrimonium defendant, non etiam si ipsi impedimentum deferant. Quando agitur de separatione quoad thorum, statur confessioni alterius contra se, *c. ex litteris inf. tit. seq.* veluti si quis fateatur adulterium; quæ confessio tantum facit præjudicium confitenti quoad debiti exactionem, & thori separationem, non etiam nocet alteri.

Dubitatur, An per testimonium unius jurantis, subesse impedimentum dirimens, conjux ab exercitio matrimonii abstinere debeat? Resp. Non videri, cum dictum unius non inducat necessitatem credendi; duo enim passim requiruntur testes, *cap. cum à nobis sup. de testib.* Quia tamen dubium oritur ex dicto unius fide digni, adhibenda diligentia, ne alias videatur adfectata ignorantia, quæ debiti exctionem redderet peccato obnoxiam. Si debita diligentia adhibita, veritas haberi nequeat, poterit conjux, deposita conscientia dubia, jure suo uti. Navarr. *in Summa c. 22. nu. 82.* Sanchez *d. disp. 45.q.3.* quia non est quod imputetur ei, qui omnem diligentiam adhibuit ad detectionem impedimenti, nec potuit adsequi. 10

Ubi quæri potest. An conscius impedimenti teneatur id revelare? Resp. Omninò, quia agitur de peccato proximi, & damno futuro, quod, quantum in se est, quisque tenetur impedire; quatenus potest sine suo incommodo, & res est certa, ne temerè aliis infamiam procuret. Si Pastor tantùm sit conscius, im- 11

impedimenti, ejus est monere partes desistant, & deinde Episcopo rem denuntiare. Si solus noverit Episcopus, monebit quidem partes, sed impedire invitos non poterit, cum non possit simul agere judicem & testem; poterit tamen rem indicare Archiepiscopo.

12 Cæterum & accusatio & testimonia personaliter fieri & proferri debent, *c. 2. h. t.* etiam citra litis contestationem, si agatur de consanguinitate, *cap. 1. sup. Vt lite non contest.* intra tempus denuntiationum, quæ in Ecclesia fiunt. Postea comparens non auditur, nisi accusare volens probaverit ante sibi de matrimonio contrahendo non constitisse, aut propter absentiam, aliudve impedimentum, proponere eam non potuisse, *cap. fin. hoc tit.* Hinc ipsi conjuges non facilè admittuntur ad proponendam querelam contra matrimonium, sive ad probandum matrimonium injustum, nisi notorium sit, quod adserunt, vel id ipsum testibus idoneis comprobent, *c. 3. & 5. sup tit. 13.* Ut nec auditur illa, quæ metu se contraxisse adserit, postquam voluntariè sui copiam fecerit; nam per id consensit in matrimonium *c. 4. h. t.* Non est tamen ei ante copulam deneganda audientia, *c. Consultationi 28. sup. de sponsal.*

TITULUS XIX.

De Divortiis.

SUMMARIUM.

1. *Divortia lege Evangelii abrogata.*
2. *Ex causa adulterii non licet innocenti ad secundas transire nuptias.*
3. *Cultus disparitas non dirimit matrimonium.*
4. *Fidelis conversi cum infideli matrimoniu quatenus teneat.*
5. *An in casu dissolutionis illud solvatur ipso jure?*
6. *Infidelis postea conversus cogitur cum fideli habitare.*
7. *Plures uxores habens retinet primam.*
8. *Impotentia perpetua superveniens matrimonio etiam necdum consummato id non dirimit.*
9. *An super eo dispenset S. Pontifex?*
10. *Dispensationis nomine quid veniat.*
11. *Sponsa per vim cognita consummatum matrimonium quoad effectum dispensationis.*
12. *An & per copulam præcedentem?*
13. *Adulterium caussat adulterium quatenus.*
14. *Vtreque adulterante sit compensatio delicti.*
15. *An & adulterante innocente post secundas divortii?*
16. *An viro diverti liceat ab uxore, cum ea adulteranti dedit per expulsionem suorum mentorum denegationem?*
17. *An si petenti debitum deneget compensatio?*
18. *Adulterii nomine quid hic veniat.*
19. *Divortium fit & ex aliis causis, ut animatis animæ & corporis.*
20. *Item ex causa hæresios.*
21. *Ex causa sævitiæ & malæ tractationis.*
22. *Causant & divortium inimicitiæ, non.*
23. *An & furor alterius?*
24. *An crimen mariti, ut furtum?*
25. *Periculum animæ caussat quoque divortium.*
26. *Divortium ex dictis causis tantum quoad thorum, non quoad vinculum, sed corporale.*
27. *An & ex causa hæresios?*
28. *Separatio facienda auctoritate judicis.*

PEracta accusatione, & probationum mento dirimente, facienda est sententia per declarationem nullitatis præcedentis superveniens, licet sit dirimens, neutiquam men divortium caussabit quoad vinculum quod semel rectè initum non potest di cet tale sit quod debiti exactionem tra Non obstat, quod lege Mosaica fuerit tum divortium, *can. hac ratione XXXII.* que ob duritiem cordis, ut ait ipse *Matt. 19. & Marc. 10.* permissum jure Cod. ac postea restrictum ad paucio per *Nov. Vt liceat matri & avia 117. §* rò & *seq.* Nam lege Evangelii, quam te sequi debemus, omninò est abrogat vortium, & matrimonium semel rec ctum declaratum omninò indissolubile *th. 19 Luc. 16. can. quo Deus XXXIII. q.* sup. de translat. Episc.

Quod omninò verum est in matrim consummato, de quo intelligendus quos Deus; nam non consummatum posse dictum supra *ad tit. de conver.* nequidem causa adulterii excipiatur,

sîud sentient hæretici hodierni, illi quinti Evangelii buccinatores, ex causa scilicet adulterii omnino solvi matrimonium, & innocenti liberum esse alias quærere nuptias: quod ipsum ex Catholicis quidam adseruere. Cajetan. in illud Matth. 19. *quicumque dimiserit*, &c. Erasm. in *Annot Epist. 1 ad Corinth c. 7.* ubi scriptum reliquit, ex Ecclesiastica tantum constitutione, eaque prædura, innocenti nefas esse ad novas cõvolare nuptias, quam & ideo abrogandam censet. Verùm Conc. Trid. *Sess. 24. can 7.* istam opinionem anathemate damnat, quod & ante responsum erat in *c. ex parte 9. sup. de sponsal. & matrim.* scilicet aut adulteram sibi reconciliare, aut, dum vivit, cõtinere. Confirmatur ea sentẽtia ex sacra Scriptura, Marci 10. & Lucæ 16. *Qui dimiserit uxorem, & aliam duxerit, mœchatur* 1 ad Corinth. 7. *Præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari*: & ad Rom. 7 *Quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi. Vivente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro.* Nec facit quidquam pro istis tenebrionibus exceptio contenta, Matth 19. ubi Christus: *Quicumque*, inquit, *dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*: nam perperam illi exceptionem hanc, *nisi ob fornicationem*, attribuunt subsequentibus verbis, *& aliam duxerit*, quasi eo casu alia duci possit citra adulterium, cum exceptio præcedat ista verba, & subjungatur verbis, *qui dimiserit uxorem*. Nam quod dicit Salvator, *mœchatur*, hunc habet sensum, facit eum mœchari occasionaliter, eò quòd det occasionem per dimissionem, nisi eum excuset fornicatio mulieris; cum intentio Salvatoris ibi sit ostendere casum, quo ea, quæ habetur, dimitti possit sine peccato, ex eo scilicet, quòd fidem non servaverit. Cum enim antè dixisset, non esse dimitendam uxorem, ne detur ei occasio fornicandi, subjungit exceptionem, qua salvat dimissionem uxoris fornicariæ, eò quod per dimissionem non tam detur occasio fornicandi, quàm ab ea potius sit arrepta: aliàs frustrà prædicta exceptio subjungeretur verbis, *si quis dimiserit uxorẽ*, si non ea tantùm verum & subsequentia verba, *& aliam duxerit*, limitaret; quibus proinde subjungenda fuisset, secundum naturam exceptionis, quæ præcedentia limitare solet, non etiam sequentia. Facit pro hoc sensu, quod habetur *Matth. c. 5.* ubi ait Salvator, *Omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari.* Ut exceptio tantum salvet dimissionem, non etiam matrimonium cum alia initum. Quò facit, quòd Marci 10. & Lucæ 16. Salvator simpliciter adserat, eum, qui dimittit uxorem suam & aliam ducit, mœchari, omissa exceptione. Estque hic sensus legitimus S Scripturæ, eumque indicat totus contextus præcedens, in quo ipse Salvator dicit duos esse in carne una, nec separandos esse: libellum autem repudii tantùm esse permissum Judæis, propter duritiem cordis eorum; ab initio autem sic non fuisse. Vid. latius Bellarm. *tom. 2. Contr. de matrim. c. 15. & 16.* Franc. Turtian. *pro Epist. Decret. Pont. lib. 5. c. 10. & 11.* Et ita habet Orthodoxorum consonans sententia; sibi applaudant licet hæretici in suo sensu impudicitiæ pleno, tripudientque in eo ipsi errantes, atque aliis errandi occasionem præbentes. Adde, si per fornicationem vinculum matrimonii solveretur, infinitis repudiis & fraudibus quibus conjuges se mutuo ad fornicandum inducerent, viam apertam fore. Sanch. 10. *disp. 2. n. 2.* Frustrà objicitur *can. concubuisti* XXXII. *q. 7.* quia non est accipiendus, quasi adulterio superstite, liceat innocenti ad secundas transire nuptias*, sed tantùm eo demum mortuo, ut apertè insinuatur in *can. Hi verò ead. q. 7.* qui neutri, altero vivo permittit novas nuptias, innocenti verò non aliàs, quàm altero defuncto. Ut quod habet *can. uxor* XXXII. *q. 7.* licere viro, qui peccavit, aliam ducere, si subreptitium, ut etiam ibi notatur, istud à falsatoribus esse insertum. Et facit, quod crimen viri non sit levius, quam mulieris; atque aliam esse mentem D. Ambrosii, cui *d. can. uxor* adscribitur, patet ex *can. nemo* XXXII *q. 4.* (qui est ejusdem D. Ambrosii) ubi requirit parem in utroque conjuge castitatem; unde & utriusque fidem violantis par erit pœna.

Cultus disparitatem, propter infidelitatem apostasiam à fide, vel hæresin alterius supervenientem, minimè dirimere matrimonium, patet ex dictis supra, *ad tit. de convers. infidel.* * Infidelium, inter quos matrimonium esse 4
ratum, dictum *ibid.* altero ad fidem conversõ, altero in paganismo permanente, separationem

tionem vetuit Ecclesia; ut per conversionē unius & alter salvari possit; cum contingat sanctificari virum infidelem per mulierem fidelem, & è contra, secundum Apost. 1 *ad Corinth.* 7. quatenus tamen non subest impedimentum juris naturæ, quod non potest relaxare in infidelibus Pont. ut relaxavit impedimentum à Canonibus inductum, propter quod separari illos noluit, *c. Gaudemus 8. h. t.* idque ne per spoliationem conjugis alter retrahatur à conversione. Nisi tamen infidelis discedat, aut fidelis non possit cum eo permanere sine blasphemia Creatoris, aut peccato, ad quod pertrahi posset: tunc enim relinquere eum poterit, cùm non sit subjectus servituti in hujusmodi, ut ait Apost. *d. l.* potestque fidelis novas inire nuptias; ubi tamen non est spes proxima conversionis alterius, *d. c. Gaudemus 8. & c. Quanto 7. h. t.* Latè Sanchez 7. *disp.* 74. *n.* 4.

5 Q. An istis casibus solvatur matrimonium ipso jure? Resp. Non videri, sed demum novis nuptiis initis per eum, qui dimisit conjugem. Quod facilè patet ex eo, quòd in *d. c.* 8. *in fine.* cogatur dimissor recipere dimissam, si ante novas nuptias contingat dimissam ad fidem converti, non etiam post eas cum alia initas, si quidem fuerint legitimè contractæ, ut non sint dissolvendæ propter alterius conversionem. Sanchez 7. *Disp.* 75. *num.* 4. Idem dicendum, si ad sacros Ordines adspirare velit fidelis, aut Religionem intrare, nam hoc ei liberum. Sanch. 7. *Disp.* 76.

6 Infidelis si postea ad fidem convertatur, cogitur cum fideli habitare, nec eo invito potest Religionem intrare, aut Ordinibus initiari, ne ex sua malitia commodum reportet. Multò magis prohibuit Ecclesia separationem, utroque ad fidem converso, etiamsi in gradu prohibito jure humano sint conjuncti, *d. c.* 8. ne ea res à conversione avertat.

Quid si conversus plures habuerit uxores,
7 juxta aliquarum gentium permissionem? R. Primam eum retinere debere, si modò conversa fuerit, *d. c.* 8. §. *quia verò*, aliàs dimittere; cùm lex Evangelii polygamiam non ferat: imò & primam repudiatam revocare debere, dimissa ea, quam superinduxit. Nam licet leges gentium repudiationem admiserint, non tamen Evangelii veritas, *d. c.* 8. §. *quia* [illegible] Sanch. *d. lib.* 7. *Disp* 73. *n.* 5.

Dicta non tantum obtinent in matrim[illegible] consummato, verùm & non consummato [illegible] & hoc sui plenam consecutum sit substan[illegible] solo consensu. Quo tamē casu per ingressu[illegible] Religionem approbatam resolvi etiam [illegible] vinculum & altero invito, dictum sup. [illegible] *vers. conjug.* idque ratione mortis cujusdam [illegible] vilis, quam inducit professio.

Quæritur autem, An & eo casu per[illegible] impotentia superveniens faciat dissolu[illegible] culum? Resp. Esse quidem dictum, [illegible] conjugem impotentem, tamen semel [illegible] tractum matrimonium non irritari [illegible] superveniente, licet sine culpa alteri[illegible] tamen sine causa, *c. quanto in fine h.* [illegible] casu damnum superveniens nocet [illegible] alteri scilicet conjugi, cui est jus & [illegible] in corpus alterius. Ubi nihil facit, [illegible] sit consummatum; nam hoc non min[illegible] est, quàm consummatum: ut, cum [illegible] plenam essentiam matrimonii, etiam [illegible] indissolubilitatem. Nec obstare debet, [illegible] dictum de dissolutione istius, etiam qua[illegible] culum, per ingressum in religionem, [illegible] eum contingit mors civilis, non item [illegible] potentiam. Vid. Sanch 7. *Disp.* 102.

Q. II. An per dispensationem Pont. [illegible] dissolvatur quoad vinculum? R. Ex[illegible] troversiam esse, neutiquam solvi qu[illegible] culum, illud, quod est consummatum [illegible] à Deo acceperit suam indissolubilitatem [illegible] Papa minimè contravenit; destruere [illegible] potiùs, quàm ædificaret *can. sunt quæ* [illegible] *q.* 5. Estque hæc Catholica sententia [illegible] quòd Covar. *hic p.* 2. *c.* 7. §. 4 *num.* [illegible] dam contrarium tenentes referat; [illegible] illi sunt, & ratione non nituntur. [illegible] quoque à Theologis plerisque, ne [illegible] super non consummato Pontificis dispen[illegible] nem valere, quos sequitur Covar. [illegible] *n.* 19. Pro cujùs sententia facit Pontifi[illegible] *publico in fine sup. de convers. conjug.* [illegible] Deus conjunxit homo non separat. II. Q[illegible] habeat istud matrimonium omnem [illegible] ctionem quoad substantiam, ut [illegible] Christi conjunctionem cum Ecclesia. [illegible] nat verum Sacramentum, super quo [illegible]

pensat Pont. III. Quòd consummatio non ponat nisi accidentariam deferentiam à matrimonio rato; ut si ista operetur indissolubilitatem, eadem sit tribuenda matrimonio rato, non consummato. Unde ferunt Adrianum VI. cum ab eo peteretur dispensatio super rato, adducta in favorem Caietani opinione, primò miratum fuisse virum Theologum id sibi persuasisse: deinde se dare quod posset, sed credere nihil posse Rebell. *p. 2. lib. 2. qu. 15 sect 3.* Probat hanc sententiam multis Gutierez *Can. quæst 1 c. 17. n. 12. & seq.* Non desunt tamen ex Theologis, qui contrarium adserant, quos *d. loco* citat Covarr. quibus adstipulantur multi Canonistæ, & praxi confirmatum esse se auctore tradit Navarr. in *Summa c. 22. num. 1.* & tenet Gloss. *in d. cap. ex publico*, quatenus tamen justa subest causa, cujusmodi est impotentia contingens per exsectionem, aut aliàs ante consummationem, odium capitale, aut simile quid, unde grave scandalum metuendum. Consensus utriusque neutiquam ponit sufficientem causam divortii. Etsi enim contractus ex eo dependeat, matrimonium tamen ultra contractum includit Sacramentum, quod ponit indissolubilitatem, ut per se & ex natura sua dicatur indissolubile. Ratio pro hac posteriori opinione, quæ probabilior videtur, est, quòd matrimonium tale nec sit inseparabile jure naturæ; cum infidelium matrimonia, si alter tantùm convertatur ad fidem, solvatur etiam quoad vinculum, uti paulò ante dictum: nec ex vi Sacramenti, cujus nullus effectus est inseparabilis, cum characterem non imprimat, & significationi unionis nihil inseparabile subsit, cum representatio unionis Christi cum Ecclesia per charitatem, quæ subest matrimonio rato, sit separabilis saltem quoad membra per peccatum mortale. Nec obstat *d. c. ex publico*, & si qua similia, quia accipienda de matrimonio consummato, cùm loquantur de conjugibus, qui per Deum sunt conjuncti & facti una caro, ut interpretatur ibi Pont. quales non sunt ante consummationem, *c. 2. sup. de convers. conjug.* Et de tali matrimonio intelligendum dictum illud, *quos Deus conjunxit homo non separet*, ut apparet *ex can. Non est dubium & can. Lex divina XXVII. q. 2.*

Non obstat, quòd ante consummationē matrimonium sit Sacramentum; nam super eo si non directè, saltem indirectè, potest dispensare Pont. quatenus tollit humanum contractum, qui est fundamentum Sacramenti, quod corruit, illo sublato; ad modum quo per. Trid. clandestinitas ponit impedimentum dirimens, de quo sup. *Tit. 3.* Quod allegant alii, consummationem non ponere nisi accidentariam differentiam à non consummato, non omninò ita se habet, cum addat integrale implementum; uti traditio rei venditæ integraliter contractum complet, qui tamen ante erat perfectus. Est & hujus sententiæ Bellarm. *tom. 1. de Monach. lib. 2. c. 28.* plurésque citat Sanch. 2, *Disp. 14. n. 2.*

Et hæc accipienda sunt de dispensatione non sumpta propriè pro relaxatione juris, ex communi regula, quæ non permittit inferiorem derogare juribus superioris, sed pro juris interpretatione quam potest facere inferior quoad casum singularem, ex certa ratione non comprehensum sub jure generali Barbosa D. *Solute matrim. p. 2. Rubr. num 103. & seq.* Hinc sequitur, Pontificem eadem auctoritate posse dissolvere matrimonia infidelium ad fidem conversorum, quæ non sunt firmiora matrimoniis fidelium non consummatis, cum non teneant nisi ratione contractus, Navar. *cons. 3. n. 13. de convers. infid.* 10

Quid si per vim sit cōpressa sponsa? R. Videri tunc consummatum matrimonium, atque ideo Papam dispensare non posse, ex eo quod cū per istam copulam sint facti una caro, procedat dictum, *Quos Deus conjunxit, homo non separet*, juxta dicta in quæstione superiori. Ubi rectè repetentur ea, quæ dicta sunt in simili quæstione, *sup. de convers. conjug. num. 13.* Vid. Barbosa *d. p. 2. n. 106.* Covar. *hic p. 2 c. 7. §. 4. num. 10.* Sanchez 2. *Disput. 22. numer. 4.* 11

Q. IV. An copula præcedens faciat videri consummatum, ad effectum removendæ dispensationis? Resp. Esse, qui hoc velint, tamquam si retrotraheretur matrimonium subsequens ad copulam præcedentem, *arg. cap. tanta sup. qui filii sint legit.* Verius tamen per eam non induci consummationem, atque ita non impediri Pont. super eo dispensare tamquam jam consummato, *arg. c. veniens 15. sup. De sponsal.* ubi ad hoc, ut sponsalia de futuro in 12

matrimonium transeant, requiritur, ut copula subsequatur. Faciunt huc dicta in simili quæstione sup. *De convers. conjug nu.* 4. Nihil facit argumentum ex *d. c. Tanta*; nam ibi hoc ita statutum in favorem prolis, ut non debeat extendi in favorem fornicantium. Covarr. *hic p.* 1. *c.* 4. §. 1. *nu.* 15. Barbosa *d. p.* 2. *n.* 107. Sanch. 2. *disp.* 21. *nu.* 12.

13 Hæc ita quoad vinculum, Ad thorum quod attinet, separatio est permissa, uti & denegatio debiti, propter adulterium alterius. Quo tamen sit certum necesse, sive viti, sive mulieris, num quoad est tatem æquale est utriusque jus, *can nemo XXXII. qu.* 1. Nisi quod vir uxorem adulteram debeat rejicere, ne videatur sordes ejus & turpitudinem approbare. *can.* 1. *&* 2. *XXXII. qu.* 1. Non ita è contra mulier deserere virum, cùm vir sit caput uxoris, * Si tamen, antequam 14 divortium ex hac causa fiat, adulteretur & alter, non proferetur divortii sententia, cum paria delicta mutua compensatione tollantur, quatenus causa est liquida, uti requirit natura compensationis. Sanchez 10. *Disp.* 6. *num.* 2. Cui etiam locus est, licet unus sæpius, alter autem semel tantùm adulteradus fuerit; nam qui postremò peccavit, hoc ipso amittit jus ante quæsitum, vel separandi se, vel negandi debitum. Sanch. *d. disp.* 6. *n* 8.

15 Quid si post sententiam divortii adulterium alterius, ad cujus instantiam lata, supervenerit? Resp. Non videri per istud adulterium subsequens dimisso actionem quæri, per quam recipi se postulet; cum exceptio rei judicatæ non aboleatur per superveniens alterius adulterium. Sententia enim à debiti conjugalis exactione & cohabitatione absolvit, ut restitutio frustra petatur. Quod omninò ita procedit, si conjux innocens post promotionem ad Ordines aut ingressum adulteretur, quia per adulterium non potest se liberare à statu, quê legitimè susceptit. Aliàs de sententia ista dubitari posset, quæ licet videatur transisse in rem judicatam, non facit tamen innocentem postea fornicando non peccare; contra matrimonii fidem. Ut eo casu videatur esse judicis conciliare partes, tamquam pastoris animarum, ut obvenietur incontinentiæ periculo, cui divortium dat occasionem. Sanchez 10. *Disp* 9 *qu.* 3. *n.* 30.

Quæri hic posset, An liceat viro dim[itt]ere uxore, cui per expulsionem aut denegat[ionem] alimentorum causam præbuit adulter[ium]. Respondendum. Nihilominus adhuc [de]esse, per text. in *c. significasti* 4. *h.* t. [vi]cogitur adulteram recipere, non obst[ante] gata per ipsam exceptione injustæ dim[is]eo quòd mulier nulla ad fornicandum [in]adduci debuerit, *can. Itane XXXII. q.* [1] non excusat mulierem, allegantem pro[pter] negata à viro sibi necessaria fuisse com[mo]ad crimen, *c. ex litteris* 5 *h.* t quia [non] cendum turpiter viventi præterea pro[ter] *l palam* 43 §. 5. *D. de ritu nupt.* & hoc [ita] do factum viri inditectè causat mu[lie]men; quia si directè ad illud inducam[ur] tendo, connivendo, cum posset prohi[bere] etiam ea intentione expellendo, ut [ei] do alimenta, nulla ratio est, quæ [eum] dimittere possit, cum non debeat [pro]re crimen, quod permisit, *arg. lib. Gra[tian]i ad. L. Iul. de adult.* Vid. Sanch. 10. *di[sp.]* & 6.

Denique quid si vir deneget petenti [ali]quæ ideo fornicata est? Resp. Posse [vir] licere viro diverti eo casu, cum videa[tur] dedisse licentiam fornicandi, *can. si v[ir]* XXVII. *q.* 2. Dans autem licentiam non diverti secundum dicta. Dicendum [est] hanc causam esse remotam atque ade[o] ficere ad excusationê ipsius mulieris [ut] pediatur vir ab ea diverti. Quò facit, [quo]gerior detur causa per expulsionem, [qui] continet debiti negationem, & alter[ius] denegationem, quæ tamen non [im]minus vir relinquat uxorem. Nis[i] *can. si tu abstines*; quia in eo textu [de]accipiendum non pro propriè dicta [de]pro occasione tantum, eaque non [pro]remota. Quo modo Glos. *ibid* hanc [par]net, tradens mulierem, eo facto viri [ad]stante, debere servare fidem casti[tatis]. *Disput.* 5. *num.* 7.

Nomine adulterii venit omnis [il]concubitus; quo caro ab alterò co[n]dividitur in alios, & perfectè violatur [ma]trimonii, *can. dixit XXXII. q.* 1. Ut [et] sodomiam rectè dicatur causari divor[tium] *can. omnes XXXII. q.* 7. Covar. *hic p.* 2. *c.* 3. §. [1]

Jul. Clar. §. *Sodomia num. 7. & plures alii, quos accumulat.* Sanchez 10. *disp. 4. num. 2. & seq.* sicuti & per bestialitatem. Sanch. *ibid. num. 14.* non etiam per amplexus & tactus impudicos, qui non continent divisionem carnis in alios nec completam injuriam contra matrimonii fidem Covar. *d. c. 7. §. 6. n. 3.* Sanchez *d. Disp. 4. num. 12.*

19 Præter adulterium, de quo constat ex verbis Christi, *Matth. 19 & aliis locis*, licitum etiam est divortium ex causa incolumitatis, animæ vel corporis, cùm ex jure divino naturali rectè eam quæramus & de[illegible]amus. Nec est, quòd quispiam objiciat C[illegible]n dictis locis tantùm excepisse adulterium. causam fornicationis, nam ibi loquitur de perpetua separatione, quæ fit ex ipsa natura cõjugii, eò quod fides promissa sit violata. Quæ causa cum sit perpetua, & faciat perpetuò peccantem amisisse jus suum, non cogetur innocens alterum etiam emendatum recipere, cùm non amplius teneatur legibus conjugii. Ut istud Christi dictum non sit accipiendum ad exclusionem aliarum causarum Sanchez 10. *disp. 15. sub n. 2.*

20 Hinc ex causa adulterii spiritualis id est hæresios, concessit Ecclesia divortium, ob periculum perversionis, quod ea in re obvium. Adeo ut ne quidem fidelis teneatur alteri hæretico debitum reddere; nam alias frustra tolleretur cohabitatio, quomodo in *c. 2. h. t.* dicitur simpliciter separatio permissa. Latè de hac causa Sanch. 10. *Disp. 15.*

21 Hinc etiam conceditur separatio, quando quis non potest cohabitare conjugi sine probabili vitæ discrimine, *c. Litteras sup. de restit. spoliat.* Neque enim matrimonii contractus obligat ad mutuam cohabitationem & obsequia, cum tali discrimine. Qua ratione & sævitia excusabit, tanta scilicet, ut alteri provideri nequeat sufficienti securitate, *d. c. Litteras in fine.* Cum enim per sævitiam non servet alter fidem matrimonio præstitam, nec eidem illa servanda, *arg. c. Pervenit 3 sup. de jurejur.* Gutierrez *Can. qu. lib 1. c. 24. n. 5. & seq.* Barbosa *ad Rubr. D Soluto matr. p. 2 n 27.* Sanch. 10. *disp. 18. num. 2. & seqq.* Sit tamen gravis, & tale malum, quod justum causset metum in viro constanti. Sanchez *d. loco num. 10.* * Quem etiam videntur ponere graves inimicitiæ, quæ sævitiam caussare solent, *c. accidens ubi Gl. V. inimicis ne lite non contest.* Neque enim tantum sævitia præterita, sed justus metus futuræ malæ tractationis caussat divortium, ut tradit Covarr. *hic p 2 c. 7. § 3. n 2.* Minas non ponere sufficientem divortii causam verius est, nisi aliud exigat minantis ingenium.

Furor alterius minimè divortiũ caussat, quia 23
nihil tam humanum, quàm fortuitos casus mulieris virum, viri mulierem participare, *l. si cum dotem 22. §. si maritus D. Soluto matrim.* Nisi ita si ardens, ut ex cohabitatione grave periculum alteri immineat; prævalet enim jus propriæ vitæ tuendæ, & integritatis membrorum. Secundùm quod limitandus venit, *can. si uxorem XXXII. q. 5.* dum generaliter dicit, quidquid excogitari potest horribile pro fide & societate esse sustinendum; accipiendus enim in casu priori, non etiam in posteriori. Ubi non distinguendum, sit furor continuus, an habeat dilucida intervalla, satis enim est, quòd subsit grave periculum. Unde & frequens & magna alterius ebrietas, ex qua periculum sit vitæ, dabit causam divertendi, ex eadem ratione. De lepra & morbo Gallico dictum est sup. *Tit. 8.*

Q. An divertendi causam præbeat crimen 24
mariti, uti furtum, à quo non vult abstinere? Resp. Non esse eam justam causam deserendi maritum, atque ab eo divertendi, *cap. 2. h tit.* Nisi aliter vitæ suæ consulere nequeat quàm dimittendo virum, ut quia propter furta mariti omni hora periclitetur. Exemplum dari potest in ea, quæ timet, ne quasi consentiens furtis viri ut furtorum receptatrix puniatur. Et ita accipiendus videtur Nav. *in summa c. 22. n. 22.* Vid Barbosa *d. p. 2. n. 29.*

Ex dictis de separatióne licita, ob corpo- 25
rale periculum, consequitur, illam magis esse licitam, si adsit probabile periculum animæ & vitæ spiritualis, puta ex causa hæresios aut apostasiæ alterius, ut paulo antè dictum, cum tantò majus censeatur hoc periculum, quanto anima corpori præstat *can. ille XXII. q. 5.* Quo modo uxor idololatriæ causa dimitti posse dicitur, *can. Idololatria XXVIII. q. 1.* Quod etiam dicendum videtur, si alter alterum inducere conetur ad peccatum mortale, quod perimit animæ vitam. Navarr. *d. loco*

Ut propter illicitas concupiscentias, ad quas alter per alterum trahitur, rectè se separet alter, *d. can. Idololatria*, Barbosa *d. p. 2. num. 29. & 30.*

26 Quæstio autem est, An prædicti casus perpetuum ponant divortium, hoc est, an cessante divortii causa, non teneatur alter alterum recipere? Resp. Non ponere divortium perpetuum, sed tantum eo usque durare, donec ejus causa durat, ideoque ea cessante teneri conjugem ad alterum reverti. Nihil obstante, quòd dictum, ex causa fornicationis perpetuam esse separationem, cum per eam amiserit conjux jus suum; ut innocens non teneatur alterum recipere etiam emendatum, uti dictum suprà. Ratio est, quod causa ista directè sit contra conjugii naturam, ut ejus effectus sit perpetuus: in his autem casibus extrinsecus adveniat, atque ita minor, ejusque proinde effectus, qui causæ suæ est commensurandus, similiter minor, scilicet temporalis tantum, donec duret causa, ut per eam jus conjugale non tam sit amissum, quam ejus executio suspensa temporaliter, Barbosa *d. p. 2. nu.* 18. Sanchez 10. *Disp. 15. nu. 2.*

27 Consequentur quæritur, An & divortium ex caussa hæresios sit temporale? R. Distingui in *cap. De illa 6. h. t.* an ante sententiam alter conjugum decesserit, an post eam: illo casu conjugem resipiscentem esse recipiendum, hoc verò alteri liberum esse non recipere; non tantum si innocens intrarit Religionem, quod ei permissum, *c. fin. sup. de convers. conjug.* sed & si in sæculo permanserit *d. c. 6. in fine* ubi indistinctè dicitur, nullatenus compellendum alterum recipere. Nec rectè quis dixerit, non teneri quidem conjugem fidelem Religionem ingredi volentem recipere reversum, nolentem autem ingredi teneri: nam ad unum solum casum non est ibi coarctata facultas in divortio permanendi; cùm ideo fidelis habeat licentiam ingrediendi, etiam altero in vito, licet per Ecclesiam recepto, quia alter propter hæresin, in quam lapsus, privatus est jure exigendi debitum & cohabitandi, *c. fin. in fine inf. de hæret.* Ratio distinctionis est, quòd, cùm perpetua debiti denegatio sit pœna hæresios, non debeatur antè sententiam, *c. cum secundùm de hæret. in 6.* ut ante necdum sit alteri quæsitum perfectum jus, quod dem[illegible] sententiam quæritur, & invito non est [illegible] dum. Posse autem Ecclesiam statuere [illegible] nam, ex eo patet, quòd possit ipsum [illegible] cum, bonorum, famæ, vitæ amissione [illegible] Non obstat, quod dictum modo, perp[illegible] separationem caussari tantum per [illegible] um; nam hoc accipiendum secundùm [illegible] conjugii, uti dictum, cum hic non imme[illegible] propriè ex hæresi ponatur separatio, [illegible] sententiam, quam tamquam pœna [illegible] tur. Ubi non erit opus per sententiam [illegible] declaretur separatio; satis enim est, [illegible] tamquam hæreticus, quam damnatum [illegible] quitur privatio jurium. Vid. Covarr. [illegible] *§. 5. num. 5.* Barbosa *d. p. 2. n. 20.* Sanch[illegible] *15. num. 15. & seqq.*

Postremò quæri posset, An ad separ[illegible] opus sit auctoritate Judicis? Resp. [illegible] per *c. 3. h. t.* etiamsi causa sit notoria, [illegible] quid temerè fiat, & evitetur scandalum [illegible] men ita notoria fuerit, ut nulla tergiv[illegible] ne celari possit, non videtur ea auctor[illegible] pus esse, cum causa ita notoria faciat [illegible] non temerè videri spoliatum. Covarr. [illegible] *num. 12 & alii, quos allegat* Sanchez [illegible] *num. 13.* Posset etiam quis propter for[illegible] nem sibi cognitam denegare alteri [illegible] conjugale propria auctoritate, *Glos. in c. [illegible] de adult.* cum actus ille sit privatus, [illegible] scandalum. Idem dicendum de separ[illegible] quoad thorum & cohabitationem, [illegible] lum fuerit in mora, & non sit facilis [illegible] Judicem.

TITULUS XX.

De Donationibus inter virum & uxorem.

SUMMARIUM.

1. *Donationes inter conjuges cur & quatenus prohibitæ.*
2. *Transferunt possessionem rerum donatarum jus fructuum percipiendorum.*
3. *Dos & donatio propter nuptias post divortium quibus restitui debeat.*

4. [illegible]

4. Mulier à marito expulsa, vel ejus savitiam fugiens, fornicata an amittat dotem?
5. Dotis marito adjudicatæ repetitio an competat uxori, marito postea in adulterium lapso?
6. Amittitur & dotalitium ex causa adulterii.
7. Ex causa hæresios dos cedit fisco.
8. Proprietas dotis & donationis propter nuptias cedit liberis superstitibus.

SOluto matrimonio quoad vinculum, per mortem, aut per declarationem, quia nulliter de facto contractum, sive quoad thorum, ex causis superius allegatis, quæritur, quid sit juris in donationibus inter conjuges factis, & in dote, & in don t one propter nuptias.

1 Quantum ad donationes inter conjuges stante matrimonio factas non est magna quæstio, cum jure non subsistant, *D. & C. de donat. inter vir. & uxorem*, ita postulante, tum honestate, ne conjugalis amor videatur pretio conciliari, tum utilitate, ne conjuges mutuo amore se spolient, profusa erga se liberalitate, *l. 1. & 2. d. t. c. fin. h. t.* Quod accipiendum, quatenus alter fit pauperior, alter ditior: quæ duo concurrere debent, alias cessaret prohibitio. Hinc sepulturæ causa datum conjugi tenet, *l. 3. §. concessa D. eod.* quia licet expendisset de suo, non tamen ideo alter, quia non expenderit, tam factus ditior censetur, quam non pauperior. Hinc & non incidit in prohibitionem repudiatio legati aut hæreditatis per alterum conjugem in favorem alterius, *l. 5. §. si maritus D. eod.* Per quam licet alter fiat ditior, non tamen repudians pauperior, *l. 6. D. quæ in fraud. cred.* cum legatum aut hæreditas, antequam acceptetur, non sit in bonis. Plures casus videte est, *D. h. t. n. 10.*

2 Non sunt tamen ita inutiles istæ donationes, quia transferant rerum donatarum possessionem aliquam in accipientem, eumque faciant fructus industriales saltem percipiendo suos facere, *l. fructus 45. D. de usuris, l. 1. §. si vir uxori D. De adquir. possess.* & præterea morte subsecuta confirmentur, *d. c. fin. h. t. & l. Donationes 25. C. eod.* Non alias tamen, secundum communem opinionem, quàm si traditio intervenerit juxta text. in *l. Papinianus 23. D. h. t.* Verum obstet *Nov. Sacra forma transmiss. 162. §. 1.* ubi dicitur, solum mariti silentium confirmare donationem mulieri factam, etiamsi nulla intervenerit traditio; qua de re latius *D. h. t. num. 24.* Et hoc nisi ante mortem revocata fuerit, expressè vel tacitè, *d. c. fin. h. t.* uti licet, cum donatio hæc sit imperfecta, & demum morte consummetur atque omnimodam sui perfectionem co sequatur, ut ante revocari possit. Nisi juramento fuerit confirmata, quod servandum, cum non vergat in detrimentum animæ jurantis, nec tertii, & prohibitio tantum privatam causam concernat, nihil verò mali moris includat. Censebitur etiam revocata, si is, cui donatum, prius naturæ debitum persolvat, *d. c. fin.* cum tantum ejus persona sit electa, non etiam hæredis, uti in legatis.

Quantum ad dotem & donationem propter 3
nuptias post divortium, utraque redit: illa ad mulierem, ejusve partem, aut hæredes, quia cessat causa, propter quam penes maritum remanere debeat; hæc ad maritum, ejusve hæredes: nisi aliter fuerit conventum aut alia sit consuetudo, *c. 2. & fin. h. t.* Cessante & ejus causa, cum sit inducta in dotis securitatem. Adquisita vero tempore matrimonii æqualiter sunt dividenda, *d. c. 2. h. t.* quam tamen rem non rarò loci consuetudo immutat; & ut aliter se habeat, faciunt pacta mutua, *d. c. fin. in fine.* Obtinet & hæc restitutio in matrimonio putativo, bonâ fide contracto. Quod addo, nam mala fides faceret donationem hanc & dotem publicari, uti dictum suprà *Tit. 14.* Si mulier divortio causssam dederit per adulterium, dos committetur, & marito cedet, *c. Plerumque 4. h. t. l. Consensu 8. C. De repud.* idque propter injuriam, quam mulier adulterando marito infert. Nisi tamen vi compressa fuerit, quia tunc est extra culpam, aut lenocinio mariti adulterata, *l. Viro 39. l. Cum muliere 47. D. Soluto matrim.* cum frustrà improbet mores, quos antè probavit, & puniat actum, cui dedit auctoritatem. Idem erit, si decepta alium admiserit, quem maritum esse putabat; si maritum mortuum credens alii se conjunxerit: quibus casibus ut deest culpa, ita & adulterium formale, ut dicemus inf. *De adult.*

Quid si expulsa domo à marito, aut ejus sæ- 4
vitiam fugiens fuerit adulterata? Resp. Posse

quidem videri, non amitti isto in casu dotem, ne ex sua malitia commodum reportet: verius tamen dotem amitti, & marito cedere, propterea quòd ejusmodi causa sit tantum remota, nec ordinata ad adulterium, ut viro non imputetur iste effectus, *l. non omnes 38. D. de statu lib.* Facit, quod mulier quidvis potius admittere deberet, quàm alteri dare sui copiam, *c. sacris sup. de his quæ vi.* Facit & text. in *c. significasti sup. de divor.* ubi non cogitur maritus recipere expulsam, quæ deinde fuit adulterata; quod tamen secus se haberet, si expulsio foret causa adulterii. Barbosa *ad l. 2. p. 1. in princ. num. 7. D. Soluto matrim. & dixi D. Ad L. Iul. de adult. num.* 47. Quo loco & alia spectantia ad hanc materiam satis copiosè tractata sunt: veluti hanc dotis amissionem non procedere propter oscula, alioqve impudicos lusus aut tactus *n.* 42. Procedere tantum quoad dotem, nec trahi ad bona paraphernalia, id est quæ præter dotem penes mulierem sunt (Φερνὴ enim Græcis dos est) *nu.* 30. Hæredes post mortem mariti non rectè intentare hanc actionem *n.* 34. Nec eam trahi ad viduam, soluto per mariti mortem matrimonio, impudicè viventem, *num.* 33. Adulterium filiæ patri hodie non obesse, *num.* 36. Non cedere dotem marito, qui uxorem in adulterio deprehensam occidit, *num.* 56. & *D. Soluto matr num.* 33 Spontaneam reconciliationem & remissionem noxæ inducere remissionem dotis, *n.* 52. Denique uxorem putativam adulteratam postea detecto impedimento; dotem amissam repetere posse tamquam ex falsa causa adjudicatam; quæ tamen controversa quæstio est, & contraria opinio ferè communiùs recepta, *n.* 37.

5 Illud hic restat quærendum, An commissio dotis resolvatur, competatque ejus repetitio uxori, marito postea lapso in adulterium? R. Lite pendente si actor in adulterium labatur, habere locum axioma, mutua compensatione delicta tolli. Ut commisso à se adulterio malè pergat agere ad divortium & dotis commissionem, cum ad neutrum ei actio competat, quippe sublata per compensationem, etiam si in judicium non sit deducta, cùm improbe videatur improbare mores in conjuge, quos in se probat. Quod omnino procedit in foro interno. Si post latam sententiam divortii & commissionis dotis actor incidat in simile crimen, vult quidem Glossa in *l. inf. de adult.* compensari etiam eo casu adulteria, atque ita dimissio conjugi compensationem alterius jure actionis. Pro qua parte videtur facere *d. c. fin. & c. ex litteris* ubi post celebratum divortium, si alter nicetur, compellitur reverti ad dimissum ex alia ratione, quam quod adulteria compensentur non minùs, si alterius crimen sequatur, quàm si simul contingat. Non probabile tamen est, conjugi condemnato superveniente alterius adulterio non esse de novo actionem ad dotem, quæ, semel tincta in perpetuum non revivisceret casu superveniente, *l. quires 98. §. ult. de solut.* nec mutatur, quòd rectè mariti superveniente delicto. *l. 2. D. De his qui privato.* Nec obstat *d. c. fin.* neque *d. §.* nam loca ista loquuntur in casu, quo separatio facta per sententiam, ut ea erit obvium, atque ita interpretatur nec. Quod de compensatione allatum dicendum, eam non procedere, nisi alterius fornicatio sententiam divorti exceptio rei judicatæ obstet objicenti pensationem. Et quamvis officio incumbat partes reconciliare, ad evitandum periculum fornicationis, nihil tamen dotis restitutionem spectare videtur.

Dicta de amissione dotis ex causa procedent multò magis in amissione *d. c. 4. h. t.* quod alii vocant donationem ter nuptias, alii verò id, quod pro manet post mortem mariti, ex pacto tuto, ut dictum supra eod. quò merito cum & res suas amittat.

Quantum ad causam hæreseos, facit marito cedere dotem, sed fisco, tam in conjugem, quam in Reipubl. catum, ut ab ea meritò vindicetur *3. D. de bonis damnat.* ubi ob crimen jestatis fisco dos additur: item *c. Virgo de hæret.* ubi simpliciter fisco bona rum deferuntur. Covarr. *hic p. 2. c. 7. §. seq.*

Denique quod dictum de dotis & donationis propter nuptias, dat innocenti, verum est etiam

prietatem : nisi superstint liberi , sive ex isto matrimonio, qui patre sunt potiores, ut iis sit servanda proprietas , solo usufructu remanente apud innocentem , sive etiam ex priori matrimonio , cum text. in *Nov.* 117. §. *quia verò plurimas & lib.* 8. §. *si vero C. de repud.* indistinctè dicat , si filios non habeat : sunt autem filii , qui extant ex priori matrimonio nati , quibus præjudicare mulier non potuit.

TITULUS XXI.

De Secundis nuptiis.

SUMMARIUM.

1. *Nuptiæ secundæ, tertiæ & ulteriores hodie licitæ.*
2. *Pœnæ secundo nubentium an hodie cessent.*
3. *Nuptiæ iteratæ an benedicendæ?*
4. *Non iteranda , nisi constet de morte conjugis.*
5. *Testis unus an probet hac in materia?*
6. *An fama sufficiat?*
7. *Priori conjuge reverso, quid juris?*

1 HActenus de primis nuptiis : de secundis subjicitur , quæ licet fornicariæ vocentur, secundùm veritatis rationem, *in can. hac ratione XXXI. q.* 1. Deo tamen permittente, propter hominum incontinentiam, licitè ineuntur non tantum secundæ, sed & tertiæ, & ultra. Unde non damnatur in Ecclesia bigamia , nec trigamia, nec ultra, *can. Aperiant , can. Quod si XXXI q.* 1. sed damnantur Montanistæ , & alii hæretici, stulta quadam perversione contrarium adferentes. *cap. ult. & pen. hoc tit.* Ratio hujus rei est, quòd conjux solutus legibus prioris matrimonii habeat potestatem nubendi cui velit, à Deo sibi permissam , teste Apostoli etiam statim à morte alterius , *d. cap. pen. & fin.* Adeo ut mulier infamiam , quam per leges civiles incurrebat, necdum enixa partum intra annum luctus nubens, hoc jure evadat ex ratione, quod puniri non debeat , qui agit lege permittente, & pœnam non mereatur , qui extra culpam est , qualis est potestate sibi concessa utens.

Ubi quæritur , An & aliæ pœnæ propositæ 2
per leges secundò nubentibus sint dicendæ hoc jure cessare? Respondendum. Dicta Capp. tantum loqui de sublata infamia , ut possint videri reliquæ pœnæ civiles in suo robore permanere : verius tamen, pœnas qualcumque , quæ intra annum luctus iteranti nuptias sunt statutæ à jure civili , & continent meram pœnam, cessare hoc jure. Nec facit, quod textus tantum faciant mentionem infamiæ ; cùm ratio subjuncta , scilicet quòd non debeat legalis infamiæ sustinere jacturam , quæ intra tempus luctus nubens concessa sibi ab Apostolis utitur auctoritate , habeat etiam locum in aliis pœnis : ut in iis idem sit statuendum, ex regula , quòd legis ratio sit ejus anima , & in lege expressa , sit pro lege, obtineatque in casu simili, aliàs foret imperfecta. Ita servari tradit Covarr. *hic p.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 7. *& seqq.* Quantum verò ad illas dispositiones , quæ potius concernunt provisionem & commodum liberorum prioris matrimonii , cum non contineant pœnam , dicendum , eas etiam hodie servandas esse , quia circa eas nihil disposuit lex Canonica ; nec fuit , ut disponeret, cum nihil mali moris involvant , imò bonis moribus respondeant. Quo modo dispositum in *lib. Fœmina, & similib. C. h. t.* servandum est, ut rectè tradit Covarr. *d. loco n.* 9. Barsa *ad l. si constante 25. num.* 100. *& seqq.* D. *Soluto matrim.* D. Gudelin. *De Iure novissim. lib.* 1. *c.* 12.

Iterare itaque nuptias nullo jure prohibi- 3
tum ; non sunt tamen iteratæ benedicendæ & benedicens puniendus , *cap.* 1. *& 3. h. t.* tum quia sufficit alterius benedictio , quæ diffunditur in alterum, *cap.* 3. *sup. De consecr. Eccl.* tum quia propter frequentiam benedictionum ejusdem personæ contingeret rem in contemptum trahi. Si tamen sponsa existat virgo , benediri eam posse probabile esse tradit. Cov. *d. p.* 2. *cap.* 8. §. 11. *n.* 2. & praxi servari. Quam consuetudinem etiam probat Navar. *in summa c.* 22. *num.* 83. etiam in casu , quo vir ducit viduam , quamvis magis rationabilem judicet consuetudinem in casu, quo virgo nubit viduo; imò nec improbet eam, qua uterque, si viduus fuerit, benedicitur. Non obstante , quod aliqui volunt consuetudinem circa sacramentalia nihil

nihil posse, quod falsum, ut ibi probat, & probatum supra *de consuet. n.* 11.

4 Antequam autem nuptiæ iterentur, necesse est de morte conjugis constet tali probabilitate, quæ arbitrio prudentis certitudinem aliquam inducat. Nihil faciente longissimo temporis intervallo, quo alter ab fuit, ut de vita aut morte certior reddi nequeat; *c. In præsentia 19. sup. de sponsal. c. 2 h.t.* Non obstet *cap. Quoniam §. porro versus si autem sup. ut lite non contest.* nam quod ibi verosimilis præsumptio & æstimatio mortis sufficere dicitur, accipiendum de certo nuntio, aut tali præsumptione, quæ probationi æquivalet. Quo modo *can. cum per bellicam XXXIV. q. 2.* accipiendus de ea credulitate, quæ nititur justa ratione. Alias extra adulterii periculum non foret alter conjux, cum extra dolum non videatur esse non adhibens diligentiam, qua certior fiat de vita vel obitu alterius.

5 Testem unum non sufficere est probabilius, cum generaliter unus testis non probet. Quæ res hac in materia non est mutata, cum sit gravior qualibet alia pecuniaria, in qua testis unus non sufficit, ut merito nec in hac sufficere debeat, in qua agitur de animæ periculo, Sacramenti iteratione, partis infamia. Non obstat *d. c. In præsentia*; nam quod ibi habetur de certo nuntio, non est accipiendum de teste uno, sed de certitudine, quam ponunt certa nova, qualia non ponit testis unus nisi in casu quo conjux obiit in loco distanti, ut facili probationes haberi nequeant; tunc enim erit, rem per conjecturam probare, *l. non §. à barbaris D. de re milit.*

Q. An fama sufficiat? Resp. Probabiliter non sufficere, per *d. c. in præsentia* 19. cum quæ incerta, non ponat certitudinem, nim ab incerto plerumque auctore. Si aliis adminiculis fulciatur, certo nuntio valebit certamque moraliter probationem ciet: veluti si fuerit universalis ejusque at causa rationabilis, concurrat diuturnitas sentiæ, & locus remotior, in quo mors Mascard. *De probat. concl.* 749.

Quòd si contigerit post iteratas nuptias altero conjugem priorem reverti, cessat dem adulterii quæstio, *d. can. cum per can. Si virgo XXXIV. q. 2.* relictis ulterinis complexibus, ad priorem reverti compellitur, quòd priores nuptiæ fuerint dissolutæ, cum Ecclesia decreverit licentiam eas iterandi. Si iis, quas inivit, incipiat dubitare de vita debitum quidem non exiget, donec durat, reddere tamen non prohibetur. quoque si de vita mariti absentis dubitet mè ad secunda vota convolare possit. maritum mortuum esse certò constet quandoque voluerit, intra tempus luctus rectè nubet.

HENRICI ZOESII I. C.
IN LIB. QUINTUM
DECRETALIUM
GREGORII IX. P. M.
COMMENTARIUS.

TITVLVS PRIMVS.

De Accusationibus, Inquisitionibus & Denuntiationibus.

SUMMARIUM.

1. *Accusatio quid, & qualiter institui debeat.*
2. *Accusare qui possint, vel non.*
3. *An admittatur, qui juravit non accusare?*
4. *Accusare qui possint.*
5. *Effectus accusationis.*
6. *Inquisitio quid, & qualiter instituenda.*
7. *Denuntiatio quid, qualiter fiat, & à quibus.*

IUdiciorum Ecclesiasticorum materia civilis declarata duobus libris superioribus : hoc quinto & ultimo traditur criminalis, quæ per accusationes, inquisitiones aut denuntiationes in judicium deducitur.

Accusatio est delicti alicujus apud judicem delatio ad vindictam publicam solemniter facta. Formula ejus exstat in *l. 3. D. h. t.* Differt ab actione, qua privatum commodum persequimur citra inscriptionem, etiam per procuratorem; quia accusatio spectat ad persecutionem juris publici & vindictæ, ut quis puniatur corporaliter, aut pœnam pecuniariam fisco pendat. Procuratorem non admittit; nisi ad allegandam absentiæ causam, *c. veniens 25. h. tit.* aut post litem contestatam, uti dictum ad *D. eod. tit.* Desiderat inscriptionē, qua 1 accusator ad similem pœnam, quam reo intentat, se obligat, si calumniari probetur, idque ne quis leviter ad accusandum prosiliat *l. D. h. t.* cujus hodie non esse usum, tradit Jul. Clarus §. *fin. qu. 81. num. 3.* Covarr. 2. *Var c. 9. num. 1.* Mandant tamen Canones, ne ea omissa admittatur accusator, *c. super 16. & c qualiter 24. h. t.* Libello ut in actione civili, ita & hic opus; qui clarus sit, continens nomen accusati, accusatoris, delicti locum, annum, mensem, *D. l 3. D. eod.* Dies & horam exprimere non est necesse, nisi petat reus ad faciliorem probationem negationis indirectè faciendam. Gail. 1. *Observ. 64. num. 11.* Est autem accusatio licita propter publicam utilitatem & Reipubl. tranquillitatem, quam consequimur, repressis malefactoribus, *can. non frustra & can. Regum XXIII. q. 5.* Nec continet peccatum, modo absit rancor & odium *can. officia d. q. 5.* cum nemo teneatur remittere injuriam sine satisfactione, ut dicetur infra *de injur.*

Ne autem contingat temerè quid deferri, non auditur quilibet accusans, ut patet ex *l. qui accusare cum seqq. D. eod.* Ubi aliis obstat ætas, uti pupillo, qui non auditur nisi in certis causis ex consilio tutorum, *l. 2. D. eod.* 2

ut nec minor sine auctoritate curatorum, ne temerè quid attentet, *tit. Cod. de auctorit. præstan.* Aliis sexus, ut mulieris exceptis certis casibus, de quibus *can. de crimine cum seqq. xxiii. q. 3.* aliis Sacrantentum, Magistratus, crimen, unde homicidæ, venefici, fures, sacrilegi, adulteri repelluntur, *can. Accusatio II. q. 7 c. cum dilectus 20. h. t.* de quibus latè Wesenb. *D. eod.* Alios removet causa quæstus, subornatio interdum & paupertas, suspicio calumniæ, quæ facit & inimicos removeri, iisque familiares; solet enim adfectio amicitiæ pervertere animos, *c. 7. h. t.* Pagani, hæretici non audiuntur contra Orthodoxos; *can. Pagani & can. si hæreticus II. q. 7.* nec laici contra Clericos, tum quod zelo justitiæ non censeantur moveri, tùm quod non deceat majores subjectos esse accusationibus minorum seu inferiorum, *can. 1. 2. 3. 4. can. Laicos d. q. 7.* Quo modo & in Prælatos difficilius procedit subditorum accusatio, quòd contingat hos, ratione correctionis, non tam justitiæ zelo, quàm impietatis livore & odii fomite ad accusandum prorumpere; *can. Sunt nonnulli d. q. 7.* Si tamen probatæ fuerint vitæ, audientur, causa bene examinata, *c. Qualiter 24. h. t.* Monachi licet alios accusare non possint, audiuntur tamen contra Abbatem, sumptus iis subministrandi ex reditibus Monasterij, *c. Ex parte 11. h. t.* Qui si ideo censura fuerint notati, relaxandi sunt, *c. pen. h. t.* In crimine excepto uti est hæresis, simonia, maleficium, & alia, de quibus Menoch. 2. *Arbitr. casu 474. n. 27.* etiam excommunicati & alias inhabiles admittuntur *c. licet 31. inf. tit. prox., c. in fide de hæret. in 6.* Inimici tamen ne quidem hoc casu audiendi, cum non tam ex causa, quàm odio quodam videantur moti, *d. c. 7. & c. Meminimus. 13. h. t.*

3 Q. An admittatur is, qui juravit non accusare? Resp. Videri posse turpe ejusmodi juramentum, utpote bono publico contrarium, cum ex eo nascatur impunitas peccandi, ideoque non tenere. Rescriptum tamen in *c. quemadmodum 25. §. illud sup. de iureiur.*, maritum, qui juravit non accusare uxorem adulterii, non esse contra eam admittendum. Nec obstat, quod videatur dari licentia peccandi; nam ei obviari potest per viam denuntiationis, quæ non censetur exclusa per tale mentum, ut dictum latius supra *51.* Non etiam obstat commune quia ad vindictam publicam, si ea non removebitur accusatio per juram sed tantum quatenus agitur commu vatum, ut patet ex *d. c. 25. in fine* c. veniens 15. h. t. ubi qui juravit alicujus, si ejus virtute injungitur non auditur accusans etiam in causa quia ibi agitur de eo, qui accusavit calumniosè, & proinde prohibetur accusare ratione juramenti, Gl. in d.

Accusari regulariter potest quens, tam liber quàm servus, ne sexus aut ætatis, *inf. de delict* tus ab uno crimine, super eodem impetitur, quia de delicto uno durius est, nisi tamen doceatur ricatum, *c. 6. h. t.* Absentes jure accusa tur, *l. 6. Cod. de his qui accu* multò minus damnantur, *l. 5. D. de* lent tamen eorum nomina annotari delatos, & rei inquiri, uti dictum. Usus etiam absentes damnati per *d. §. fin. qu. 44.* & executionem fieri ne publicis locis adfixa, uti in Pra ptum, & est frequens. Non exclu Illustres tamen non nisi apud Pra santur, *l 3. Cod. ubi Senatores &c.* santur etiam parentes, patroni propter reverentiam, *l. hi qui D. h.* minus à servo, nisi in læsa majestate, *de his qui accus. poss.*

Effectus accusationis legitimè quòd, dum pendet, nequeat pra *c. 4. h. t.* & à Missæ celebratione beatur, *c. 4. & 5. inf. de simonia.* tentione accusatoris infertur pœna eem delicto condigna. Probata duos testes idoneos, non tamen cipes, *c. 1. sup. De confes.*, quia non tur dicere verum. Quo modo tam se à Sacerdote adserenti non tra Sacerdotem, nisi in crimine *sup. de testib.* Sententia hac in re iam in notoriis, *c. porrò sup. de Iudic.* teneatur ad pœnam etiam ipso nisi post sententiam. Si defecerit

uti impunè potest ante inscriptionem, *cap. licet 14. h. t.* dimittitur quidem reus, *c. 1. h. t.* potest tamen in eum inquirere Judex, uti mox dicetur. Si notorium fuerit crimen, non videtur opus accusatore, *c. evidentia 9. h. t.* spectat enim accusatio ad scientiam, quæ in notoriis est satis evidens, *c. Tua nos sup. de cohabit. Cler. & mul.* Quod accipiendum de eo notorio, quod ne quidem judicem, ut talem, fugit, veluti si commissum fuerit crimen in præsentia ejus sedentis pro tribunali. Aliàs depositione testium opus foret, ut crimen innotescat judici ut tali. Vid. Gomez *Variar. Resol. c. 1. num. 42. & 43.*

6 Cessante accusatore legitimo, ne crimina maneant impunita, instituitur inquisitio, quæ est investigatio criminis à Judice ex officio instituta, fama vel alia justa causa prævia. Quæ si nulla præcedat, & cessaret denuntiatio. Judex inquirens super certa persona peccat graviter, cum deminuat nominati existimationem, *c. qualiter 24. h. t.* Quo casu talis Judex à reo rectè repellitur per exceptionem, qua tamen omissa, inquisitio & processus tenebuot *c. fin. eod. in 6.* Nec audietur reus postea restitutionem petens, ratione præpositeræ inquisitionis, cum crimen, de quo jam patet sufficienter, non sit relinquendum impunitum. Videtur autem pœna moderanda secundum qualitatem personarum, non tamen remittenda depositio aut privatio beneficii, quam secundum Canones meretur crimen, *c. inquisitionis 21. h. t.* Fama prævia non erit opus in casu, quo inquisitio fit in genere super auctore maleficii perpetrati, cum incumbat judici ex officio malis hominibus provincias purgare, *l. 3. in fine D. de off. Præsid.* Quod & faciet Judex in casu quo certo illi constet, aliquem esse reum vel ex confessione, vel alias, si crimen probari nequeat ordine judiciario, *c. 2. sup. de off. ordinat.* Personaliter in eumdem inquirere non debet, ne personam notet, cum necdum infamatus præsumatur bonus, uti quilibet alius, donec probetur malus, & habeat jus defendendi famam suam quam læderet Judex super talem inquirendo.

7 Denuntiatio est delatio criminis apud Magistratum facta, citra accusationis solennia, judicandi tantum & deferendi rei causa, in finem, ut emendetur. Ad hanc requiritur monitio prævia; aliàs denuntians non audietur, tamquam non motus zelo bono *c. 2. & c. cum dilectus 20. h. t.* Nisi tamen nulla rei speretur emendatio; frustra enim adhibentur media, si nulla ex iis speretur utilitas. Navarr. *Conf. 4. h. t.* Repelluntur ex eadem causa publici concubinarii, in quos ideo sententia excommunicationis lata, quia cum ipsi sint publici peccatores non sunt habiles ad denuntianda aliena peccata *d. c. 20.* ubi etiam dicuntur rejiciendi illi, qui in aliquem conspiratunt; nam tamquam inimici non videntur tam procedere zelo caritatis, quàm fomite malevolentiæ, *c. per tuas 32. inf. de simonia.*

Denuntiatio hæc cuilibet permissa, ut & accusatio: quia tamen accusatoris vel denuntiantis personam suscipere non est extra invidiam odiumque illius, qui accusatur aut defertur, amicorumque ejus, ideo deputati solent aliqui, quibus ex officio incumbat ultionem criminum persequi, accusando, deferendo, quales in tribunalibus Principum vocantur Procuratores Generales sive Regii, in Curiis Episcoporum, & Academiarum Promotores, quorum officium cum sit necessarium, inscriptionis necessitas iis remissa. Advertendum tamen, ne falsa denuntient, *l. 7. l. singuli 14. C. de accus. & inscript.*

TITULUS II.

De Calumniatoribus.

SUMMARIUM.

1. *Pœna calumniatorum jure civili.*
2. *Pœnam talionis qualiter probent Canones.*

ACcusatio debet esse immunis à calumnia, 1
quæ ut removeatur, proposita est calumniatoribus, id est falsa crimina scienter imponentibus, pœna. Et olim quidem ex lege Remnia inurebatur fronti littera K. Jure civili ultra infamiam est talio, id est, pœnæ similitudo, ut scilicet idem patiatur, quod alterum pati voluit, *l. 7. & fin. Cod. h. t.*

Probant hanc talionem Canones, *can. 2.* 2
cum can. seq. 11. qu. 3. quatenus inferri potest. Quo modo Sacerdos Sacerdoti per calumniam quid objiciens, quod mereatur privationem

muneris sacerdotalis, sacerdotio deponitur, & ultra agere pœnitentiam jubetur, si calumniosè accusatus morte aut exilio multatus fuerit, aut debilitatus, *can. delator. III. qu. 6. & cap. Accusasti 8. sup. tit. prox.* Similitudo pœnæ si locum habere nequeat verberibus, exilio supplenda, *c. 1. ubi Abbas h. t.* Qui errore alicui falsum crimen objicit, excusatur quidem à pœna calumniæ, in dubio tamen interim suspenditur ab officio & beneficio, donec suam purgaverit innocentiam, *c. 2. h. t.*

TITUUS III.

De Simonia.

SUMMARIUM.

1. *Simonica pravitas exaggeratur.*
2. *Simonia unde dicta.*
3. *Simonia quid, ejusque definitio explicata.*
4. *Versatur circa spiritualia, vel spiritualibus adnexa.*
5. *Est contraria juri divino, naturali, humano.*
6. *Alia est intrinsecè mala, sive prohibita, quia mala, alia, mala, quia prohibita jure humano.*
7. *Illa versatur circa spiritualia & Sacramentorum collationem.*
8. *An & circa Matrimonium?*
9. *Sacramentorum materia an ponat materiam simoniæ?*
10. *An res consecratæ?*
11. *An Sacramentalia?*
12. *An quis aliàs invitus in necessitate induci possit ad ministrandum Sacramenta?*
13. *Simoniæ materiam ponunt & electiones, præsentationes, Ordinum ac beneficiorum collationes &c.*
14. *Item collatio primæ tonsuræ.*
15. *Officia divina, exequiæ, suffragia mortuorum.*
16. *An pro ingressu in Religionem quid licitè detur aut accipiatur?*
17. *An id jure Ecclesiastico sit prohibitum?*
18. *Intellectus* c. Quoniam 40. h. t.
19. *Intellectus* Extravag. 1. h. t.
20. *Inducere quem spe lucri ad ingressum in licitum?*
21. *An pacto expresso vel tacito intrrveniente?*
22. *Actus jurisdictionis Ecclesiasticæ an p[illegible] materiam simoniæ?*
23. *Et quid de jurisdictione fori externi?*
24. *Pro obtinendis dispensationibus an [illegible] exigatur & solvatur per stilum Cur[illegible] man.*
25. *An idem permissum Episcopis in casibus pertinentibus?*
26. *Circa actus jurisdictionis merè [illegible] tium interveniens an ponat simoniam?*
27. *Officialibus judicum pro instrumentis [illegible] ciendis an accipere quid liceat?*
28. *Pro omissione actus spiritualis an [illegible] detur & accipiatur: deque dan[illegible] am eligentibus, ne eligant in [illegible]*
29. 37. 40. *Adnexa spiritualibus tr[illegible] siderantur, & an vendi possint.*
30. *Ius patronatus an vendi per se possit?*
31. *Simonia hæc quo jure committatur.*
32. 33. *sepultura quid, & an pretio acqu[illegible]*
34. *Illatione hominis mortui an hodie [illegible] religiosus?*
35. *Sepulturæ locus proprius an vendi possit?*
36. *Reliquæ Sanctorum invendibiles.*
38. *Obligatio ad opus spirituale facien[illegible] admittat pretium?*
39. *Dari eo casu pretium potest ut stipen[illegible]*
41. *Beneficia invendibilia, & quid non[illegible] ficii veniat.*
42. *An hæc simonia sit contra jus divinum vero Ecclesiasticum tantum?*
43. *Prælati inferiores an beneficiis à se [illegible] possint imponere pnus aliquod pecu[illegible]*
44. *Personis privatis id non licet.*
45. *Consuetudo circa collationes quid [illegible]*
46. *Pensio quid, & an sapiat simoniam?*
47. *An & translatio pensionum, pretio [illegible]*
48. *Pensio an redimi possit?*
49. *An remitti?*
50. *Simonia mala, quia prohibita an detur?*
51. *Officia temporalia Ecclesiæ an cadant [illegible] moniam?*
52. *Officia ejusmodi quam sint.*
53. *Officium Sacristæ vel Thesaurarii an [illegible] ctet?*
54. *Rerum & bonorum Ecclesiæ venditio [illegible] ca, simoniam.*
55. *Pratium sive temporale datum quando [illegible] simoniam.*

56. Pretium illud consistit in munere à manu, ab obsequio, à lingua. Sub munere à manu venit in primis pecunia.
57. Item res omnis temporalis pretio æstimabilis.
58. Mutuum dare pro beneficio an liceat?
59. Spectat eò & impositio ac promissio pensionis.
60. Pro procuratione beneficii accipere vel dare quid non liceat.
61. Transactio an licita super beneficiis?
62. Ex causa transactionis an illi, qui cedit, pensio constitui possit?
63. An & conventione partium antecedente?
64. Pro redemptione vexa pretium dare quatenus liceat.
65. Accipiens quid, ut à vexa desistat, an sit in vitio?
66. Pro possessione beneficii adquirenda an rectè detur pecunia?
67. An liceat quem præsentare ad beneficium litigiosum, ut pro jure præsentantis suis litiget expensis?
68. Beneficium an rectè resignetur sub conditione expensarum restituendarum?
69. An ita rectè permutetur, ut alter solus ferat expensas pro expeditione Bullarum?
70. Renuntiatio sub pensione an licita.
71. In favorem tertii facta tenet jure divino.
72. An & jure Ecclesiastico?
73. An cum clausula, Non aliàs; nec aliter.
74. Acceptata resignatione, an beneficium alteri conferri possit, quàm nominato?
75. Quid si spirituale pro spiritualis dandū veniat?
76. Munus ab obsequio quotuplex, & quatenus, habeat rationem pretii.
77. An ponat simoniam contra jus Ecclesiasticum?
78. Relinquere quid temporale sub onere obsequii spiritualis an sapiat simoniam.
79. Munus à lingua quid, & an propter preces dare beneficium sit simonia.
80. Collatio digno aut indigno per preces facta sit, non interest.
81. An licitum uti vero potenti aut familiari, cujus precibus beneficium impetretur.
82. An dare beneficiū solo titulo consanguinitatis
83. Collatio ab inducto per vim aut metum facta, an sit simoniaca?
84. Quid si metus fuerit jure incussus?
85. Quid si subsit lucri amissio, nisi minantis animum mitiget?
86. Simonia alia Mentalis, alia Conventionalis, alia Realis.
87. Ab una tantùm parte impleta qualis dicenda
88. Simoniæ vitium seu peccatum est mortale.
89. Nec ex levitate materiæ fit veniale.
90. Simonia mentalis non subest panis Ecclesiasticis.
91. Conventualis an subsit?
92. Quid si fuerit impleta ex parte ementis tantùm
93. Quid si ex parte vendentis?
94. Simoniæ realis Primo proposita est Excommunicatio.
95. Etiam circa ingressum Religionis.
96. An dato aut accepto aliquo pro receptione habitus?
97. II. Suspensio, quam incurrit Conventus consentiens hujusmodi receptionem.
98. An eam incurrat ordinatus simoniacè quoad beneficium & officium?
99. An incurratur per simoniam completam tantum ex parte rei spiritualis?
100. An per traditionem rei spiritualis retrotrahatur ad tempus commissi criminis?
101. III. Infamia juris.
102. IV. Irritatio actus.
103. Beneficii Ecclesiastici adquisitio an irrita ipso jure?
104. Distributiones intuitu hujusmodi beneficii perceptas an lucretur reus?
105. Quid si per tertium sit commissa simonia?
106. Quid si obtento beneficio consenserit, solvendo pecuniam à tertio promissam, aut solutam reddendo.
107. Provisio facta ignoranti, dato aliquo in favorem ipsius provisi, an sit ipso jure nulla?
108. Et an procedat ista nullitas in simonia commissa contra jus Ecclesiasticum.
109. Irritatio adquisitionis in quibus beneficiis locum habeat.
110. An & in simonia conventionali impleta ex parte beneficii tantùm.
111. An in electione Rom. Pont. habeat locum.
112. Simoniacus in Ordine aut beneficio an privetur beneficiis prius obtentis?
113. Electio an sit irrita propter simoniam commissam in confirmatione?
114. Simoniacus in beneficio an inhabilis ad alia in posterum obtinenda.
115. V. Restitutio pretii pro re spirituali accepti.

116. *Restitutio hæc quo jure procedat.*
117. *Cui facienda.*
118. *Acceptum per simoniam mentalem an obliget ad restitutionem.*
119. *Restitutio an facienda ante sententiam?*
120. *VI. Irregularitas.*
121. *VII. Depositio.*
122. *Simonia confidentialis quæ dicatur.*
123. *Quibus modis committatur.*
124. *An locum habeat in permutatione beneficiorum.*
125. *Pœna hujus speciei.*
126. *Simoniæ vitium an cadere possit in Pontificem?*
127. *Pont. contrahens cum aliquo simoniacè an hoc ipso eum eximat à pœna.*
128. *Pont. exigens annatas an teneatur lege simoniaci ambitus?*
129. *An consuetudo faciat licitam exactionem temporalis pro spirituali?*
130. *Super culpa simoniæ an & quatenus dispenset Pont.*
131. *In pœnis an similiter Pont. solus dispenset?*
132. *Super simonia occulta dispensat hodie etiam Episcopus.*
133. *Pont. an dispensare possit quoad restitutionem pretii simoniacè accepti?*
134. *Modus & forma concedendi dispensationem.*

DE criminibus, de quibus Judex Ecclesiasticus cognoscit, subjicitur: & primò quidem de iis, quæ in Dei injuriam primariò comittuntur per actum aliquē sacrilegum, quoties sacra
1 violantur. *Inter quæ præcipuū locum quin obtineat Simonia, non venit dubitandum, quæ cōtinet gravem injuriam in Deū, cujus divina dona inæstimabilia vili pretio æstimantur, nō sine magna irreverentia; cum sit contra eorum excellentiam. Ut per humanum contractum & temporale pretium adquirantur, quod non potest non continere & maximū vilipendium, & irreverentiam gravissimam Divinæ Majestatis; quasi ipsa bonitas esset in ducenda & cogenda pecunia ad sua divina dona præstanda, quæ benè merentibus gratis abundè largitur. Cōtinet etiam injustitiam, quòd donum spirituale, ut sic, invendibile secundùm temporalem æstimationem, pretio taxetur. Vergit præterea in gravissimam Ecclesiæ perniciem, cum causset beneficia sæpius indignis conferri, electiones injustas fieri, prælaturas indignis conferri, qui [illegible] cti non tondere gregem, sed deglubere [illegible] docere, sed perdere. Excœcant enim [illegible] prudentes, & subvertunt verba justorum, [illegible] di 23. Ut ab omnibus, quibus timor Dei [illegible] di, vitium istud fædissimum sit habitum [illegible] lum malum detestabilius dicatur ab Alex[illegible] II. in *can ex multis I. qu. 3.* Et à plerisq; [illegible] hæresis simonica dicitur, ut patet ex [illegible] tibus, *can. Presbyter 3, can. qui studet* [illegible] *liqueat 13. I. q. 1. can. patet ult. q. 7.* & hæ[illegible] cedoniana peius, *can. eos 21. 1. q. 1.* Ut [illegible] chalis Papa omnia alia crimina, ad comp[illegible] nem simoniacæ pravitatis, quasi pro [illegible] putet *can. fin. 1. q. 1.* Cujus dictū repetens [illegible] bat Innoc. III. in *c. per tuas 32. h. t.* & [illegible] aggerandam istius vitii malitiam, cum [illegible] ter & per se non sit contrarium fidei, [illegible] non requirit errorem in intellectu fidei [illegible] rium. Suarez *de Simonia c. 1. nu. 6.* Ut [illegible] maximè detestandum hoc vitium, non [illegible] ideo magis infrequens in Ecclesia, prò [illegible] eo, quod in aliquam hominum utilitatē [illegible] det, divitiarum, honorumq; & dignitatum [illegible] petitum foveat; quia ita accendit protrahit [illegible] turpem hominum ambitionem, ut divini [illegible] ris immemores, saluti propriæ lucrum [illegible] temporale, aut vanum aliquem honorem [illegible] ponere, etiam cum perjurio non pudeat, [illegible] exclamare cum Petro Blesensi licet, in Epist. [illegible] *Octavianum legatione fungentem,* quem [illegible] Baron. *tomo 12. Annal. ad an. 1187. in prin.*

O curas hominum, ô quantum est in rebus [illegible] ane! O inanis gloria! O ambitio cæca! [illegible] honoris inexplebilis fames! O tinea cordium [illegible] marum subversio, cupiditas dignitatum [illegible] obrepsit hæc pestis? Vnde invaluit hæc [illegible] præsumptio, ut indigni dignitates ambiant [illegible] quanto minus meruerint ascendere ad [illegible] tanto importuniùs honoribus se importent [illegible] per fas & nefas, hodie animæ corporisque [illegible] crimine currunt infelices ad Cathedram [illegible] ralem, nec attendunt, quòd sit eis Cathedra [illegible] stilentiæ &c.

Origo, Definitio, Divisio Simoniæ.

RAtio nominis etsi aliquibus videatur [illegible] communiter tamen habetur tracta [illegible] mone Mago, improbo impostore, qui [illegible]

tempore Apostolorum Petri & Pauli; tum quia primus ille fuerit, qui in lege gratiæ hoc crimen admisit, dum voluit Spiritum sanctum emere, non propter ipsum, quo indignus erat, sed ut dona ejus haberet venalia, & ex eorum venditione per signa, quæ fierent, multiplicatam corraderet pecuniam, *can. Salvator* 1. q. 3 tum quòd hoc vitium per Apostolos in Simone isto primo sit damnatum, *Act. cap.* 8. D. x, lege gratiæ; nam & ante sub lege veteri huic vitio locum fuisse patet ex Giezi famulo Elisæi 4 Reg. 5. *d can. qui studet* 11. *& can. citò turpem* 141. q. 1. filius Heli, & aliis qui dona Dei venalia habuere, & per largitiones ea fuere cõsecuti. Jasonem multa talenta argenti Regi Antiocho obtulisse traditur 2. *Macha. 4. d. can. qui studet.* Caipham summum sacerdotium pretio obtinuisse habent historiæ. Vid Abb. in *c. extirpanda* 30. *in Repet. §. qui verò num.* 53 *sup. de præben.* Suarez *de Simonia c.* 5. *n.* 5. *& n* 11.

3 Simoniam aliqui definiunt esse sacrilegium, quod committitur in emptione-venditione, sive contractu quolibet, quo res spiritualis, ut talis, pro temporali commutatur. Suarez *d. Tract. c.* 1. *n.* 7. Communis & usitata ejus definitio est, quòd sit *studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel ei adnexum.* Dicitur, *voluntas*, quod eam habeat pro objecto, cùm ut omnis malitiæ, ita & Simoniæ radix consistat in actu interiori: & ad indicandum vitium hoc non tantum opere, sed & solo adfectu deliberato committi. Quò facit, quòd prima Simonia fuerit in Ecclesia sola voluntate & conatu. Ut non rectè aliqui Canonistæ ad perfectionem definitionis, addi velint particulam, *opere subsecuto*; quasi alias definitio non conveniret Simoniæ reali & conventionali. Nam cum dicitur voluntas emendi, vendendi, non excluditur actualis emptio-venditio studiosa sive deliberata. Actio enim ut sit simoniaca voluntatem illam includit, Azor. *Instit. Moral p.* 3. *lib.* 12. *c.* 1. *qu.* 5. Quò facit; quòd justitia à IC. definiatur per voluntatem, per quam actus non excluditur, qui justus dici nequit nisi ex voluntate procedat, ut traditum *Instit. de just. & jure.* Dicitur, *studiosa*, ad voluntatis electionem significandam, cum in omni vitio electionem voluntatis consequi sit necesse; quamvis quidem putent additionem istius verbi non necessarium, cum ad omnem actum humanum, sive bonum sive malum, deliberatio & imperium voluntatis desideretur. Verba *emendi & vendendi* non propriè sive strictè hic accipiuntur, sed generaliter, prout secundum leges XII. Tabb. accipi possunt, *l. statuliberi* 29. *in fine D. statulib.* pro contractu non gratuito æquivalente emptioni-venditioni, ita postulante ratione actus, de quo agitur: ut etiam permutatio, Do ut facias: Facio ut facias, & similes contractus, quibus res temporalis venit, concludantur.

Verba denique, *aliquid spirituale, vel ei adnexum*, indicant materiam, circa quam versatur 4
Simonia: quæ ut duplex, ita & duplicem constituit Simoniam; aliã, quæ versatur circa spiritualia, aliam circa non spiritualia, adnexa tamen spiritualibus. Spiritualia sunt propriè dona spiritualia supernaturalia, sive in se & per essentiam talia sint, ut gratiæ, virtutes infusæ, dona Spiritus sancti; sive ex parte causæ & per relationem ad spiritualem effectum, quia scilicet sunt causa bonorum effectuum, ut Sacramenta gratiã conferentia, sive ex parte effectus, sive per relationem ad causam spiritualem supernaturalem, ut actus prophetandi, qui ex causa spirituali nascitur, ordinaturque ad salutem & fidem Ecclesiæ. Adnexa spiritualibus propriè sunt ea, quæ cum in se sint materialia, ratione connexionis cum spiritualibus censentur spiritualia, & ponunt materiam Simoniæ. Dico propriè, nam sunt quædam spiritualia in se, adnexa quidem aliis spiritualibus, non tamen ideo minus verè spiritualia, nec inter adnexa computanda Inter adnexa computantur vasa sacra, non ut talia, sed ratione materiæ, vestes, beneficia, jus patronatus, & similia. Vid. Suar. *De Simonia c.* 9. *& c.* 23. *num.* 4. Azor. *d. c.* 1. *qu.* 1. Binsfeld. *ad Rubr. h. t. Not ab.* 7.

Circa hanc materiam malitiam Simoniæ ponit pretium interveniens, non tam propter inæqualitatem quàm irreverentiam, & abusum rei sacræ, ejusque contemptum & vilipendium secundùm dicta *sup. in princ.* * Quæ ideo damnatur, ut contraria divino, naturali & humano 5
juri, gravibusque subjecta pœnis, de quibus infra. De divino jure patet ex Veteri Testamento, ubi grave crimen commemorat Balaam,

qui

qui mercedem amavit iniquitatis, mercede conductus, ut populo Dei malediceret. & reprehenditur Jeroboam, quod Sacerdotia excelsorum pretio conferret, 3. *Reg.* 13. Elisæi Prophetæ famulus Giezi divinitus lepra est percussus, quòd à Naaman, ob curatam ab Elisæo lepram, munera accepisset, 4. *Reg.* 5. Patet & ex novo, *Act.* 8. ubi Simoni gratiam Spiritus sancti pecunia comparare conanti, inquit D. Petrus. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei pecunia possideri existimasti. Non est pars neque sors tibi in sermone isto: cur enim tuum non est rectum coram Deo.* Et ipse salvator *Matth.* 10. *Gratis accepistis, gratis date*, id est sine ullo pretio. Eodem facit, quod ipse Christus ementes & vendentes ejecerit è templo; quod plerique de simoniacis exponunt, ut videre est *d. can. ex multis cum* 2. *seqq.* 1 *qu.* 3. De naturali patet, quod dictat sancta tractanda esse sanctè, & pro dignitate sua nec æstimationi esse subjicienda inæstimabilia; quod ipsum continet genus injustitiæ, ut supra dictum, contrarium juri naturæ. De jure humano Ecclesiastico constat passim ex *hoc tit. & eod. in* 6. *ac variis locis decreti*, quibus simoniaca impietas reprobatur *ut 1. q. 1. 2. 3. 4. 6. & 7.* non tantùm quatenus committitur contra jus divinum aut naturale, sed & contra jus positivum Ecclesiasticum. Nam est & Simonia propria tantùm prohibita per jus Ecclesiasticum: ex cujus prohibitione dumtaxat habet actus suam malitiam, quam alias non haberet, seclusa Ecclesiæ prohibitione: Sic officium Oeconomi, Thesaurarii rerum Ecclesiasticarum habet quidem connexionem & adfinitatem cum rebus sacris, non verò tantam, ut ex natura rei sit Simonia vendere tale officium; accedente autem prohibitione Ecclesiæ est Simonia, *can. Salvator 1. q. 3. Azor. d. loco vers. Dubia quæstionis*, Binsfelt. *ad rubr. h. t. Tertia concl.* Suar. *c. 7. n. 7.*

6 Hinc aliam divisionem ponunt, quod alia sit simonia intrinsecè prohibita, quia mala, scilicet juri divino & naturali contraria, alia mala, quia prohibita, scilicet de jure Canonico. Qua de re ordine agendum, & postea quid nomine pretii veniat, videndum.

* * *

De materia Simoniæ, & primo ut est juris divini, idque circa Spiritualia.

CErtum est Simoniam intrinsecè malam esse aut prohibitam, quia mala est, committitur circa dona spiritualia, sive in se & per se spiritualia, sive ex parte causæ aut effectus. Addunt in *c. consulere* 38. *n.* 3. *h. t.* Unde non committitur Simonia in comparatione Spiritus sancti, sed & in collationibus sacramentorum *c. cum in Ecclesia* 9. *h. t.* in Eucharistiæ, cujus venditio maximè detestabilem, cum ipse Christus vendatur, *can. nullus* 100. *I. qu.* 1. eoque peior, si fiat usus, quæ res etiam horrendum continet sacrilegium Suarez *c.* 10. *num.* 1. dicendum de baptismo, de Ordine Extrema unctione, pro quibus non niæ labem pretium exigitur, *can. Baptismum* 99. *I q.* 1. Idem juris est in Confirmatione tentia, ex jam dicta ratione, *d. c.* 9. *h. t.* 10. *n.* 5.

Dubium, An circa Matrimonium trahatur? R. Excipi hoc à nonnullis Canistis, *Glos. in d. c. cum in Ecclesia* 9. *h. t.* illud gratia non conferatur, *can. can. honorantur* XXXII. *q.* 2. ubi munera sa matrimonii offerantur. Facit, ca matrimonium varia pacta interveniant dotem, donationem propter nuptias. Dicendum tamen, & circa matrimonium est Sacramentum [quale vere est, tiam conferens, estque de fide, *ad fin.* Trid. *Sess.* 7. *de Sacram. in gen. can.* 24. *de Sacram. matr. can.* 1. quidquid futiant insani deformatores Ecclesiæ posse æstimari pretio sine simonia, tur per *can quidquid* 101. *I. q.* 1. in cipio ponitur generalis regula de Sacramentis quòd venumdari penitus non debeant. facit, quod matrimonium admittat ecta; nam hoc ipsum non ut Sacramentum rum ut contractus humanus, in quo nicatio materialis, id est, rei corporalis corporali, intervenit per mutuam traditionem & acceptationem corporum. Ex quibus nihil repugnat pretium intervenire,

let æqualitas cõtractus, ad compensandam aliquam temporalem conditionem, veluti juventutem alterius, nobilitatem, formam, *c.3 sup. de condit. appos.* ubi valet conditio, *Duco te si censum dederis.* Sic & licitum est, dare quid parentibus puellæ, ut consentiant, & internuntiis, ut consensum procurent; hæc enim omnia ad contractum referuntur, non ad Sacramentum, quod per hujusmodi contractum non potest conferi venditum. Suarez *d. c. 10. n. 7. & seqq.* Binsfeld. *in c. ad Apostolicam 42. q. 2. h. tit.*

9 Q. II. An materia Sacramentorum secundùm se spectata ponat materiam Simoniæ? R. Materiam aliam esse remotam, ut aqua, oleum, crisma, vinum, panis, aliam proximam, ut lotionem, unctionem, verborum prolationem: illam absque dubio vendi posse citra maculam, quòd sit res merè materialis, non etiam hanc. Nam hujusmodi actiones spectant ad ipsa sacra ministeria, quæ in talibus actionibus consistunt. Deinde istæ actiones per se exiguæ sunt æstimationis, ut non possint moraliter vendi sine respectu ad sanctitatem. Ut & in his habeat locum *Gratis accepistis, gratis date.* Suar. *c. 11. per tot.*

10 Ubi alia dubitatio est, An res consecratæ vendi possint ratione materiæ, eo pretio, quo venirent non consecratæ? Resp. Pro negativa parte facere *can. sit quis 1. q. 3.* ubi dicitur, Ecclesiam vendi non posse, quòd sit consecrata: & subjungitur ratio, quòd quisquis horum alterum vendit, sine quo nec alterum provenit, neutrum invenditum derelinquat. Non potest autem consecratio esse sine materia, ut hac vendita, videatur & vendita ipsa consecratio. Estque communis sententia Canonistarum, res consecratas, quamdiu consecrationem retinent, vendi non posse; post amissam autem consecrationem per fractionem posse vendi: ut secundum eos calix consecratus & integer vendi nequeat, juxta *d. c. si quis*, fractus autem possit. Illas verò res, à quibus non potest separari consecratio, ut chrisma, oleum, panis, vinum, & similia, quod in his consecratio ita insit materiæ per confusionem, ut separari nequeat, non esse vendibiles, cum materia non sit amplius convertibilis adusus humanos. Et hæc sententia videtur placere *Gl. in can placuit 102. l. q. 1. & in c. Non satis 8. c. Ea quæ 16. & c. in tantum 36. h. e per ista jura* & sequitur Abbas in *d. c. 16.* Aliqui distinguunt, an in re composita ex materiali & spirituali minùs principale sit id, quod se tenet ex parte materiæ, tum vendi non posse; an verò id, quod est ex parte consecrationis, & tum vendi posse citra vitium. Aliter alii distinguunt, an materia rei sacræ sit magni valoris ut prudenter æstimari possit pretio, an verò exigua, quæ pro nihilo reputatur: illo casu pretio æstimari posse admittunt, non etiam hoc. Sed, omissis distinctionibus, quæ non habent sufficiens fundamentum, nec sufficientem rationem differentiæ, loquendo de his rebus ex solo jure naturali, & seclusâ Ecclesiæ prohibitione dicendum, eas secundum se spectatas non ponere materiam simoniæ, cum ut tales consideratæ sint quid merè temporale, atque ita æstimabiles pretio, cujus valorem non amittunt propter consecrationem; quo modo rectè venditur calix consecratus, vestis sacra, Ecclesia. Sic usus habet, cereas imagines benedictas sine piaculo vendi, quales vocant Agnos Dei. Eadem ratio obtinet in aqua benedicta, oleo, & similibus, quòd materia eorum sit æstimabilis. Non sunt tamen hæ res convertendæ ad usus profanos, propter earum reverentiam. Cavendum etiam, ne ejusmodi rerum pretium augeatur, ratione consecrationis, quia res carius æstimaretur, quatenus est spiritualis non sine simonia, cùm carior æstimatio fiat secundum qualitatem, quæ non est pretio æstimabilis Suar. *c. 14. n. 6.* Navarr. *in summa c. 23. n. 108.* Guil. Redoan *De simonia p. 3. c. 16. in princ. & c. 17. n. 6. & seq* Binsfeld. *in rubr. h. t. Quarta concl.* Non obstat *d. can. si quis objecerit*, quia in illo agitur non de materiali Ecclesia, an vendi possit, sed de dignitate Episcopi, aut Abbatis, aut ordine Ecclesiæ. Vera enim istius can. lectio est *Nam cum corporalis Ecclesia Episcopus aut Abbas &c.* non etiam, *corporalis Ecclesia, aut Episcopus &c.* ut videre est in Decreto correcto per Greg. XIII. Suar. *d. c. 14. n. 13.* Ut dicendum sit, regulam ibi positam procedere, quando spirituale est principale; tunc enim, temporali adnexo vendito, non potest dici non vendi spirituale; uti vendita præbenda, venditur & jus spirituale, cui est adnexa præbenda. Si verò ipsum temporale sit principale, ejus venditio non adficiet spirituale

adnexum, ut patet ex dictis supra *de jure patron.* Si quis tamen litteræ Gratiani adhærere velit, dici poterit, esse ibi sermonem formalem de Ecclesia, ut includit benedictionem; sic enim vendi non potest, quia simul venderetur & materiale & spirituale. Non obstat *d. can. placuit*, & alia loca supra allegata; quia in illis est sermo de collatione chrismatis, quæ fit per usum in solemnitate Baptismi, aut Sacramenti Confirmationis, aut extremæ Unctionis, quia est inæstimabilis actus iste, cùm sit sacramentalis.

11 Dubitari iterum posset, An Sacramentalia ponant materiam Simoniæ? R. Adfirmativè, Quod sint Ordinum functiones, quæ non possunt fieri nisi à Sacerdotibus, & actus propriè spirituales, à potestate supernaturali procedentes, & ad finem spiritualem ordinati. Eius ordinis est consecratio Ecclesiæ, calicis, benedictio aquæ, vestimenti, nubentium, *cap. 9. ubi Glos. V. Benedictio h. t.* ubi improbatur consuetudo, qua aliquid pro benedictionibus nubentium exigitur, & ejusmodi res dicitur continere horribilem venalitatem. Huc etiam pertinent cæremoniæ, quæ in sacramentis solemniter exhibendis fieri solent. Hæc ita de iis, quæ data aut exacta in pretium Sacramentorum, non coactè, Navar. *d. c. 23. n. 99.* Redoan. *d. c. 17. n. 18. & 19.* Suar. *d. c. 14. n. 2. & 3.*

12 Quæstio item est, An citra labem hanc in necessitate quis rectè pretio inducat eum, qui aliàs ministrare non vult Sacramentum? R. Aliquorum esse sententiam, id neutiquam permissum esse, propterea quod emere Sacramentum sit intrinsecè malum, utpote contra jus divinum, ut nullo casu fieri possit licitum, secundum Apost. ad Rom. 3. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona. Dicendum tamen, in extrema necessitate licitum esse isto casu dare pecuniam, non ut pretium Sacramenti, sed ut removentem impedimentum pravæ voluntatis & avaritiæ. Exemplum ponitur communiter in Baptismo, sine quo gravissimum damnum infertur non baptizato, scilicet perpetua damnatio. Quæ causa est sufficiens, ut pretio redimatur impedimentum & vexatio, & evitetur istud damnū, non tamen tamquam Sacramenti pretium, etiamsi ita velit accipiens, cujus menti non debet se conforma-

re illud offerens, quem excusat [illegible] mendi vexationem, & satisfaciendo [illegible] alterius. Qui si nolit alio modo dare [illegible] quam in pretium Sacramenti, & hoc [illegible] am vel irrisionem Sacramenti velit, [illegible] cuniæ oblatio foret isto casu intrinseca [illegible] non separabilis ab injuria Religioni [illegible] atque ita non licita, ut potius [illegible] permittendus sit mori juxta, *c. sicut [illegible] qua vi.* Ubi aliqui distinguunt inter [illegible] & adultum, quod in illo id liceat propter [illegible] mam necessitatem, non in hoc, quia [illegible] non detur extrema necessitas, quasi [illegible] remedio sibi providere. Verum [illegible] possit dari gravissima necessitas, quibus [illegible] eo dicendum? cum in adulto non [illegible] pecuniæ ponat irreverentiam Sacra[illegible] dignitatis ejus deminutionē, quam [illegible] Ut quod licet pro alio facere in [illegible] salute, id & pro se liceat, ex majori [illegible] & inclinatione caritatis ad curandam [illegible] am salutem, cum uti pro parvulo non [illegible] tur per oblationem pecuniæ æstimat[illegible] mentum pretio, sed solum redimere [illegible] removere impedimentum turpis [illegible] ita & in adulto: qui non potest rideri [illegible] ri peccato accipientis, cum rem necessa[illegible] salutem petendo, uti potest, rectè uten[illegible] tia alterius, qui alio modo non vult [illegible] remedium necessarium. Ut in casu simi[illegible] promittuntur usuræ Juramento ei, qui [illegible] mutuum dare non vult, ut dictum sup[illegible] *jur. n. 53.* Panorm. *d. c. 9, nu. 5.* ubi [illegible] distinguit inter infantem & adultum [illegible] dum jam dicta. Et hoc ita in eo, qui [illegible] ctus negat baptizare sine pretio. Idem [illegible] de eo, qui ductus odio, aliove pravo [illegible] cum eadem hoc in casu militet ratio [illegible] enim offertur pecunia tamquam pretium [illegible] cramenti, sed tantum ut remisso odio [illegible] vo adfectu, quem alio modo non vult [illegible] tere, baptizet; ut non tam indocat ad [illegible] sed ad minus malum, quia minus est [illegible] pecunia baptizare extremè indigentem, [illegible] illum sine necessario remedio relinquere. [illegible] ra de hac quæstione Azor. *d. p. 5. lib. 12. [illegible]* Suar. *c. 12. n. 13. & seqq.* Less. *De Just. & [illegible] 6. c. 35. dub. 7.* Dicta etiam obtinent [illegible] mento Pœnitentiæ, quod necessarium [illegible]

extremis constituto, cui est conscientia peccati mortalis: nam & iste utitur jure suo redimendo vexam, qua injustè opprimitur à negante admittere ad pœnitentiam, nisi data pecunia, *arg. c. dilectus 28. h. t.* ubi vexæ redimendæ causa quid licitè datur, Azor. *d. c. 3. qu. 4.* Suar. *c. 19. n. 7.*

13 Ponunt & materiam Simoniæ electiones, præsentationes, collationes Ordinum, beneficiorum, dispensationes super votis, juramentis, matrimonii impedimentis, irregularitatibus, & denique omnes actus procedentes à potestate Ordinum, in quocumque ejus gradu seu ordine, non tantum majorum, ut Sacerdotii, Diaconatus, Subdiaconatus, quia & horum munera sunt spiritualia, verum etiam minorum qui regulariter spirituales sunt, ut vendi nequeant citra labem. *Doct. in c. Consulere 38. h. t.* Silvester *V. Simonia q. 9.* Suarez *c. 13. n. 1. & 2.* Possent tamen actus esse tam materiales secundum se, ut nisi accedat Ecclesiæ prohibitio, non ponat materiam Simoniæ, si non exerceatur ut actus ordinis, sed ut à laico fieri potest: ut officium Ostiarii, ad quod spectat aperire, claudere fores, excludere eos tempore Sacri, qui adesse prohibentur, custodire res mobiles Ecclesiæ, quæ res laicis committuntur. Suarez *d. c. 13 in fine.*

14 Primæ tonsuræ collatio huc rectè refertur, quæ etsi Ordo non sit, est tamen dispositio ad Ordines, ut sit quid spirituale, cũ per eam sanctificetur persona, Deoque dicetur, in sortem Ministrorum ejus adnumerata, ut pro ejus collatione pretium dare & accipere sit simonia, *arg. c. cum contingat 11. sup. de ætate & qual. ord.* In cujus fine tonsura in lata significatione dicitur Ordo Clericalis. Adde Trid. *Sess. 21. de reform. c. 1.*

15 Ponunt & propriam Simoniæ materiam officia divina, prout fiunt in Ecclesia ex Ecclesiastica institutione per Ecclesiæ Ministros, ut pro illis quid dare tamquam pretium sit simonia prohibita, quia mala, quia hujusmodi officia habent quid spiritualitatis, ut sint inæstimabilia pretio. Cujus ordinis sunt exequiæ, suffragia mortuorum, *d. c. suam 29. c. ad Apostolicam 42. h. t.* Redoan. *de Simonia p. 1. c. 30. n. 6. & p. 3. c. 16 n. 34.* Suar. *c. 15. n. 3. & seq.* Et hoc quoad pretium; nam stipendium rectè petitur, ut & id quod ex consuetudine offertur, modò sit laudabilis, *d. c. 24.* Intelligendum autẽ hoc quoad actus funerũ spirituales, ut orationes, psalmodias, litanias, & cætera concernentia divinum officium, & suffragia Ecclesiæ: nam sunt & non spirituales, uti corpus defuncti deferre, sepulturæ tradere, cooperire, & similia, quæ cum nihil spiritualitatis habeant, sed tantum sint corporalia, pretio æstimantur citra labem. Suar. *d. c. 15. n. 7.* Processiones Ecclesiasticæ publicæ fieri solitæ in honorem Sanctorum, aut ad impetrandum divinum auxilium in necessitatibus, ad officium divinum cum pertineant, idem de iis judicandum, quod de hoc dictum supernùs. Suar *d. loco n. 8.*

Quæritur autem, An pro ingressu in Religionem quid accipiatur citra labem? R. Cum status sive ingressus Religionis sit maximè spiritualis, tam ex parte principii, quod sine dubio est Spiritus Sanctus, quàm ex fine proximo, & per se, qui est cultus Dei perfectus & spiritualis profectus ingredientis, ex natura rei & ex vi juris divini Simoniam committi, si ex pacto quid recipiatur pro ingressu, *can. nullus 1. q. 2. c. non satis 8 c. veniens c. 19. de regular. 25. c. quoniam 40. h. t.* quibus locis hoc ipsum declaratur simoniacum, atque ita recepti dicuntur dimittendi. Dico, ex pactojnã quod sponte & liberaliter offertur, est extra labem, cum per hoc non æstimetur res sacra pretio, si non tam detur pretium pro ingressu, quàm pro alimentis & sustentatione necessaria. Quamvis nec eo casu videatur licitũ quid accipere, cum jus vivendi ex bonis Monasterii sit adnexum professioni. Non potest tamen ea res dici esse contra jus divinum, cum congruam sustentationem ab ingrediente requirere non sit per se malum, quod non tam detur temporale pro spirituali quàm pro temporali, scilicet pro oneribus ingressui adnexis, quibus non sufficit Monasterium, ut colligere est ex Trid. Sess. 21. *c. 2. de reform.* ubi nemo ad Ordines admittendus dicitur, nisi qui beneficium habeat, aut cui aliunde provisum sit de alimentis. Vid Azor. *d. lib. 12. c. 16.* Redoan *p. 2. c. 29. n. 5. & seq.* Binsf. *ad c. cum in Ecclesia 9. q. 2. h. t.* Suar. *De simonia c. 17. n. 4. & seq. & de censuris Disp. 22. sect. 5. n. 5.* Less. *d. c. 35. dubit. 12 & quæ dixi ad tit. D. de ambitu n. 7. & seqq.* 16

Q. II. An jure Ecclesiastico id ipsum sit prohibitum? Resp. Id posse videri, ex eo, quod 17

isto jure sit prohibita omnis pactio circa spiritualia & ingressum Religionis; quam in partem adferuntur varia loca, *d. can. nullus I. q. 1. d. c. non satis, d. c. veniens & c. de regularib. h. t.* quæ loca cum non loquantur nisi de ingressu simoniaco; pro quo scilicet pretium datum erat & nullus extet locus, quo prohibeatur ejusmodi oblatio pretii, nisi in casu, quo Monasterium est dives, non etiam, quando pauper est, & inopia tanta laborat, ut sustinere commodè novum Religiosum nequeat, dicendum, id non esse illicitum de jure Ecclesiastico.

18 Obstare videtur *d. c. quoniam* 40. *h. t.* in quo fit specialiter prohibitio Monialibus, ne pecunia pro earum ingressu exigatur paupertatis prætextu. Verum, ut Glossa indicat, agitur ibi de Monasteriis, quæ falsò prætendebant paupertatem, ut colligitur ex verbo, *prætextu*, dicitur enim propriè *Prætextus*, quando res verè non subest. Potest etiam intelligi *d. c.* in casu, quo prætextu paupertatis veræ plus multò exigatur, quàm sustentatio requirit, quod ipsum videtur exigi nomine ingressus, quod proinde intrinsecè malum.

Non obstat *c. 1. §. sanè de statu Monach. in 6* nam quod ibi dicitur, non debere plures recipi, quam ali possint, est ratione gravaminis, quod cessat, quando ingrediens necessaria sibi secum defert. Quo modo & accipiendum *c. tuæ nos h. t.* quod culpabiles judicat & recipientes & offerentes, qui aliter non erant admissuri, nisi bona temporalia deferat secum ingressurus; nimirum si Ecclesia abundet, non etiam si pauper sit.

19 Denique nihil obstat, *Extravag. 1. eod.* quæ prohibet quidquam recipi ab ingredientibus, quod hoc sit detestabile, scilicet extra casum necessitatis; nam ea posita, nihil continet vitii. Ita tenet Navar. *tract. de reditibus Eccl. q. 1. Monito ult. n. 2. & in summa c. 27. n. 106.* Suar. *d. c. 17. nu. 7. & seqq.* & probatur ex ipso textu *d. Extravag. 1.* in cujus principio dicitur, *detestabilis reprobata servatur abusio*: ut ibi Pont. ad casum ante prohibitum se referat, qualis est in casu, quo Monasterium est dives, non etiam, quo pauper. Patet etiam ex aliis verbis, quibus prohibet pastus sive prandia, pecunias per modum distributionis, jocalia, resque alias, quæ non sint necessariæ oportet. Unde ut res extra vitium ponatur, sit Mon... tenue, quo alias non careret. Deli... iam aliqui, ut pactum nullum inter... si hoc faceret rem prohibitam, Glo... *Non satis*. Verùm hoc intelligendum ... circa res illiceitas, non etiam circa ... stentationem, quæ licitè petitur & ... Azor *c. 16. qu. 1. vers. si autem, ubi trad... liter fiat pactum hac in re*, Licet ... ret prohibitum, dare quid pro sust... jure Canonico, posset tamen de con... abrogata ejusmodi prohibitione ... induci, cum sit juris humani, cui ... potest prævalere. Quæ hac in parte ... dici corruptela, nec irrationabilis, ... pastu seu prandiis in ingressu exhi... quæ etsi temeritate prælumptuosa ... Pont. in *d. Extravag. 1.* consuetudi... usmodi prandia non reficit, sed ... quidem solemniter ac sumptuosè ... fastu, etiam ad æmulationem, per... id ipsum Religionum Superioribus ... exigentibus, quod tamen dicere non ... tem præscribentibus certa fercula, ... constat, fortè à voluntarie offerentibus ... um est credere, & permissum per *d. ... 1. §. illa dumtaxat.*

Q. III. An quid simoniaci inclu... cere aliquem spe lucri ad ingressum ... Allicere sive ad Religionem, sive ad ... sionem, sive ad aliam quamcumque ... viam, à qua aberrat beneficentia, ... citiæ signis adfectum ejus provocat ... in se vitii includere; cum & inter... cantis sit optima, & pacto cessante ... dici ejusmodi virtutis opera pretio ... Et probatur *can. debet penult.* ... dicit August. unumquemque debere ... mum suum adducere ad colendum ... disciplinis vel beneficentiæ consi... est donis, beneficiis Idem habet *can. ... ra dist. 45.* Cavendum tamen, ne ... beralitatis faciat alterum fictè, potius ... versionem induci, quàm verè, cum ... di excessus contineat importunas ... habent vim coactionis, quæ rogatum ... ret periculo fictionis & inconstantiæ ... ita actus iste non foret sine peccato ... traSimoniæ labem. Vid. D. Th. 2. 2. ...

3. ad 4. Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 39. nu. 4.* Suar. *De simonia c. 16. nu. 5. & seqq.*

21 Tantùm est quæstio, an pacto expresso vel subintellecto id liceat? Resp. Non licere, expressè tradi in *can. quampio. 1. q. 2.* quòd istud donum descendatà Patre, ut pro illo munus accipiens videatur vendere donum Spiritus Sancti, & offerens emere. Et facit pro hac parte regula generalis, quæ reprobat pacta, & conventiones in spiritualibus, *c. fin. sup. de pactis, c. quæsitum de rer. permut.* His tamen non obstantibus, dicendum, Nihil illiciti continere, largitione & beneficentia aliquem invitare ad Religionem, Baptismum aliave opera pia & spiritualia, etiam pacto prævio, propterea quod non possit dici continere malitiam Simoniæ, cum intentio promittentis non sit, ut quid emat sibi, aut quid recipiat, & recipiens non obligetur ad quid reddendum, sed tantum quid sibi operetur, ut dici non possit dari quid tamquam pretium rei piæ aut spiritualis. Sic licitum est instituere hæredem, vel legare quid, in casum ingressus, baptismi, si ingrediatur, baptizetur, uti dictum suprà *De Regularib. num. 14.* & plura hac de re Sanch. *d. disp. 39.* item Navarr. *in can. inter cætera II. q. 3. concl. 5. n. 20.* Et hoc citra coactionem & obligationem necessariò ingrediendi: ut, si ingrediatur, habeat relictum aut promissum, alias non. Quæ res non potest continere labem, uti probatur, *c. 2. de condit. appos.* ubi, si dominus manumiserit servos sub conditione ingrediendi, qui aliàs servituti iterum subdentur manumissione subsecuta, non licet illis Monasterium deserere. Unde patet conditionem non esse vitiosam. Sic nihil continet labis damnato ad mortem concedere vitam sub conditione ingressus, cum nec cogatur ad Religionem, nec vendatur Religio, sed optio illi detur, ut inter duo eligat, in quo illi fit gratia, quia minus malum hoc est, quàm cogi ad moriendum Suarez *d. c. 16. n. 16.* Quòd si promissio contineat tale pactum, quo determinatè maneat quis obligatus ad Religionem, aut conversionem, aut Sacramentum suscipiendum, videtur non esse licita, ut non vacans labe ista. Videtur enim ejusmodi opus pretio æstimari, juxta *d. can. quampio*, qui eo in casu accipiendus. Ut non obstet, quòd ejusmodi promissio videatur liberalis, quia hoc verum est, quando optio libera est ei, cui fit, non etiam, quando inducit absolutam obligationem, est enim tunc onerosa illi, qui accepta donatione, cogitur omninò facere quod inordinatum est, non respondens sanctitati dictorum statuum, ut pretio ad eos suscipiendos obligetur.

Quæritur &, An actus jurisdictionis Ecclesiasticæ sint materia Simoniæ? R. Quoad internum forum non esse dubium, pro absolutione impetranda aut concedenda pretium dari aut exigi non posse, citra labem, nec etiam pretii causa minui vel augeri pœnitentiam, *c. nemo 14. h. t.* aut delegari alteri jurisdictionem fori interni, eo quòd res spiritualis videatur pretio æstimari. Si tamen absolutionis denegatio cedat in detrimentum grave, videtur danti licitum esse redimere vexationem injustam pretio, cum dantis intentio non sit emere absolutionem, sed tantùm tollere pravum appetitum & adfectum impedientis; quod nihil mali involvit, secundum dicta sup. *eod. n. 12. Gl. in c. ad aures 24. & c. dilectus 28. h. t.* Redoan. *p. 3. c. 21. n. 6.* Suar. *c. 19. n. 7. & 8.* De jurisdictione fori externi idem sentiendum, cum & ista sit spiritualis res, ad spiritualem & supernaturalem finem tendens, pro qua pretium intervenions ponit labem simoniacam. 22

Quod Primò procedit in communicatione jurisdictionis vel ordinariæ vel delegatæ, *c. 1. & 2 inf. tit. seq. 23* Suar. *c. 20. n. 4.* Unde non licite Vicarius Episcopi constituitur pretio, nec aliquod ministerium ista via committitur sine vitio, *cap. ad nostram 12. h. t.* Et hoc quatenus est pretium; nam stipendium sustentationis numquam excluditur.

Secundò, In omnibus actibus jurisdictionis voluntariæ, ad effectum spiritualem ordinatis. Cujus ordinis sunt, relaxationes juramentorum, dispensationes super legibus Ecclesiasticis, votis, irregularitatibus, impedimentis matrimoniorum: prohibitum enim pro ministerio Ecclesiastico, ad quod spectant ejusmodi, & Ecclesiasticis functionibus aliquid recipere *d. c. 21. h. t.* Et Trid. *Sess. 24. c. 5. de refor. & Sess. 25. c. 18. de regularib.* dispensationes vult gratis fieri, sunt enim actus supernaturalis potestatis, spirituales & ex parte principii, & ex parte finis cum tollant vincula conscientiæ. Suarez *d. 6. 20. n. 8.* 23

24 An ergo non licet quid persolvere, secundum stylum Curiæ Romanæ, ad obtinendas dispensationes? R. Ita stylum Curiæ habere, sciente & permittente Pontifice, non tamen id, quod solvitur, dari ut pretium dispensationis, quod ponit Simoniam juri divino contrariam, in quo non dispensat Pont. sed vel in sustentationem Pontificis, statusque ejus onera sustentanda, quod non est contra jus divinum, nec etiam contra jus Ecclesiasticum, & si esset, posset hoc mutare Pont. si ita expediat; vel ut impenda ur in aliquod opus pium, per quod fit commutatio unius operis in aliud, uti in dispēsationibus votorum, vel denique in pœnam prioris delicti, unde contractum impedimentum, super quo dispensandum; quæ non possunt dici involvere quid illiciti. Unde consuetudo tali modo aliquid exigendi fuit tolerata, & quasi approbata per multos Pontifices pios & sanctitate nobiles: ut non sit tamquam illicita rejicienda, cum stylus Curiæ Rom. jus faciat. Et Curia Rom. ab omnibus tamquam magistra servanda, ut tradit, varios allegans, Guil. Redoan. *De Simonia p. 1. c. 21 n. 10.* Suar. *d. c. 20. n. 10. & seq.*

25 Quæritur autem, An idem permissum Episcopis, ut in dispensando in casibus ad se pertinentibus aliquid exigant? R. Negantium sententiam veriorem esse, quam multis defendit Navarr. *cons. 18. de pœnit. & remiss.* quam & alii probant, ex ratione, quòd jure communi sit prohibitum pactum super spiritualibus, *c. fin. sup. de pactis.* Et dispensationes gratis fieri sit præceptum, quæ aliàs subreptitiæ censebuntur, Trid. *Sess. 25. c. 18. de reform.* Ut Episcopis non liceat hac in re quidquam immutare, cùm subsint juri communi, quibus proinde relaxationes, aut dispensationes suarum censurarum sub certo pretio sunt denegatæ, permissæ autem soli Pontifici. Non est tamen deneganda licentia Episcopis imponendi onus eleëmosynæ per modum commutationis in dispensando super votis, observatione festi, & similibus. Dico, eleëmosynæ, in pauperes vel pia opera distribuendæ, nam ut sibi applicent, non careret specie simoniæ, saltem non turpis avaritiæ Suar. *d. c. 20. num. 14.* Less. *d. c. 33. Dubit. 9.*

Tertiò procedit in omnibus actibus jurisdictionis Ecclesiasticæ contentiosæ sive involuntariæ quòd ejusmodi judicia inter munera Ecclesiastica computentur. De absolutione à censura in foro externo, quæ est pars judicii, habetur in *c. ad aures 24. h. t.* deferente testimonium reconciliationis pro pretio in *c. Nemo 14. h. t.* Ut etiam sportulas denegatas Judici vide [illegible] norm. *in c. cum ab omni 8. n. 9 & 10. sup. de [illegible] & honest. Cleric.* Proceditque idem in [illegible] actu, in quo exercetur potestas supernaturalis gratis data à Deo ad gubernandam Ecclesiam, ideoque pretio non vendenda. Redoan. [illegible] *n 13. & seq.* Suar. *d. c. 20. n. 16.* Stipendium [illegible] sustentationis accipere non videtur illicitum, quia hoc nihil ad actum judicii Ecclesiastici [illegible] hoc ita quoad actus jurisdictionis Eccl. [illegible]

Sunt etiam actus merè politicam [illegible] concernentes, & humani, veluti de [illegible] & injuriis, de bonis temporalibus, [illegible] Clericos litigiosa, de legitimando ad [illegible] profanos & bona temporalia. *De quibus [illegible] ritur, An & circa eos pretium intervenientes [illegible] nat Simoniam? R. Aliquibus videri, [illegible] actus sint merè politici, etiamsi à jurisdictione procedant Ecclesiastica, non tamen [illegible] tinere Simoniam contra jus divinum, [illegible] tum contra jus Ecclesiasticum, à quo [illegible] biti. Dicendum tamen, quatenus & [illegible] dunt ab Ecclesiastica & spirituali potestate continere Simoniam, ex vi juris divini. [illegible] enim committitur, quod pro actu procedente à potestate sæculari, ut talis est, recipiatur [illegible] tium; quem nomine officii debuerat [illegible] concedere, *Gl. 1. in c. 2. sup. Tit. 1.* Est [illegible] risdictionis spiritualis formaliter ac [illegible] ritualis, ut nihil mutet, quod interdum [illegible] ria proxima actus possit esse temporalis [illegible] litica. Dico ut talis est, nam si procedat [illegible] propria & directa temporali jurisdictione [illegible] quam habere multos Prælatos certum est. [illegible] cendum, tales non fieri simoniacos [illegible] tervenientis pretii, cū non procedant à [illegible] potestate Ecclesiastisia aut spirituali, sed [illegible] temporali, licet exerceantur à Judice [illegible] quod non considerandum. Vid. Suar. *d. c. [illegible] 17. & 18. & 19.*

Quid in Officialibus Judicum, Notarii aliisque scribentibus, acta, instrumenta, [illegible] ras testimoniales? Resp. Uti Episcopo [illegible] tum manum, quam imponit, vendere, [illegible]

ministris ejus ac Notariis vocem & calamum in ordinatione, *cap. 1. h. t.* ubi ne quidem pro charta quid accipiendum. Conc. Trid. *Sess. 21. c. 1. de reform.* pro collatione Ordinũ, Clericalis tonsuræ, pro litteris dimissoriis, testimonialibus, pro sigillo, aliave de causa etiam sponte oblatum accipere quidquam prohibet Episcopis, sub pœnis juris, ultra divinam vindictam. Notariis verò in locis, ubi non viget laudabilis consuetudo nihil acipiendi [quæ nullibi viget, imò contraria quid accipiendi passim pia & laudabilis habetur] dumodo salarium non habeat constitutum pro officio permittit accipere decimam aurei partem, id est sex asses, ut vocant, ne tamen inde quid emolumenti cedat Episcopo. Ultra accipere, nihil obstante cõtraria consuetudine, inhibitum. Unde Navarr. *Cons. 2. h. t.* reprobat consuetudinem Romanam accipiendi unum aureum pro subscriprione vel registratione datarũ, & pro sulpensione sigilli. Verùm ut ita sit in literis ordinationum & beneficiorum, tamen aliùd dicendum in Officialibus Judicum, quos nihil vetat quid accipere pro laboribus in scribendo, expediendo literas: quia hoc per se non est malum, cum labor, qui non est sacer, æstimetur licet circa rem sacram versetur accidentaliter tantùm, uti mox dicetur; ut nihil subsit labis neque ex se, neque ex prohibitione Ecclesiastica. Nec obstant jura in contrarium allegata, quia loquuntur de Ordinibus & beneficiis; ut non stante eadem ratione ad hunc casum non sint extendenda. Et ut fuerit quædam prohibitio Ecclesiastica, ea per consuetudinem Romanam, sciente Pontifice esset abrogata, Navarr. *in Summa c 25. n. 54* Suar. *d. c. 20. n. 10. & seq.* Binsf. *ad c. 1. concl. 3. 4. 5. h. t.*

a8 Quæritur autem, An sit Simonia, dare quid pro omissione actus spiritualis? R. Primò. Nihil involvere mali, pretio inducere, ut quis abstineat ab actu, spirituali licet, quem injustè aut sacrilegè aut simoniacè facturus est. Ratio est, quia hoc nec per se malum est, cum dans non intendat emere rem spiritualem, sed tantum impedire peccatum injustitiæ aut similis vitii; quod per se bonum esse negari non potest, etiam pretio mediante; uti licere supra diximus, pretio invitati ad bonum, veluti conversionem: nec prohibitum inveniatur per Ecclesiam. Nam quod attinet ad *cap. nemo 14. h. t.* non loquitur in isto casu, sed alio, ut mox videbitur. Quæ non tantùm ex parte dantis procedunt, verum & ex parte accipientis; qui licet turpiter accipiat, & repeti acceptum ab eo possit *l. 1 in fine & l. 2. D. de condict. ob turp. caus.* non potest tamen dici notatus labe hac, cum non vendat usum rei sacræ, sed tantum usum libertatis. Unde patet, quid dicendum de dante pecuniam elegentibus, ne eligant indignum; talem scilicet non videri infectum hac labe, propterea quòd pecuniæ interventus tantùm contineat meram redemptionem injuriæ & injustæ læsionis, qua adficeretur Ecclesia per electionem indigni, cui jus est, ut habeat Prælatum dignum, juxta dicta sup. *de elect.* Ut ejusmodi redemptio sit vexæ injustæ, quæ licita est, quamvis ex parte accipientis sit injustitia, uti dictum paulò ante Less. *d. c. 35. d. 19* Suar. *c. 22. n. 7. & 8. & c. 30. nu. 24.*

Secundo R. In usu negativo spiritualis jurisdictionis per solam omissionem posse committi Simoniam ratione pretii intervenientis, quoniam talis omissio moraliter censetur prõvenire à dicta jurisdictione: habetque effectus morales illi proportionatos; cujus ordinis est denegare pœnitenti absolutionem à censura, aut eum nolle reconciliare, ratione pretii, de quo agit *d. c. nemo 14. h. t.* ex ratione, quòd omissio rei debitæ æquiparetur commissioni, *c. qui non facit 64. D. de R. I. l. in fraudem D. qua in fraud. cred.* nec sit merum ens rationis, sed exerceatur per aliquem actum positivum, quo Ecclesiasticus Judex declarat se nolle absolvere, aut hominem non esse dignum absolutione. Quæ declaratio continet quemdam usum & exercitum Ecclesiasticæ potestatis, quod non magis potest pretio æstimari, quam ipse actus absolutionis, quia æque pertinet ad supernaturalem ordinem. Ut qui taliter omissionẽ vendit, virtute vendat jurisdictionem spiritualem, quia non habet æstimationem, nisi quatenus aliquo modo habet ab illa moralem quamdam efficaciam. Deinde denegatio propter pretium absolutionis non est sine magna irreverentia Sacramenti Pœnitentiæ & judicii spiritualis, cum virtute contineat condemnatoriam sententiam per spiritualem potestatem, & proinde Simoniam, propter pretium. Quod si omissio non sit actus spiritualis jurisdictionis,

nis, non potest dici ponere materiam Simoniæ; quatenus tamen omissio secundum se spectatur. Sic omittere Missam pretii causa, aut non ordinare, non est materia Simoniæ, quia non est actus potestatis Ordinis, sed solius arbitrii. Sic & dare & accipere pecuniam sub promissione non ingrediendi, non potest dici simoniacum, quia nihil spirituale venditur, & licet possit habere aliquam malitiam adjunctam ea res, nihil tamen hoc ad Simoniam; nisi intuitu spiritualis alicujus boni omissio æstimetur pretio. Exemplum est in cap. Matthæus 23. *h. t.* ubi qui dedit contradicentibus in celebranda electione pretium, ut quiescerent, & eo modo obtinuit, dicitur simoniacus, quia videtur ipsa electio pretio æstimata, atqui ita pro spirituali datum pretium. Vide latius de hac quæstione Suarez *d. c.* 22. *num.* 4. *& seqq.* Binsfeld *ad d. c.* 14. *h. t.* Less. *d. c.* 35. *Dubit.* 11.

De materia Simoniæ circa adnexa spiritualibus.

HÆc de ea Simoniæ specie, quæ contingit circa spiritualia. Restat videamus de iis quæ sunt adnexa spiritualibus, quatenus in se sunt materialia, secundum dicta supra *h. t. in princ.* * Ea tripliciter se habent: quædam enim
29 considerantur ut causa ejus, cui sunt adnexa & dicuntur adnexa antecedenter, & secundum se tempore præcedunt spiritualia, ut Jus patronatus, Jus sepulturæ, sacra vasa, templa, vestes & similia, idque ratione materiæ: quædam ut effectus, qui se habet consequenter ad causam, quam sequitur, cujus ordinis est beneficium Ecclesiasticum, jus percipiendi decimas, oblationes, primitias, proventus ratione Canoniæ. Ponunt & aliqui tertium ordinem, quòd quædam sint adnexa concomitanter, cujus ordinis est labor adnexus spiritualibus officiis, v. g. celebrandi Missam, consecrandi Ecclesias, conferendi Ordines, dicendi Horas Canonicas, Officium divinum.

His præmissis, ponendæ Regulæ aliquot. I. Adnexum spirituali, quatenus tale ratione connexionis, vendi non posse; quia spirituale videretur pretio æstimari.

II. Adnexum, antecedenter per se spectatum vendi posse, etiam supposita connexione non tamen ratione illius: quo faciunt dicta [illegible] rius *n.* 10. calices, templa, vestes, similesque consecratas secundum materias esse [illegible] æstimationis, easque pretio computari [illegible] citra omnem labem, quòd materia [illegible] æstimetur; modo non carius, ratione [illegible] nis cum re sacra, quia res ista saperet [illegible] rez *c.* 23. *n.* 8.

Quæstio autem est, An Jus patron[illegible] di possit? R. Hic non quæri, an cum [illegible] te, cui adhæret, transeat, quod dictum [illegible] vitio, *sup. de jure patron. n.* 20. sed an [illegible] sit vendi? Quod posset videri, [illegible] ab Ecclesia manarit, I. Quòd sit [illegible] ne laicis, qui non sunt capaces spiritu[illegible] Quòd transeat non tantùm adhære[illegible] nis, sed ad extraneos, ut dicto loco [illegible] quod non obtinet in spiritualibus, [illegible] bus successio omnis prohibita, *can.* [illegible] *ca VIII q.* 1. Hæc tamen nihil faciunt, [illegible] Simoniæ labe inficiantur ementes [illegible] jus patronatus per se, quòd quoad [illegible] tionem ad beneficia contineat quid [illegible] le, pretio non æstimabile, *Gl. in c.* 6. [illegible] 16. *sup. de jure patron.* ubi subjicitur [illegible] sit spirituali annexum, ideoque vend[illegible] cum & circa adnexa committatur [illegible] *Quæsitum sup. de rer permut.* Expresse [illegible] Pont. *in can. Salvator ultra med.* [illegible] defensoris, id est Advocati officium [illegible] citra Simoniam, quo nomine venit [illegible] patronum dici Advocatum testatur [illegible] *Præterea* 23. *sup de jure patron.* Suarez [illegible] *&* 5 Binsfeld *ad Rubr. h. t. Notab.* [illegible] Azor *p.* 3. *lib.* 12. *c.* 15. *q.* 4.

Alia hic quæstio est, Quo jure [illegible] committatur? Respondendum. [illegible] nisi jure Ecclesiastico committi, [illegible] quòd vendere ea, quæ antecedenter [illegible] nexa, non sit per se & intrinsecè [illegible] tantùm ratione prohibitionis Eccle[illegible] cujus institutione pendet, non [illegible] liqua consecratione vel benedictione [illegible] sa institutione Ecclesiæ, sit merè qua[illegible] rale, uti videtur sentire Navarr. in Sum[illegible] *num.* 99. *& num.* 108. Verum ut sit ab [illegible] promanans istud jus, tamen illo præ[illegible] to, ex natura rei & per se est invendibile [illegible] que ita propria materia Simoniæ, & [illegible]

juris divini; cum à spirituali potestate descendat, & jus ipsum præsentandi ab origine sit spirituale, & terminus ad quem tendit, spiritualis, qui est beneficium Ecclesiasticum, ad quod sit præsentatio per quam persona præsentata fit proxime capax institutionis ad beneficium. Nec facit quod possit esse in laico, nam & jus eligendi olim penes laicos videtur fuisse, secundum relata in decreto *Dist.* 63. nihilominus ex origine, objecto, actu est spirituale, ut pretio non comparetur citra Simoniam contrarium juri divino. Nec facit etiam quòd ab Ecclesia sit adnexum spiritualibus, quia non ideo minus spirituale. Suarez *d. c.* 28. *nu.* 6. *& seqq.*

32 Est & de jure sepulturæ dubitatio. An illud possit comparari pretio? R. Sepulturam accipi pluribus modis; Primò pro terra ad sepulturam ibi constituendam, & eatenus eam pretio comparare nihil includit labis simoniacæ, cùm terra ista de se pretio sit æstimabilis, quia merè temporalis: & licet ad usum pium, nihil tamen hoc mutat, quia illud est per accidens. Uti licet emere materias remotas ad Sacramenta conficienda, ut panem, vinum, oleum, ut dictum sup. *eod. nu.* 9. imo & res factas secundum materiam admittere æstimationem. *sup. eod. nu.* 10 & patet ex *can.* Comperimus XIV. *q.* 6. ubi Episcopus rei laicorum, quam consecravit, cogitur dare æstimationem. Secundò pro sepultura jam constituta, non tamen benedicta, & specialiter per Episcopum deputata: & idem dicendum est, eadem ratione militante, Innoc. in *c. Abolenda pen. sup. De sepult.*

33 Quid si homo sepultus fuerit? R. Certum esse, secundum leges civiles, locum istum religiosum per hoc esse factum, & humano commercio exemptum, *Instit. De rer. divis. §. religiosum* & probatur expressè *l.* 6. *in fine D. de relig. & sumptib. fun.* ubi monumentum purum vendi potest; ut à contrario, impurum quo scilicet homo sepultus, vendi nequeat. De Canonibus ea res posset in dubium vocari, ex eo, quod hoc jure destinata sint ab Episcopis certa loca sepeliendis hominibus & in eum finem benedici solita: ut alibi sepultum cadaver non faciat locum religiosum, secundum Cardin. in *Clem.* 1. *n.* 12. *De sepul.* Verum rectè Joan. Faber. *ad d. §. religiosum* per hoc jura civilia correcta negat, cum non pauci sepeliantur alibi, imò sepeliendi sint in loco non benedicto, ut parvuli sine baptismo mortui, & hæretici, & alii etiam per accidens, ut non planè sit correcta ratio juris civilis, atque ita secundum Fabr. ejus dispositioni locus etiam nunc sit; quamvis contra velit Redoan. *De Simonia p.* 3. *c.* 16. *nu.* 19. *& seqq. & p* 2. *l.* 30. *nu.* 5. Quò facit, quod reprehendantur filii Ephrē de sepulchro vendito Abraham pro pretio. *can Quæsta in fine cum duob. seqq* XII *q.* 2. Verum hæc de re non multum querendum, quandoquidem consuetudo ejumodi loca religiosa parvi facere videatur.

Tertiò, pro terra destinata in usum sepeliendorum hominum & benedicta per Episcopum, 34
cujus ordinis sunt cœmeteria, qualem certum est non vendi, habito respectu ad benedictionem, quia sacra res videretur vendi. Imò Ecclesia simplicitet prohibet pro pretio aliquem admittere ad sepulturam in loco benedicto, *d. c. pen. sup. De sepult.* ubi Pont. ait, abolendam esse perversitatem consuetudinis, qua non prius effodi permittitur sepultura, quam pro terra certum pretium Ecclesiæ persolvatur. Improbatur quoque venalitas sepulturæ tamquam res horribilis in *c. Cum in Ecclesia 9. h. t.* Ut non possit negari, non tantum esse istam rem simoniacam, si terra ut sacra vendatur, quia natura rei non fert pretium, sed etiam ut terra ipsa, saltem quia ab Ecclesia prohibitum terram istam vendere. Vid. Binsfeld. *ad c. Audivimus* 41. *qu.* 1. *h. t.* Et hoc ita in terra communi destinata ad sepulturam Fidelium.

Verum dubitatur, An & locus proprius 35
alicui, ut certa Capella in loco subterraneo vendi nequeat, aut pro sepeliendo externo pretium recipi? R. Posse videri non prohibitum ab Ecclesia, quoad proprietatem vendere, aut pro usu quid recipere, habita ratione expensarum, quibus locis iste ædificatus, cum non vendatur tam benedictio, quam materia potius, quam vendi citra vitium, dictum sup. *eod. n.* 10. Quò facit, quod talis locus jure hæreditario transeat, quod non obtinet in spiritualibus. Dicendum tamen, & hoc prohibitum esse per Ecclesiam, & sic malum, quia prohibitum & patet expresse ex *can.* in *Ecclesiastico* XIII. *q.* 2. ubi interdictum dicitur

omnibus Christianis, terram pro mortuis vendere. Deinde etsi dubium sit, an sepulcri jus habens sit terræ dominus, cum neget id ipsum Abbas in *c. Quanto 3. sup. De iudic. & ibid. Gl.* Innoc. verum tamen, illud jus esse spirituale rei adnexum, ut usus ejus nec vendi, nec pretio locari licitè possit. Hinc à fortiori colligere est pro honoratiori loco sepulturæ quid exigere, ut quia in Ecclesia, non in cœmeterio; aut quia in parte cæmeterii clausa & separata, non etiam in communi & vulgo patenti; aut quia in Choro, & prope altare: nam licet remotum motivum sit honor humanus, ratio tamen augmenti pretii est dignitas & sanctitas, majorve loci reverentia: ut, cùm quod venditur sit sacrum, videatur res ista non carere labe, etsi aliter habeat consuetudo, quæ per motivum mentis, qui intendit honorem mundanum, non excusat a labe, cum sit adnexus consequenter ad rem talem, quæ spiritualis. Vid. Suarez *c. 14. nu. 19. & seqq.*

36 Quòd attinet ad Reliquias Sanctorum, quæ sine speciali benedictione aut consecratione habentur sanctæ, numerantur & istæ inter res spirituales, suntque invendibiles, *c. ult. sup. D. reliq. & vener. Sanct. & ibid. Gl.* Abbas *& alii*; cum in illis materiale ipsum per se non sit æstimabile, secundum se spectatum, nec per relationem ad sanctam animam æstimari possit. Et deinde non possunt dici reliquiæ antecedenter adnexæ, sed secundum se & suo modo spirituales, ut partes sancti hominis, Ornamenta, quibus exornatæ. etsi æstimati possint, non tamen carius propter reliquias. Suarez. *d. c. 14 nu. 24.*

37 Regula Tertia est, Adnexa spiritualibus concomitanter vendi non posse sine Simonia. Ad cujus pleniorem intellectum sciendum, adnexa hujusmodi alia esse intrinseca functioni spirituali, ut sine illis non consistat, ut est labor & defatigatio, aut incommoditas corporis in benedicendo, in consecrando Ecclesias, Altaria, in dicendo Missam: alia verò extrinseca, uti est labor accidentarius, qui nascitur ex alio opere per accidens conjuncto cum opere Sacramenti. In prioribus istis, habet locum dicta regula. Ratio est, quia si hujusmodi vendi possent, censerentur & vendi ipsa sacra opera, quibus ita intrinsecè conjuncta sunt, ut abesse nequeant; ut [illegible] *can. Si quis objecerit 1. q. 3.* qui homo [illegible] vendit, sine quo nec alterum provenit [illegible] inventum derelinquat. In posterioribus gula non obtinet, ut pro labore qui [illegible] dens est conjunctus, non ex vi [illegible] ac moraliter, sed in casu ratione [illegible] arum, personarum, locorum, casuum [illegible] dixi, ex alio opere per accidens con[illegible] opere sacro: veluti si ad Missam dicendam [illegible] dum sit Sacerdoti ad spatium missam [illegible] tur quis eam dicere certis horis ac [illegible] commodis; isti enim laboris exam[illegible] adnexi quo minus vendi possint & [illegible] mati, nihil implicat, cum separat[illegible] onus, & separatam omninò à relatione. Dixi autem, ex alio opere [illegible] conjuncto: nam qui ex parte subjecta [illegible] sonæ operantis accedit, ut quia propter [illegible] tem aut senectutem facile fatigatur [illegible] Missam, conficiendo, Sacramenta [illegible] do, accidentarius quidem est ministerium [illegible] men conjunctus cum ipsomet immediate [illegible] Sacramenti, ut propter eum non possit [illegible] accipi pretium, quam pro ipso operis [illegible] secè est conjunctus, secundum *d. can. Si quis objecerit. Suarez c. 21. nu. 5. & seqq. & nu. 9. 10. 11. 12. 13.*

Quæri hic posset, An pro obligatione [illegible] spirituale opus faciendum possit accipi [illegible] tium? R. Id posse videri, cum ejusmodi obligatio sit quid distinctum ab ipso actu spirituali; quem proinde non videtur prohibere obligationis concernere. Probabilius tamen [illegible] obligatione ad spiritualia, ut sumi [illegible] non accipi pretium, ut tale, quia [illegible] ri pro ipso spirituali actu, rationem [illegible] Quod si obligatio includat aliqua [illegible] quæ per accidens se habent ad actum [illegible] lem, nihil habet vitii aliquid accipere [illegible] pensationem oneris. Abbas in *c. Sig[illegible] 11. in fine sup. De præben.* Suarez. *d. c. 21. [illegible] & 17.*

Dicta obtinet, quando pro spiritu[illegible] tur pretium ut tale: nam si detur ut [illegible] um, & in sustentationem distribuen[illegible] nihil prorsus includit vitii. Ratio [illegible] est, quod pretium spectetur per comparationem ad valorem & æstimationem

seu laboris, quod repugnat sanctitati operis ac ministerii sacri. Stipendium autem sustentationis consideratur in ordine ad personam, quatenus sustentatione indiget, quam meritò quis exigit ab iis, quibus inservit in spiritualibus, siquidem eorum causâ impediatur aliunde sibi necessaria comparare; debentur enim temporalia ministrantibus spiritualia. Sic debentur procurationes visitantibus, consecrantibus Ecclesias, sic datur aliquid pro baptismate, exequiis, benedictione nubentium, sepulturis, aliisque similibus: & hoc gratis sine taxatione oblatum recte accipitur, *c. Dilectus* 30. *in fine h. t. Extravag. 1. eod. can. Questa XIII. q. 2.* Sotus 9. *De Iust. & jure q. 6.* Quod non potest videri datum in commensurationem pretii, quia liberalitas æstimationem pretii non inducit. Pactum super sustentatione, etsi propriè & per se Simoniam non contineat, cum ex justitia debeantur alimenta ministrantibus, olim tamen fuit reprobatum, *c. fin sup. De pact. c. Tua nos 24. h. t.* quòd speciem venalitatis videretur præ se ferre. Consuetudo verò illud approbasse videtur, ut nihil mali moris includens, cum per hoc non tam æstimetur res sacra, quàm sustentationi consulatur. Abbas in *d. c. significatum nu. 8. & in c. Suam n. 12. h. t.* Redoan *alios referens p. 2. c. 27.* Suarez *d. c. 21. n. 9. 10. & c. 46. n. 4. & seqq.*

40 Regula IV. Ea, quæ sunt adnexa consequenter spiritualibus, non posse vendi sine labe, quia venderetur necessario ipsum principale, quod ad illa præsupponitur. Nam taliter adnexa sunt dependentia à spiritualibus, & illa præsupponunt, nec aliter ea consequimur, ideoque pretium pro iis intercedens videretur datum pro spirituali quod præsupponant. Aliter se res habet in adnexis antecedenter, uti dictum. Ratio differentiæ est, quòd sint priora, & habeat se in iis instar principalis ipsum temporale, spirituale verò ei adnexum tamquam accessorium, ut non impediat venditionem temporalis. Quando autem temporalia se habent consequenter ad spiritualia, sunt quasi accessorium rei spiritualis tamquam principalis, ut ejus naturam imitentur. Suarez *c. 23. in fine.*

41 Ex quibus patet; beneficia vendi non posse citra Simoniam. Quod nomen licet exprimæva significatione non referatur ad spirituale quid designandum, sed idem sit; quod donum in rebus profanis; jure tamen Canonico accommodatum ad designandos titulos, seu jura Ecclesiastica, ordinata ad præstanda munera spiritualia, cum jure recipiendi fructus, ratione tituli ex bonis Ecclesiæ. Unde patet, titulum beneficii esse spiritualem, *c. Dilecto 25. circa fin. sup. De præben.* ubi dicitur jus spirituale. Cujus quidem est varietas tum quoad qualitatem, uti visum supra, *d. tit. De præben.* tum quoad quantitatem & modum reddituum: verum ea quasi materialis & accidentaria ad rationem beneficii, non concernit titulum, nec eum variat, quo minus spirituale jus includat, & in eo fundetur. Unde est, quòd nisi Eccl siasticis personis concedatur, *can. Clerici 1. q. 1 c. Quamvis 17. sup. De decimis.* Ex quibus colligitur, Beneficia, quoad jus istud spirituale, esse materiam Simoniæ, juri divino contrariæ: consistunt enim in aliqua spirituali potestate, quæ inæstimabilis pretio, ut ista vendere sit intrinsecè malum. Nec facit, quòd Ecclesiasticorum beneficiorum institutio sit ex institutione Ecclesiæ, uti & titulorum divisio; ut dicenda sit eorum venditio non prohibita, quia non mala intrinsecè, sed mala, quia prohibita, cum Pont. non possit facere intrinsecè mala esse, quæ per se talia non sunt. Nam postquam talia inducta ex institutione Ecclesiæ, jure divino prohibitum ea vendere, ut nec Pontifici liceat sine labe ut talia pretio æstimare. Deinde quòd spirituale est in beneficiis, secundùm se est de jure divino, cùm contineant administrationem & functionem aliquam spiritualem, sive sit beneficium simplex, sive habeat jurisdictionem adjunctam, quia utrumque in titulo, qui spiritualis, ex institutione Ecclesiastica dependens, quæ nihil aliud est, quàm communicatio quædam potestatis à Christo datæ. Sunt autem beneficiis junctæ præbendæ, sive reditus Ecclesiastici, qui in se spectati sunt temporales; quatenus vero titulo adnexi, cujus nomine debentur, quamdam spiritualitatem participant. Ut respectu eorum beneficia sine vitio Simoniæ vendi nequiat, ut passim indicatur per Canones, *c. fin sup. De pact. & c. Super eo sup. transact.* Suarez *c. 24. nu. 3. 4. 5.*

Tantùm quæstio est, An ista Simonia sit contra jus divinum, an verò Ecclesiastici 42

cum tantum? R. Prius aliquos velle, adeoque intrinsecè esse malum, dare eo respectu pretium, ut ne quidem Pontifici sit licitum temporale emolumentum æstimare, quatenus nimirum æstimatur cõjunctum cum beneficio, quod tamquam unum jus vendatur, ut procedat decisio *can. Si quis objecerit I. q. 3.* qui horum alterum vendit, sine quo alterum non provenit, nihil invenditum reliquit: ut etiam jus ipsum videatur vendi, quod, ut diximus, intrinsecè malum. Navarr. in *Summa c. 23. nu. 108. §. Septimò*, Azor *d. l. 12. c. 11. qu. 3.* Et proinde voluit, ne quidem S. Pont. posse vendere beneficium ratione temporalis emolumenti, Abbas in *c. extirpanda 30. in Repet. §. Qui verò n. 53. sup. De præben.* Alii distinguunt inter beneficium curatum & simplex, quasi in illo esset simonia juris divini quid exigere, in hoc humani tantum. Abbas in *Repet. d. §. qui verò nu. 33.* Covarr. in *c. Peccatum p. 2. §. 8. n. 8. vers. Et licet.* Verũ ea distincto non subsistit cùm in utroque sit jus spirituale & temporale emolumentum; respectu illius autem est beneficium invendibile. Quæ qualitas etiam redundat in posterius, non habita ratione, quod minus vel magis sive perfectius participet beneficium de spiritualibus, quia satis est, quòd participet. Verius est, istam Simoniam tantum esse contra jus humanum: quæ sententia est communis Canonistarum, & fundatur in eo, quod jus ad temporale emolumentum beneficii sit divisum, & distinctæ rationis à jure spirituali, licet sint conjuncta. Hoc enim ordinatur immediate ad spiritualem functionem ex jure divino, continens onus divini officii; illud verò commodum continet temporale ex institutione Ecclesiæ, suppositâ largitione fidelium. Posita hac distinctione, etsi simul dentur, & non separentur quoad translationem unius sine alio, nihil tamen vetat, quo minus unum sine alio vendatur, scilicet temporale, cujus jus vendere non est intrinsecè malum. Ut quoad hoc dicendum sit, licere Pontifici citra Simoniam id pretio æstimare, separatim nimirum, secundum intentionem saltem à jure spirituali, cujus titulus gratis datur. Potest enim & dantis & accipientis intentio discernere temporalè à spirituali, etiamsi simul tradantur, illudque æstimare secundum se, non aucto ejus pretio, ratione tituli spiritualis. Quod non licere ci communiter tenent Canonistæ, ut vide ex Felino, *ad c. Ex parte 12. nu. 1. sup. De* & idem tenet Navarr. *d. c. 23. n. 108. §.* dicit, Pontificem vendere beneficia cu & plena potestate posse, nec peccare, causla subsit. Non obstante, quòd re rem totam, videatur utrumque ven dum *d. c. Si quis objecerit I. qu 3.* qu procedere quoad præsumptionem, qu lit veritas, si de ea constet, quam hic nimus Dico, non aucto ejus pretio, li; quia alias foret Simonia contra ju cum pretio æstimaretur res sacra. Pont. beneficium extinguere, ejus abolere, aut obligationem ad illud tem, aut jus ad illos vendere citra quia nihil spirituale, quod extinctum Potest & dare beneficium cum onu alteri solvendi pensionem annuam, facit, permittendo pensionem alii creati super Abbatiis vacantibus; et premus omnium rerum Ecclesiarum pensator. Plura de hac materia Suare *num. 7. & seqq.*

Inferioribus Prælatis non est licitum neficio quid exigere, cum iis nonnu re fructus à titulo, ut consequenter de illis ut mere temporalibus disponen *d. c. 24. n. 35.*

Sed dubitatur, An possint in o beneficium imponere onus aliquod rium illi, cui conferunt beneficium dem velle Heron. Gigantem, Dec 6. *n. 2. ubi alios allegat*, hanc cens textum in *c. Constitutus 6. sup mib.* Verum dicendum, id illis licere, cum non possint beneficia nec dividere, & pensionem quasi tem imponere, uti patet ex d. *Eccles. benef. sine demin. confer.* Pos quando Ecclesiam sui juris à elig parant, aliquid, in recognitionem tris & superioritatis, suæ sedi reserva dum *d. c. Constitutus.* Permissum imponere pensionem temperaler tam gravati non excedat, in quibus bus jure concessis, ut ex causa tra & concordiæ litium *c. De cetero sup.*

act. & c. Cum venisset 9. sup. De restitut. spoliat. Suarez *d. c. 24. n. 36. & 37. & c. 35. nu. 21.* Less. *2. De Iust. & Iure c. 34. nu. 205. & c. 35. n. 91.*

44 Ad privatas personas quod attinet, illis neutiquam licet beneficii nomine quid exigere, nec ullo modo separare fructus à beneficio. Neque obstat, quòd, seclusâ prohibitione Ecclesiæ, possint fructus locare etiam ad vitam; quia locatio non inducit separationem ab ipso titulo, facit namque cum æquivalenti fructus cedere locanti. Nec per hoc in ullo successori præjudicabit, cui pretium locationis pro suo tempore cedet. Dixi, seclusâ prohibitione Ecclesiæ; quia, ut dictum supra *De re Eccles. non alien* locatio rerum Ecclesiæ fieri prohibita ultra triennium, sub gravibus pœnis, cum annulatione actus. Vide Suarez *d. c. 24. n. 38. & seqq.*

45 Pro beneficiorum itaque, qualiacumque ea sint, collatione, inductione in possessionem, & similibus, nihil licet accipere citra labem: adeo ut etiam consuetudo contraria reprobetur, *c. Non satis 8. & c. 9. h. t.* cùm præter simoniacam labem etiam sordidæ avaritiæ speciem præ se ferat. Reprobata & illa consuetudo, qua prandium debetur à novo Canonico, *c. Iacobus 44. h. t.* Improbantur & deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, conditiones certæ circa distributiones, aliaque similia, à Trid. *Sess. 24. cap. 14. De reform.* quòd tantùm tolerat ea, quæ in pios usus convertuntur. Ubi cavendum, ne ex fomite avaritiæ pium esse judicetur, quod utile, ut non raro, prò dolor! Datum aut factum absque ullo pacto nihil mali moris includit, cum liberalitas æstimationem alicujus rei non inducat. *c. Tuanos 34. h. t.* Quo modo bona sua pure & sine pacto offerens, rogans humiliter, ut in Canonicum admittatur, retentis bonis suis pro præbenda, sine scrupulo simoniacæ pravitatis admitti posse dicitur, quam alias caussaret pactum interveniens.

46 Q. An pensiones sapiant Simoniam? R. Pensionem esse jus percipiendi fructuum partem ex alieno beneficio: ut non videatur esse quid spirituale, cum possit & laico constitui, citra titulum spiritualem, aut onus, propter merita ejus in Ecclesiam. Recte etiam constituitur Clerico propter senium, aut diuturnum Ecclesiæ servitium. Dari item Clericis potest aut nomine alicujus spiritualis operæ, aut temporalis, ut pulsandarum campanarum, januarum claudendarum, curæ custodiæve Ecclesiæ. Dari & in titulum beneficii solitæ pensiones, etiam pro beneficii resignatione. De prioribus nihil dubii esse potest, modo nulla subsit pravitas, nullum temporale interveniat. De postrema, pro beneficii scilicet resignatione, dubium esse posset; si tamen hæc sit moderata, & legitima auctoritate constituatur, de qua paulo antè actum est, dicenda & ea nihil mali includere.

Tantùm quæritur, An pensionum translatio ponat Simoniam? R. Distinguendum esse, an pensiones collatæ sint laicis pro ministerio temporali, aut alia justa de caussa; aut etiam Clericis, nō ut talibus, sed propter caussam temporalem, ut pulsandas campanas, curādos infirmos; an vero Clericis ut talibus, propter munus aliquod spirituale. Priori modo sumptæ pensiones non possunt dici ponere Simoniam, ex cōmuni sententia; atque ita sine labe vendi poterunt, cùm sint quid mere temporale, ex beneficio quidem procedens, non tamen adnexū titulo spirituali: est namque portio separata à beneficio, quantum ad illum, cui confertur. Posteriori modo aut dantur pensiones Clericis simpliciter ad eorum sustentationem, sine respectu ad beneficium vel ministerium spirituale, aut cum speciali respectu vel titulo. Priori modo tametsi clericatus requiratur, tamquam conditio vel dispositio ex parte subjecti, non tamen ideo potest dici dari pensio ob titulum spiritualem, cum detur præcisè ad sustentationem. Ut non possit pensio ista dici adnexa rei spirituali; quod tum obtinet, quando jus spirituale tale est, ut secum adferat jus ad temporale. Et hoc ita, stando in jure antiquo; nam Pius V. præcepit pensionarius Clericis, quando ut Clerici percipiunt pensionem, recitare Officium B. Virginis: ut cum talis pensio hodie detur cum obligatione alicujus Clericalis muneris, postuletque aliquod ministerium spirituale, etsi non ponat in rigore beneficium, quod non sit perpetua, sit tamen quidpiam spirituale, constans ex illa obligatione spirituali, ad recitandas Horas B. V. & jure ad temporalia sibi adnexa, non possit transferri pretio sine simonia, ut sentit Navarr. 47

Cons. 59 & seq. h. t. & in Summa c. 23. n. 111. Posteriori modo aut pensio datur in titulum beneficii, & idem juris in ea, quod est in beneficio: aut datur pro beneficio, quod quis resignavit, eamque vendi non posse post Bullam Pii V. dicendum est, propter obligationem ad Horas D. Virginis, quarum respectu habet quid spirituale, secundum dicta in casu superiori. Et hoc eatenus, quatenus consuetudine isti Bullæ non est derogatum, ut posse, dictum sup. *De consuet.* Vid. Gigas *de Pensionib. q. 99.* Azor *d. lib. 12. c. 13. q. 2.* Suarez *c. 26. num. 5. & seqq.*

48 Quæritur etiam, An pensio possit redimi? R. Negare Navarr. *d. c. 23 n 111 & Cons 63. h t.* redimi posse sine auctoritate Pontificis Rom. per varia loca, quæ allegat, non tãtum post Bullam Pii V. sed etiam ante, ex eo, quòd sit quid adnexum spirituali, quod vendi non posse constat ex dictis. Verum quod attinet ad tempus ante Bullam Pii V. receptum est, illam redimi potuisse, & posse etiam hodie in locis, ubi Bulla recepta nõ est, quæ non recepta vires non habet. Ratio est, quia est quid merè temporale, quod ut vendi, ita redimi potest, non habens ullam obligationem spiritualem adjunctam, ut patet ex allatis à Gigente *d. qu. 99.* Facit, quòd etiam posito, quòd aliquid spirituale habeat adnexum, non tamen spirituale pro temporali cõmutari dici queat redimendo. Extinguitur enim tantùm temporale onus, per cujus extinctionem redimens nullum jus spirituale acquirit, utpote totum jam habens & tantùm se liberans ab onere annuo præstandi temporale. Post Bullam tamen Pii V. videtur non esse licita redemptio propria auctoritate, propter onus spirituale pensionario impositum, sine quo non vult Pont. ipsum habere pensionis fructum, qui datur ratione officii, juxta *c. fin. sup. De rescript.* à cujus obligatione non potest pensionarius se eximere propria auctoritate; uti hoc in casu faceret, recepto nihilominus toto pensionis commodo, juxta sententiam Navarr. *d. loco*; ex ratione, quòd constitutum Prælati auctoritate non sit destruendum per privatam auctoritatem. Suarez *d. c. 26. nu. 12.* Si per redemptionem non liberetur ab obligatione imposita per Pont. sed ei obnoxius maneat is, cui fit redemptio, non videtur ea illicita, cùm sit quasi locatio fructuum, & anticipata eorum venditio; quod non invenitur prohibitum, cum maneat integrum onus à Superiore impositum. Navarr. *Cons. 62. n. 1. h. t.* Suarez *d. loco n. 17.*

An ergo nec licebit remittere pensionem? Id posse videri ex dictis, quòd nemo se possit suâ auctoritate liberare ab onere sibi imposito. Unde licet possit donare fructus, eosque etiam in perpetuum remittere, non tamen hoc videbitur liberatus ab onere, quo eorum nomine tenetur. Dicendum tamen, remissionem nihil habere in se vitii, & distare à [illegible] casu redemptionis, in quo retinetur commodum, & renuntiatur officio. Quod non potest dici esse contra mentem Pontificum, alias voluit pensionarium obligare [illegible] recitandi Horas B. Virg. quàm quod [illegible] tiret commodum. Quando autem [illegible] commodum per gratuitam remissionem [illegible] tit, non est ratio, cur obligetur amplius, [illegible] sublata materia obligationis. Navarr. *d. Cons. 63. nu. 7, h. t.*

Ex dictis patet, pensiones, quæ dantur propter spiritualem functionem, ut Vicario Episcopi, Concionatori, aut simili, redimi non possunt, cùm fundentur in officio Ecclesiastico, propter quod dantur; & præterea earum redemptio [illegible] ceret cessare officium, cum detrimento [illegible] siæ. Quantum ad eas, quæ dantur causa [illegible] aut sustentationis, videntur redimi posse, [illegible] non tam contineant emptionem alicuius spiritualis rei, aut ei adnexæ, quàm potius [illegible] ctionem oneris mere temporalis, solvendi licet quotannis certam summam, non [illegible] ratione Clericatus. Dicta de redemptione pensionis permissa accipienda sunt in casu, [illegible] post facto de ea admittenda agitur; [illegible] tempore resignationis super hujusmodi redemptione facienda conventum fuerit, [illegible] pars contractus, pactum illud erit simonia [illegible] propter onus pretio æstimabile injustum. Tolet *l. 5 Summæ cas. 92.*

De materia Simoniæ, ut est juris humani.

HÆc quoad Simoniam, quæ est contra divinum, & sic quæ prohibita, quæ

est, & mala, quia prohibita per jus humanum, de qua quæritur An dari possit? R. Aliquos negare, eam dari, hoc argumento, quod vel sit res sacra, quæ venditur, & est Simonia prohibita per jus divinum, quia mala; vel non est sacra & non potest Simonia fieri per jus humanum Ecclesiasticum, cujus prohibitio non mutat rerum naturas. Quo non obstante dicendum, Simoniam dari de jure Ecclesiastico positivo & quidem tum quando immediatè habet omnem malitiam ex vi prohibitionis vetantis onerosum pactum circa aliquem actum initi, intuitu religionis, seu reverentiæ debitæ rebus sacris, qui, seclusâ Ecclesiæ prohibitione, malitiam nullam haberet. Quod potest usu venire tam circa rem sacram, quam non sacram; & Primò, si cesset actio vendendi-emendi, si Ecclesia prohibeat pro administratione Sacramẽtorum ne quidem spontè oblatum recipi, contra faciens Simoniam committet, non quia malus actus in se est, cùm spontè oblatum recipiendo nihil vendatur, sed quia prohibitus. Secundò, si venditio celebretur circa rem prohibitam, non tamen ita sacram, ut ex natura rei sit irreligiosa venditio, etiamsi Ecclesia prohibeat pretio æstimari, non tamen instituendo circa rem talem novam aliquam consecrationem, aut benedictionem. Ejus ordinis est officium Oeconomi, Thesaurarii rerum Ecclesiasticarum, Sacristæ, & similium, de quibus infra latiùs. Tertiò, si pro spirituali non veniat temporale pretium, sed spirituale, permutatio nihilominus prohibita sit per Ecclesiam, ut sit in permutatione beneficiorum, in qua pro spirituali licet detur spirituale, & in se non possit dici prohibita, prohibuit tamen Ecclesia illam fieri per solam partium conventionem, ut non sit tam mala in se, quam quia prohibita; ut dictum suprà *De permutat. n.* 6. Vid. Suarez *c. 7. per tot.*

§ 1 Ex his patet responsio ad quæstionem. An officia temporalia Eccl-siæ sint materia Simoniæ? R. Ex natura rei non esse materiam Simoniæ Abbas in *c.* 1 *& 2. inf. Ne Prælati vices suas &c.* eo quòd hæc munia non habeant in se aliquid spiritualitatis; neque enim ordinantur nisi ad actiones temporales, & proximè versantur circa corporalia & materialia opera, ut custodire, administrare, res Ecclesiæ, & similia, licet remotum finem habeant spirituales. Esse tamen prohibitum per Ecclesiam hujusmodi officia vendere, ut patet *can. Si quis Episcopus 8, l. q. 1. can. Salvator l. q. 3. & c. Consulere 38. h. t.* quibus officiorum temporalium Ecclesiæ venditio prohibetur, ut dicendum sit esse grave peccatum ea pretio comparare, & simoniacum, prohibitione Ecclesiæ suppositâ *d. can. salvator & d. c. 38.* quod dicit vendentes hujusmodi officia cum Simone percelli. Et facit ratio, quia licet de se non sint spiritualia, sunt tamen ijs conjuncta, cum per illa res sacræ contrectentur, Ecclesiastica bona administrentur: ut pretium pro ijs intercedens ponat injuriam circa ipsa spiritualia conjuncta propter vicinitatem, ut sint invendibilia, ac soli Pontifici liceat justa causa patrocinante, pretium pro ijs accipere, non etiam aliis Episcopis, quia non sunt supra jus commune. Consuetudine contraria posse induci, ut pretium pro ijs detur, aliquibus placet; aliis verò ea corruptela videtur, saltem quatenus toleratur ab inferiori, quòd habeat speciem mali: nam à Pontifice tolerata posset dici valere, propter ejus auctoritatem supremam in Ecclesia Suarez. *c. 29. n. 1. 2. 3.*

Officia temporalia, sub prohibitione Ecclesiæ contenta, sunt Dispensator sive Procurator Ecclesiæ, rerum ejus administrator, uti Præpositus, Oeconomus, Vicedominus, Defensor sive advocatus, qui alio nomine Syndicus videtur dicendus, de quo sup. *lib. 1.* de quibus omnibus in *d. can salvator. & d. c. 38.* ubi etiam additur Judex temporalis, quem potest constituere Episcopus, in locis, ubi temporalem habet jurisdictionem juxta *c. fin. Ne Clerici vel Monachi in 6.* Quæ licet non pertineat ad usum spiritualis jurisdictionis, pertinet tamen ad rerum Ecclesiasticarum administrationem, ut per quamdam connexionem sit aliquo modo spiritualis, ideoque vendi prohibita. Additur *in d. can. Si quis Episcopus 1. q. 1.* nomen Mansionarii quod Latinum esse non videtur, nisi quod fiat mentio Præpositi mansionum in *l. 21. C. Theodos. De Decurionib.* Est & mentio Mansionum in *eod. C. l. 12. De cursu pub.* Ut eo nomine videatur intelligendũ munus Ecclesiasticum, quod versabatur in distribuendis mansionibus, id est domibus

§ 2

Clerи-

Clericorum: ut Mansionarius fuerit is, cui talium domorum cura commissa erat, & spectarit ad quandam partem œconomiæ; ideoque de eo idem judicandum, quod de officio Oeconomi. Suarez *d. c. 29. nu. 8. 9. 10.*

53 Quid de officio Sacristæ, vel Thesaurarii seu Custodis rerum sacrarum judicandum? R. Posse videri, prohibitionem *dd. Cann.* ad illud non pertinere, cum in iis nulla fiat istius officii mentio. Verùm cùm dictum officium circa spiritualia magis versetur, quàm priora, ut sunt custodire, & contrectare vasa sacra, vestes, dona, altaria præparare, luminaria accendere, signum ad officium Ecclesiasticum dare, sitque hoc munus tantum Clericis committendum; dicendum, non posse pro illo pretium dari citra Simoniam, non juris divini, sed humani. Nam licet functiones hujus muneris habeant pro materia res sacras, sunt tamen corporales. Nec facit, quod in *dd. Canonib.* non fiat ejus mentio expressa, quia sub prohibitione *dd. Canon.* satis continetur, cùm prohibeant pretii receptionem pro administrationibus rerum Ecclesiæ, ad quas istud munus spectat, & videtur quidam particularis Oeconomus. Idem dicendum de officio Primicerii, cujus officium magis ad spirituale accedit, cùm ad illum pertineat gubernatio Chori. Suarez *d. c. 29 n. 11. & 12.* Ut autem ista officia vendere sit prohibitum, & gratis ea conferri sit è re Ecclesiarum, ne ex emptione eorum sumatur occasio vexandi Ecclesias, & bona earum diripiendi; functiones tamen talium officiorum & actiones, cum sint mere corporales, stipendium non refugiunt, non tantum per modum sustentationis, sed & condignæ compensationis, cùm ad eas tamquam ad diversas non sit extendenda prohibitio Ecclesiæ Suarez, *d. loco nu. 13.*

54 Quæstio verò est, An venditio rerum & bonorum Ecclesiæ in universum sit Simonia, saltem prohibita? R. In *d. can. Salvator* generaliter dici, eum, qui res Ecclesiasticas propter sua lucra vendit vel emit, dona Dei cum Simone possidere; tales autem res vocat dona Dei oblata à fidelibus, quæ sunt res temporales. Verùm est contra communem sensum auctorum, committi Simoniam in vendendis rebus Ecclesiæ temporalibus, uti possessionibus, fructibus, vestibus, etiamsi injustè hoc possit fieri, si sine causa debita fiat, cum res istæ sint merè materiales. Imò mobilia & immobilia Ecclesiæ etiam sacra, si non vendantur ut sacra, vel ratione spiritualitatis adnexæ augeatur eorum pretium, citra Simoniam, etiam jure Ecclesiastico prohibitam, vendi, ratio dictat, cum materia, quæ venditur, sit æstimabilis pretio, ut probatum supra *nu. 10.* Nec obstat *d. can. Salvator*, in quo licet generalius videatur locutus Urbanus Pont. de rebus Ecclesiæ, & oblatis fidelibus, restringendus tamen is textus juxta Pont. intentionem, quæ non est, reprehendere tamquam simoniacam, venditionem bonorum temporalium Ecclesiæ, cum per modum dispensationis fieri possit ab habentibus potestatem, ut hæc non sit absolutè prohibita. Et licet tantùm modo præscripto sit facienda, tamen transgressio non pertinet ad Simoniam, sed ad indebitam administrationem pro justitiam. Ut nec potest pertinere ad Simoniam iniqua occupatio, quæ spectat ad furtum aut violentam contrectationem, sed accipiendo ejus sermo de venditione talium rerum in ordine ad earum administrationem. Nam qui vendit œconomiam Ecclesiæ, vendit quidem Ecclesiasticum, & consequenter aliquo modo eas quæ illi administrationi subjiciuntur, quatenus pro pretio alicujus potestati & regimini illas committit. Et ita dictum textum accipit *ibi V. Ecclesiasticam*, dicens ita rectè adaptari literam Chalcedonensis Synodi, Plura Suarez *d. c. 29. nu. 14. & seqq.*

De pretio seu temporali, quod dictum ponit Simoniam.

HÆc de materia Simoniæ, quatenus spiritualis: restat videre de temporali: scilicet de pretio, quod in contractu onerosi fieri solet. Ubi ad rationem pretii non satis est, quod pecunia pro actione spirituali dicitur quocumque modo, etiam si aliàs non esset danda, cum possit multis modis licitè dari, sed oportet, ut detur in commutationem & appretiationem rei, hoc enim est simoniacum omnes textus adserunt. Nam si gratis quid detur, non potest habere locum Simonia, ut patet ex *can. Quam pio in fine, & can. Sicut Episcopum I. q. 2.* in quibus spontè oblatum

tum, non exactum, accipi non prohibetur, quia datum non est pretium rei spiritualis. Ubi non refert, donum temporale gratis ante offeratur, an postea detur, modò subsit animus gratuitus & ultroneus. Quamvis non desit præsumptio mala in casu, quo munera præcedunt, ideoque ab eo cavendum, cum soleant præcedantia munera multum inclinare animum & corrumpere, quia munera excæcant oculos judicum & prudentum, *Exodi* 33. *Esaiæ* 33. *Eccl.* 20. & placant, ut ait Poeta, homines que, Deosque. Recte nihilominus intentio salvat à labe, cum gratitudo non respiciat pretium, sed beneficium. Navar. in *Summa c.* 23. *nu.* 106. §. *Ad quartum.* Covar. 1. *Variar. c.* 20. *nu.* 4. Suarez *c.* 36. *num.* 2. Potest etiam dari ex obligatione quid temporale, non in commutationem rei sacræ, sed sustentationem personæ, tamquam stipendium ex justitia debitum operario, ut patet id ipsum *Matth.* 10. ubi cum dixisset Salvator, *Gratis accepistis, gratis date*, subjungit postea, *Dignus est operarius cibo suo*; & late tradit Suarez *c.* 47. *n.* 2. Ecclesiam habere jus statuendi, ut quid solvatur ministris suis pro sustentatione. Quod ipsum in foro interiori facile dijudicatur, in quo intentio tantùm inspicitur, quæ bona rem extra vitium ponit; mala autem, scilicet si id, quod donatur, detur in pretium rei spiritualis, Simoniam ponet. In foro externo ex circumstantiis dijudicandum erit; an datum temporale sit datum simoniacè. Et præcipuè, si pacta intercedant, major erit præsumptio Simoniæ, quàm cùm sit largitio simpliciter, quia jura multum detestantur pacta in hujusmodi negotiis. Quamvis non omne pactum sufficiat, ut damnetur actio tamquam simoniaca; nam sunt & pacta honesta, ut ad redimendam vexationem, ad securitatem stipendii, ad compensandum laborem accidentalem. Considerandum itaque, an in tali facto intervenerit aliqua causa, quæ possit largitionem cohonestare; quæ si subsit, non est præsumenda Simonia, quia secundum regulam juris quisque præsumitur bonus, *c. fin. sup. De præsumpt.* Quod & dicendum, si factum sit dubium, quia dubia in meliorem partem esse interpretanda, habet juris regula, *c.* 2. *inf. De R. I.* Cautius tamen hac in parte agendum, & inspiciendæ qualitates, integritas, morum honestas, tum donantis, tum accipientis, tum rei donatæ quantitas, tempus & occasio largitionis secundùm *c. Etsi* 18. *h. t.* Ponderari etiam potest vinculum personarum inter se, quia amicitia & consanguinitas facient præsumi donationem ex liberalitate processisse, præcipuè verò hujusmodi qualitates, tum personarum, tum largitionis, tum temporis, secundum *d. c.* 18. Si nulla causa sit honestans largitionem aut munus, ex ea determinandum erit, an munus datum pretii rationem habuerit. Vide Suarez *d. c.* 36. *hæc omnia & singula latius tractantem.*

Pretium hoc triplex esse constat, & consistere in munere à manu, ab obsequio, & à lingua, *can. Ordinationes* 113. *cum duob. seq. I. q.* 1. 56
Sub munere à manu propriissimè venit pecunia, cujus passim faciunt mentionem Canones, ut in *c.* 2. *h. t. can. Si quis dator & can fin. I. q.* 3. Nec requiritur numerata, nam & promissa sufficit, *c. De hoc* 11. *c. Nobis* 27. *& passim h. tit.* quia promissio continet pactionem à Canonibus prohibitam in spiritualibus: Parva sit quantitas, an magna, non refert ad rationem pretii simoniaci, si pro re spirituali detur, ut constat ex *c Tua* 20. *h. t.* ubi, propter datos sex solidos pro præsentatione ad Ordines, quos quis recepit, jubetur ab officio perpetuo abstinere, & Monasterium intrare. Eodem facit, quod habetur *can. Placuit* 102. *q.* 1. ubi damnabiliter dicuntur venundare rem spiritualem, pro modico balsami tremissem exigentes, quia pretium exiguum licet, ponit tamen irreverentiam. Cui non obstat *d. c.* 18. in quo non dicitur, Simoniam non committi propter parvum munus datum, sed non præsumi parvum munus in foro externo esse datum, tamquam pretium rei sacræ in dubio, non etiam ubi datum pro re constat.

Comprehenditur etiam sub munere à manu omnis res temporalis pretio æstimabilis, sive mobilis sive immobilis, *can. Totum I. q.* 3. *d. c. Etsi* 18. *& c. In tantum* 36. *h. t.* cum ponat eamdem irreverentiam, re spirituali æstimatâ pro temporali. Ejusdem ordinis est, si debitum quis remittat, aut remissurum se promittat, quia non potest videri gratis accipere rem sacram. Sic promittens, quòd nihil exiget ab ordinante ratione sustentationis, simoniacus 57

dicitur *c. penult. h. t.* Hinc & sponsio inter duos non à multo tempore inita, ut in casum, quo alter auderet dicere. *Resigno tibi beneficium*, haberet duo millia, dicenda est simoniaca, cùm non detur pretium pro nuda prolatione verborum, *Resigno tibi*, sed pro ipso beneficio, de cujus acquisitione agitur, reddito temporali, ut nullo colore salvari possit à labe.

58 Quæritur autem, An mutuare pro beneficio spectet ad labem simoniacam? R. Posse videri, non spectare, quòd mutuum dans nihil dare sit dicēdus in rei veritate, cùm id ipsum, quod dat, sit receprurus, ut nihil videatur dari pro spirituali. Nihilominus dicendum, quando datur in commutationem rei spiritualis, non carere labe, si fiat ex pacto, quod est prohibitum in cōmutatione spiritualium cum temporalibus. Est enim tale pactum onerosum, ut non possit dici gratis datum. Deinde utilitas illa, quæ ex mutuata pecunia accipitur, ratione usus ejus præsentis, etsi ipsa pecunia non ita fiat accipientis, quin teneatur ad restituendam eamdem, est tamen considerabilis, ut quid temporaliter utile, & spectatum ut pretium rei sacræ, ut sufficiat ad Simoniam Dico, ex Pacto: am si Episcopo indigenti mutua detur pecu. principaliter, ut ei subveniatur, etiamsi remote dans speret ex ejus benevolentia beneficium, non potest continere labem, ut tradit Navar. *c. 23. n.* 101. *in fine, & Cons.* 19. *n.* 6. *& Cons.* 23. *n.* 2 *h. t.* Vid. Suarez *c* 38. *n.* 6. *&* 7. Sic & donatio aut remissio solutionis ejus, quod debetur, ratione rei sacræ eo nomine concedendæ, ponit labem, quia est pretio æstimabilis.

59 Spectat huc etiam impositio pensionis, collatori aut alteri solvendæ, sive ex ipso beneficio, sive aliunde, idque ex pacto prævio, qua de re actum est supra, *Vt Eccles. benef. sine deminut. confer. in fine*, Suarez *d. c.* 38. *n.* 10. Item promissio pensionis super beneficio litigioso inter duos alteri præstandæ, si contra tertium jus super eo prætendentem obtineatur opera alterius, ut tradit Navarr. *Cons* 47. *h. t.* qui & ut simoniacam conventionem damnat, quâ quis familiari Pæpæ promittit pensionem illi constituere super beneficio vacante, si illud pro se impetrarit, *Cons.* 57. *& in Manuali c.* 23. *nu.* 106. *§. Ad quintum, ubi in seqq. refert alios similes casus uti & in Consil. h. t.*

Q. An ergo non liceat quid accipere, vel re, pro procuratione beneficii? R. Non [illegible] citra labem. Ita Navarr. *d. c.* 23. *num.* [illegible] *Ad quintum, & Cons.* 54. *h. t.* quòd pos[illegible] dare collatori, & dare tertio, qui [illegible] apud collatorem, eumque moveat [illegible] rendum: nisi detur pro laboris itinere, [illegible] tertius illis suscepit, frequenter adeun[illegible] latorem, scribendo litteras, aut alia [illegible] vel in compensationem alicujus incom[illegible] siderabilis, lucri cessantis vel damn[illegible] mediatoris. Cujus ratio est, quòd non [illegible] tur ratione rei sacræ, sed ejus, quæ [illegible] nem patitur, modò non detur am[illegible] ne beneficii, nam ita sacra res in [illegible] mationem veniret. Quò facit, [illegible] in *l. C. De suffrag.* permittit quidam [illegible] suffragio & auxilio atque intercessio[illegible] Principem, imò & dat exactionem [illegible] sio eo nomine.

Q. II. An transactio super lite benefi[illegible] cita? R. Gratam & amicabilem compo[illegible] super lite in beneficialibus esse probam[illegible] etiam eam, in qua quid temporale alteri [illegible] ti dandum, secundum propriæ tran[illegible] naturam, *c. 7 sup De transact.* nam res [illegible] lis æstimaretur pretio; pactio autem [illegible] ritualibus probita, *cap. fin sup. De pact.* [illegible] proceder, etiamsi spirituale pro spiritu[illegible] gioso detur alteri, ut desistat, cùm jura [illegible] ter damnent transactionē in spiritualibus [illegible] cipuè beneficialibus, nisi honestetur [illegible] tate Episcopi. *c Constitutus sup. De trans.* [illegible] simpliciter & indistincte trāsactiones [illegible] neficiis dicuntur continere speciem [illegible] Quod si lis sit super pluribus bene[illegible] duos, non valet transactio propria [illegible] ut unus unum, alter aliud possideat; nam [illegible] utriusque jus sit dubium, non potest [illegible] luntatem transigentium dari vel re[illegible] quid juris in alium, qui fortasse nihil [illegible] ideoque auctoritate prælati fieri [illegible] que proprium possideat beneficium, & [illegible] sim alteri litem moveat, etsi iste conve[illegible] ut uterque liti cedat, pacifice retento [illegible] cio proprio, sine auctoritate Prælati, [illegible] res tantum continet solam cessationem [illegible] pugnatione juris alterius, & continet [illegible] sitionem non tam super beneficio, quam [illegible]

lite, nullo pretio interveniente : non tamen isto casu licitè transigunt, ut unus alterius beneficium obtineat, quia res ista cum permutationem sapiat, indiget auctoritate Prælati, qui ex caussa honesta eam permittere potest, qualis est transactio, & vacabit res simoniaca labe, secundum dicta sup. *De rer. permut.* Suarez *c. 51. n. 11. & seqq. ubi late de hac quæstione.*

62 Q. III An & possit Prælatus ex caussa transactionis constituere alteri, qui cedit, pensionem, ab altero, penes quem beneficium manet, persolvendum? R. Videri non posse, cum ea res contineat compensationē juris spiritualis pro onere temporali, quod improbatum, *c 2. sup. De arbitr. & c. fin. sup. De rer. permut.* Est enim pensio quid merè temporale. Dicendum tamen, posse Prælatum, in quem compromissum est, ex mero arbitrio rem controversam taliter componere, ut una beneficium adsignet, eumque gravet in pensionem alteri dandam, quod ipsum expresse approbatur in *c. Nisi sup. De præben* Suarez *d. c. 51. nu. 17.* Quæ pensio non videtur tantum ad vitam ejus, qui solvit, duratura, sed potius futura ad onus beneficii, ut colligi videtur ex *c. De cætero sup. De transact.* ubi census in simili casu alteri adsignatus non excedit vitam ejus à quo solvitur, si absque auctoritate Episcopali sit constitutus; ut à contrario, si auctoritas Episcopi interveneiit, duret ad vitam ejus, cui solvendus. Et ita tenent Panorm. Card. quos refert & sequitur Gigas, *De pensionib. q. 6. nu. 3. & 4.* Suarez *d. loco nu. 18.* Non obstat *d. c. Nisi*, quia in eo non fuit pensio constituta auctoritate Episcopi, sed solum aliorum arbitrio. Quod ita procedit, nullo pacto partium intercedente.

63 Q. IV. An idem sit statuendum, conventione partium antecedente, & Episcopo proposita, ut illam approbet? R. Id posse videri, argumento permutationis, in qua nihil illiciti continetur, prævia partium conventione super permutatione, quin oblata Episcopo ab eo approbetur, ut dictum sup. *De rer. permut.* Contra tamen rescriptum in *c. 4. & c. Præterea 9. & 10. sup. De transact.* in quibus ex eo, quòd partes caussa litis sopiendæ convenissent de pensione ei, qui cederet, constituenda sua auctoritate, judicatur ea conventio simoniacam labem continere atque ita passim Canonistæ tenent, ut alteri beneficium, alteri pensio detur temporalis, transigi non posse privato pacto, sed tantum honestari arbitrio judicis, quo pensio alteri adsignatur, juxta *d. c. Nisi.* Nihil facit argumentum sumptum à permutatione; nam in ea agitur de permutandis rebus spiritualibus inter se principaliter, licet accessorie res veniant temporales; hic autem agitur de dando temporale illi, qui litem deserit: quod sentit labem, si partium conventio præcedat, ut tantum nudo arbitrio judicis sit concedendum pacis caussa, *d. c. Nisi.* Quò facit *c. Cum quidem 3. sup. De pactis*, ubi ex eo, quod non mediante auctoritate Apostolica convenissent inter se, super beneficio litigioso transigendo, judicatur conventio continere pravam speciem illicitæ pactionis, idque ratione temporalis pretii dandi ex partium conventione. Ut prædicto casu tantùm ex Judicis providentia constituatur temporalis census alteri cedenti propter bonum pacis, quod continere temporale commodum non est negandum. & insinuat Pont. in *d. c. Nisi V. & utilitatis.* Nec quòd ad illam pacem perveniatur, renuntiando juri, obstat, quia hoc est per accidens, non considerabile. Nihil obstat, *c. 2 sup. De arbitr. & c. fin. sup. De rer. permut.* in quibus reprobari videntur transactiones, cum alicujus tēporalis præstatione in commodum alterius; nam in *d. c. 2.* ex narratione facti apparet, subesse arbitrium injustum, ab iis datum, qui alteri parti favebant, & in quos dolo inductus consenserat alter. Ut tantùm eo nomine illud improbet ibi Pont. cum subjungat in fine, si foret æquitate subnixum arbitrium, compellendam esse utramque partem ad ejus observantiam. In *d. c. fin.* non tantùm agitur de transactione, sed de venditione perpetua juris decimandi: ut rectè irritum ibi decernat Pont. tale arbitrium, non datum pacis caussa, nulla lite prævia. Non est autem necesse, ut ad tale arbitrium adsumantur Prælati, cum per Judices ut arbitratores partium consensu acceptos res componi possit. *d. c. Nisi* qui adjudicent beneficium illi, qui verum titulum habere præsumitur. Plura Suarez *d. c. 5. nu. 19. & seqq.*

Q. V. An Simoniam sapiat pro redemptione vexæ circa beneficium pretium dare? R. 64

Post jus adquisitum & beneficium obtentum, non esse Simoniam, redimere vexationem, quæ pro jure tollendo injustè infertur, vel probabiliter timetur. Ita plerique tenent, *Gl. 1. in c. Dilectus 28. h. t. ubi* Abbas. Navarr. in *Summa c. 23. nu. 102 §. Octavo*, Azor. *p. 3. c. 11. q. 4.* Suarez *c. 50. nu. 2. & seqq.* Probatur hæc sententia ex *d. c. 28.* in quo cogitur quidem restituere is, qui accepit, ut desineret ab injusta læsione, non reprehenditur etiam dans. Probatur & per *can. Quæsitum 1. q. 3.* ubi Religiosi vexationes ejusmodi redimentes, quas patiebantur in Ecclesiis, quas possidebant, nihil peccasse supponuntur. Ratio quia dans ex tali causa pretium non dat illud pro re spirituali, sed pro vitanda injuria, nec per illud spirituale quid adquirit, quod habere supponitur.

Objicitur *c. Matthæus 23. h. t.* ubi legitimè electus à majori parte eligentium, quod pecuniam paucis contradicentibus, ne se vexarent, dedisset, judicatur simoniacus, & consulitur illi, ut administrationem deponat, quia illam detinere sine gravi detrimento animæ nequeat, Aliqui respondent, in illo cap. non agi de injusta vexatione sed justa, propter incapacitatem aliquam electi, aut defectum. Verum ea de re non patet ex textu, in quo potius significatur vexatio fuisse injusta, in *vers. Ei, qui magister discordia videbatur &c.* Rectius cum Innoc. respondetur, in *d. c. 23.* non agi de electione inquietanda, ad quam jus erat & pro injusta ejus vexa potuisset sine noxa dari vexanti pretium, secundum jam dicta, sed de impedienda prosecutione confirmationis, per quam necdum erat jus quæsitum, cujus processus ne impediretur, pecunia fuerat data, non citra noxam, ex eo, quod confirmatio necdum esset habita, quòd in *d. c. 23.* judicatur simoniacum.

Requiritur itaque Primò, jus jam sit adquisitum ac plenum, quia, necdum adquisito jure, non licet pretio redimere vexationem. Abbas, Innoc. *& alij in d. c. 23. & 28. h. t.* Nam cum jus necdum habeatur, licet redimendo vexationem non det immediate pro re spirituali, mediatè tamen vult adquirere pecunia jus tale. Et hoc, si is, cui datur pretium, talis sit, ut prodesse possit suo suffragio; tunc enim inducendo, ne obsit, videtur suffragium eorum pecunia redimi. Eoque in sensu [illegible] cipiendum *d. c. 23.* saltem quoad Simoniaris Canonici. Quod si consenti nihil poss[it] ationem injustam à tali redimere erat jus adquisitum licet, quia cum nihil [illegible] ad beneficium impetrandum, redempt[io] non est illicita, nec intrinsecè, nec qua[tenus] Canonico prohibita, cum non committ[atur] tionem rei spiritualis, sed mere temporal[is] cundo requiritur, vexatio sit injusta: [illegible] sta fuerit, & lis justè intentata, non [illegible] videri redimi spirituale. Quod & dicen[dum] causa sit dubia, quia tunc lis est [illegible] demptio ejus adficeret spiritualem [illegible] res quæ datur pro illicita vexatione [illegible] sit temporalis, nam si daretur spiritu[ale] mitteretur Simonia, quia daretur pro [illegible] li, scilicet pro injusta vexa, quæ est [illegible]

Q. VI. An dicendus Simoniacus, [illegible] vexa injusta desistat, quid accipiat? [illegible] ctum sit, vexationem injustam per [illegible] nere quid spirituale, sed temporale, [illegible] illius cessatione detur temporale, non [illegible] illa res censeri simoniaca, cum Simonia[illegible] rat, ut temporale detur pro spirituali, [illegible] non contigit: ut secundum dicta non [illegible] vexa ista offerre spirituale beneficium [illegible] spirituale veniret pro temporali, & non [illegible] sed cum pacto, atque ita damnatur [illegible] *can. Euphemium 11. q. 3.* Azor. *d. l. 3. qu. 3.* Suarez *d. c. 50. nu. 14.*

Injustè itaque redemptio vexæ pa[illegible] nem à Simonia, si detur temporale, [illegible] spirituale habetur jus adquisitum [illegible] etiam adquirendum. Quæ procedit [illegible] one, præsentatione, nominatione, [illegible] one, institutione, quia hæc pertinet [illegible] lum spiritualem: ut videantur obtine[re] etiam ratione vexæ injustæ, si agatur [illegible] quirendis.

Quid juris in possessione adquisi[illegible] Aliquibus placere, non sine Simonia [illegible] ri pecuniam ad redimendam vexam [illegible] super denegata possessione, etiam [illegible] situm plenum jus in beneficio quoad [illegible] tatem; ea ratione, quod, secundum [illegible] liceat quidem vexam super jure spiritu[ali] adquisito injustè motam redimere, non [illegible] super jure adquirendo abiis, qui pos[illegible]

desse, quod quodammodo videatur acquiri pretio jus spirituale. Est autem possessio quid spirituale, aut ei adnexum, quia per eam adquiritur exercitium spiritualium, *can. Decimas* 26. xvi. *q.* 7. ubi prohibentur Episcopi, ne decimas à suis subditis redimant, etiamsi ab iis vexentur, & alias solvere nolint; quæ prohibitio in hoc fundati videtur, quod decimæ sint spiritualibus adnexæ. Ita tenet Abbas in *c. Ad aures* 24. *nu.* 6. *& in c. Dilectus* 28. *in fine h. t. ubi* Felin. *nu.* 3. Contraria tamen sententia probabilior, post plenum scilicet jus adquisitum quoad proprietatem licitum esse removere impedimentum adquirendæ possessionis; ex ratione, quòd possessio secundum se spectata non tam sit jus spirituale, quam factum quoddam corporale, & tantùm spirituali adnexa, quatenus ex titulo spirituali dependet. Spirituali autem titulo adquisito, possessio non potest prætendi, ut consequenda tamquam adnexa titulo spirituali, quo habetur, sed per se, ut quid corporale per se & immediate debitum; ut nulla possit dici subesse Simonia, redimendo vexam circa illam, cum solùm redimatur factum, non jus. Dicta procedunt in casu, quo jus circa proprietatem est certum. Nam si circa illud dubium foret, ideoque negaretur possessio, tunc non per se sola possessio redimeretur, sed ut adnexa juri, & sic ipsum quoque jus. Navarr. *d. c.* 23. *nu.* 102. *§. Octavo.* Binsfeld. *ad c. Dilectus* 28. *h. t. qu. un. Concl.* 3. Non obstat *d. can. Decimas* quia prohibitio, de qua ibi, non est fundata in eo, quòd redemptio ista sit simoniaca, sed ne detur laicis occasio similes injurias exercendi spe talis lucri.

Ut prædicta redemptio procedat, requirunt aliqui, ut sine magno incommodo aut mora non possit Superior conveniri, qui vexationem auferat. Quæ limitatio bona quidem in foro exteriori, ad evitandam præsumptionem Simoniæ; posita tamen revera vexatione, in foro conscientiæ non est necessaria. Idem dicendum, si possidenti beneficium denegentur fructus, qui citra ullam labem redimentur, cum non adducantur ut adnexi spirituali titulo, sed secundum se. Secus est, si denegentur, revocando in dubium jus ipsum beneficii, tunc enim non magis liceret redimere fructus, quam jus ad illos. Turrecrem. in *can. Altaria I. q.* 3. *art.* 2. *& in d. can. Decimas.* Suarez. *d. c.* 50. *nu.* 32. *& seqq.*

Quæritur ulterius, An sit licitum præsentare aliquem ad beneficium litigiosum, ut suis litiget expensis, probetque jus præsentandi pertinere ad præsentantem? R. Videri pactum istud esse onerosum, non sine labe, eo quod plus exigatur à præsentato sub obligatione, quam facere teneatur scilicet verificare suis expensis, quod jus præsentandi pertineret ad præsentatem quod esset loco pretii præsentationis, & non sine labe, ut videtur supponere Navar. *Cons.* 12. *nu.* 1. *in fine h. t.* ubi defendit conditionem istam, ut, nisi præsentatus intra tempus à jure statutum prosequatur præsentationem suam, liceat præsentanti contravenire, & uti jure suo, nihil includere mali. Adde Suarez *c.* 28. *nu.* 14. 67

An Beneficium post multas expensas obtentum licitè quis resignet sub conditione expensarum restituendarum? R. Id posse videri prima facie, eo quod resignans non petat nisi servare se indemnem, beneficium alias gratis tribuat alteri. Dicendum tamen, labem subesse, quia onus solvendi tales expensas non est adnexum beneficio, sed extrinsecum, illudque non imponitur, nisi quia beneficium datur, atque ita pro beneficio, quod est simoniacum. Deinde expensæ illæ non concernunt utilitatem ejus, cui fit resignatio, sed ejus, qui resignat, ut non rectè exigantur. Simile est in domo, super quâ quod multæ sint factæ expensæ, non ideo domus ultra justum valorem æstimanda, etiamsi eum excedant expensæ, ut non est infrequens. Nec posset ea res purgari auctoritate Pontificia, nisi ex causa separet fructus à beneficio. Vid. Azor. *p.* 2. *lib.* 7. *c.* 27. *qu.* 7. Flamin. *D. resignat. benef. lib.* 14. *qu.* 7. Suarez. *c.* 35. *nu.* 24. Binsfeld. *ad c. Cum essent* 12. *h. t. q.* 6. *Conclu.* 8. 68

An in permutatione sit licitum pactum, ut alter solus expensas subeat pro expeditione Bullarum? R. Non videri, ex eo, quòd, cum illa res ad utriusque onus spectet, non citra labem alteri tantum imponatur, cum gravamen illud sit pretio æstimabile, videaturque dari in compensationam beneficii, Suar. *c.* 24. *in fin.*

Itaque sub munere à manu continetur omne donum, consistens in aliquo habente emolumentum temporale, etiamsi jus habens in 69

se spirituale, cui annexum quid tẽporale, ut etiam permutatio rerum spiritualium non sit ita licita, secundum dicta sup. *De rer. permut.* & probatum sup. *h. t nu.* 40. Vid Suarez *c.* 38. *in fine.*

Q. An renuntiatio sub pensione sit simonica?
70 R. Cum pensio sit mere temporalis, non posse non esse simoniacam renuntiationem factam, reservata pensione; & quidem contra jus divinum, non etiam tantum contra jus positivum humanum, cum ilthusmodi renuntiatio contineat expressam commutationem rei spiritualis pro temporali, pensione scilicet, quæ solum est onus aliquod pecuniarium absque titulo spirituali. Ac proinde ut numeratio pretii pro beneficio poneret simoniam contra jus divinum, ita & hæc põnet; cum sit æquivalens reservatio pensionis numerationi pretii, quia utraque continet commodum mere temporale. Posset tamen vitium hoc vitari, si fiat in manibus Pontificis, isque approbet, qui potest fructus separare à beneficio, atque ita illos pretio æstimare, & gravare pensione, secundum dicta supra *eod. nu.* 40. Vid. Redoan *p.* 1. *c.* 25. *& p.* 2. *c.* 12. *& seqq.* Navar. *in Summa c.* 23. *nu.* 108. Suarez. *c.* 35. *nu.* 21. *& seqq.* Binsfeld. *ad d. c. Cum in Ecclesia* 9. *qu.* 2. *h. t.*

Alia quæstio est, An & facta in favorem
71 tertii sit simoniaca? R. Certum esse, resignationem purè & absolute factam; sine designatione personæ cui consultum vult resignans, nec per se malam esse, nec prohibitam, quòd neutiquam detur temporale pro spirituali. Fieri etiam licitè in manibus inferiorum Prælatorum, exceptis majoribus, ut renuntiationibus Episcopatuum, & similium, quæ non fiunt nisi in manibus summi Pont. propter præjudicium Ecclesiarum: ita tantum, ut secundum Bullam Pii V. an. 1558. incip, *Quanta Eccl sia*, collatores talium beneficiorum ea non conferant suis non resignantium consanguineis, adfinibus, familiaribus. Certum quoque est, resignare in favorem tertii, cui bene vult resignans, juri divino contrariam non involvere Simoniam, ut rectè tradit Covarr. 1. *Var. Resol c.* 5. *nu.* 3. *& eum secutus* Suarez. *c.* 35. *nu.* 2. cùm non detur temporale pro spirituali, sed gratis dimittatur in favorem tamen certæ personæ; qui respectus non facit, quin gratuita sit resignatio, ut nequeat dici simonia [illegible] divino.

Ut quærendum sit, An jure Eccles[iastico] prohibita? R. Quod affirmat comm[unis opinio] tia, *Gl. in c. Dilecto sup. De præb. [illegible]* *c. Non satis* 8. *h. tit. Navar. d. c.* 23. *nu.* [illegible] *Ad decimum, & alii allegati à* Suarez. *[illegible]* 3. Probatur per generales Juris regulas, [illegible] admittunt in spiritualibus ullas conditiones pactiones, ut autem huic aut illi contractus dictio est. Verum non videtur ille [illegible] continere pactionem prohibitam, [illegible] eum posse extendi generales regulas [illegible] tes pactiones in spiritualibus, cum [illegible] permutationum fiat in eundem favorem [illegible] tantum sit prohibita, sed permissa [illegible] *permut. in 6.* & expressius in *c. Cum* [illegible] *rum 8. sup. eod tit.* ubi resignatio facta [illegible] rem nepotis non ideo retractatur, aut [illegible] tur; quia facta in favorem, sed quia [illegible] tans compermutantis præbendam [illegible] resignasset in suum nepotem, permut[ans] à sua parte complere fraudulosè [illegible] facit, quòd ista resignatio non [illegible] gravamen Prælato quam permutato [illegible] nus odiosa est, ut quod in illa permissa [illegible] in hac permitti debeat. Ut dicendum [illegible] nationem ejusmodi in favorem tertii, [illegible] tinentem vim rigorosæ & suspectæ [illegible] nis, sed tamquam modum aliquem [illegible] absolutè factæ conjunctum, non esse [illegible] & coram Episcopo rectè si[illegible], atque [illegible] acceptari sine ulla culpa; nec [illegible] peccare, nisi intentionem omnino [illegible] Episcopum habeat, quia vult in dubio [illegible] tionem, quam nequit, jure [illegible] 73
cùm liceat illi intendere tantum, [illegible] Episcopum, quatenus tali persona [illegible] Quòd facit, quòd interior intentio [illegible] conferatur certæ personæ non [illegible] ut tradit Navarr. *d. c.* 23. *nu.* 107. *in fin.* [illegible] *quando sup. De reser. Except.* 4. [illegible] *Cum essent* 12. *h. t. qu.* 6. *Concl.* 6. & 7. [illegible] *Gl.* 1. *in can. Ordinationes* 13. *l.* 1. ut [illegible] expressa sit dicenda inficere. Unde [illegible] cundam istam resignationem in favorem [illegible] hil inferre gravaminis Episcopo, cui [illegible] facta absolutè, ut possit etiam libere [illegible] ferre alteri, & de rigore alteri facta [illegible]

tenebit, cùm nullum jus obliget ad conferendum personæ nominatæ. Attamen non peccabit, si illi conferas, in cujus gratiam est facta, modo personæ qualitas mereatur: & ita habet communis sententia ad usus. Verum posset videri obstare prædicta Pii V. Bulla, quæ videtur prohibere, ne intentio qualiscumque intercedat resignandi successorem à resignantibus. Sed dicendum, Pium V. non tam agere de resignantibus, quàm de ipsis Prælatis, quibus non est licitum promittere resignanti, sub ejusmodi modo se eidem collaturum, in cujus favorem resignat. Et hæc ita de resignatione simplici in favorem, secundum tradita à Suarez *d. c. 35. nu. 4. & seqq.*

Quid si addatur conditio suspensiva resignationi, quæ inducitur per clausulam, *Non aliàs nec aliter*? R. Clausulam istam non ponere Simoniam contra jus divinum, cùm ita renuntians nihil temporale petat, aut accipiat pro spirituali. Non etiam esse Simoniam prohibitam jure Canonico, si pactum non intercedat cum Episcopo, sed resignans tantùm intendat talem renuntiationis modum. Qua in re licet peccet, non tamen potest dici simoniacus proprie, cum non subsit commutatio unius pro alio, nec realis nec mentalis, imò nullus subsit contractus onerosus, sed tantum limitata ad certam personam donatio, non gravis Episcopo, qui potest illam non acceptare, & acceptando non committet Simoniam, quia nihil temporale intervenit. Ut etiam videatur posse personæ nominatæ providere citra labem, si id non faciat ex pacto aut obligatione, quamvis non bene agat, ut dicetur inferius.

73 Ubi aliqui volunt; Episcopum acceptatum beneficium taliter resignatum posse, rejecta conditione, conferre cuibet alteri, præterendo nominatum, quod conditio habeatur pro non adjecta, quæ sententia est Covarr. *1. Var. c 5. n. 5. & 6.* Verum contrarium est verius, quia quando fit actus cum aliqua adjectione, debet totus recipi vel rejici, neque enim potest acceptari quoad partem; nec verum est, conditionem haberi pro non adjecta, quia hoc jure non probatur. Itaque dicta resignatio etsi in rigore non sit simoniaca, non potest tamen licite fieri coram Prælato inferiore, nec ab eo acceptari aut conferre secundùm conditionem appositam, quia damnantur hujusmodi resignationes, propter imaginem Simoniæ, cum renuntians videatur Prælatum cogere ad conferendum nominato, etiam si Prælatus id faceret non ex vi pacti, sed suo arbitrio. Ut tales renuntiationes, cùm sint tantùm prohibitæ, recte fiant coram Pontifice, qui vitium, quod subest, purgare potest. Quod si pactum præcedat cum Episcopo, certum est, esse renuntiationem simoniacam, saltem quia prohibita, ex eo, quòd Canones improbent pactiones circa beneficia, cum obligatio ex parte Episcopi videatur onus aliquod, vel obsequium pretio æstimabile. Coram Pontifice facta hujusmodi resignatio & admissa purgatur à vitio, videtur enim Pont. admittendo talem super vitio dispensare.

Ubi posset quæri, An, acceptata resignatione, possit Pont. alteri, quàm in cujus favorem facta conferre? R. Etsi quibusdam videatur licere Papæ, verius tamen, minime esse permissum, propterea quòd renuntiantem invitum privaret suo beneficio sine justa causa, quam non ponit talis renuntiatio, cum coram Pontifice fiat sine pecc[illegible], & soleat Pont. illam acceptare, & secundùm ejus conditionem conferre personæ nominatæ. Plura de hac materia vide apud Flamin. *lib. 13. qu. 3.* Garc. *De benef. p. 11. c. 3. num. 152.* Azor *p. 2. lib. 7. c. 27. q. 4.* Less. *lib. 2. c. 35. Dubit. 14.* Suarez *d. c. 35. nu. 19. & seqq.* 74

Ex dictis fortius infertur, resignationes seu cessiones reciprocas non rectè fieri coram Ordinariis, colore seu titulo permutationis; v. g. *Resigno meum beneficium in favorem tui nepotis, ut tu resignes tuum in favorem mei nepotis.* Idem jus in triangularibus, v. g. *Renuntio meum beneficium Petro, ut Petrus suum cedat Paulo, Paulus suum mihi.* Cujusmodi resignationes etsi videantur esse permutatio, non tamen pura, sed mista cum resignatione in favorem tertii. Episcopis autem non est permissa potestas, nisi ad puras permutationes probandas. Item intercedit pactum renuntiandi in favorem tertii pro alio simili: ut approbatio excedat Ordinariorum potestatem, & res ea non fiat licite nisi coram Pontifice. Vid Azor. *d. c. 27. qu. 5. & p. 3. lib. 12. c. 12. qu. pen. & ult.* Suarez *d. c. 34. nu. 19.* Less. *lib. 2. c. 34. n. 87. & 88.*

Et

Et hæc ita quoad munus à manu, quatenus temporale quid venit, quod habet rationem pretii respectu rei spiritualis. Quo casu cessat omne dubium, nisi caussa dandi aut recipiendi pretium à præstante quid spirituale honesta subsit, quæ faceret cessare vitium. Sic Sacerdos pro Missa dicenda, aut dicta, nullo malo more accipit stipendium, etiamsi sine eo Missam non esset dicturus, quia habet honestam caussam intendendi stipendium, ut conditionem necessariam, sine qua Missam aut non diceret, aut non applicaret isti personæ. Suarez *c.* 36. *nu.* 7. *circa fin.*

75 Superest, quæratur de casu, quo spirituale pro spirituali venit dandum. De permutatione beneficiorum dictum supra *De rer. permutat. nu.* 6. *&* 7. eam sine Superioris auctoritate factam spectare ad Simoniam prohibitam Quod & dicendum quoad communicationes actionum pertinentium ad functiones beneficiorum, quæ à potestate vel jure aliquo speciali procedunt. Quo modo Simonia committetur, si duo electores ita inter se paciscantur, *Tu elige hunc, ego eligam istum*, Similiter, *Præsentabo T. ut eligas C. Si eligas M. confirmabo S. vel conferam tibi beneficium, aut promitto tibi beneficium, c. De hoc* 11. *hoc tit.* Item, si patronus paciscatur præsentare N. si sibi beneficium renuntiet. Ratio non est commoda, quam dat Panorm. in *c. Cum olim n.* 4. *sup. de rer. permutat.* quòd scilicet ejusmodi sint personalia, nec mutent personas; cum illa ratio faceret quidem esse ista non permutabilia, quòd cohæreant personæ, non tamen & ideo Simoniam saperet eorum inter se commutatio. Unde ratio vera consistit in pacto prohibito, circa beneficialia, & iis connexa, *c. Pridem & c. fin. sup. De pact.* Talia autem sunt adnexa beneficialibus, cum ad illa ordinentur, & ab iis habeant æstimationem. Præterea licet videatur spiritualis functio pro spirituali commutari; moraliter tamen loquendo non æstimatur ut spirituale [illegible] ad ut via & medium ad lucrum temporale, [illegible] beneficium oblatum pro electione sit vice pretii. Ita Suarez *c.* 31. *nu.* 14. Similiter & oblata electio unius cedit loco pretii confirmationis alterius, ut non possit non inferri ista commutatio ad Simoniam prohibitam. Eodem & spectat pactum ut unus cedat alteri præsentationem, qui vicissim illi conferat exspectativam, [illegible] Pont. habet. Suarez *d. c. nu.* 17. [illegible] quid dicendum de casu, quo collator [illegible] jussus per Pont. ex aliqua communitate [illegible] g. Academia Lovaniensi, tribus vacantibus [illegible] conferre beneficia in sua diœcesi primo vacantia, unus ut obtinere possit præbendam [illegible] latore, offert liberationem à duarum ex reliquæ collatione. Nam clarum est [illegible] nem ejusmodi non esse liberum à [illegible] quandoquidem ex pacto circa beneficium [illegible] hibito remissio aut liberatio ista cedit [illegible] tii collationis uni isti faciendæ. Quæ [illegible] tradita à Navar. *Cons. 6 & 8. n.* 4. Con. [illegible] *nu.* 1. *&* 2. *& aliis.*

Postremo quæri hic posset, An munus [illegible] tur ad munus à manu convivia & [illegible] quæ invitantur collatores sæpius [illegible] cantis beneficii? R. Non esse dubium, [illegible] prævio rem esse simoniacam, [illegible] pro spirituali veniat. Neq; enim [illegible] nus negari temporale esse, convivia, [illegible] similia, exhibere collatoribus, quòd [illegible] præcipuè conferant ad corumpendos [illegible] collatorum. Unde in *l. Quisquis* in Cod. [illegible] *tat.* mutuans judex exilio punitur, [illegible] tor legum atque provinciæ. Quod [illegible] posis dicendum, quæ sufficiunt ad [illegible] dos eorum animos, qui spiritualia [illegible] & faciunt rem spiritualem vilescere, [illegible] utilitate temporali commutetur. Vid. [illegible] *simili c.* 38. *nu.* 7. Sed quid si cessat [illegible] pressum? ut Lovanii nuper contigit [illegible] tione alicujus præbendæ simplicis, [illegible] quis appetebat & ambiebat sordes [illegible] teneretur excipere isto modo [illegible] tione Lectionis sibi collatæ, & [illegible] Capellania, tractavit præter solitum [illegible] diebus, adeo, ut conviviorum [illegible] cesserint lucrum Lectionis annuum [illegible] nis aliquot, & hoc intuitu Capellanus [illegible] taliter? R. Cessante explicito pacto, [illegible] in primis non vacare sordibus, quæ [illegible] ad corumpendos animos collatorum [illegible] quam vel præcipue possunt symposia, [illegible] tum. Secundo. Etsi pactum explicitum [illegible] verit, non tamen implicitum, ut [illegible] videatur carere labe Simoniæ; quæ [illegible] caret beneficium istud eo tempore, [illegible]

sympoſia exhibebantur, non poterat non intelligi, ideo ea exhiberi, aut animi pararentur, corrumperentur: quod non decet virum probum, cujus eſt animus a ſordibus alienus, vel eſſe debet. Et licet Navar. In *Summa c. 23. nu. 191. in fine* neget eſſe ſimoniacum, mutuare indigenti, cum ſpe minus principali & remota conſequendi poſtea ab eo aliquod beneficium ſpirituale; non loquitur tamen illo in caſu, quo exhibetur alteri officium, vacante beneficio ut in caſu propoſito, ſed quo necdum beneficium vacat. Et hactenus de Simonia muneris à manu.

76 Secundum eſt munus ab obſequio. Obſequium aliud temporale, quod eſt opus hominum, quod ad uſus & commoditates ſive corporis ſive animæ, in ſua tamen naturali perfectione ſpectatæ, ordinatur: aliud ſpirituale, quod eſt omnis functio ſpiritualis, ut miniſtrandi Sacramenta, & ſimilia. Quantum ad prius, certum eſt, temporale obſequium, quantum ex ſe, eſſe ſufficiens pretium Simoniæ, ſi pretio ſit æſtimabile, & per ſe pro re ſpirituali obtinenda fiat; aut è converſo, ſi res ſpiritualis loco pretii tradatur pro obtinendo obſequio, quia eſt commutatio rei ſpiritualis pro temporali. Unde pro obſequiis exhibitis dare beneficium eſt Simonia, cum detur in recompenſationem rei temporalis, debiti ſcilicet reſultantis ex obſequio, quia reſolvitur tandem in debitum pecuniarium. Et ſatis eſt, quod ex illo orta ſit obligatio juſtitiæ ad condignam compenſationem temporalem; neque enim niſi ratione obligationis ex juſtitia datum ſpirituale pro temporali ponit Simoniam. Nam moveri quidem per obſequia præſtita, ad dandum alicui beneficium ultra debitum omne gratis, nihil habet ſimoniaci, quia tunc obſequia non habent ſe ratione pretii, cum nihil ejus nomine debeatur, ſed ſolum conciliant benevolentiam, à qua procedit gratuita collatio. Dico, cum nihil ejus nomine debetur; nam ſi quid deberetur, collatio beneficii videretur facta eſſe in recompenſam ejus, atque ita non extra labem; niſi obſequium præſtanti ſalva maneat ſua obligatio ad temporalem recompenſationem obſequio proportionatam. Ubi non refert, obſequium ſit ad bonum aut malum finem, juſtum aut injuſtum, quia tota ratio in eo conſiſtit, quod non detur ut pretium obſequii, in quo ſolo verſatur vitium. Tantum illa diſtinctio confert, ut proviſio ſit juſta vel injuſta, aut diſpenſatio beneficii ex turpi & carnali affectione, quæ non ponit propriè Simoniam. Hinc frequens habet conſuetudo, Prælatis Eccleſiaſticis, aut etiam ſæcularibus Principibus, quibus eſt jus præſentandi, exhibere ſervitia ſine ulla mercede temporali, ſpe tantum beneficii alicujus ſive favoris ad illud obtinendum. Pro quibus beneficia conferunt, aut ad obtinendum præſentant ii quibus ſervitia exhibita, & quidem ſine labe, modo ceſſet pactum, non tantùm explicitum, ſed & implicitum, nam & hoc adficeret labe collationem aut præſentationem: quale intercedit in exhibitione neceſſariorum officiorum, quæ cauſſat intrinſecè obligationem juſtitiæ ad reddendam mercedem operariis, quæ non poteſt perſolvi ſine labe per donum ſpirituale. Non eſt etiam à labe immune, dare beneficium, cum onere exhibendi temporalis obſequii, non adnexi beneficio, quia veniret pro ſpirituali temporale; & propter illud imponitur obligatio, quod includit Simoniam, *c. Cum eſſent 12. h. t.* Quod ſi pactum ceſſet, ſed tamen conferatur beneficium gratis vito benè merito & digno [illegible] & intentione habendi illum benevolu[illegible]que utendi ejus opera ex gratitudine & amicitia, nihil mali includit, cum ſpes gratitudinis, non faciat, quin gratis detur ſpiritualia. Dico non adnexi; nam ſi adnexum fuerit obſequium temporale illud conferte cum obligatione oneris nihil involvit mali, cum expreſſio eorum, quæ inſunt, non mutet rei conditionem *l. Si. Titio 22. §. 1. D. Quando leg. ced.* Vide plura hac de re apud Suarez. *c. 39. n. 5. n. & ſeqq.*

Poteſt & vacanti beneficio onus imponi de novo ad obſequium Eccleſiæ etiam temporale, ad quod tenebitur is cui beneficium confertur, nec ſuberit ulla Simonia, dummodo adnexio fiat ante collationem ab eo, qui habet poteſtatem quò facit text. in *c. 1. inf. De magiſtris*, & faciunt tradita ſup. *Ut Eccleſ. benef. ſine deminut. confer.* Quæ adnexio non alias licitè fiet, quam ſi res ſpiritualis habeat adnexa temporalia commoda, quibus temporale obſequium ſit proportionatum. Nam dare aliquid ſpirituale pure adnectendo tempo-

tale obsequium, esset dare spirituale pro temporali tamquam pretium, neque enim potest obsequium onerosum habere rationem stipendii sustentationis, ut spirituale videatur dari in satisfactionem talis obsequii. Suarez *d. c. 39. nu. 9. & 10.*

Quantum ad obsequium spirituale, non potest dici habere rationem pretii ad Simoniam sufficientis, non tantum si sit adnexum beneficio, sive de antiquo sive de novo adnectatur ab habente auctoritatem, quia cessat pactum, probatur id ipsum *c. Significatum 11. sup. De prab.* verum & non adnexum jam exhibitum, quia commutatio inter spiritualia, ut talia non potest dici simoniaca, quippe nec intrinsecè mala nec prohibita, quando nimirum voluntariè obsequium fuit exhibitum, nullo pacto prævio; cùm non sit ratio, cur tum spirituale obsequium possit habere rationem pretii. quia pro illo nihil potest ex justitia exigi. Quod si obsequium spirituale sit priùs exhibitum, cum conditione, naturali jure ibi contenta, recipiendi stipendium justum sustentationis, illicitum foret, per spirituale beneficium satisfacere pro debito stipendii, & se liberare ab obligatione ista, quia daretur pro temporali spirituale; præcedens enim obsequium licet spirituale, pepetit tamen obligationem ad rem temporalem. Ita ferè Suarez *d. c. 39. nu. 11.* Pactum prævium ad obsequium spirituale pro beneficio spirituali jure naturæ non potest rem facere prohibitam, quia non venit pro spirituali aliquid temporale.

77 Dubitatum autem, An non sit simonia contra jus Ecclesiasticum? R. Ita dicendum esse, quod [illegible]sequium illud spirituale videatur alio[illegible]s subire rationem pretii. Quò facit *c.* [illegible] *h. tit.* ubi promissum beneficium pro [illegible] jus electione ad Episcopatum non potest retineri tamquam acceptum simoniacè. Et hoc, si accipiatur vox electionis, ut detur pro beneficio, tunc enim est loco muneris ab obsequio, quia danti beneficium fit obsequium per suffragium. Nam si consideretur beneficium datum pro voce electionis, beneficium erit tamquam pretium & loco muneris à manu. similiter si duo aut plures inter se conveniant, ut sibi invicem obsequantur, nunc unius amicum eligendo, postea alterius, simoniaca hæc & [illegible] saltem quia prohibita. Huc accedunt [illegible] jura, quæ prohibent pacta, conventiones [illegible] dos in spiritualibus, præsertim in his [illegible] beneficia spectant, sub quibus veniunt [illegible] & ministeria Ecclesiastica, ut ex pactis [illegible] spirituale quid dare non sit sine labe [illegible] ordinariè talia obsequia habeant [illegible] quid temporale aut ejus debitum, [illegible] modum stipendii. Quo modo Episcopus [illegible] rectè promittit vicario suo beneficium [illegible] quot annos servierit illi in spiritualibus [illegible] tronus rectè præsentat aliquem sub [illegible] cendi Missas per aliquod tempus, [illegible] Litanias pro se. Improbantur & [illegible] ciunt Episcopi aliqui, aut Prælati [illegible] vel ministris suis, de dando salarium [illegible] nec provideant de beneficio, qualia [illegible] Navar. *c. 25. nu. 113.* probet, improbat [illegible] bas in *c. Cum essent 12. nu. 1. hoc tit.* [illegible] motionis ab aliquo consequendæ ex [illegible] mo Prælato ministrare in spiritualibus [illegible] mali in se involvit, modo tamen [illegible] ficii non cedat in liberationem à [illegible] ne, quam tenetur præstare Prælatus [illegible] spiritualia obsequia. Vid. Suarez, *d. c.* [illegible] *13. & 14.*

Quæri posset, An labem aliquam [illegible] rituale obsequium adnectere temporale [illegible] sive temporale quid relinquere sub [illegible] tualis obsequii? R. Affirmare Innoc. [illegible] *tit. seq.* id non esse extra Simoniam, [illegible] sentit Abbas in *d. c. significatum 11. nu.* [illegible] *prab.* Verius est, hoc nihil mali [illegible] spectes jus divinum, quia non [illegible] le per temporale oblatum, cum [illegible] quatur res temporalis ad certum [illegible] ritualem, licet sub conditione [illegible] Ecclesiasticum, cùm non inveniatur [illegible] aut jus idipsum prohibens; imò [illegible] loca juris in contrarium id permittunt [illegible] uti *c. Olim sup. De restitut. spoliat.* [illegible] *sup. De condit. appos.* & præcipue *c.* [illegible] *De testam c. Ex parte. De verb. signif.* [illegible] *Dudum De sepult.* ubi sub conditione [illegible] modi relicta approbantur. Et indies [illegible] in usu Ecclesiæ esse, recipere relictas [illegible] ad fundandam Ecclesiam, legari annuos [illegible] sus vel ratione anniversariorum, vel [illegible]

nere distribuendi eos pauperibus, quæ res ne umbram quidem Simoniæ sapit. Ita Suarez *d. c. 19. nu. 18. & seqq.*

79 Munus a lingua complectitur humanas preces, supplicationes, intercessiones, laudes, adulationes, & alia id genus. Dicitur, humanas; nam spirituales continentur sub obsequio spirituali.

Ubi quæsitum, An propter preces dare beneficium sit Simonia? R. Ita aliquos velle si formale motivum & ratio dandi spirituale sint preces; ex ratione, quod preces quasi intrinsecè contineant promissionem favoris temporalis, & humanæ amicitiæ, quæ sunt pretio æstimabilia. Facit eodem textus *can. Ordinationes 113. q. 1.* ubi falsæ diiudicantur ordinationes pretio, vel precibus pro se aut alio indigno obtentæ: & *can. Pueri 120. eod. q. 1.* ubi improbatur in ordinatione venalitas, potentia, supplicatio personarum intervenjens. Similia habentur multis aliis in locis, & *c. Nemo 14. hoc tit.* de quo infra. Contra tamen videri, postulare à Prælato beneficium aliquod, & obtinere per preces, importunas supplicationes, laudes & similia, nihil involvere mali per se & secluſa omni promissione extrinseci boni, pertinentis ad munus à manu vel obsequio, cum nihil intercedat temporale. Ut preces istæ non possint dici, habere rationem pretii, & Prælatus earum intuitu motus nequeat dici simoniacus, si beneficium petenti pro altero conferat; quia ea res nec concernit vitium aliquod repugnans juri divino, cum dare propter preces tales non sit vendere, nec Prælatus conferens recedat à gratuita donatione, ut nec per preces obtinens sibi vel alii potest dici emere, quia non obtinuit mediante re pretio æstimabili: neque juri humano, quia nullibi talis prohibitio invenitur, imo potius loca multa sunt, quæ concessa ad preces beneficia non tam improbant, quam approbant. Exemplum est in *can. Latorem 122. & can. Filium 122. I. q. 1.* ubi Pont. se precibus inductum fatetur aliquos ordinasse; quæ loca Gratianus adducit, ut ostendat ordinationes ad preces aliorum factas non esse semper improbatas: & in *c. Tuos 34. h. t.* admissus ad Canonicatum, quia humiliter rogasset, nihil labis commisisse dicitur. Vid Suarez *c. 40. nn. 2. 3.* Eadem ratio obtinet, in eo, qui pro se beneficium precibus & supplicationibus obtinuit à Prælato, quia scilicet non magis pro se oblatæ preces possunt habere rationem pretii, quàm pro alio: nec potest sibi penes beneficium aut dignitatem præsumptuosus videri, aut ambitionis arguj, si moraliter & sine temeritate se dignum reputet, cum ita habeat usus Ecclesiæ. & Trid. *Sess. 24. c. 18. De reform.* ordinat, ut beneficia, quibus adnexa cura animarum, per concursum conferantur digniori, ut tacitè videatur invitare ad se offerendum & petendum. Quod nec prohibitum, nec malum per se, cum possit fieri bona intentione, cessante ambitiosâ præsumptione, si quis non suo tantum judicio nitatur, sed & aliorum consilio & judicio ducatur, dignumque se judicet, non quia [illegible] aliis præferat, secùs cum illis concurrat. Suarez *d. c. 40.* [illegible] Bonfeld. *ad cap. Cum essent 12. h. t. qu. 2. Concl. 6.* Quamvis hodie plerique, prô dolor! etiam dum videant se aliis magis dignos, aut cum se nesciant dignos, imo videant indignos, & alios dignos aut magis dignos audiant prædicari, eo stultæ ambitionis venerint, ut neutiquam cedant, sed eo importunioribus agant precibus & sordibus, secundum illud Plautinum, non quo modo, sed modò habeatur quæritur; quæ res & Ecclesiæ perniciem & Reipubl. interitum generat.

Dicta procedunt, sive quis digno sive indigno precibus impetret beneficium; nam indignitas personæ non facit pretium intervenisse, cum faciat preces quidem injustas, & collationem injustam, non tamen simoniacâ infectum labe. Quo modo distinctio Gl. in *d. can. Ordinationes*, inter dignum & indignum concidit. Non obstat *d. can. Ordinationes*; nam ibi agitur in genere de illicitis modis adquirendi beneficia, ad quos spectat, precibus & supplicationibus aliorum moveri, & conferre beneficia, cùm sæpe contingat conferri ea vel nihil meritis, vel minus meritis & indignis. Sic quoque accipiendus *d. can. Pueri*, ubi venalitas beneficii comparari videtur cum supplicatione pro beneficio; nam hoc non quasi proprium Simoniam constitueret, uti ponit venalitas, sed quod per istiusmodi supplicationes contingat conferri beneficia immeritis. Magis videtur obstare *c. Nemo 14. h. t.* ubi 80

gratia & favore pœnitentem adducere ad pœnitentiam judicatur simoniacum, per gratiam autem & favorem, indicantur preces. Sed dicendum, in isto Cap. per gratiam non intelligi illam, quam facit collator, nec per favorem, quem exhibet conferendo; sed gratiam, quam prætendit ab eo, cui confert, & favorem similiter, quem sperat se consecuturum, & tunc transeunt preces in promissionem simoniacam, cum suppleant locum pretii. Quo modo & acci i posset verbum, *Precibus*, per quas ordinati dicuntur non intrare per ostium, id est Christum, in *d. can. Ordinationes*, Vid. Suarez *d. c.* 40. *nu.* 8. 9. 10.

81 Q. An licitum sit uti viro potente aut familiari Pontifici, Episcopo, aut simili collatori, cujus precibus consequatur quis beneficium? R. Si precibus [illegible] ducatur, ut preces interponat, aut familiaritatis ratione commendet, & ita impetret beneficium, nihil plus vitii potest dici ea res involvere, quàm si quis suis precibus immediate consequatur beneficium à collatore, cum preces istæ duplicatæ non ponant pecuniam, & usus habeat etiam timoratis hominibus, uti conciliatoribus, coram collatoribus ut facilius desiderii sui fiant compotes. Quòd si pro suffragio aut precibus detur pecunia, non caret res vitio, quod videatur pro pretio quis consequi beneficium, saltem in caussa morali. Nec obstat, quòd collator libere conferat; nam hoc est ratione ignorantiæ ex parte ipsius, non ex parte conciliatoris, qui preces vendit, virtute quarum, quantum in se est, vendit beneficium, nisi id, quod datur, detur nomine molestiarum, secundum dicta sup. *eod. nu.* 60.

Hæc ita quoad preces, laudes, & similia, per se accepta, & seclusa omni promissione extrinseci alicujus. Nam si collator obligare collatorem, vel eum, pro quo intervenit ad preces pro se offerendas, intendat, res non vacat labe; quia ejusmodi obligatio precum, aut intercessionum & laudationum est loco muneris à lingua ei, à quo exspectatur beneficium, & quidem ut temporale lucrum, cujus nomine datur spirituale. Si tamen pactum intercedat; nam absq; eo collatio dicenda procedere ex gratitudine. Idem dicendum, si promittatur beneficium sub conditione, ut is, cui promissio facta, intercedat apud [illegible] pro collatore. Unde dici posse videtur [illegible] latio esse immunis à labe, si collator [illegible] ferre alicui, nisi rogatus à certo [illegible] quem per hujusmodi collationem [illegible] stringere desiderat. Pactum enim [illegible] bitum jure saltem Ecclesiastico [illegible] obligatio ista, qua favorem temporale [illegible] micitiam alicujus venatur & obstrictus [illegible] bet, sit pretio æstimabilis, & ponat [illegible] onus ei, cui imponitur. Et ad hunc [illegible] ctum est superius spectare decisiones [illegible] *mo hoc tit. & d. can. Ordinationes*, [illegible] Atque hoc est, quod dicitur, [illegible] accipere quidem nummorum [illegible] dinatione, & tamen Ordi[illegible] gratia largiri, atque de largitate [illegible] solummodo retributionem quærere [illegible] *nonnulli* 114. *l. q.* 1. Et subjungitur [illegible] acceptum gratis non tribuere, [illegible] penso officio sanctitatis [illegible] favoris. Et ita hujusmodi possunt [illegible] ra à lingua, quæ licet videantur [illegible] cum muneribus ab obsequio, [illegible] proprie ab iis possunt, quòd [illegible] gantur de muneribus, quæ vendi[illegible] nec præstari per modum servilis [illegible] ministerii. Dici etiam potest non [illegible] à Simonia collator, qui confert [illegible] fama ejus celebretur per laudationem [illegible] cui confert, aut per eum, qui [illegible] cognoscatur ut consanguineus: [illegible] temporale pro spirituali. Suarez *d. c.* [illegible] 12. *& seqq.*

Ubi quæritur, An solo titulo [illegible] tatis alicui dare beneficium sit Simonia [illegible] liquorum opinionem esse, [illegible] Simoniam aliquam, *Gl. in c. unico V.* [illegible] *tem sup. Vt Eccles. benef. sine* [illegible] Pro ea opinione citantur varia jura, [illegible] 14. *c. Ventens & c. Tua nos h. t.* [illegible] videtur in eo positum, quod [illegible] non sit minus bonum temporale, [illegible] humanus; ut cum ejus nomine [illegible] cium, videatur quid spirituale dari [illegible] porali. Veriorem tamen esse sententiam [illegible] rum, qui negant quid labis contineat [illegible] tionem beneficii propter consanguinitatem [illegible] quam partem, alios referens, tenet [illegible]

Variar. §. 5. nu 4. & tuetur eandem Suarez *c. 37. nu. 5 & 6.* fundatam in eo, quòd res ista nec obviet juri divino, nec humano. Prius patet, quia dans consanguineo, ut tali, non dat spirituale pro temporali, cum nihil temporale recipiat, nullum pactum interveniat, nec donum datum consanguineo, qua tali, ideo minus sit gratuitum, cum nihil à consanguineo recipiatur, non consanguinitas, quia jam adest, ut licet propter eam, non tamen pro ea tamquam pretio collatio facta dici possit. Aliud esset, si ideo datum foret beneficium viro nobili, ut ab eo habitus collator pro consanguineo participaret nobilitatem, quia tum spirituale daretur pro temporali, ut paullo ante dictum. Posterius probatur ex eo, quod nulla detur Canonica constitutio, qua consanguineis conferre præbendas prohibitum sit, nec ratio, ob quam ut simoniaca damnetur ab Ecclesia, cum nihil intercedat pretii, aut pretio æstimabilis. Licet posset damnari ratione carnalis adfectus, qui facit etiam in malè meritos cognatos conferri beneficia & munera Ecclesiæ; quo in casu accipienda varia juris loca improbantia ex carnalitate animi & adfectu carnali collationes factas, eoque in casu accipienda reprehensio Pont. in *d. can. vers. circa sup. Vt. Eccles. benef. sin demin. confer.* Ut collatio facta consanguineo alioqui digno non possit dici continere quid peccati aut inordinati uti tradit Covarr. *loco sup. tit.* Cavendum tamen Prælatis, aliisve collatoribus à scandalo; facile enim possent nimio adfectu duci, ut dignum vel dignjorem judicent consanguineum, qui revera nonest. Negotium facessere videtur textus in *d. c. Nemo 14. h. t.* de quo & alias actum: nam in eo sunt duæ partes, & posterior habet materiam diversam à prima, ut quod ibi dicitur, utrumque esse simoniacum, non sit referendum ad partem priorem, in qua agitur de communicatione in peccatis alienis, respectu consanguinitatis & familiaritatis: aut si ad utramque partem textus sit referenda, dicendum, non agi ibi de propria Simonia, cum fieri non possit, ut ejusmodi prohibitio Ecclesiæ ponat actionem istam simoniacam, licet bene alio modo illicitam. Idem dicendum de conferente beneficium, aut simile quid, ratione necessitudinis aut familiaritatis, ex eadem prorsus ratione. Vide Binsfeld, *ad c. 12. hoc tit. qu. 3.*

Aliud dubium est, An collatio facta ab inducto per preces armatas, puta per metum aut timorem, sit dicenda sordida? R. Hoc posse videri, ex eo, quòd vitare malum impendens sit pretio æstimabile, ut ejus rationem subeat, quippe continens aliquod temporale bonum, pro quo datur spirituale. Dicendum tamen, non esse Simoniam per se, & ex vi talis motivi, cùm per hoc nec violetur jus divinum, neque humanum. De illo patet, quia tantùm intenditur remotio causæ, quæ posset causare malum, evitatio & depositio odii & voluntatis inferendi damnum aut malum aliquod, provocatio ad benevolentiam, neutiquam ut pretium, & cessante omni pacto. Deinde facit, quod jam dictum, ratione consanguinitatis & amicitiæ conservandæ quid spirituale conferre nihil sapere labis, quia nihil temporale datur: ut & ratione provocandæ amicitiæ & benevolentiæ quid conferens sit dicendus carere labe, cum foverе benevolentiam & generare ejusdem sint rationis. De jure Canonico ex eo probatur, quod nusquam constet eo jure metum haberi loco pretii, & talem actionem nullibi jus istud detestetur, imo potius eum, qui coactè taliter operatus est, defendat, & resignationem ex isto metu factam irritet, resignante quæ ad jus suum redire permittat, *c. Ad aures & c. Abbas sup. De his, quæ vi vel metu &c.* 83

Quæ ita procedunt, si non intercedat ullum pactum, quo ex causa rei spiritualis datæ obligetur inferens non exsequi, sed à nocendo cessare; nam ejusmodi remissio juris nocendi licet injuste, est pretio æstimabilis, & fit ex pacto in spiritualibus improbato, quo intenditur quædam obligatio non nocendi, quæ est pretio æstimabilis. Aliud est, si intentio ista sit interna, quia illa non est de pretio, sed de benevolentia concilianda isto medio. Imò etsi metum passus exprimat intentionem, rogando, ut cesset, & cum in finem offerat spirituale: nam licet tunc videatur aliqua subesse pactio, in rigore tamen non potest dici Simonia, eo quod non tam obliget violentum ad non nocendum, quam potius invitet

& amicabiliter inducat ad cessandum à nocumento. Clarior ea res est, si ex parte violenti fiat comminatio expressa mortis, si non renuntiet beneficio, aut non conferat beneficium, aut quid simile; nam per renuntiationem aut collationem certum est non intendi aliquid, quam evasionem periculi, non ut pretium collatæ rei spiritualis, sed ut effectum inde consequentem. Præterea eo casu conferens aut renuntians non tam donat, quam permittit ab alio subripi, argumento ejus, quod dictum sup. *tit. De jurejur.* de jurata promissione solvendarum usurarum. Nec censetur aliquid tunc recipere, quia licet non pati malum sit bonum, tamen non est bonum collatum ab eo, qui cessat injuriam inferre, nec illius respectu preti i æstimabile. Ita ferè Suarez *d.c.37.num 9.& seqq.* Adde Less. *l.2.c.35. Dubit.21.*

84 Quid si metus sit jure incussus? R. Videri eo in casu non deesse labem, ex eo, quod pro avertenda justa punitione instante, quæ est pretio æstimabilis, detur temporale, v.g. Si judicem, ejusve filium quis præsentet ad beneficium, ea intentione, ut ejus mitiget animum, inducatque vel ad absolutionem, vel ad mitigationem pœnæ. Quod omnino ita procedet, si pactum interveniat, vel promissio rei spiritualis, sub tali conditione, quia æstimabilis pretio, & non rarò contingit eam vendi, licet inique & ab iniquo judice, ut dicendum sit pro spirituali venire pretium. Quod si intentio tantum sit mere interna, & nullo modo exierit in actum exteriorem, non videtur Simonia posse poni, quòd cessante pacto, dans spirituale intendat primario captare benevolentiam, & per eam remissionem vel mitigationem pœnæ, nam licet injuste conetur corrumpere judicem, quasi emptor legum, *arg. l. Quisquis C. Si certum pet.* non tamen simoniace. Et hoc ita, quando de damno vitando, aut inflictione pœnæ evadenda agitur. Suarez *d.c. 27. n.19.*

85 Quid sit subsit lucri amissio, nisi minantis animum mitiget? R. Videri & hic distinguendum, ut si ex pacto fiat oblatio rei sacræ minanti, ex timore amittendi sibi debitum, casu isto oblatum non vacet Simonia, uti nec vacaret datum sub conditione non petendi debitum; quia certum est, hujusmodi conditionem esse pretio æstimabilem, cum [illegible] tur in lucrum temporale, & quia appetitu [illegible] lationi rei sacræ, non posse vacare vitio [illegible] niæ. Nisi tamen violentia & injustitia [illegible] us in facienda solutione poneret [illegible] vexationem; tunc enim posset spiritu[illegible] tum non tam pro pretio datum videri, [illegible] ut inducatur vexator ad bonum faciendum [illegible] justitiam, atque ita ad tollendam vexationem. Si vero citra pactum fiat oblatio ejusmodi, nec intercedat nova obligatio in [illegible] potest ea res damnari Simoniæ, cum non [illegible] intendatur lucrum, quam quod [illegible] piatur: ut intentio non faciat, quo [illegible] tis detur beneficium, aut simile quo [illegible] parte facit, quòd non possit [illegible] simoniacus qui dat beneficium [illegible] ea intentione, ut satisfaciat suis [illegible] bus: ut idem sit dicendum, si ipse [illegible] creditor, cum non sit pejoris conditionis [illegible] sunt alii creditores; quo casu ne quidem [illegible] stitiam committit, si digno conferat, [illegible] *d.c. 37.*

De Pœnis Simoniæ.

HÆc de materia Simoniæ, & modis [illegible] bus committitur: restat videre de [illegible] huic detestabili pravitati & pestifero [illegible] ut habet Extravagans *2 h. tit.* propositum [illegible] sterrendos homines ab ejus exercitio, [illegible] prænotandum, in Simonia tria [illegible] propositum scilicet internum, pactionem [illegible] ternam verbis vel signis indicatam, & [illegible] tionem pactionis; secundum quæ [illegible] tres constituuntur species, scilicet [illegible] Conventionalis & Realis, juxta Canonistas [illegible] Navar. *d.c. 23. nu. 103. & in Comment. [illegible] dato ult. nu. 7. h. t.* Gomes. *ad Reg. de tra[illegible] qu. 1. §. cum igitur,* Redoan. *p. 1. c. 1. nu. [illegible]* Theologi duas species faciunt, internam [illegible] licet & externam, quod esse peccatum [illegible] aut internum aut externum, atque ita [illegible] mentalem, aliam conventionalem: [illegible] rum aliam completam utrimque [illegible] quam Canonistæ vocant realem, [illegible] completam, quæ vel consistit in [illegible] minis conventionis, vel ab altera parte [illegible]

tum impleta est, quam Canonistæ vocant conventionalem : ut videatur divisio Canonistarum ratione sua subnixa.

Mentalis hic non accipienda pro modo, proposito seu desiderio interno committendi Simoniam, si in nullum actum exteriorem prodeat; quia hic agitur de Simonia, ut ei pœna externa applicari potest, non potest autem ulla mere mentali, sed illa, quæ actum quidem externum vel effectum habet, malitia tamen ejus se non prodit exterius, sed in mente manet, solaque intentione est simoniaca. V.G. Si aliquis conferat beneficium spe remunerationis, alias non collaturus, quæ subsecuta extra ullam conventionem, aut admittat ad Religionem spe alicujus muneris consequendi, de quo in *c. fin. h. t.* Sic etiam exhibere munus à manu, lingua, ab obsequio, intentione obtinendi beneficium, alias non exhibiturus, omni pacto & explicito & implicito cessante, est simoniacus mentalis. Invenitur hujusmodi intentio interdum in uno tantum, interdum in utroque.

Conventionalis est, cui subest pactum implicitum aut explicitum perfectum dandi spirituale pro temporali, non tamen consummatum traditione. Unde patet eam distingui à mentali per additionem exterioris contractus à reali per carentiam traditionis.

Realis est, quando conventio est consummata traditione, scilicet & rei spiritualis & ipsius pretii, quod est extra dubium.

87 Quæritur autem, An quæ ab una tantum parte est impleta secundum conventionem dicenda sit realis, an conventionalis? R. Si tantum intervenerit traditio pecuniæ, vel rei temporalis, quæ est loco pretii, non posse dici consummatam Simoniam, atque ita tantum dicendam conventionalem, cum traditio rei venditæ demum consummet emptionem-venditionem, quia ante recedi à contractu potest, *tit. C. Quando ab empt. reced. lic.* & res alteri vendi ac tradi cum effectu, juxta *l. Quoties 15. C. De rei vindic.* Ut ante traditam rem spiritualem non possit dici consummata injuria, undè nec pœnæ juris habebunt locum ut dicetur inferius.

Controversia major est, si tantum rei traditio intervenerit; quam sufficere aliqui volunt ad constituendam realem Simoniam, & consummatam; ex ratione, quod in emptione præcipuè consideretur res venalis, ut ejus traditio videatur consummare emptionem, etiam necdum tradito pretio, si de eo fit sufficiens promissio, secundum eorum præcipuè opinionem, qui per rem traditam volunt haberi fidem de pretio, atque ita eam rem transire in dominium emptoris, ut vindicari nequeat à venditore, *Gl. in §. Venditæ & communiter ibi DD. Instit. De rer. divis.* Facit, quòd traditio rei secundum promissionem temporalis rei prævia non possit dici facta gratis, & ponat consummatam injuriam, ut pœnæ juris tam quam ex delicto perfecto locum habere debeant, qua de re infra. Verum etsi magis dici possit completus contractus traditione rei, quam pretii, non potest tamen dici verè completus, donec pretium accesserit, cum secundum veriorem opinionem ante non possit dici transisse dominium, uti est colligere ex *d. §. Venditæ Instit. De rer. divis.* si penitus textus ejus inspiciatur, per quem tenet D. Mudæus in *l. Quod vendidi 19. nu 6. & 7. D. de contrah. empt.* non censeri habitam fidem de pretio per solam traditionem rei, ideoque rem vindicari posse. Estque ea sententia Navarri, *d. c. 23. nn. 103. & in Comment. c. fin. hoc tit. num 28. ubi alios citat.* qui ante consummationem per interventum pretii negat pœnas juris habere locum. Adde Suarez *c. 41. num. 6 & seqq.*

His præmissis, certum est peccatum hoc esse 88
gravissimum & mortale; unde in variis Juris Canonici locis vocatur *piaculare flagitium, execrabile, detestabile scelus, pestiferum vitium simoniacæ pestis, cancerosum vulnus,* quod serpit ut caneer, Ecclesiæ pernitiosissimum. Ex quibus patet gravitas istius vitii, ut non possit non includere reatum mortalem, uti clarè colligitur ex illis D. Petri *Act. 8.* verbis, *Pecunia tua tecum sit in perditionem. Video te in felle amaritudinis, & iniquitatis esse.* Ut rectè Paschalis Pont. *eam. fin. I. q 7.* dicat omnia crimina ad comparationem simoniæ hæresis quasi pro nihilo reputari.

Tantum quæritur, An aliquando possit 89
esse veniale peccatum ex levitate materiæ? R. Generale esse, quod mortale est in suo genere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nere fieri posse veniale ex levitate materiæ, quæ augeri & minui potest, ut in furto esse inferius dicemus, & in præsenti dici potest. Nam pretium potest esse exiguum, & res etiam ipsa spiritualis exiguæ quantitatis, ut parum aquæ benedictæ. Dicendum tamen, simpliciter esse mortale hoc vitium, quod nec ex parte pretii, nec ex parte rei spiritualis ita deminui potest, ut transeat in veniale. Posterius patet, quia nullum donum gratiæ, quamvis parvum videatur, potest esse vendibile sine gravi irreverentia & Dei ipsius doni: quod licet in suo ordine sit parvum, non potest tamen contemni, & pretio æstimari ac dari, quia non reputaretur tamquam pendens ex gratuita Dei donatione. Prius probatur, quia licet pretium sit parvum, nihilominus non sine magna irreverentia spiritualis res efficitur venalis, pretioque æstimatur; & quo pro minori pretio datur, eo vilius æstimatur, irreverentiamque auget. Quod ita non obtinet in furto, mendacio, aliisque, in quibus materiæ levitas irreverentiam minuit, ut reatum faciat venialem. Probatur ista pars *c. Extua 20. h. t.* ubi qui sex solidos pro sua ordinatione dedit, deponendus ab ordine & Monasterio dicitur includendus: & *can. Placuit 102. I. q. 1.* ubi tremissem exigentes pro Baptismo dicuntur simoniaci. Tenet hanc sententiam Glos. Panorm. Felin. & alii, in *d. c. Extua* Navarr. *d. c. 23. nu. 101. & Cons. 52 h. t.* Non obstat text. in *c. Etsi quæstiones 18. h. t.* nam ibi etsi fiat mentio parvi muneris, non tamen quasi excusaret a Simonia, sed quod non faciat præsumi intentione tali datum ut esset loco pretii, si non constet, quo animo sit datum, quia dubia in partem meliorem sunt interpretanda. Vide latius ista tractata à Suarez *c. 3. nu. 5. & 6. & c 38. nu. 2.*

Patet itaque ex dictis, omnem Simoniam puniri divino judicio: verum cum plures pœnarum gravitas, quam Dei timor soleat arcere atque avocare à peccandi voluntate, Ecclesia varias pœnas constituit in Simoniacos, uti Excommunicationis, Suspensionis, Privationis, Inhabilitatis, Interdicti, Nullitatis collationis, & alias *Extravag. Cum detestabile h. t.*

20 Atque ut distincte procedamus ad mentalem quod attinet, illam pure interna ut nullum opus externum ex ea [illegible] tum, certum est non comprehendi [illegible] Ecclesiasticis, imò nec illarum [illegible] cum Ecclesiastica jurisdictio non [illegible] directè ad actus merè internos. Qui [illegible] rit in actum aliquem externum, [illegible] recepto aliquo secundum intentionem, [illegible] pactum expressum vel tacitum, [illegible] bile sit, Ecclesiam posse tale factum [illegible] de facto tamen non punit, ut patet [illegible] *h. t.* quod habet, sufficere eo [illegible] placare pœnitentia, ut qui [illegible] sus. 92

Verum dubitatur, An [illegible] sit pœnis Ecclesiasticis? R. [illegible] nere sufficientem materiam pœ[illegible] cæ, cum actus sit externus [illegible] ctum perfectum; perficitur enim [illegible] consensu in rem & pretium, [illegible] ponat injuriam rei spiritualis. Et [illegible] Trancred. refert Glos. in *c. Tua nu. 3.* [illegible] sequitur Redoan. *p. 4. c. 9. n. 2. & seq.* [illegible] *ad Reg. de trien possess. qu. 12. §. Quid* [illegible] ubi ait beneficium esse dimittendum [illegible] cum ex sola promissione, sine ulla [illegible] mento. Verius tamen, Simoniam [illegible] ventionalem, id est à neutra parte [illegible] tam, non puniri pœnis juris positivi [illegible] cto latis contra simoniacos, atque ita [illegible] non incurri censuras, ii habilitates, [illegible] nes, si quæ ipso jure latæ. Ratio est, [illegible] lis conventio non ponat nisi conatum, [illegible] anis non debet nocere, ut solus [illegible] ad inducendam pœnam, *arg. c. [illegible] De R. I in 6.* Quò facit, quod [illegible] de pœnis Simoniacorum, utantur [illegible] tantibus tantum dationes & [illegible] eos, qui dando vel recipiendo [illegible] commiserunt, simoniacè ordinari, [illegible] postulari, confirmari, beneficium [illegible] ri, *Extravag. 1. & 2. h. t. can. Presbyter* [illegible] *sim I. q. 2. & qu. 3. c. Non satis 2. c.* [illegible] *13. & passim h. t.* Quæ loca tantum [illegible] simoniacas puniunt, ut ad conve[illegible] quæ actus non puniunt, non sint [illegible] da; cum pœna per legem imposita [illegible] ger, donec actio eo modo, quo per [illegible] pressa punitur, committatur & [illegible] 93

Et licet diffirendum non sit, etiam Simoniam conventionalem ponere grave peccatum per externum, ut subsit foro Ecclesiæ, atque ita puniti ab ea possit: quod negatur; non tamen dici potest, ideo de facto pœnam illi per Ecclesiam esse impositam, quod tantum quæritur. V. Suar. *c.* 55. *n.* 12. 13.

92 Quid si fuerit impleta ex parte ementis tantum per dationem pretii? R. Etsi possit videri esse locus pœnæ, quia conventio exierit in actum exteriorem, dicendum tamen, necdū poni causam sufficientem incurrendi pœnas ipso facto, quippe quæ non soleant incurri, nisi delicto perfecto, quod dicto casu inchoatum quidem, non tamen perfectum, cum tantum ex parte ementis intervenerit pretium, spirituali necdum contracto, ut irreverentia contra illud non possit dici completa, in qua tamen ponitur ratio Simoniæ; ut secundum regulam, quòd pœnæ sint potius molliendæ, quam exasperandæ, non sint maleficio non perfecto imponendæ hoc casu. Facit, quod commissio rei alienari prohibitæ non incurratur per solam venditionem, aut etiam numerationem pretii accedentem, si non sequatur traditio Navarr. *d. c.* 23. *n.* 104. Suarez *d. c.* 55. *nu.* 16.

93 Major controversia est, si ex parte vendentis impleta fuerit conventio, collatis scilicet Ordinibus aut beneficio, promisso quidem non tamen dato pretio? Resp. Esse quidem hic commissam isto casu irreverentiam, propter traditum aut peractum spirituale respectu promissionis, licet non completæ per realem dationem: dicendum tamen; probabile esse & hoc casu necdum obtinere pœnas, quod necdum sit maleficium peractum. Ut procedat ratio in casu superiori allata, quia desiderant Canones passim utriusque implementum, datum scilicet & receptum, ad simoniacam labem incurrendam. Facit, quod non possit dici perfectior contractus, tradita re sine pretio, quam tradito pretio sine re, cum & illo casu possit res vindicari, secundum tradita *ad §. Venatæ verò Inflit. de rer. divis.* Pro qua parte facit *Extravag.* 2. *h. t.* quæ tantum videtur eos excommunicationi subjicere, qui dando vel recipiendo committunt Simoniam atque ita realem ab utraque parte completam. Et ita tenet Navar. *d. c.* 23. *nu.* 104, *& in c. Si quando sup. de rescript. except.* 4 *nu.* 3. *&* 4. Cov. *ad c. peccatum p.* 2. §. 8. *n.* 7. *&* 8. Less. *lib.* 2. *c.* 35. *dubit.* 25.

Verùm quia non idem obtinet in omnibus 94
Censuris, discurrendum de singulis censuris & pœnis, quæ propter Simoniam incurruntur; Et certum est, reali Simoniæ utrimque completæ Primò esse propositam Excommunicationem, quam reus ipso jure incurrit per Simoniam commissam in Ordine, beneficio & ingressu, saltem de jure novo. De Ordine & beneficio probatur *d. Extravag.* 2. ubi facit mentionem Ordinum ita susceptorum, uti & electionum, postulationum, præsentationum, aliorumque provisionum. Ubi ejusmodi pœna extenditur etiam ad mediatores, ut parentes, amicos, procuratores, & concernit quoslibet Simoniacos, sive manifestos sive occultos. Eadem censura potest & debet concernere eos, qui pro tonsura prima dant vel recipiunt, quia per illam quis constituitur in ordine Clericorum, secundum dicta sup. *eod. n.* 14. Suar. *c.* 56. *n.* 5.

De ingressu probatur per *Extravag.* 1. *h. tit.* 95
ubi Urbanus IV. Pont. dantes aut recipientes pro ingressu in Monasteria, tam virorum quam mulierum, ipso jure declarat excommunicationem incurrere. Quod ipsum frequentius in mulierum Monasteriis contingit, ad quæ fœminæ plerumque non admittuntur, nisi cum promissione & pacto dotis persolvendæ; aliarumque expensarum, non sine scandalo: ut consuetudine ea res excusari nequeat, & per *d. Extravag.* 1. sit improbata tamquam corruptela. Nisi tamen necessitas excuset exactionem, qua de re actum sup. *eod. num.* 16. ubi etiam diximus; sponte oblatum citra noxam recipi, uti & probat *d. Extravag.* 1. Videtur tamen quoad Moniales hæc censura sublata; cum Navarr. *d. c.* 23. *n.* 109. dicat Innoc. VIII. declarasse Moniales eam non incurrere, nisi ob receptionem cum pacto, aut alicujus non idoneæ ob largitionem, & Clementem VII. concessisse, ut Monasteria nullam Simoniæ pœnam incurrerent propter pacta & conventiones circa dotes, circa commodum earum victum. Trid. autem *Sess.* 25. *c.* 16. *de reform.* vetuit ante professionem quid recipi, excepto victu & vestitu novitii & novitiæ illius tem-

poris, quo in probatione est, quocumque prætextu.

Posset dubitari, An hæc Simonia incurratur
96 dato aliquo aut recepto pro receptione habitus? Resp. Id videri, eo quod textus absolutè loquatur, & recepto ad habitum pretio interveniente culpam habeat simoniæ. Probabile tamen non incurrit hanc censuram ante professionem, per quam demum consummatur traditio rei spiritualis, quæ per receptionem ad habitum tantùm est inchoata. Quo facit quòd *d. Extrav* 1. loquatur de receptis pro ingressu, qui denotat professionem, ut pretium pro habitu licet simoniacè datum non ponat hanc censuram.

Secunda est suspensio, quam incurrit Con-
97 ventus, recipiendo simoniacè aliquem ad Monasterium, & probatur clarè per d. Extrav. 1. quæ videtur concernere omnem actum sive officium Capitulare, quod requirit jurisdictionem sive administrationem Ecclesiasticam; nam illud subjectum non est capax alterius suspensionis. Eamdem & incurrit simoniacè ordinatus, quoad suorum Ordinum executionem, *d. Extravag. 2. h. t.* Plura Suarez *d. c. 52. n. 9. & seq.*

Q. An & quoad beneficium, officium? R. Minimè, cum *d. Extravg. 2.* loquatur tantùm de
98 Ordinis executione, ut non sit extendenda suspensio ad alia; cùm pœnam contineat. Nec facit, quòd ibi Pont. omnes pœnas juris antiqui voluerit ipso facto incurri; nam cùm tantum singulariter exprimat suspensionem quoad Ordinis executionem, dicendum eam non concernere beneficia & officia, cum exceptio firmet regulam in non exceptis.

De ordinantibus non videtur loqui *d. Extrav. 2.* ut videantur ipso jure non suspensi: habet tamen *c. pen. h. t.* eos manere suspensos hoc ipso ab ordine per triennium. Sixtus verò V. in Bulla sua contra male promotos, incip. *Sanctum & salutare*, declaravit ipsos ordinantes hoc ipso manere suspensos à collatione quorumcumque Ordinum, etiam ipsius tonsuræ, & ab executione omnis muneris Pontificalis: ut jurisdictio & administratio ipsis sit salva, quia pœnæ non sunt extendendæ. Suarez d. *c. 56. n. 17. & 18.*

Quantum ad Simoniam in beneficio, conferentem incurrere aliquam suspensionem à beneficio non, est jure proditum; utinam proditum, eam incurri ab ipso recipiente quoad beneficia ante obtenta. Nam quoad beneficium obtentum simoniacè *d. Extravag. 2.* [illegible] dit adquiri jus ad illud, & fructus negat [illegible] jus, cui talis collatio facta, quod non [illegible] nit suspensionem, sed pœnam alterius [illegible] nis de qua mox: ut verius sit, quoad [illegible] ta eam non suspendi. Per Simoniam [illegible] commissam circa beneficium dicendum, [illegible] suspendi reum ab Ordine, cum nullibi [illegible] extet eam suspensionem inducens. Suarez [illegible] 56. *n.* 19.

Quæritur autem, An suspensio ista [illegible] per Simoniam completam tantum [illegible] spiritualis? R. Excommunicationem [illegible] ri, impleta Simonia tantùm ex parte [illegible] alis. probabile esse, dictum est supra [illegible] idque propter *d. Extrav. 2.* in verbis [illegible] *recipiendo*, quæ videntur requirere, [illegible] pars sit completa, quamvis illa verba [illegible] & possit dici ad excommunicationem [illegible] traditam esse rem spiritualem. De suspensione major est dubitatio. Et Nav. quidem [illegible] locum esse, nisi completa utrimque Simonia [illegible] *c. 23. n. 103. & c. 25. nu. 68.* Cov. *ad Reg. Peccatum p. 2. c. 8. n. 7. & 8.* Quam sententiam [illegible] ceptam adserunt, & probari videtur per *d. Extravag. 2.* in *V. dando vel recipiendo*, scilicet [illegible] rem spiritualem quàm pretium. Et ad hoc [illegible] ci potest textus in *c. de hoc 11. h. t.* ubi vis [illegible] in eo, quòd promissa sint recepta. Denique [illegible] generalis regula, pœnam non incurri, [illegible] cui imponitur, perfecto, qui hic perfectus [illegible] nequit, nisi pretio recepto. Videtur tamen [illegible] gore juris sufficere traditio rei spiritualis [illegible] promissione pretii, licet necdum soluti, [illegible] traditio illa contigerit intuitu promissionis [illegible] dicenda sit simoniaca, siquidem non [illegible] gratis, cum promissio dandi pro spirituali [illegible] porale faciat non esse gratuitam collationem. Quod probatur per *c. penult. h. t.* ubi promissio vel juramentum, de non molestando [illegible] nantem receptum, facit & ipsum & ordinatum esse suspensum. Facit eodem *c. nobis 27. h. t.* ubi electio facta sub promissione solvendæ pecuniæ declaratur simoniaca, ut non gratis facta. Ut ea sententia, saltem quoad suspensionem, ex vi verborum videatur jure [illegible]

Nec

Nec facit, quòd promissio talis sit irrita & nullius momenti: nam & ipsa pretii datio est irrita, cum sit restituendum, ut infra videbitur, & tamen satis est temporale verè dari, atque ita etiam satis erit intercedere promissionem. Nam quod jus irritet actum, non tollit Simoniæ malitiam, nec rationem onerosi contractus, nec dationis non gratuitæ. Quo facit *can. si quis* 115. *1. q. 1.* ubi dicitur non gratis acceptum, quod acceptum sordidis precibus oris. Non potest autem negari sordidas esse preces, quæ continent promissionem temporalē. Unde Gratianus, *1. q. 6. in fine § si autem*, comparat promissam esse pecuniam & datam. Admisso tamen moderamine per consuetudinē hac in re inducto, subsequente postea pecuniæ traditione, certum est censuras tunc incurri, etiamsi non totum pretium datum sit, sed dari cœptum, etiam in minima quantitate, uti è contra dato pretio pro ordinatione, si illam inciperet Episcopus conferre, quia statim in primo gradu foret consummata Simonia, & haberent locum pœnæ, saltem ex nunc quia delictum est perfectum. Navarr. *loco sup. cit.* Cassad. *Decis. 5. de constit. & decis. 2. de Simonia.* Cov. *ad Reg. Peccatum p. 2. §. 8. nu. 7.* Suar. *d. c. 56, n 24. & seqq.* Binsf. *ad rubr. h. t. Notab. 15. § Tertium.*

100 Sed dubium est, An & retrotrahatur censura ad tempus commissi criminis per traditionem rei spiritualis? R. Ita velle Nav. *d. c. 23. n. 104.* quasi fuisset suspensa censura, ut perfecto postea contractu ex tunc incurreretur, *arg. l. quadam 15. D. de reb. dubiis.* Verum non videtur ejusmodi retrotractio habere fundamentum in *d. Extrav. 2.* quia loquitur de Simonia utrimque completa. Et facit, quòd ut irregularitas tunc contrahitur, quando mors insequitur, non etiam quando fit vulneratio, quia tunc delictum est completum. Ita etiam censura non incurratur, nisi completo delicto. Ut ante solutionem pretii ordinatus non sit suspensus, & celebrans non fiat irregularis, quia non celebrat cum censura. Sis & talis ordinatus absolvit sacramentaliter ante pretii exsolutionem. Est enim hæc retrotractio secundum quamdam juris fictionem, effectus autem censuræ requirunt realem ejus existentiam, ut, illa non posita, effectus non impediantur, nec possint dici postea inflci ex subsequente censura per Simoniam realiter completam. Quò facit *c. Apostolica inf. de Cler. excom.* ubi se excommunicatum ignorans non redditur irregularis, si postea intellexerit se antea excommunicatum fuisse, quia defuit contumacia. Utrum non sit effectus aliquis istius retrotractionis censuræ, ea non sit admittenda, nisi fortè quoad punitionem in excommunicatione vel inhabilitatem ad beneficia adquirenda, ad quam non est opus censura. Vid. Suar. *d. c. 46. n. 34. & seqq.* Less. *d. c. 35. n. 151.*

Tertia pœna est infamia, *c. sanè XV. q. 3.* qui 101
tantum loquitur de Simonia commissa pro obtinenda sede Episcopali, & conferendis Ordinibus, & eligendo; generalius loquitur *can. fin. I. q. 3.* Quod accipe de infamia juris, quæ ponit impedimentum & inducit irregularitatem, *c. Infamibus De R. I. in 6.* Idque post sententiam. Suarez *d. c. 56. n. 21.*

IV. Irritatio actus: quæ quia passim non 102
habet locum, distinguendum inter actus, quorum aliqui sunt actionum seu functionum spiritualium, relinquentium interdum effectum aliquem permanentem, ut ordinatio Sacerdotis, consecratio Episcopi, professio & similes, aut etiam non relinquentium, ut benedictio nubentium, ciborum &c. Aliqui vero spiritualium rerum permanentium, cujusmodi sunt adquisitio beneficii & officii Ecclesiastici. Ad primum genus quod attinet, functiones ejusmodi, licet simoniacè factæ, validæ sunt & ratæ, suumque habent effectum, nisi irritabiles sint per Ecclesiam, & lex irritans eas sit lata: neque enim Simonia ex vi & natura sua illas irritat. Hinc ordinatio simoniaca rata est, quoad substantiam & effectum characteris, quia ad substantiam requisita adsunt. Item Baptismus, Confirmatio, Consecratio Eucharistiæ valida sunt; ut & extrema Unctio non iteranda propter Simoniam, etsi non recipiatur ejus effectus. Matrimonium quoque licet emptum in ratione Sacramenti effectum nihilominus habet. Sed & consecrationes Ecclesiarum & aliarum rerum tenent; nam licet ex parte consecrantis sint potius execrationes, juxta *can. Ecclesiæ l. q. 4* quia consecrans, quantū in se est, eas potius polluat, non tamen etiā quoad usus exercentur ex potestate & auctoritate Ecclesiæ. Professionem Religionis simoniacam nō

invenitur irritasse Ecclesia, etsi irritare posset: vult tamen ita receptum dimitti & transferri ad strictius Monasterium, *c. de regularib. c. quoniam & c. veniens, h. t.* Quod decretum Ecclesiæ est potius sententiæ ferendæ, quam latæ, cum in dictis locis non utatur Pont. verbis ad latam sententiam spectantibus, sed ferendam. Quoad actus jurisdictionis vel administrationis, jurisque Ecclesiastici, ordinatos ad conferendum beneficium aut officium Ecclesiasticum, irritos eos ipso facto esse patet *d. Extravag.* 2. Ejus ordinis sunt electiones, postulationes, confirmationes, provisiones, & aliæ dispositiones, quæ jubentur ibi viribus carere, ut iis non sit inhærendum. Latius de his Suarez. *c.* 57. *nu.* 2. *& seqq.*

103 Quantum ad secundum genus functionum, earum adquisitio ex natura rei non est irrita, sed valida, cum talium traditio fiat consensu ejus, qui circa illas jus habet, quem ut non impedit Simonia, ita nec ejus effectum. Suar. *d. c.* 57. *n.* 11. *& seqq.* Ecclesia tamen beneficiorum Ecclesiasticorum simoniacam adquisitionem ira irritavit, ut nullum jus aut titulus adquirenti accedat. Hæc irritatio clarè colligitur ex *d. Extravag.* 2. §. *per electiones* ubi idipsum exprimitur. Patet etiam ex *c. Matthæus* 23. *h. t.* ubi regimen Ecclesiæ simoniacè adquisitum celeriter ac sponte est dimittendum ab eo, qui vult consultum animæ suæ non alia de causa, quàm quod circa illius retentionem nullum jus habeat. Ratio irritationis est, quod merito quis puniatur in eo, in quo deliquit, & quidem ipso jure, quia pœna est in adquirendis, non etiam in adquisitis. Felin. *c. in nostra num.* 13. *sup. de rescr.* Redoan. *p.* 2. *c.* 10. *n.* 33 Suarez. *d. c.* 57. *nu* 22. *& seqq.* Non tenetur autem reus tantùm dimittere beneficium, verùm & fructus ex eo perceptos, quia nullum habet jus in beneficio, ut eos ex re non sua perceperit, quod est contra justitiam, *d. Extravag.* 2. Imò etiam ad non perceptos sua culpa; quos percipere potuit secundum ea, quæ traduntur de restitutionibus fructuum in §. *si quis à non domino. Instit. de rer. divis. D. & Cod. de rei vindic.* Quod tantum accipiendum de fructibus ratione tituli, qui nullus est perceptis; nam, quantum ad stipendia ratione Missarum, aut oblata ratione suffragiorum, aut aliàs, non sunt restituenda, quia non concernunt fructus beneficii, sed stipendia sunt laborum personalium, Navar. *Cons.* 90. *h. t.* Cassad. *decis.* 6. *de prab.* Suarez. *d. l. n.* 25. *&* 26.

Q. An & distributiones ratione interessentiæ in divinis retineat? Resp. Id velle Navar. *loco* ex ratione quod competant ratione laboris personalis: securiorem tamen esse contrariam sententiam & veriorem, quod non respondeant illi labori utcumque, sed ut fundatur tali titulo, & quod distributiones sint modo computentur inter fructus beneficii. Suar. *d. c.* 26.

Habet hæc pœna locum non tantùm Simonia publica, verùm & occulta, cuius hæc non fiat talis distinctio, *& d. c. Matthæus* loquatur de Simonia occulta. Idipsum clarè exprimitur in *d. Extravag.* 2. ut dubio non sit locus. Deinde etsi nulla foret specialis declaratio super illa re, ex ipsa natura talis pœnæ sequitur ipse effectus, cum obligatio dimittendi beneficium, & restituendi fructus nascatur ex irrita collatione, & nullitate adquisitionis, quæ non referat, Simonia sit occulta an manifesta. Covarr. *ad Reg. Peccatum. p.* 2. §. 8. *num.* 7. *Apud veteres* Suarez. *d. cap.* 57. *num.* 27.

Quid si per tertium interventorem, non etiam ab eo, cui beneficium collatum, commissa sit Simonia? Resp. Si scivit, & non contradixit, omninò esse invalidam collationem, quæ per alium faciens per se facere videtur. Quod si contraxit, & nihilominus beneficium sibi conferri patitur, non est collatio extra nostram, ut patet ex *c. sicut* 33. *h. t.* quod ut non obstet tertii factum, requirit contradictionem & ignorantiam; cum suscipiendo beneficium videatur cooperari. Unde si contradixerit & ignoraverit per tertium datam esse pecuniam, suscipiendo beneficium, aut electioni consentiendo, aut confirmationem petendo, non incurret pœnam nullitatis, ne factum alterius alicui iniquè noceat *d. c.* 33. ubi subjungitur, *nisi postea consenseris, pecuniam solvendo promissam, aut reddendo solutam.* Quæ mutatio si ante obtentum beneficium contigerit, eodem modo irritabit collationem, & similes actus; atque si nunquam contradixisset, quò faciunt priora verba, *à qua postmodum nunimè recessisti.* Suarez. *d. c.* 57. *nu.* 28. 29. *&*

Qui

106 Quid si subsequatur obtentum beneficium ista mutatio? Resp. Si tantum solvatur amico pretium animo liberali, ne in damno maneat, aut sine causa patiatur detrimentum, non etiam animo approbandi, clarum est, eum non commisisse Simoniam. Navar. *Cons.* 10. *h. t.* Si verò solvit, approbando & ratificando factum, tunc involvitur vitio Simoniæ, cum quoad intentionem illud habeat pro subjecto, & sit Simoniæ approbator, quod sufficit ad malitiam illius speciei, quò facit argum. *c. cum quis* 23. *de sent. excom. in* 6. Non videtur tamen illo casu incurrere ipso facto pœnam irritationis, electionis aut amissionis beneficii, cum electio & collatio à principio fuerit absque vitio, quæ per subsequens peccatum nullibi per jura irritatur, sed tantum per præcedens, quod eam simoniacam facit. Et licet ex *d. c.* 33. colligatur à contrario sensu, ad culpam aut pœnam posse imputari, non tamen ad eam incurrendam eo modo, quo incurreret, si Simonia præcessisset *Gl. in d. c.* 33. *h. t.* Suarez, *d. c.* 57. *n.* 32.

Denique si ignoraverit pro beneficio ejus nomine esse datum pretium, & non contradixerit, quia non habuit suspicionem ad contradicendum, distinguunt communiter D.D. ut, si pretium sit datum in odium istius personæ ab inimico quodam, ad impediendum ejus effectum, non impediatur beneficium dimittere, cum Ecclesia non patiatur innocentem injustè pati, ne detur occasio pessimis hominibus injurias inferendi innocentibus & dignis, atque impediendi promotiones alioqui ritè faciendas, *c. nobis* 27 *& d. c. sicut* 33. *h. t.* Suarez *d. loco n.* 33. Si verò datum fuerit in favorem & beneficentiam provisi, valida quidem non est provisio.

107 Verùm disputatur, An ipso jure sit invalida? Resp. Non irritam esse, sed irritandam, velle Navar. *Cons.* 95. *h. t.* ex ratione, quòd hujusmodi simoniaca collatio vel electio nullibi dicatur ipso facto irritari, sed potiùs irritanda, ut in *d. c.* 27. *& in c. penult. sup. de elect.* Verius tamen, ejusmodi collationem ipso facto esse irritam: & probatur Primò, quod ipse ignorans, ubi scivetit vitium suæ collationis, teneatur continuò in conscientia beneficium relinquere, nulla exspectata sententia, vel à superiore remedium petere, juxta *c. ex insinuatione* 26. *h. t.* Ipso jure non teneri patet ex *d. c.* 33. ubi parvuli, quibus ignorantibus simoniacè à parentibus quæsita beneficia, ea debent dimittere, non ex alia ratione, quàm quòd possideant non sua. Hinc tenebitur talis restituere omnes fructus non tantum à die cogniti vitii, sed obtenti beneficii; ante cognitum quidē vitium tamquam bonæ fidei possessor, ut ad consumptos non teneatur, postea verò ad omnes, tamquam possessor malæ fidei. Nihil obstat *d. c.* 27. in quo dicitur reprobanda collatio; nam illud verbum non accipitur, quasi non esset irrita ipso jure, sed pro reprobata, ut contineat sententiam latam, non etiam ferendam, & ab origine reprobandam, atque ita declarandam nullam. Suarez *d. c.* 57. *n.* 34. 35. *&* 38. Secundò probatur, quòd talis ad idem beneficium maneat inhabilis, nisi habita dispensatione Pontificis in dignitatibus & curatis beneficiis, in simplicibus verò Episcopi, *d. c. pen. sup. de elect.* quod est signum sufficiens, fuisse impedimentum ad tale beneficium obtinendum, cum minùs sit, liberè dimissum recipere absque vitio, quam obtinere validè titulo vitioso. Est autem differentia inter eum, qui ignorat pretium datum, & non contradixit, & eum, qui scivit datum pretium, quòd prior ille, si bona fide possideat beneficium per triennium, utatur regula Cancellariæ de triennali possessione, quamvis dubium sit, an veram præscriptionem in conscientia adquirat; posterior verò non gaudeat ista regula: ut & probabile est ea non gaudere conventionalem simoniacum, de qua consulatur Gomes. in *Reg. de trien. poss. q.* 12. ubi vult non impediti regulæ istius usum in eo, qui post provisionem beneficii aliquid dedit aut promisit. Suarez *d. c.* 57. *nu.* 39. Prædicta nullitas etiam obtinet, si collator ignoraverit simoniam, quæ cum mediatore fortè intercessit, quia irritatio directè fertur in omnem provisionem simoniacè factam, non facta differentia inter scientiam & ignorantiam conferentis, aut vi posita in ejus culpa. Suarez *ibid. n.* 40. Nullitatem istam procedere in Simonia commissa contra jus divinum non est dubitandum.

Quæritur de ea, quæ commissa contra jus Ecclesiasticum in beneficiis? Resp. Esse, qui negent, permutationem jure Ecclesiastico 108

simoniacam, inducere nullitatem adquisitionis permutatorum beneficiorum ea ratione, quòd in pœnis sit benignior faciendæ interpretatio, & coarctandæ sint ad delictum maximè proprium ac naturale, quale est hæc in materia contra jus divinum. Adducitur pro ea parte *c. 4. sup. de transact.* ubi ratione transactionis super litigioso beneficio non inducitur privatio, cum causa dicatur audienda, in irritum revocata transactione. Dicendum tamen & eam impedire adquisitionem juris ad beneficium tale. Abbas *ad c. universorum 8, n. 6. sup. de rer. permutat.* Redoan. *p. 3. c. 8.* Suar. *d. c. 57. n. 41. & 42.* & facit text. *in c. Constitutus sup. d. t.* ubi permutantes propria auctoritate spoliantur beneficiis suis, per sententiam potius declaratoriam criminis, & executionis pœnæ quam definitivam, quamvis eo verbo utatur ibi Pont. Item facit *d. Extrav. 2. h. t.* annullans omnes provisiones simoniacas, ut hæc non possit dici exclusa, nec benigna interpretatio habere locum, salva verborum proprietate. Non obstat *d. c. 4.* quia ibi tantùm res mansit in terminis Simoniæ conventionalis.

109 Habet itaque adquisitionis irritatio per *d. Extrav. 2.* locum in electionibus, postulationibus, provisionibus in Monasteriis, dignitatibus, personantibus, officiis Ecclesiasticis, & quibuslibet beneficiis, ut textus ibi subjicit, ut nominationes, præsentationes sint nullæ, quia pertinent ad provisiones. Quod autem in ista *Extrav. 2.* dicitur de officiis Ecclesiasticis, Navar. *c. 23. n. 111. §. septimo* accipe officiis, quæ sint beneficia, cujus ordi[nis] sint Prioratus, Abbatiæ, & similes, non etiam de iis, quæ beneficia non sunt. Cujus opinio est benigna in pœnalibus: loquiturque *d. Extravag. 2.* de officiis ordinariis Ecclesiarum & Monasteriorum, ut Auditoratus, Clericatus Cameræ, & similia, non comprehendantur sub ejus decisione. Suarez *d. c. 57. num. 46. & seqq.*

Dubitatur autem, An adquisitionis irritatio
110 obtineat in conventionali completa ex parte beneficii tantum? R. Videri collationem istam tenere, quod uti excommunicatio, de qua supra *eod. n. 93.* non habet locum isto in casu, ex ratione, quòd non sit pœna infligenda nisi delicto perfecto; non est autem perfectum nec dum numerato pretio. Navar *d. c. 23 nu. 104.* ita nec irritatio inducta per *d. Extrav.* [illegible] habere locum, ut ille, cui collatio facta [illegible] beneficium retinere, donec pretium solvat. Quam sententiam secundum stilum Curiæ [illegible] cedere tradit ibidem Navar, cum in [illegible] contrarium videatur dicendum. Quod [illegible] impleatur Simonia per dationem pretii, [illegible] legem irritantem habere suum effectum [illegible] sessorem effici malæ fidei, ac teneri ad restitutionem fructuum, non tantùm post contractam Simoniam præceptorum, verum [illegible] tempore collationis, cum ejusmodi [illegible] trahatur retrò, idque ex stilo Curiæ. Item itaque prima collatio valida aliquo modo [illegible] se, cum facta sit ab eo, qui habuit jus [illegible] non tamen absolutè, sed dependenter [illegible] 112
eventu solutionis pretii. Non facit quod [illegible] tor non intenderit non conferre [illegible] gatione dandi; quia ista obligatio est [illegible] pi, ut habeatur pro non adjecta, & non [illegible] at, quò minus sit absoluta voluntas [illegible] beneficium. Ut sit in potestate ejus, [illegible] collatum beneficium, non consumm[illegible] moniam per solutionem pretii, ad quam [illegible] illicita est, non tenetur retinere [illegible] non simoniacè collatum, & fructus [illegible] cum beneficium pro tempore isto ad [illegible] tineat. Nec potest dici, ista via [illegible] hominibus committendi Simoniam [illegible] tionalem, & astutiam infidelitatem [illegible] meliotis conditionis; quia non tam [illegible] centia peccandi, q[illegible]m ut tam [illegible] ctum non vindicetur, & quod tempore [illegible] modum alius consequatur, est per [illegible] licet jure non irritetur talis collatio, [illegible] men per sententiam irritari, quod [illegible] reprimendam istam licentiam. Plenius [illegible] ctat Suarez *d. c. 57. n. 50. & seqq.*

Q. An dicta de irritatione, ratione [illegible] niæ, habeant locum in simoniaca [illegible] Rom. Pontificis? Resp. Hoc posse [illegible] *can. si quis pecunia Dist. 79.* ubi qui pecu[illegible] dem adquisivit, non Apostol[illegible] cus, sed [illegible] ticus dicitur haberi. Verum iste canon [illegible] facit, cùm non tam de electo per pecu[illegible] 113
agat, quàm de eo, qui non electus con[illegible] canonica electione Cardinalium. Id ve[illegible] pressit Julius II. in *Constit. cum tanta* [illegible] *an. 1503.* & electionem talem irritavit, [illegible]

pœnas induxit. Statutum tamen jure communi, propter vitandum majus periculum schismatis, ut contra illam electionem factam canonicè nulla admittatur exceptio, *Clem. ne Romani de elect.* ex ratione quod Pont. non habeat in terra superiorem, per quem error in ejus electione commissus corrigatur. Quod jus commune habet suam vim, non obstante dicta constitutione Julii II. quæ non videatur recepta, & per Constitut. Pii V. 85. derogata intelligitur, ut ait Suarez *d. c. 57. in fine.* Quo facit quòd dictum supra *de elect. n.* 33. excommunicationem electi in Rom. Pont. non impedire valorem electionis, ex dicta ratione. Hæc quoad irritationem beneficii simoniacè obtenti.

112 Dubitari posset, An Simoniacus in ordine aut beneficio privetur beneficiis priùs obtentis? R. Excepta Simonia confidentiali, de qua infra, & examinatoribus ad beneficia Simoniam in examine committentibus, qui privantur beneficiis ante quomodocumque obtentis, secundùm Trid. *Sess. 24. c. 18. De reform.* probabilius esse, non incurri ipso facto per Simoniam privationem beneficiorum ante legitimè obtentorum: & ita habet communis sententia, ut videre est apud Abbat. in *c. cum Clerici n. 2. sup. de pact.* Felin. in *c. Insinuatum 13. h. t.* Suarez *c. 58. n. 4. qui plures citat*: qui dicunt Simoniam supervenientem non inficere titulum jam adquisitum, ut multò minùs super uno beneficio commissa adficiat alia legitimè obtenta. Fundatur hæc sententia in eo, quod non inveniatur textus, per quem talis pœna infertur ipso jure, sine textu autem aut Canone pœna non sit inducenda. Nihil facit *c. inquisitionis 13. in pr. sup. de accusat.* quia rectè accipitur de beneficio simoniacè accepto, aut si & de aliis sit intelligendum, non tamen ipso facto, sed per sententiam declaratoriam. Quo facit, quòd ibi Simonia comparetur homicidio, quod non privat ipso jure prius obtentis, *c. clericis 5. sup. ne Clerici vel Monachi &c.* Et Facit, quòd *d. Extrav.* 2. non irritet beneficii adquisitionem, nisi si Simoniaci, de possessis autem ante non loquatur.

113 Unde resolvitur quæstio de actionibus inter se subordinatis, veluti electione & confirmatione, An infirmetur electio propter commissam Simoniam in confirmatione? Resp. Tantùm esse irritam confirmationem, non etiam electionem, quæ rite facta est, ut vitium illius non debeat hanc inficere. Facit, quòd subsequens Simonia non privet ipso facto juribus prius ritè adquisitis, nullo enim hoc jure ostendi potest. Et pro ea parte adducitur textus in *c. si confirmationem 39. de elect. in 6.* ubi vitium circa confirmationem non adficit electionem canonicam præcedentem, quamvis è contra vitium electionis adficiat confirmationem, quæ ponitur per vitium in electione commissum. Et hoc ita de facto; nam irritanda venit per condemnationem judicis, quomodo intelligendus Felin. & alii in *cap. sicut tuis 33. h. tit* Suarez *d. c. 58. num. 7.* Quod & dicendum de beneficiis, ut condemnatione judicis possit illis privari, antequam tamen rectè iis utitur fruitur, & in alios resignat, tamquam jus plenum habens. Navarr. *Cons. 92. h. t.*

Postremo quæritur, An Simoniacus in beneficio fiat inhabilis ad obtinenda in posterum beneficia? Resp. Indubitatum hoc esse quoad ipsum beneficium simoniacè obtentum sine speciali dispensatione, *c. pen. sup. de elect. & ibi* Abbas *& in c. de simoniacè 22. h. t.* quoad alia negat Navar. *Cons. 91. n. 5 & cons. 92. n. 5. h. tit.* Videtur tamen id velle Constitutio Pii V. quam citat. Navar. d. loc. qua inhabilis perpetuo ad ea & quæcumque alia beneficia obtinenda declaratur. Ut non possit dici requiri sententia condemnatoria, aut etiam declaratoria, cum talis pœna sine actione hominis per ipsam legem immediatè inferti possit. Addit tamen Navar. eam Constitutionem non esse usu receptam quoad effectum istius pœnæ. Plura Suar. *d. c. 58. n. 9. & seq.* 114

Quinta pœna est Restitutio pretii pro re spirituali accepti. Cujus restituendi obligatio accipientem tenet, non in casu, quo non est solutum, neque enim potest obligari, qui dedit rem spiritualem, nullo accepto pretio: sed in casu quo pretium est datum. Et omnino procedit, si pretium datum sit, non recepta re spirituali, nam eo casu pretium non est absolute datum, aut liberaliter; sed sub pacto oneroso, & conditione sibi dandi spirituale. Quæ conditio licet sit turpis, dum tamen non impletur, sufficit, ut voluntas non habeat effectū 115

absu-

absolutum transferendi pretium in dominium alterius, sed tantum sub conditione, ut, ea non impleta, teneatur accipiens restituere, quod accepit, & quidem ei qui dedit, non etiam Ecclesiæ aut pauperibus. Navarr. *d. c. 23. n.* 104 sive inspicias jus naturale, sive Ecclesiasticum. Prius patet, quia dans non addicavit à se dominium dati pretii nisi sub conditione, qua non impleta non potest dominium pretii ab eo abscessisse; ut illi sit restituendum, non etiam satisfiat dando Ecclesiæ ut pauperibus, quibus nihil juris potest dici quæsitum ad pretium taliter datum. Probatur posterius, quia Ecclesia non punit Simoniam conventionalem tantùm ex una parte impletam, saltem ipso facto; certum autem est, quòd talis punitio sit pœna.

Non obstat *l. si ob turpem pen. D. de condict. ob turpem caus. & l. 2. C. eod.* ubi acceptum ex utraque parte turpi de causa non est restituendũ danti, quòd in pari causa potior sit possidens; nam ea regula obtinet conditione impleta, necdum verò impleta non est ulla ratio, quare privetur dans, qui non abdicavit à se id, quod dedit, nisi sub conditione. Et deinde procedit subsecuta sententia judicis, qua privetur is, qui dedit, & attribuatur Ecclesiæ aut pauperibus. Navarr. *c. 17. num* 30. *& seq.* Cov. *ad Reg. peccatum p. 2. §. 2. n. 7.* Suar. *c. 59. n. 1. 2. & 3.* Pet. à Navar. *de Restitut. lib. 2. cap. 2. nu. 410.*

Superest videre, quid juris sit in Simonia reali, id est utrimque completa. Ubi certum est, pretium debere restitui, per textum expressum in *c. de hoc* 11. *h. t.* qui habet, sine gravi salutis periculo retineri pretium non posse. Cujus ratio est, quod sine causa sit penes eum, qui recepit, utpote acceptum pro re pretio non æstimabili. Imò duplicatum restituendum esse habet text. in *c. Audivimus 4. h. t. & in Nov. de sanctiss. Episc. 123. c. 2. in fine.*

116 Dubitatur autem, Quo jure restituendum veniat? Resp. Hac in re esse sententias diversas. Nam aliqui volunt obligationem restituendi procedere ex jure divino, quod contra voluntatem domini vendatur res spiritualis, qui gratis dari eam voluit: ut contractus sit injustus, atque ita ex natura rei pretium acceptum restitutioni obnoxium. Covarr. *ad Reg. peccatum p. 2. §. 2. n. 7. & alii relati à* [illegible] *d. c. 54. n. 4.* Alii verò è contra ex natura [illegible] gant sequi obligationem restituendi, hoc [illegible] mento, quòd Simonia mentalis, etiam [illegible] to opere, non obliget ad restitutionem, [illegible] *t.* Ut nec realis dicenda sit obligare, nam [illegible] teret, ut ex vi ipsius actionis secundum se, [illegible] injustitia in illa inventa, sequatur, quæ [illegible] est in Simonia mentali. Facit, quod ex [illegible] prioris domini pretium sit acceptum [illegible] absolutè & liberè dedit. Navarr. *d. c.* [illegible] *in comment. c. ult. n. 12. h. t.* Dicendum [illegible] Simonia contineat injuriam contra [illegible] commutativam, obligationem ad [illegible] pretium sequi ex divino & naturali [illegible] æstimetur pretio res inæstimabili [illegible] functionibus spiritualibus, ut ordinatio[illegible] Missis, confessionibus, & similibus [illegible] ctio obligat ad restitutionem ex jure [illegible] naturali, cum hujusmodi subsint soli [illegible] eorum dispensationem voluit gratis [illegible] inde venditur res, quæ non est sub [illegible] vendentis, cujus traditio est sine [illegible] sine causa ex summa injustitia [illegible] sibi retineat. Si verò Simonia commu[illegible] propria injuria & injustitia contra [illegible] tativam justitiam, ex natura rei non [illegible] ligatio ad restituendum. v. g. Si [illegible] pretio suum beneficium commutaret, [illegible] comparatione ad temporale benefi[illegible] lumentum, qualis dici non potest [illegible] contra justitiam commutativam, cum [illegible] ctuum dominus, ut dictum supra [illegible] *lio Cler.* Qui incommodum, quod [illegible] signando, hac via compensando, [illegible] dici contravenire justitiæ commu[illegible] ampliùs non exigat, quàm ratio[illegible] tionis abest. Nec obstat, quòd ille, [illegible] ditur beneficium, illud cum eff[illegible] quirat; quia hoc non inspiciendum, [illegible] tum incommoditas, quam patitur [illegible] dimittens, cujus dimissio est valida, [illegible] quisitio sit sine effectu; atque ita [illegible] causa accipiendi pretii. Plura Suarez [illegible] 10. *& seq.* Sic & recipiens simoniace [illegible] nasterium non potest dici teneri ad [illegible] tionem ex natura rei, quod illa recepta [illegible] spiritualis, conjunctum tamen habet [illegible] temporale pretio æstimabile, scilicet [illegible]

nationem corporalem Religiosi. Vendens etiam rem, cui adhæret jus patronatus, & cariùs propter commoda, quæ istius juris nomine percipit, non potest dici teneri, ex vi naturalis justitiæ ad restituendum pretium, cum commoditas ista, qua caret, sit pretio æstimabilis. Suarez. *d. loco n. 41. & 42.* Idem censendum est de similibus, in quibus restitutio tantum tenet ex jure humano.

117 Ubi quæritur, cui restitutio facienda? Resp. Per se & ex vi legis naturalis pretium ei restituendum esse, qui dedit, quia is passus injuriam, quæ illi resarcienda ab eo, qui intulit. Non est autem illata Ecclesiæ aut pauperibus, ut his nihil veniat restituendum; cum ille sit actus justitiæ, quoad æqualitatem reducitur inæqualitas prius facta, nulla autem facta respectu Ecclesiæ aut pauperum. Navar. *c. 17. nn. 30.* Suar. *d. c. 59. n. 23. & seq.*

Non obstat, quod dans dederit voluntariè pecuniam; quia non voluit donare, sed dare, quantum justitiæ ratio patitur, quæ nulla hic subest. Non etiam obstat, quod ille, qui dedit pretium, turpiter dederit, ut indignus sit recuperatione; nam ut hoc quidem verum sit, non tamen ex eo sequitur, indignitatem istam ipsum obligare ad exsequendam in se pœnam, stando in solo jure naturali, priusquam per judicem puniatur. Nec dat etiam facultatem, qui pretium recepit, puniendi dantem tali via, sua auctoritate, quia talis privatio est actus jurisdictionis, quam cum non habeat, in alium non rectè ea utitur. Non obstat quoque quod accipiens rem spiritualem non teneatur illam restituere danti; nam accipiens rem spiritualem non peccat contra justitiam, uti ille, qui pro re pretium accepit, quam jubetur à Christo gratis dare.

Quod ut ita sit de jure naturali, tamen de jure Ecclesiastico tutior est opinio, non esse pretium restituendum danti, qui eo propter turpem causam meritò privatur, nec tamen retinendum ab eo, qui turpiter accepit, quia & in eo causa deest, sed Ecclesiæ dandum, juxta *d. c. de hoc 11. h. t.* Nam licet Ecclesia impediverit, quò minus recipiens dominium adquireret, non restitit tamen abdicanti, quò minus secundum voluntatem ejus secuta causa pretium ab eo abscesserit & in pœnam ejus applicuit illi Ecclesiæ, quæ injuriam passa, *d. c. 11. ubi Glos.* Posset tamen in pauperes distribui pretium ex arbitrio superioris. Covarr. *ad c. peccatum de R. I. in 6. p. 2. §. 2. n. 6.*

Ex dictis colligere est, datum pretium ad redimendam vexationem injustam neutiquam posse retineri per eum, qui accepit, cum injustè acceperit, ut ex vi juris naturæ teneatur illud restituere, & quidem illi, qui dedit, qui non potest dici peccasse, siquidem injuriam sit passus: ut rectè suprà dictum sit, quod talis non teneatur pœnis Simoniæ propositis.

Similiter ex dictis resolvi potest quæstio, 118
An acceptum per Simoniam mentalem ad restitutionem obliget? Resp. Difficultatem hac in re ponere duos textus, *c. fin. h. t. & c. Consuluit 20. inf. de usuris.* In illo dicitur, per mentalem Simoniam acceptum indistinctè non obnoxium restitutioni, sed placandus Deus, in hoc vero, acceptum per usuram mentalem esse obnoxium restitutioni, & quidem indistinctè. Rationem diversitatis aliqui dant quod in Simonia mentali nulla subsit læsio proximi, qui sponte obtulit; in usura verò mentali subsit injustitia & læsio. Verum hæc non tollit difficultatem, cum, positis paribus terminis, vel utroque casu sit injusta læsio ponenda, vel in neutro. Multò minùs exhaurit difficultatem, quod cognationis pœnam nemo patiatur in foro exteriore, *l. cogitationis 18. D. de pœnis*, cum & ista responsio tam conveniat usuræ mentali, quàm Simoniæ. Posset videri aptior solutio, quam dat Navar *ad d. c. fin. nu. 24. & seqq. h. t.* quod nemo teneatur restituere, quod utrimque turpiter datum & acceptum, ut in Simonia, in qua utraque ex parte turpitudo versatur; si verò tantùm sit ex parte accipientis, teneatur iste ad restitutionem, secundum ea, quæ traduntur *D. & Cod. de condict. ob turp. caus.* Est autem turpitudo in usurarum solutione tantùm ex parte creditoris, non etiam debitoris, quia solvere usuras non est malum, cum qui juravit eas solvere, teneatur satisfacere juramento, ut dictum sup. *De jurejur.* Quòd non foret, si esset peccatum eas solvere, siquidem juramentum non sit vinculum iniquitatis: ut ideo creditor eas teneatur reddere, quòd ex mala causa penes

eum sint, non etiam acceptum ex Simonia mentali.

Verùm nec ista solutio, quamvis ea aliquibus placeat, tollit difficultatem, cum acceptũ simoniacè non manet penes accipientem, sed Ecclesia eum oneret ad restitutionem Ecclesiæ faciendam. Unde quærenda est alia ratio, quare in *d. c. fin.* dicat Pont. temporale pro spirituali accipientes, nullo pacto prævio, sed ex adfectu animi præcedente, non teneri restituere, sed sufficere per pœnitentiam satisfaciant suo creatori, ut videantur sine noxa retinere quod acceperunt. Dicit enim simpliciter Pont. ad resignationem spiritualium aut temporalium non teneri, sed ad solam pœnitentiam, ut videatur excludere omnem restitutionem, cum tamen dicat usuras taliter acceptas, tamquam male acceptas, restitui debere in animi judicio.

Pro veriori solutione dicendum videtur, distinguendo, an simoniacè pretium acceptum contineat una injustitiam, an verò nullam injustitiam habeat adnexã. Posteriori casu obtinet decisio *d. c. fin.* non subesse obligationem ad restitutionem. Nam si ulla subesset, vel esset ex vi juris naturalis vel Ecclesiastici: non illud, quia secundum dicta sup. *eod. num.* 116. non obligat etiam realis in isto casu ex vi juris naturæ: non hoc, quia ubi jus Ecclesiasticum imponit hanc obligationem ultra naturalem, id non facit per modum pœnæ. At verò Ecclesiasticæ pœnæ non cadunt in Simoniam mentalem, quia Ecclesia non judicat de internis. Et ita accipiendum *d. c. fin.* in quo agitur de Simonia mentali super ingressu Religionis non habente injustitiam adnexam. Nam licet intentio fuerit prava, non deest tamen titulus justus ad retinendum acceptum, scilicet & ad alendum Religiosum, & ad sustinenda onera status illius, ideoque mutata intentione tollitur pravitas: ut rectè ibi dicatur satisfaciendum esse creatori per pœnitentiam. Idem statuendum in aliis ejusdem ordinis Simoniis, in quibus receptio pecuniæ non est injusta, cum ubi eadem subest ratio, idem jus sit ponendum: ut & sint dicendæ immunes à restitutione, non obstantibus legibus Ecclesiasticis, quæ non judicant de occultis. In priori casu, quo receptio pretii non tantum est simoniaca, verùm & injusta, licet mentalis tantùm sit Simonia, orietur tamen obligatio restituendi, non quidem ex lege Ecclesiastica, quod isto in cap. & al is potuit negari, quia Ecclesia non judicet de occultis, ut dictum, sed ex jure naturali, quod nusquam negatur. Ratio est, quod nullus supersit titulus justus ad retinendum pretium acceptum; ut ideo ad restitutionem obliget, in eaque specie cessat decisio *d. c. fin.* Probatur, quia omnis acceptio exterior de se injusta & procedens ex intentione injusta obligat ad restitutionem. Procedit autem ista Simonia ex intentione injusta proportionata materiæ, & in re exequitur actionem injustam, infertque nocumentum ei a quo accepit contra justitiam. Ut in isto genere Simoniæ sit dicendus locus esse decisionis *d. c. consuluit 10. inf. de usuris* in quo quòd [illegible] judicio sint restituendæ usuræ, est propter injustitiam, ut si & in Simonia illa intervenerit, [illegible] in ea sit statuendum, ex jam dicta ratione, [illegible] que ita *d. c. fin.* quod absolutè & indistinctè negat teneri ad restitutionem, rectè admittit limitationem, nisi concurrat injustitia: [illegible] contra, si usura mentalis non contineat injustitiam aliquam, ut posse fieri inferius dicetur, dicendum est, cessare obligationem ad restitutionem, cessante utpote injustitia eam causante. Ita ferè Suarez *d. c. 59. n. 45. & seqq.* Vide [illegible] de hac quæstione sentientes, Covarr. *ad* [illegible] *Peccatum p. 2. in pri. n. 4 seqq.* Pett. à Navar. [illegible] *restitut. lib. 2. c. 2. n. 40. & seq. & n. 201.* Azor. [illegible] *3. l. 12. c. 20. q. 2.* Canis. *De usuris c. 7. n. 8. & seq.* Binsf. *ad c. ult. h. t. qu. 1. & ad c. consuluit* [illegible] *1. inf. De usuris.*

Superest quæstio, An restitutio sit facienda ante sententiam? R. Non esse quærendum de obnoxio ad restitutionem ex vi juris naturæ; quia certum est non esse exspectandam sententiam, cum ipsa conscientia eam sane probat, sed tantum in casu; quo solo jure Ecclesiastico restitutionis obligatio promanat. Pro parte negante facit; quod lex pænalis non obliget in conscientia ante condemnationem, nisi expressè declaretur; non declaratur autem ullibi ista restitutio ante sententiam, ut regula generalis obtinere debeat. Facit & pro ea parte, quòd non appareat, cui sit facienda restitutio ex sola obligatione Ecclesiæ, cum non debeat fieri illi: qui dedit, quia is, quantum in se est, voluntate sua abdicavit à se

120

121

pretii dominium, ut non sit obligatio ad faciendam illi restitutionem; nec Ecclesia aut pauperes ad eam sibi faciendam aliquid juris possint prætendere. Pro eadem parte faciunt quæ traduntur *l. 3. & pen. D. de condictione ob turp. caus. & l. 2. C. eod.* non teneri promissorem restituere pecuniam turpiter datam & acceptam, ex eo, quòd quando utriusque est par turpitudo, possessoris causa sit potior: ut non tam imponatur onus pretium acceptum offerendi seu sponte à se abdicandi, quin potius sit auferendum per sententiam. Pro parte tamen affirmante facit *c. de hoc 11. h. t.* in cujus fine dicitur, temporalia sic recepta pro dando adsensu electioni Ecclesiasticæ, non posse sine gravi salutis periculo retineri: quæ verba planè sunt intelligenda de foro conscientiæ, etiam nulla antecedente judicis sententia, ut ipsum jus videatur impedire adquisitionem pretii ejusmodi accepti in materia Simoniæ, quod optimè potuit statui pro materiæ gravitate. Vid. Navarr. *in Summa c. 27. n. 52.* Suarez *c. 60. num. 3. & seqq.* Less. *lib. 2. cap. 35. Dubit. 31.*

120 Sextam pœnam ponunt Irregularitatem. Non videtur tamen illa incurri immediatè, sed mediante infamia, quæ per sententiam inferri videtur, ut dictum sup. *eod. nu. 101.* quam sequitur irregularitas. Quæ videtur etiam poni, si sic ordinatus vel ordinans ministret, irregularis enim fiet, quia ministrat cum suspensione. Immediatè non incurri ex eo constat, quòd irregularitas non contrahatur nisi in casibus à jure expressis, ut traditum sup. *de Cler. excom. ministr.* non est autem jure expressum alibi, ut hac de causa irregularitas contraheretur, cum si contraheretur per ordinationem, necesse foret; ut antea sit excommunicatus; excommunicatur autem demum per ordinationem. Unde non potest dici suscepisse Ordines excommunicatus, quia excommunicationem incurri facit ipsa ordinatio, non etiam irregularitatem, quia non est lata utraque pœna hoc in casu. Suarez *cap. 56. numer. 20.*

121 Septimam ponunt Depositionem; quam tamen jura non videntur inducere ipso facto, sed per sententiam judicis, quòd passim utantur verbis sententiæ ferendæ, non etiam latæ, ut in *can. Ergo Simoniaces 110. I. q. 1. c. 2. sup. De cons. c. de hoc 11. h. t.* nec etiam patet depositionem esse inductam per *d Extrav. 2. h. t.* Suarez *d. c. 35. num. 22.*

De Simonia Confidentiæ.

Ultra res species Simoniæ, de quibus dictum, est quædam alia species, Simoniæ Confidentiæ dicta, à spe & fiducia, quæ et subest, quæ etiam potest distingui in mentalem, conventionalem & realem. Eaque alia est licita, huc non spectans, ut cum aliquis sperat beneficium sibi conferendum aut fratri quia dignus est, quæ nihil mali includit; alia illicita, & aut non simoniaca, quando quis sperat conferendum à Prælato, ratione amicitiæ, consanguinitatis, sibi, vel alii licet indigno; aut simoniaca, quæ est confidentia, qua aliquis beneficium confert, aut ad id præsentat, eligit, renuntiat, cum pacto tacito aut expresso, de resignando eo sibi aut alii. 122

Materia hujus Simoniæ sunt tantùm beneficia Ecclesiastica, cujuscumque sint ordinis simplicia, curata, majora, minora, regularia, sæcularia. Pretii nomine venit hoc in genere idem beneficium, quod renuntiatur vel confertur, ut renuntianti vel conferenti aut alteri reddendum sit aut restituendum, aut fructus ejusdem beneficii, vel pensio seu pars eorum renuntianti aut alteri præstanda. Ut hoc Simoniæ genus committatur in collationibus, renuntiationibus, præsentationibus beneficiorum, & aliis provisionibus quibuscumque, Suarez *c. 43. nu. 4. & 5.* Less. *d. c. 33. dubit. 6.* Committitur autem triplici modo; Primò per Accessum, quando Prælatus cupit alicui provisum de beneficio, qui per ætatem est incapax, ideoque confert ejus pædagogo, aut alteri, hac fiducia, ut ubi alter erit capax, propria auctoritate illud accipiat aut accedat. Qui modus habet locum in præsentatoribus ad pinguia beneficia aut personatus, in casu, quo habent liberos ætate minores, quàm ut præsentari possint. Secundò, per Regressum, quando alteri ceditur beneficium, reservato jure regrediendi, si alter præmoriatur, aut beneficium deserat. Tertiò, per ingressum, quando quis beneficium sibi collatum ante captam possessionem resignat, reservato jure ingrediendi possessionem in casum prædictum. 123

124 Ubi dubitatur, An ista Simoniæ species habeat locum in permutatione beneficiorum? Resp. Hoc videri, quòd Pontifices loquantur generaliter de beneficiis in favorem resignatis; cessis vel aliàs dimissis: & permutatio videatur includi, in qua & obtinet pactio de dissolvenda permutatione, & regrediendo ad priora beneficia, in casu, quo aliquid contingat; vel de resignandis beneficis in favorem nepotum vel aliorum, & de reservandis fructibus aut parte eorum sibi vel alteri. Judicant tamen alii non spectare, secundùm Bullas Pii IV. & Pii V. Pont. Simoniæ hanc speciem & prohibitionem ad permutationes, quod resignationes & cessiones, de quibus ibi, sint accipiendæ de simplicibus, in favorem tertii, quæ sunt magis odiosæ, quàm illæ, quæ fiunt per modum permutationis, & simplices illæ incommoda graviora habent, quæ Pontifices moverunt, quam hæ permutationes, ut ad eas dictorum Pontificum Constitutiones non sint extendendæ, quia pœnales. Et hoc, quatenus tantum concernunt permutantes inter se; nam si collator cum permutantibus paciscatur modo dicto, habebit locum hoc genus, & pœnæ per Pont. propositæ Vid. Navarr. Cons. 77. *h. t.* Suarez *d. c.* 43. *num.* 10, *&* 11.

Pœnæ autem variæ sunt. Primo, quoad Prælatos superiores, est Interdictio ab ingressu
125 Ecclesiæ quoad inferiores Excommunicatio, latæ sententiæ, Pontifici reservata. *II.* Annullatio resignationis & collationis beneficii in quo commissa ejusmodi Simonia: inhabilitas ad idem beneficium, & ad alia omnia inde secuta. III. Privatio beneficiorum & pensionum ante obtentorum, & inhabilitas ad quæcumqne alia obtinenda. *IV.* Reservatio talium beneficiorum, ut non nisi à Sede Apostolica conferri valeant, & fructus eorum malè perceptorum Cameræ Apostolicæ applicentur quas pœnas colligere est ex Bullis dictorum Pontificum, apud Navarr c. 23. nu. 110. Ex quibus patet, hujus speciei pœnas esse graviores, quam simplicis Simoniæ. Cujus ratio est, quod illa sit gravior, quippe continens infinitas fraudes & imaginem successionis hæreditariæ, quasi transmittendo beneficia per unum ad alios cognatos, aut aliàs inhabiles, defraudando Cameram Apostolicam & alia similia, in prædictis Bullis contenta.

Incurruntur autem omnes istæ pœnæ ipso facto; nisi quod beneficiorum legitimè obtentorum privatio non ita censeatur incurri ipso facto, ut teneatur quis seipsum spoliare ante sententiam saltem declaratoriam. Aliæ vero pœnæ, censurarum & inhabilitatis, statim habent effectum suum, non tantum ubi ab utraque parte est impleta Simonia, verum si ab altera tantum parte, scilicet beneficium sit acceptum per ejusmodi confidentiam, Navarr. *d. c.* 23. *num.* 110. *§. Secundo*, Conjecturas, quibus hæc species in foro exteriori probari possit, colligere est ex dictis Bullis & Navarr. *d. loco.* Quoad mediatores, non videntur illi incurrere excommunicationem, nisi impleta demum Simonia, cum Bulla Pii V. de iis non loquatur, & Pauli II. *Extravag. h. t.* eos completa demum Simonia excommunicationi velit subjacere, quæ non mutata per alios Pontifices per eos mutanda non est, Navarr. *d. num.* 110. *§. Adde novè*, Suarez. *d. c.* 43. *in fine.*

Hæc de pœnis Simoniæ. In qua hoc singulare, ut quilibet criminosus etiam mentem admittatur ad accusandum, *c.* 7. *& ibi Gl. a. h. t.* propter gravitatem istius labis. Unde etiam constitutum, ut nulla dignitas ab ejus pœna excuset, ne quidem Cardinalatus aut Regius *de hoc* 11. *h. t. & Extrav.* 2. *eod.* subsunt enim & Reges legi Ecclesiasticæ.

Ubi quæri posset, An vitium Simoniæ cadere possit in Pontificem? Resp. In omni materia, in qua Simonia committitur contra jus divinum, non esse immunem ab ea Pontificem ea ratione, quia juri divino sit subditus Pont. Quo modo pro Sacramentorum collatione citra labem hanc non accipit pretium. Idem est de aliis, saltem si ut pretium rei sacræ accipiat, non stipendium aut ratione materiæ æstimabilis pretio, quæ subest, & quam separat à re sacra, non committit Simoniam. In fructus beneficii ab eo separatos recte venit Pont. & alia similia. Quantum ad eam, quæ jure Ecclesiastico committitur, cujusmodi est Simonia mala, quia prohibita, cum sit jure humano inducta, non potest hæc eum obligare, qui est supra jus humanum, supra quem nemo est, *l. Princeps D. de constit. Princ.* qua de re

actum sup. *tit. de constitut. num.* 10. Hinc leges circa Simoniam confidentiæ non obligant Pont. quòd ea sit positivi juris, ut mala sit, quia prohibita, quatenus jus Ecclesiasticum prohibet omnes pactiones super beneficialibus, nisi etiam extenderetur ad communicationem spiritualis pro re temporali, quia esset juris divini, & Pontificem obligaret. Quantum ad pœnas fori exterioris adversus Simoniam commissam contra jus sive humanum sive divinum, omnium sententia est, non teneri iis Pontificem, quòd sint inductæ per jus Ecclesiasticum; Princeps autem supremus non subjiciatur suis legibus quoad vim coactivam; uti traditum *D. de legib. n.* 24. *& seqq.* & patet ex eo quod nulli sit subjectus, *can. cuncti per mundum* X. *q.* 3. Non habet autem locum vis coercitiva nisi in subjectum, ut censuris, quæ constringunt inferiores, non possit ligari Pontifex. Quo facit, quòd Bellar. *lib.* 2. *de Rom. Pont. c.* 12. *& seqq.* & Navarr. *in c. Novit. sup. de judiciis Notab.* 3. *nu.* 78. *&* 142. *& in Summa c.* 27. *nu.* 13. tradant, si contingeret Pontificem Rom. in hæresim incidere, non fore eum ipso jure excommunicatum, Unde licet omnes fideles etiam Impp, Cardinales, Episcopi subiiciantur censuris; non tamen ipse qui supra jus est, ligabitur Vid. Suarez *c.* 52. *num.* 2. *&* *seqq.* Binsf. *ad c.* 1. *h. t. q.* 2. *Concl.* 2. 3 Less. *d. c.* 25. *dubit.* 5.

127 Hinc consequenter possit quæri, an si contingat Pont. facere contractum cum aliquo simoniaco, eo ipso eximat eum à pœna Simoniæ? Resp, Id negare Abbatem, *c.* 1. *nu.* 8. *h. t.* etiam in casu quo Pont. non committeret Simoniam; qui proinde putat non posse talem in conscientia retinere beneficium taliter acceptum. Quo facit *Clem. fin. de sent. excomm.* ubi Pont. scienter communicando cum excommunicato, non censetur eum absolvere, nisi exprimat. Probabilius, Pontificem tunc censeri eum eximere à pœna, & cum eo dispensare per tale factum, estque ea sententia rationi magis consentanea, cum non sit verosimile Pontificem velle beneficium conferre frustra & punire opus, quòd ipse semel effecit, & fortasse ad illud invitavit, hoc enim foret se condemnare. Ita tradit Covar. *in c. peccatum p.* 2. § 8. *nu.* 9. Vid. Azor *p.* 3. *lib.* 12. *c. fin. qu.* 2. Suar. *c.* 61. *n.* 15. Binsf. *d. q.* 2. *concl.* 3. *vers. dubium autem.*

Posset hic aliud moveri dubium, an Pont. 128
non teneatur lege simoniaci ambitus, Annatas exigens? Resp. Annatarum usum non ità nupetum esse, ut vult pro more suo patum in Rom. Sedem æquus Duaren. *De sacris Eccles. minist. lib.* 6. *c.* 3. ejus originem Bonifacio IX. adscribens, secutus errorem Platinæ *in Vita Bonif.* cum earum fiat mentio in Conc. Viennensi, quod celebratum sub Clemente V. quem multis annis ante Bonif. IX. sedisse ex fastis Ecclesiasticis est notum. Sunt autem Annatæ fructus primi anni Episcopatuum, aliarumque dignitatum & beneficiorum, à Pont. Imperatorum, quos sibi suæque Cameræ retinet, non in pretium dignitatum, seu beneficiorum, sed in sui sedisve suæ subventionem, & ministrorum sustentationem, quorum opera est necessaria in Ecclesiæ per totum orbem gubernatione. Quo facit quod in lege veteris Testamenti à Levitis decimæ decimarum essent præstandæ summo Pontifici, *Num.* 18. ut res ea non possit dici quid involvere simoniacæ labis, cum non æstimetur quid sacrum & rectè D. Thomas 2. 2. *q.* 87. *art.* 4. doceat naturalem æquitatem dictare ut ille qui omnium curam habet de communi alatur adeoque Pontifex posse à singulis Clericis decimarum decimas exigere; quidni etiam unius anni fructum sibi reservare? quod continet minus gravamen. Ut plerique rectè defendant Annatas ab omni labe alienas, quos citat Flamin. *De Simonia confid. q.* 9. *n.* 58. quidquid impudenter & temerè Molin. impius pro more suo in Sedem. Apostolicam, eam mordaciter carpat, & post eum alii Annatarum usum damnent. Vide Azor *p.* 2. *lib.* 7. *c.* 12. *qu.* 1.

Quod attinet ad Curiam Rom. Simoniam contra jus positivum humanum in ea commissam, sciente & non contradicente Pont. quidam negant habere locum, quorum dictum verum est, quoad Simoniam, cui ipse Pont. auctoritatem præstitit; nam quoad commissam inter alios, non est sufficiens signum, culpam nullam subesse, ex eo, quòd sciat Pont. eum interdum toleret, quia ita expedit; nisi talis sit scientia & patientia, ut communi judicio prudentum censeatur lex ibi abrogata, aut ei derogatum. Suarez *c.* 52. *nn.* 10. & 11.

129 Unde quæsitum, An possit consuetudine honestari exactio temporalis pro spirituali? R. Non esse quæstionem de Simonia jure divino prohibita, tantùm quæri de prohibita jure Ecclesiastico: & pro adstmantium sententia facere Primò, quòd per consuetudinem possit abrogari lex humana, ut dictum sup. *de consuet. num.* 8. Ubi non obstat, quòd per statutum non possit derogari juri communi, nam hoc ideo, quia statutum nititur sola potestate inferiorum, ut meritò non prævaleat legi superioris; in consuetudine concurrit tacita saltem voluntas & consensus superioris. Secundò facit, quòd piæ consuetudines hac in materia dicantur observandæ, *cap. ad Apostolicam h. t.* Potest autem ista exactio esse pia, ut constat per Trid. *Sess. 24. c. 16. de reform.* quod præcipit examinari & discerni inter consuetudines, quæ aliquam exactionem induxerunt in beneficiis; ut si in pios usus non convertantur, neutiquam fieri permittantur; ut præsupponatur posse consuetudinem esse piam. Pro contraria tamen parte facit, quod consuetudo reprobata non possit contra legem prævalere. Covar. *3. Var. Resolut. c. 13. n.* 4. Est autem talis consuetudo reprobata per Canones, ut patet *c. non satis* 8 *h. t.* in verbis, *nec sub obtentu cujusquam consuetudinis reatum suum quis tueatur*; cum diuturnitas temporis non diminuat peccatum, sed augeat. Facit & quòd consuetudo vocetur prava & corruptela, *c. in tantum 36. c. Sicut 39. hoc tit. & in can. Ex multis 1 qu.* 3. reprobata consuetudo quid largiendi etiam in pios usus. Dicendum, non omnem consuetudinem circa exactionem alicujus temporalis esse reprobatam, & concurrere posse tales conditiones ac circumstantias, quæ malitiam ejus auferant, & purgent ab omni suspicione mali: veluti si tale onus imponi cœptum in debitum sustentationis stipendium, propter ministrorum indigentiam, quæ sola ponit justum titulum quid exigendi fundamentum laudabilis consuetudinis. Ubi tamen, ut omni vitio res careat, oportet impositio talis fiat sufficienti auctoritate & potestate; neque enim privata auctoritate ab aliquibus, licet indigeant, onus tale imponitur iis, qui spiritualia recipiunt. Solet autem talis origo præsumi, si aliud non obstet, ut tradit Nav. *cons. 3. b.t.* Quomodo pro funeribus exequiis, baptismo, & similibus, etiam jure divino prohibitis, quid dare usu receptum, non exigi. Non sit tamen exactio fieri consuetudo specialiter in jure prohibito, qualis est negare spiritualia, nisi dentur prius temporalia aut de dãdo certa sit cautio præstita, hunc in modum jura passim detestantur, ut videre est *in d. c. in tantum & c. audivimus 41. h. t.* Quæ & ad talem rectè accomodantur jura superius allata, quæ eam pravam & corruptelam vocant: alias secundum Trid. posset dici laudabilis, etiam quoad ea, in quibus jure divino exactio temporalis est prohibita, qua a nec exigitur pretium, verum ut stipendium sustentationis, quod debitum ministranti spiritualia cum non est provisum aliunde. Vid. Ant. *t. 3. tit. 12. c. 19. qu.* 1. Suar. *2. c. 48. n.* 1. & *seq.*

Hæc ita quoad culpam & pœnam Simoniæ super quibus, quatenus dispositio cadat, videndum. Ad culpam quod attinet Simoniæ contra jus divinum commissæ, nulla dispensatio humana eam tollere potest, quia non est a Ecclesia potestas, qua jus divinum immutatur. Quoad eam, quæ committitur in Simonia prohibita, dispensatio humana quid valeat, & quidem Pont. Rom. tantum, non alius, nisi ex pontificia commissione; nam non est dispensare super legibus humanis, quas posuit. Solus itaque Pont. super simonia a se inducta dispensat: non ut maneat Simonia absit culpa, quia Simonia ex proprio conceptu significat rem malam, sed ut emptio venditio, quæ obligante lege esset simoniaca, illa sublata talis non sit. Non solet autem dispensare super ea Pont. ex eo, quòd id non sibi sit necessarium, cum possit aliter providere sustentationi suæ; nec Eccl. siæ utile, cum non expediat res ejus fieri venales. Ita Suarez. *c. 61. n.* 1. & 2.

Quantum ad pœnam ab excommunicatione per Simoniam in Ordine, beneficio, egressu Religionis, contracta absolutio reservata est soli Pontifici, *Extrav. 2. h. t.* Suar. *c. 61. n.* 3. Quoad suspensionem in Ordine non rectè dixeris: quod licet non pateat ex *d. Extrav. 2.* ut possit videri habere locum regula de qua in *c. nuper inf. de sent. excomm.* quòd si conditor Canonis absolutionem sibi specialiter non reservavit, hoc ipso concessisse v-

deatur aliis relaxandi facultatem: tamen constat ex *c. 1 en. h. t. & ibid. Gl. ac DD.* ubi dicitur à Sede Apostolica obtinenda dispensatio à Simoniam Ordine commissa. Deinde quãdo suspensio est lata in puram pœnam, non potest auferri, nisi per eum, qui intulit; neque enim inferior disponit super lege superioris. Idem confirmat Bulla Sixti V. contra malè promotos, & Clementis VII. Ubi aliqui limitationem ponunt, ut regula procedat quoad eos, qui scienter sunt promoti simoniacè, quasi cum eo, qui ignoranter est promotus, dispensare valeat Episcopus, & ubi præsupponunt talem esse suspensum, *c. per tuas h. t.* ubi Pont. de tali agens subjungit, *nisi cum eo misericorditer fuerit dispensatum.* Videntur tamen tales non commisisse Simoniam in sua ordinatione, cum suspensio sit pœna imposita propter culpam, qua cessante, propter ignorantiam, debet & cessare pœna, *arg. c. Apostolica inf. de Clerico excom celebr.* & ita tenet Navar. *c. 25. n. 68.* Suarez *d. c. 61 n. 5. & 6.* Non obstat *d. c. per tuas*, quia agit de ignorantia juris, ut ex textu constat, qualis non excusat. Idem dicendum de ignorantia facti culpabili, nam & hæc non excusat, *can ult. I. q. 5* Unde consequens est, non suspensum neutiquam indigere dispensatione. Quoad ordinantem simoniacè, cum suspensio triennalis de jure communi ligat, *d. c. pen. h. t.* idque in puram pœnam, ut non tollatur nisi à Pontifice. Aucta autem dicta suspensio circa eum, & quidem cum eadem reservatione. Idem in mediatore, præsentatore. Suarez *d. c. 61. n. 7.* Quantum ad irritationem collationis, dispensatio etsi antecedenter fieri possit, iniqua tamen foret: postea facta ad aliud non proderit, quàm ut iterum possit conferri beneficium. Quoad inhabilitatem ad obtinendum idem beneficiũ simoniacè obtentum, non dispensat nisi Pont. cum sit pura pœna, etiamsi ignoraverit. Et hoc quoad beneficium majus, & quidem pro illa vice tantùm, ut postquam alteri fuerit collatum, & iterum vacaverit, liceat Episcopo dispensare: cui etiam licebit dispensare cum tali quoad beneficium simplex ignoranter simoniacè adquisitum. Suarez *d. c. 16. n. 10.* Quantum ad inhabilitatem ad alia beneficia, præsupposito, quòd ipso jure & ante sententiam incurratur, non potest super ea dispensare Episcopus, cum sit pura pœna Papalis. Quamvis non videatur saltem usu talis pœna obtinere ipso facto, sed demùm post sententiam antequam ut non incurritur, ita nec opus ulla dispensatione, quæ tamen utilis esse poterit, ut postea quis per sententiam beneficio forte obtento non privetur.

Quid si occulta fuerit Simonia? R. Quoad excommunicationem & suspensionem, rectè extendi facultatem dispensandi Episcopis super irregularitate in casibus occultis datam per Trid. *Sess. 24. c. 6. de reform.* Nam eo ipso, quo non excipitur, concluditur sub generali istius loci decisione. Quam ad inhabilitatem non rectè traxeris, quæ non tam est irregularitas, quàm particularis pœna. Concilium autem non dat facultatem generalem dispensandi in omnibus pœnis occultis Papæ reservatis; & ita dicitur declaratum à Cardinalibus. Suarez *d. loco n. 11. circa fin.* 132

Dubium aliud superest, An in restitutione pretii simoniacè recepti dispenset Pont. Resp. Distinguendo; aut enim jure naturali est debita, aut tantùm venit ex lege Ecclesiastica. Illo casu non dispensat Pont. quia non potest alter privari jure suo, cui illud pretium reddendum, non ut pœna, sed ratione injuriæ. N si tamen is, cui restitutio facienda, commiserit Simoniam, posset enim Pont. in pœnam ejus dispensare cum eo, qui accepit, in hoc vero casu potest Pont. dispensare, tum quia dispenset super jure positivo, tum quòd illa pecunia ad bona pertineat Ecclesiastica, quæ subjacent dispositioni Pontificis. Ita Suarez *d. c. 61. n. 12.* 133

Quantum ad consuetudinem, per quam dispensatio posset induci, nihil aliud hic dicendum est, quàm quod quatenus abrogat leges humanas ita etiam possit tollere pœnas per legem humanam inductus: qua de re Suarez *d. c. 61. in fine.*

Quantum denique ad modum concedendi dispensationem, & quantum ad inferiores prælatos, in casibus, quibus id eis licitum, expressis ea verbis facienda, post causam cognitam, quia dispensant in lege Superioris, & ut validè, necesse est causa justa subsit. Quod in Pont. non requiritur, qui etiam scienter conferendo beneficium Simoniaco, etsi id non declaret, facit valere collationem, sive 134

causa

causa subsit, sive non, quia cum sit supra jus humanum, non requirit causam, ut illud tollat, quamvis ab omni noxa causa eum salvet. Et deinde sufficit sola voluntas, quam ponit scientia, quæ nisi effectum consequeretur; videretur ludere & nihil agere voluisse, quod non decet Principem, cujus beneficia debent habere effectum. Suarez. *ibid. num.* 13. *&* 14.

TITULUS IV.

Ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant.

SUMMARIUM.

1. *Communicatio jurisdictionis Ecclesiasticæ & constitutio Vicariorum pretio est simoniaca.*
2. *Clericatus sive auditoratus Cameræ an rectè pretio committatur?*

ACtus jurisdictionis Ecclesiasticæ non tantùm fori interni, verùm & externi pretio æstimari citra Simoniam non posse, dictum *Tit. superiori n.* 22. Et hoc, sive sint actus contentiosæ jurisdictionis, sive voluntariæ. * Unde
1 actus communicandi jurisdictionem spiritualem sunt materia Simoniæ, ita ut illos pretio æstimare sit contra jus divinum, quia venderetur quid ordinatum ad spiritualem ac supernaturalem finem per se & primò. Hinc Episcopis prohibitum Vicarios pretio constituere, qui pro certa quantitate jurisdictionem exerceant, aut Archidiaconorum vices subeant, in terminandis Ecclesiæ causis. Quod olim quidem fuisse usitatum apparet ex *c.* 1. *&* 2. *h. t.* postea verò ut simoniacum prohibitum, sub pœna privationis jurisdictionis & potestatis conferendi, *d. c.* 1. *&* 2. non tamen tam ipso facto, quam per sententiam, uti clarè apparet ex verbis istorum textuum, quæ sunt futuri temporis Navar. *Cons.* 1. *n.* 2. *h. t.* Videtur & consuetudinis fuisse, licet pravæ, & enormis, ut eam vocat Pont. & contra SS. Patrum institutiones inductæ ab iis, qui id omne pium & honestum judicant, quod est utile. Sacerdotibus sub annuo censu seu pretio committere regimen Ecclesiarum, unde idipsum omnibus modis prohibetur ex *h. tit.* subjuncta optima ratione, quòd dum sacerdotium sub annua mercede venale exponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habeatur.

Dubitari posset, An rectè in Curia Rom. Clericatus, sive Auditoratus, ut vocant Cameræ pretio committatur? Resp. Duo omneri isto munere: prius est jurisdictio spiritualis, alterum emolumentum temporale ex ejus administratione proveniens. Illud vendi nequit citra Simoniam juris divini, hoc per se nude spectatum vendibile est, cum sit quid merè temporale. Dico, per se nude spectatum; quia ut conjunctum isti jurisdictioni, tamquam consequens ex illa, pretio æstimari nequit citra labem, quòd etiam ipsa jurisdictio spiritualis venderetur juxta *can.* [illegible] *objecerit I. q.* 3. Suarez *de Simonia c.* 20. *n.* [illegible] ne labe itaque partem fructuum istius muneris sibi reservat Pont. separando emolumentum ab ipso, ut potest, secundum dicta in *Tit. prox. num.* 44. Unde nihil omninò [illegible] includit, sub annuo censu Ecclesiæ possessiones [illæ enim veniunt nomine Ecclesiæ, cujus fit mentio in *c. fin h. t.*] alicui elocare, cum res ea sit merè temporalis: ut rectè ibi Pont. Ecclesiæ rectorem velit compelli ad observandum contractum, & secundum terminum conventum permittere conductorem pacifice possidere.

TITULUS V.

De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

SUMMARIUM.

1. *Pro licentia docendi pretium dare aut accipere non est simoniacum.*
2. *Docentes & studiorum causa absentes beneficiorum suorum fructus integrè percipere debent.*
3. *Pro gradu licentiæ aut Doctoratus licitè accipere pretium.*
4. *An & pro opera ac labore tradendi scientiam*

5. *Et quid de Theologica doctrina?*
6. *Pretium accipere pro consilio dando nihil continere injustitiæ.*

Quia, secundùm dicta spiritualia in pactum deduci non possunt, quæritur hoc Tit. 1 An pro licentia docendi pretium accipi aut dari possit, citra labem? * Causa dubitandi in eo est, quod Pont. pro ista licentia pretium accipi prohibeat, & acceptum restitui velit, *cap. 2. h. t.* subjuncta ratione, *Gratis accepistis, gratis date*, Verum ista prohibitio Pont. non eò tendit, quòd id sit simoniacum; uti nec pœna privationis beneficii, quæ eos manet, qui idoneæ personæ licentiam docendi sine pretio denegant, *c. 1. & 3. h. t.* Cum nihil spirituale vendatur, ut patebit ex dicendis: sed eò, quod injustitiam continet, denegare licentiam docendi idoneo, pretio non numerato, propterea quòd ea res redundet in gravamen & docentium & discentium, cum essent docti potius invitandi ad docendum. Qua de causa Pont. ut horum necessitas sublevetur, & discere volentibus sit facilior via ad scientiam adsequendam, mandat adsignari beneficia docentibus ad convenientem sustentationem, qui ejus Ecclesiæ Clericos & alios pauperes gratis doceant, *d. c. 1. h. t.*

2 Unde & docentes integrè fructus suos percipere voluit in *c. fin. h. t.* simul & studiorum causa ablegatos, usque ad quinquennium, ut docti sicut stellæ in Ecclesia Dei fulgeant, & alios adjustitiam erudire valeant. Imò & istis subministrari necessaria à Prælatis & Capitulis, si proventus eorum non sufficiant, mandat ibidem Pont. Quò spectant privilegia hujus Universitatis per Martinum V & Eugenium IV. data, quibus concessum docentibus & discentibus in ea, ut integros fructus beneficiorum suorum percipiant; qua tamen in re Prælati & Capitula non rarò se præbent difficiles, quo jure ipsi viderint. Voluit autem Pont. in *c. pen. h. t.* in Metropolitana Ecclesia & Theologum eligi & Grammaticum, si sumptus suppetunt. In prædictum finem decrevit & Trid *Sess. 23. c. 18. de reform.* in majoribus Ecclesiis, quatenus ferunt facultates, ali aliquot pauperiores pueros, quos spes est futuros aliquando utiles Ecclesiæ, & tonsura ac veste clericali utentes religiosè educari.

Quæritur autem, An pro gradu Licentiæ aut Doctoratus licitè accipiatur pretium? R. 3 1
Videri posse, non licitè accipi, eò quod datum videatur recipi pro licentia docendi ad quam ordinatur gradus iste; hoc autem est prohibitum, si non ut simoniacum; saltem ut injustum, cum à radice cupiditatis videatur procedere *c. 3. h. t.* & abusus quidem sit spiritualis jurisdictionis; præcipuè quia gradus iste per potestatem spiritualem sit institutus, confertur enim auctoritate Pontificia. Quibus non obstantibus, probabilius est, hujusmodi gradus nihil continere spiritualitatis, atque ideo non esse materiam Simoniæ, si pretium pro iis detur, non tantum in modum stipendii adsistentium pro labore, verum etiam per modum pretii & contractus onerosi; cùm gradus nihil aliud sit, quam publicum testimonium scientiæ studio & labore quæsitum, & approbatio ad officium docendi, consulendi, cutandi, & similia, cùm quibusdam privilegiis, facultatibus, commodis, honoribus temporalibus. Ut titulus sive habilitas, quæ nomine gradus seu magisterii significatur, sit pretio æstimabilis, non minùs quàm ipsa doctrina, in qua fundatur. Ita Suarez *de Simonia cap. 18. num* 15 Nihil refert, quod collatio sive institutio istius gradus sit a Pont. cum non omnia ab eo descendentia sint spiritualia Imò & temporalia ille interdum instituit ad splendorem & utilitatem rerum spiritualium, quæ eo ipso non possunt dici ita adnexa spiritualibus, ut sint materia Simoniæ, nisi speciali jure sit prohibitum ea vendere. Quod non invenitur in istis gradibus, nec possunt hic applicari, quæ habentur *d. cap. 3. & aliis locis h. t.* cùm ibi agatur de danda licentia docendi à Prælatis & Capitulis, atque ita auctoritate quadam spirituali; ut ea res videatur continere aliquem abusum potestatis Ecclesiasticæ, si pretium interveniat, Unde & jura prohibentia exactiones & contributiones pro recipiendis personis ad sedes & munera Ecclesiastica, *c. cum in Ecclesia 9. sup. tit. prox.* non pertinent ad hos gradus, nec de iis mentionem ullam faciunt. Quod ita procedet non tantum in Jure & medicina, verùm & in Theologia; nam & in ea Magisterium non minus est temporale quid, quàm in aliis scientiis.

4 Alia quæstio est, An liceat propter scientiam & doctrinam pretium exigere: Resp. Secundum substantiam nec jure nec facto à possidente vendi posse, ita scilicet, ut in alium physicè transeat, & per se illam perficiat, cum nequeat ab uno in alium transferri; nam ut animus & intellectus transferri nequeunt, ita nec potentiæ & actus iis inhærentes. Tantum esse quæstionē quoad actus & opera talis scientiæ, velut artem tradendi scientiam ejusmodi: ut solum dubitetur, an quid labis contineat vendere operam & laborem adjunctum. Quod licet videri possit, ex eo, quòd doctrina & scientia sit quid spirituale; non tamen aliter, quàm quòd in animo & intellectu sedem habeat, non per influxum specialem, sed per generalem concursum labore & studio comparata. Ut non possit dici ponere actum materiæ religionis, atque ita nec materiæ Simoniæ cum mere temporale pro temporali detur, opera scilicet & industria in tradendis scientiis. Imò posito quod talis scientia sine ullo labore esset parta, vel à Deo per accidens infusa, nec simoniacum quid, nec injustum aut illicitum, per se loquendo, illius usum & doctrinam vendere, juxta condignam æstimationem talis operis; quia non ideo magis spiritualis ejusmodi doctrina, aut altenius valoris vel æstimationis, quòd principium ejus miraculosè sit collatum, cum nihilominus maneat naturale; & valor rei non attendatur ex modo, quo comparata est, & an pretio an sine pretio, sed ex intrinseca natura & valore suo, juxta communem æstimationem, quem servando nulla committetur injustitia; excedendo verò posset committi, quòd ultra, quam valet, opera æstimetur, contra justitiam commutativam. Hinc Magister cui constitutum condignum stipendium, ut omnes gratis doceat, peccatum injustitiæ committet, exigendo à discipulis aliquod pretium, secundum *c. 1. & ibi DD. h. t.* Nisi extraordinem docuerit, nam pro extraordinaria lectione, quæ non comprehensa est pacto, nihil injusti potest dici committere, cum hujusmodi actus non ponat materiam Simoniæ. Potest & augmentum pretii esse immune ab omni vitio Simoniæ & injustitiæ, si doctrinæ nobilitas vel eximia personæ peritia id mereatur licet non sit major, sed minor aut etiam nullus; nam doctrina ex objecto redditur dignior, & consequenter prout vendibilis est, redditur etiam majoris æstimationis. Ex parte etiam personæ docentis plurimum augetur doctrinæ æstimatio nata ex auctoritate docentis, meritò considerabilis ad pretii æqualitatem, quæ de re, ut & de aliis huc spectantibus, latè Suar. *c. 8. n. 4. & seqq* & Binsfeld *ad Rub. t. Notab. 8.* Quæ ita omnino procedunt in aliis scientiis, ut in Medicina.

Dubitatur, An idem sit dicendum de Theologia? R. Aliquos velle, pro eius tradendæ disciplina pretium accipere esse simoniacum. Fundamentum est, quòd sit supernaturalis, cum versetur circa principia fidei roborandi illustranda. Et facit: quod D. Paulus *1. ad Cor. 12. & ad Ephes. 4.* inter ministros Ecclesiasticos enumerat Pastores & Doctores: ut si munus Ecclesiasticum habeant actus tradendæ doctrinæ istius pertineat ad Simoniam. Verum contrarium communius obtinuit, ea ratione, quòd actus talium Magistrorum docentium sint naturales, & naturali modo cooperentur ad hoc, ut auditores discant, sive adsensus illorum sit naturalis, sive supernaturalis, quia non redditur ipse adsensus, qui non est docentium, sed labor & opera tantum, qui non est minus mercabilis, quàm aliarum scientiarum. Quo etiam & in Scholis Theologiam docentibus adjectum est stipendium. Ita Suarez *c. 15. n. 4. & seqq.* Binsf. *d. loco vers. Major autem, Lyf. c. 35. dubit. 13.*

Ex dictis patet, nihil simoniaci aut injustitiæ continere, pretium accipere pro conferendo non tantùm in Jure & Medicina verum & in Theologia, quòd illi actus sint meè naturales, & conditio vel scientia personæ sit accidentaria; ususque doctrinæ Theologiæ in his actibus meè naturalibus, & qui tantum sunt ad instructionem intellectus, vel moralem utilitatem, pretio æstimari potest contra omnem noxam. Quod & procedet, quando consilium datur à Theologo ad pacandam conscientiam: nam licet actus possit esse spiritualis, cum tendat directè ad salutem animæ si tamen sistat consilium in pura instructione intellectus, non potest esse materia Simoniæ, quandoquidem ista instructio non sit minùs naturalis, quam si daretur in [illegible]

ria meræ speculativa, cum operetur Theologus tradendo consilium ut magister humanus. Et sic indistinctè à Doctoribus pro consiliis quid accipi posse citra labem tradit Nav. *in Summa c. 23 n. 100.* Suar. *d. c. 18. n. 18. & 15.* Secus esset, si fieret per modum exhortationis, quod pertinet ad discretionem spirituum ut cum datur ad judicandum de aliqua vocatione, an sit à Deo nec ne, vel revelatione, an sit à bono vel malo spiritu, & similibus, quæ pendent magis ex peculiari directione & illuminatione divina, & quadam spirituali experientia, quàm ex doctrina, licet illa coadjuvet. Ut in ejusmodi consiliis non sit expectanda retributio aliqua temporalis à timoratis, cum spirituale quid sapiant, atque ita ponant quamdam Simoniæ materiam Suarez *d. loco num. 21.*

TITULUS VI.

De Judæis & Saracenis.

SUMMARIUM.

1. *Judæorum & Saracenorum nomine qui veniant.*
2. *Judæis quatenus habitare inter Christianos liceat.*
3. *Eorum familiaritas & cohabitatio interdicta Christianis.*

IN Deum peccatur à Judæis & Saracenis, ratione infidelitatis. * Judæorum nomine veniunt, qui lege veteri utentes Christum negant esse Deum; Saracenorum vero omnes qui in gentilium cœcitate perdurantes idolis serviunt, impia Mahometi dogmata sectantes Azor. *Instit. Moral p. 1. lib. 8. c. 23. qu. 4.* Nominis originem alii aliunde petunt, qua de re Cov. 4. *Var. c. 9.* 1

His etsi liceat habitare inter Christianos, citra compulsionem ad suscipiendam fidem, sive in se, sive in liberis, *c. sicut 9. h. t.* synagogas suas habere, veteres restaurare, non etiam novas extruere. *cap. consuluit 7. h. t. l. fin Cod. eod.* cœremoniis & exercitiis suis uti, citra scandalum tamen Christianorum, *c. 4. h. t. Clem. un. eod.* quo modo non prodeunt in publicum die Passionis Dominicæ, nec habent ostia & fenestras apertas die Parasceves *c. 3 & 4 & c. In nonnullis 15. §. in diebus h. t.* His, inquam, etsi liceat habitare inter Christianos * familiaritate tamen eorum & cohabitatione Christianis etiam servis est interdictum, sub pœna excommunicationis, *c. Iudæi 5. & c. ad hæc 8. h. t.* ne, ut fieri adsolet, consuetudine in eorum errores trahantur, secundum illud. Qui claudo cohabitat, claudicare discit; qui tangit picem inquinatur ab ea. Unde ut facilè dignoscantur, discreta à Christianis veste uti jubentur, *d. c. 15.* Officium nullum inter Christianos exercere permittuntur, & quòd fortè susceperunt dimittere coguntur, cum omni emolumento inde percepto, punito eo, qui officium talibus commisit, *c. cum sit 16. h. t.* Si redituum collectionem Judæus emerit, ei præficiendus Christianus, ne per Judæum contingat Christiano alicui gravamen, *c. penult. h. t.* Baptizatum aut baptizari volentem prohibentur emere, retinere, Baptismum servi aut liberorum impedire, aut aliquem ad Christi fidem convolantem circumcidere, sub pœna proscriptionis bonorum & exsilii, *l. Iudæi 16. h. t.* Servum Christianum si quem habeant, venalem jubentur exponere intra tres menses, redimendum duodecim solidis aureis, *c. fin. h. t.* Aliàs servo privantur, qui perducitur ad libertatem, & pretio, uti & scienter servum Christianum comparans, servitii causa, *d. c. fin.* Cum iis qui agunt hostiliter, omne commertium Christianis est prohibitum, & subsidii alicujus præstatio, sub pœna excommunicationis & privationis bonorum, *c. 6. & c. quod olim 12. h. t.* jure civili sub pœna amissionis bonorum & ultimi supplicii, *C. quares exportari non deb. h. t.* Conversionis tamen gratia cum iis conversari, aut ad eos proficisci redimendorum captivorum causa pium est, *cap. quamsit 10. cum c. seq. h. t.* 2 3

TITULUS VII.

De Hæreticis

SUMMARIUM.

1. *Hæresis quid, & Hæreticus quis dicendus.*
2. *Pœna hæreticorum. I. Excommunicatio.*

3. *II. Irregularitas.*
4. *Hæreticus occultus an hanc pœnam incurrat?*
5. *An ad meliorem mentem reversus quoad Ordinem ante susceptum?*
6. *An super hæretico occulto Episc. dispenset?*
7. *Irregularitatem contrahunt & defensores, fautores hæreticorum.*
8. *Item filii hæreticorum & fautorum.*
9. *An & illegitimi?*
10. *An nati ante hæresin?*
11. *An ordinatus ante hæresin patris jusspendatur ab executione Ordinis?*
12. *An filii relapsorum, qui ante mortem sunt reconciliati Ecclesiæ?*
13. *III. Infamia.*
14. *IV. Confiscatio bonorum.*
15. *An reus eo casu teneatur bona deferre ad fiscum?*
16. *Pœnitentia ante sententiam declaratoriam an faciat cessare hanc pœnam?*
17. *V. Mors.*
18. *Resipiscentes an & quatenus evadant hanc pœnam.*
19. *Disputationes de fide prohibita laicis, & scripta hæreticorum damnata.*
20. *Inquisitores hæreticæ pravitatis.*

IUdaismus & paganismus etsi generalioris nominis vocabulo sub hæresi comprehendantur, propriè tamen ab ea distinguuntur, cũ formalis hæreseos causa sit contradictio fidei semel susceptæ in baptismo; Judaismi verò contradictio fidei, numquam susceptæ.

Dicta hæresis ab electione, quòd quis sibi eligat disciplinam, cui pertinaciter adhæreat, *can. Hæresis 27. XXIV. q. 3.* Unde hæreticus est, qui errorem aliquem pertinaciter defendit, contra Ecclesiæ definitionem; post factam tamen professionem fidei in baptismo, sive gratia lucri temporalis, sive vanæ gloriæ, odii, vindictæ, ut plerique, *can. Hæreticus 28. d. q. 3.* Covar. 3. *Var. 1. num. 2.* Duo itaque ut quis habeatur hæreticus, requiruntur: prius, ut sit baptizatus, cum fidem deserere necdum susceptam nemo dici possit; quo modo & pœnæ ab Ecclesia hæretico propositæ non infliguntur non baptizato, licet possit esse verus hæreticus, perversè de fide sentiens, cum Ecclesia non agat in non subditos. Alterum, ut errorem contra fidem & Ecclesiæ definitionem pertinaciter defendat, *can. qui in Ecclesia cum seq. XXIV. q. 3.* nam qui deceptus quadam simplicitate contra Ecclesiæ definitionem quid sentit, corrigi paratus, non est dicendus hæreticus, *can. dixit d. q. 3.* Necesse autem est, ut exteriore sit prodita hæresis, etiam occultam; nam qui sinistrè quidem sentit de fide, nihilominus exterius prodit, qualem vocant hæreticum mentalem, non habetur hæreticus quoad pœnas juris, cum actus purè internus non sit materia censuræ, ut neque est materia fori Ecclesiasticæ jurisdictionis, per quam ferantur; cum Ecclesia non judicet de occultis. Contra qui animo fidem retinet, etsi actu externo videatur hæresin sapere, non tamen habendus hæreticus, saltem in foro interiori. Vid. Covar. *ad c. Peccatum de R. I. in 6. p. 2. in prin. n. 3.* Azor. *Instit. Moral. p. 1. lib. 8 c. 9.* Jul. Clar. *§. fin. sis in princ.* Quoniam autem hoc genus hominum Christianæ Reipub. est pernitiosissimum, ejus quieti & tranquillitati maximè insidians, variis tam civili quam Canonico jure pœnis coërcetur.

Prima est Excommunicatio latæ sententiæ *c. ad abolendam 9 h. t.* Quam incurrunt non solùm ipsi hæretici, verum & receptatores, fautores, defensores, ut tales sunt, credentes, eorum doctrinam veracem *c. sicut 8. & c. excommunicamus 13. credentes h. t.* corpora eorundem inter sepulturæ mandantes, *c. 2. eod. in 6.* Quæ absolutionem non merentur, nisi ea etiam publicè adjiciant, *d. c. 2.* propter pollutionem, qua locum inficiunt, uti dictum loquitur *Eccles.* Hujus pœnæ ratio est, ut, dum videant contemni, ad meliorem frugem convertantur, & alii eorum exemplo evitent hæresin.

Secunda est irregularitas, durans etiam post hæreseos detestationem & absolutionem *can. nos consuetudinem 8. dist. 12. can. Sanctorum I. qu. 7. c. 2. §. hæretici h. t. in 6.* quibus locis etiamsi tantùm agatur de Clericis, idem tamen in laicis est juris, cùm ibi non ponatur fundamentum in clericatu, sed in crimine hæreseos.

Ubi quæritur, An hæreticus externus, & cultus tantum per accidens, id est cujus crimen nec jure nec facto publicum, hanc pœnam

incurrat? Resp. Ita dicendum esse, cum auctores de hac pœna loquentes non distinguant inter occultum & publicum, nec requirant infamiam aut scandalum, sed tantum crimen. Præterea non requiritur ad hanc pœnam declaratoria sententia criminis, ut nec facti notorietas sit necessaria. Nam quando jus hoc ipso infert pœnam, non requirit aliam probationem, quàm extetiorem delicti commissionem. Navarr. *c.* 27. *num.* 205. Azor. *d. lib.* 8. *c.* 11. *q.* 12.

5 Q. II. An in ordine ante hæresin recepto reversus possit ministrare? Resp. Non videri, cum hæc irregularitas non minùs tangat susceptum, quam suscipiendum Ordinem, nisi dispensatum fuerit, saltem per Episcopum: quo modo accipiendus *d. can. saluberrimum*, ubi hæreticus reversus in Ordinis susceptis stabilitate dicitur permanere, si non fuerit iteratò tinctus, id est baptizatus. Excipiuntur Episcopi in hæresin lapsi, super quibus reversis cognitio reservata Pontifici, *c. inquisitionis eod. in* 6. uti & dispensatio Navar. *d. c.* 27. *nu.* 205.

6 Q. III. An super occulto hæretico liceat Episcopo dispensare quoad Ordinem suscipiendum? Resp. Ita videri, per Trid. *Sess.* 24. *c.* 6. *de reform.* ubi generaliter conceditur facultas dispensandi super irregularitatibus provenientibus ex crimine occulto, necdum deducto ad forum contentiosum, excepto solo homicidio. Datur & potestas absolvendi ab occultis, etiam in hæresi, quæ tamen per Bullam Cœnæ revocata videtur; atque ita & dispensandi, quæ major est, *c. cum illarum de sent. excomm.* ubi potestas dispensandi censetur denegata in casibus, quibus denegata absolutio.

Tangit hæc irregularitas etiam receptatores, defensores, fautores, qui ubique comparantur hæreticis, *c.* 2 §. *hæretici, c. Statutum* 15. *eod. in* 6. ubi sub nomine inhabilitatis ad beneficia censetur & comprehensa inhabilitas ad Ordines, qui spectant ad officium Ecclesiæ. Suspecti de hæresi videntur & hac irregularitate adfici, ratione indecentiæ ortæ ex infamia, qua inficiuntur dantes causam finistræ suspicioni, *can infames VI. q.* 1. nisi justa causa suspicionem tollat. 7

Trahitur & hæc irregularitas ad filios hæreticorum aut fautorum, quatenus parentes tales esse, aut decessisse non emendatos probatur, *d. c. statutum*, idque usque ad secundum gradum in linea paterna, ad primum tantum in materna. Quod ita inductum, ut facilius parentes convertantur ad Ecclesiam, & deterreantur ab ejus turbatione per impii dogmatis manifestationem, scientes se etiam in liberis puniendos, *arg. l.* 8. *in fine D. quod metus causa.* Erit itaque inhabilis ex patre hæretico etiam nepos ex filio, ex matre autem hæretica filius tantum. Ex filia hæretici patris nepotem non tangit inhabilitas, quia non matris sed patris familiam sequitur. Covar. 2. *Variar. Resol. c.* 8. *num.* 2. Gomes. 3. *Variar. c.* 2. *num.* 4. 8

Quæritur, An & illegitimos hæc pœna concernat? R. Ita verius videri, cum tales non desinant esse portio corporis & sanguinis paterni, ac proinde non debeant esse melioris conditionis, atque legitimè nati. Et facit, quod textus ubique loquantur simpliciter de liberis, quomodo & intelligendi, *Glos. in d. c. Statutum V. Legitimus*, Covarr. 2. *Variar. Resol. c.* 8. *n.* 3. 9

An & natos ante hæresin? R. Ita probabilius dici, cum textus in *d. c.* 15 *& c. Vergentis* 10. *h. t.* simpliciter de liberis loquatur, non distinguendo nati sint ante vel post, & fundet se tantum in eo, quòd patens sit hæreticus, aut in hæresi decesserit, cujus factum etiam in liberis ponitur, ut pœna sit gravior, Quo modò impettinens erit, considerare, postea nati sint, aut antè, cum non agatur de peccato originali, aut alio aliquo impedimento, quod per generationem transmittitur nec inspiciatur cooperatio aut mutatio paterni delicti [quamvis hæc non minus possit præsumi in ante quàm post hæresin nato) sed tantum gravius veniat puniendum delictum patris, non tantum in se, sed & in liberis Covarr. *d. c.* 8. *num.* 5. Gomes. *d. c* 2. *num* 26. 10

An ordinatus ante hæresin patris suspendatur ab executione Ordinis, aut beneficio privetur? Resp. Non suspendi, nec privari beneficio, cum jus alicui quæsitum non debeat eidem auferri sine suo facto. Facit, quod tex- 11

tus in *d. c.* 2. §. *hæretici* tantùm nolit eos admitti ad beneficia, nullibi autem dejiciat, aut privet obtentis. Covarr. *d. c.* 8. *nu.* 4. *ubi alios citat.* Sanchez *in Decal. lib.* 2. *c.* 28. *num.* 30. Facit, quod turpius sit ejici, quam non admitti.

An dicta irregularitas habeat locum in filiis
12 relapsorum, qui ante mortem sunt reconciliati Ecclesiæ? R. Posse videri non habere locum, quod Reconciliatio faciat eos non esse filios eorum, qui in hæresi decesserunt, facit enim reconciliatio relapsos esse de gremio Ecclesiæ, eique incorporati, *d. c.* 15 *circa fin.* Contra tamen dicendum; nam licet sint reconciliati Ecclesiæ, non ita tamen, ut ad pœnitentiam admittantur, uti postulat textus in *d. c.* 15. cum non obstante reconciliatione tradantur brachio sæculari puniendi; ex qua pœna sequitur filios infamia; non secus atque si parentes in hæresi obiissent, *Gloss. in d. c.* 15. *V. reincorporatos.* Idem dicendum de filiis æresiarchæ, nam & huic reconciliatio nihil prodest, uti inferius dicetur.

Tertia pœna est Infamia, Privatio privilegi-
13 orum, actionum: quamvis ipsi minus liberi sint ab aliorum impeditione, ne ex suo delicto commodum consequantur. *d. c. excommunicamus* 13. §. *credentes & c. fin. h. t.* Inhabilitas succedendi sive ex testamento, sive ab intestato, *l. cognovimus Cod. h. t.*

Quarta Confiscatio bonorum ipso jure, etiamsi post mortem fuerint hæreseos convicti,
14 *c. accusans* 8. §. *pen. eod in* 6. neque enim hoc crimen per mortem tollitur. Quo casu bona cedunt Ecclesiæ, si reus illi fuerit subjectus; aliàs fisco, non habita ratione liberorum, etiam orthodoxorum, quos ex consequenti parentum delicta onerant, *d. c. Vergentis* 10. *h. t. & d. l. cognovimus.*

Ubi quæsitum, An reus hoc casu teneatur
15 bona sua deferre ad fiscum? R. Ipso jure quidem bona publicata esse, non tamen teneri reum ne quidem in conscientiæ foro ante sententiam declaratoriam ad pœnam, etiam ipso jure inflictam, ex communi Theologorum & Canonistarum sententia. & posse interim bona sua possidere, eisque uti; cum licet proprietas sit ablata per delictum, non tamen & possessio. Imò ne quidem fisco licet ante sententiam ab Ecclesia latam (cujus est super hæresi inquirere) bona tamquam publicata apprehendere ne quid temerè atteretur, [illegible] *cundum* 19. *eod. in* 6. Post sententiam [illegible] reo pati ablationem bonorum; debere [illegible] fiscum non tenetur, cùm sit durum quem [illegible] gere in se exercere pœnam positivam, [illegible] est in ea pœna, quæ adquisitionem [illegible] impedit: veluti si legatum fuerit sub con[illegible] one, si castè vixerit, hoc ipso enim, quo [illegible] er inhonestè incipit vivere, tenetur ad [illegible] restitutionem. Idem juris in beneficiis [illegible] rum fructus Clerici suos facere d[illegible] ipso quò cessant præstare officium requi[illegible] sub cujus onere ben. ficium obtinet, [illegible] varr. *d. c.* 8. *numer.* 4. *& ad* 4. Decret. [illegible] *cap.* 6. §. 8. *num.* 11. *& seqq* Menoch. [illegible] *casu* 310. Azor. *d. lib.* 8. *c.* 13. *q.* 8.

Habet hæc publicatio, quæ [illegible] jure, locum hoc ipso, quo crimen [illegible] ut administratio bonorum sit impedita [illegible] quo facta alienatio, subsecuta sententia [illegible] ritum revocatur, & contractus rescind[illegible] bona ad quemcunque devenerint [illegible] lucrativo sive oneroso, à possessoribus [illegible] runtur, nisi præscripta fuerint. Posse [illegible] præscribi à possessoribus, etiam [illegible] bus concurrentibus iis, quæ ad præscript[illegible] requiruntur, scilicet bona fide & justo [illegible] idque post mortem hæretici, colligun[illegible] *fin. de præscript. in* 6. *ubi* Joan. Andr. [illegible]

Q. An pœnitentia ante sententiam [illegible] ratoriam faciat cessare pœnam? R. Li[illegible] videri per *Gl. pen. in can. Maximum* [illegible] ximus supra, *De jure patron.* n 69. [illegible] sententiam non foret pœna plenè [illegible] Contrariam tamen opinionem esse [illegible] muniorem & veriorem, scilicet non [illegible] pœnam commissionis bonorum, an [illegible] cum hoc ipso, quo committitur crimen, [illegible] ratur, & pœnitentia in foro quidem [illegible] operetur remissionem. in exteriori [illegible] faciat aboleri crimen, *l. qui ea mente Dig.* [illegible] per quod semel adquisitum jus fisco [illegible] facto pœnitentis non eripitur. *Gl. com[illegible] recepta in c. de his sup. tit.* 1. Covarr. *ad c.* [illegible] *tius in princ. n.* 26. *sup. de testam* Nec facit [illegible] requiratur sententia declaratoria; nam [illegible] desideratur ad crimen aut pœnam [illegible] sed ne quid temere fiat per fiscum. Quæ[illegible] & in casu, quo definitiva sententia [illegible]

ante eam pœnitentia non induxit criminis ab obligationem. Non obstante *l. Imperialis in pr. C. ad. nupt.* quæ vult quidem esse dignam venia illam, quæ resipiscit, non tamen hoc ipso cessat pœna, sed demum habita abolitione. Quod etiam procedet, etiamsi pœnitentia fuerit publica, ut recte tradit Covarr. 2. *Var. cap.* 11. *num.* 10.

17 Quinta pœna est mors, quæ & manet Clericos, qui prius degradantur, id est clericali privilegio ritu solemni exuuntur, postea brachio sæculari traduntur, *c. ad abolendam 9. h. t.* infertur ea per ignem, ut docet Covarr. 2. *Var. c.* 11. *n.* 10. * Evadunt hanc pœnam, qui resipiscentes

18 abjurata hæresi reconciliari Ecclesiæ sincerè desiderant, *d. c* 9. Nisi fuerint relapsi, quales sunt, qui post abjuratam hæresin in eam relabuntur, *c. accusatus 8. in princ. eod. in 6.* his enim nulla est venia *c. super 4. eod. in 6* Idem juris est in Hæresiarchis, & qui hæresin docuerunt, quia nec horum reconciliatio tollit pœnam corporalem: quibus tamen omnibus resipiscentibus Sacramenta non sunt deneganda, & mitiganda, si videatur sententia, *d. c 4 & c. ut commissi §. nec non eod. in 6.*

Ut autem hæc pestis non facilè enascatur,

19 prohibitum laicis, publicè & privatim de fide disputare, *c. 2. eod. in 6.* prædicationis munus adsumere, etiam in occulto, quod nemo sibi arrogat nisi missus, *c. Cum ex juncto 12. & c 13. §. quia verò h. t.* idque sub pœna excommunicationis, *d. c. 2. §. 1.* quæ ferendæ est sententiæ, non latæ, uti indicant verba, quæ sunt futuri temporis. Enata autem ut in herbis conculcetur, ejusque propagandæ occasio tollatur, scripta hæreticorum, cum auctoribus damnata, legi & haberi prohibentur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ. Vid. hac de re plura apud Azor. *d. lib. 8. c. 16.*

20 In suspectos inquirere jubentur Episcopi loci, certas ad hoc munus delegando personas, cum potestate advertendi, quæ non exspirat mortes concedentes, in favorem fidei & odium hæreseos, *c. ne aliqui 10. & c. Officium 11. eod. in 6.* Quæ personæ procedent ex zelo caritatis de plano & simpliciter, *cap fin. eod. in 6.* juxta formam præscriptam *d. c. 11. & c. 12. eod. in 6.* Quibus tamen in Episcopos nihil est juris, sine mandato Pontificis, cui denuntiare debent, si eos viderint suspectos, *c. Inquisitores 16. eod. in 6.* Domini temporales officio suo hac in parte deesse non debent, ubi est promovendo Inquisitorum munus: recusantes honore privandi sunt & excommunicandi, *d. c. 13. §. moneantur.* Cæterum ut ad bellum contra hæreticos suscipiendum plures excitarentur, arma contra eos sumentes gaudent iisdem privilegiis & indulgentiis, quibus illi, qui contra Turcam militant, *d. c. 13. §. Catholici.*

TITULUS VIII.

De Schismaticis & ordinatis ab iis.

SUMMARIUM.

1. *Schisma quid, & in quo differat ab Hæresi.*
2. *Pœnæ Schismaticorum.*
3. *Irregularitatem an contrahant.*

SChisma generali significatione, juxta vocis etymologiam, denotat dissensionem, ac moralem quandam divisionem: per antonomasiam autem significati divisionem: Ecclesiæ Catholicæ per spontaneam ab illa separationem, sub nomine Christiano particularem congregationem seu conventiculum extra Ecclesiæ unitatem, communionem, & obedientiam congregando, ab ejus capite Rom. Pontifice se abstrahendo, ejusve dignitatem usurpando in quo distat ab hæresi, quæ continet dogma veræ fidei contrarium, *can. Inter XXIV. q. 3.* Transit plerumque in hæresin, cum in schismate perseverantes, ut factum suum & contumaciam honestent & defendant, rectèque videantur ab Ecclesia recessisse, confingant aliquam hæresin, ut post alios apparuit in Henrico VIII. Angliæ Rege, qui ut videretur jure ab Ecclesia Rom. defecisse, nova secta ex variis conflata se caput Ecclesiæ Anglicanæ haberi, & solum se de fidei rebus disponere ac definire posse statuit. 1

Ejus pœna est dignitatis aut cinguli, quod habetur, privatio, si non habeatur, substantiæ amissio in honestis, in aliis corporis coercitio, cum exsilio, *can. qui contra XXIV. q 1.* Excommunicatio, quam & incurrunt eorum fautores, defensores, *c. un. eod. in 6.* Ordinationes, collationes beneficiorum, bonorum alienationes, per schismaticos factæ, irritæ esse juben- 2

tur.

tur, *c. 1. h. t.* Ordinati ab iis executione carent, sine facili spe consequendæ dispensationis: nisi subsit ignorantia, quæ faciet Episcopum dispensare cum iis posse, *cap. 2. ubi Gloss. hoc tit.*

3 Irregularitatem non videntur schismatici contrahere, cum nullibi ejus fiat mentio. Nam quod attinet ad *d. can. qui contra*, continet is pœnas per hominem imponendas. In *can. in nomine Domini dist. 23.* fit quidem mentio anathematis ipso facto incurrendi, depositionis autem ferendæ potius quàm latæ sententiæ. In *cap. 1. h. t.* fit mentio suspensionis, non etiam irregularitatis. Quòd si conjuncta fuerit hæresis, habebit locum *d. can inter*, qui dicit in hæresin schisma deficere. Non tamen conjuncta est semper, quamvis è converso hæresis semper sit schisma, & hæretici possint dici schismatici. Videantur aliæ pœnæ in *c. un. eod. in 6.*

TITULUS IX.

De Apostatis & reiterantibus Baptisma.

SUMMARIUM.

1. *Apostasia quid & quotuplex, ejusque pœnæ.*
2. *Religiosi ad aliam Religionem transeuntes an excommunicati.*
3. *Ejectus ex Ordine suo sua culpa an & quatenus transire ad aliam Religionem possit.*
4. *Ordinatus post reconciliationem sine dispensatione an sit suspensus?*
5. *Iterantes baptisma graviter peccant.*
6. *Eorum pœnæ Iure Canonico taliter baptizatus est Irregularis.*
7. *An & rebaptizans.*

1 APostasia est hæresi gravior, cum non in parte tantùm susceptam fidem deserat, sed in totum. Estque duplicis generis: una propria, quando quis ad Judaismum vel paganismum deficit, qualis incurrit easdem pœnas, quas hæreticus, quo est potior, *can. non potest. II. q. 7. c. contra d. hæret. in 6.* Sacerdotes, Diaconi, si lapsi fuerint, thurificando idolis, & postea iterum certamen ineuntes, [illegible] fide & sincerè, non simulatè reluctati fuerint, honorem quidem recipiunt, non tamen ad sacrum ministerium admittuntur, *can. Presbyteros dist. 50.* Altera est impropria, quando Religiosus professus claustrum, abjecto habitu deserit, animo non revertendi, qualis hoc [illegible] excommunicationem incurrit, *cap. 2. [illegible] ne Clerici vel Monachi &c.* Si ut habitum resumat adduci nequeat, carceribus [illegible] nendus, donec resipiscat, *c. 5. h. t.* Ordinatus in ejusmodi statu suspensionem incurrit [illegible] dispensabilem, nisi per Pontificem Rom. [illegible] *fin. h. t.* Quæ suspensio accipienda [illegible] de sacro Ordine suscepto inter ea, [illegible] dumtaxat fiat mentio in *d. c. fin.* [illegible] minori, cujus susceptioni hoc in [illegible] invenitur suspensio adnexa; & sine [illegible] non inferatur.

Q. I. An pœnam istam incurrant Religiosi transeuntes ad aliam Religionem? R. [illegible] velle Gl. & Abbatem in *c. ex parte sup. de [illegible] ordin.* si illicitè transeant, non petita [illegible] suo Superiore, qua de re actum [illegible] *Regularibus.* Relinquens enim statum [illegible] sum, & alium non validè adsumens, [illegible] stata videtur judicandus & puniendus. [illegible] est autem ullus locus, ex quo colligatur [illegible] cta excommunicatio hoc in casu; nisi [illegible] quo aliquis ex Mendicantium ordine [illegible] ordinem non mendicantium, qualis [illegible] municatur, *Extravag. 1. de Regularibus.* [illegible] excommunicatio saltem in transeunte [illegible] am Religionem strictiorem cesset, cum [illegible] textus iste non loquatur, & quia ut [illegible] extendendus non veniat ultra casum [illegible] hensum. Ubi nihil videtur facere licentia [illegible] perioris, cum in dicto textu sola excipiatur [illegible] centia R. P. Et hoc de jure communi [illegible] test Ordini alicui esse indultum speciale [illegible] quod privilegium. Suarez *De censuris Disp.* [illegible] *sect. 19.*

Q. II. An ejectus ex Ordine suo, habitu que privatus sua culpa, indigeat ista [illegible] transeundi ad aliam Religionem? Resp. [illegible] videri prima facie non indigere, ex eo, [illegible] non sit cogendus manere in sæculo [illegible] jectus, ut quamcumque Religionem [illegible] gredi illi liberum esse debeat, atque [illegible]

turitus sit. Et facit, quod non possit dici transire ad aliam Religionem, qui non est ulli Religioni subjectus. Oppositum tamen videtur verius, cum *d. Extrav.* 2. generalem contineat prohibitionem, & habeat unicam tantùm exceptionem, licentiam scilicet Sedis Apostolicæ. Nec facit, quod sit dimissus à sua Religione; nam nihilominus vere Religiosus istius est Religionis, ut prohibitio *d. Extravag.* 1. in eo locum habeat. Et facit, quod posset alias aperiri via ad transitū in Religiones alienas in fraudum istius Extravagantis. Nec est omninò inconveniens, ut ejectus absque habitu in sæculo maneat, donec misericordiam obtinere mereatur à Sede Apostolica, præsertim cùm illi sit licentia arctiorem vel æqualem Religionem ingrediendi. Ad quam rem non indiget ulla licentia, cum isto in casu, non loquatur *d. Extrav.* 1. quæ tantum in Mendicantibus locum habet transeuntibus ad Ordinem non Mendicantium: est enim pœnalis, pœna autem non extendenda. Ita ferè Suarez *d. locon* 10.

4 Q. III. An post reconciliationem ordinatus citra dispensationem sit suspensus? R. Hoc videri posse, per verba *d. c. fin. quantumlibet suo fuerit reconciliatus Abbati*, quòd per istam apostasiam videatur contraxisse quamdam irregularitatem. Verius tamen, ordinato exercitium sui Ordinis non esse denegandum, cùm *d. c. finali* tantum puniatur Ordo susceptus in Apostasia: quo modo verba superiùs relata referenda sunt ad eum, qui in apostasia est ordinatus, cui reconciliatio non prodest ad Ordinis ita susceptī executionem, non etiam ante susceptī, ex clausula *d. c. fin.* in verbis, *in Ordine sic susceptō*. Injungitur autem Prælatis, ut fugitivos inquirant, & in Monasteriis suis recipi faciant, nisi scandalum obstat, tunc enim & in aliis collocabunt; inobedientes faciant publicè denuntiari excommunicatos, *c. fin. sup. de Regularib.* Quod & statuitur ibi de ejectis injustè; nam qui legitimè per sententiam sunt ejecti aut dimissi, desinunt esse membrum illius Ordinis, ut non censeantur apostatæ, nec possint cogi reverti, Navar. *cons.* 79. *de Regularib.* Clerici in majoribus positi ordinibus habitum & tonsuram gerere debent, non etiam in minoribus tantùm. Qui si monīti non gestaverint, clericali privilegio non adjuvantur. *c. in audientia* 25. *inf. de sent. excom. c.* 1. *h. t.* nisi excuset causa justa, veluti periculi, metus infirmitatis, maximè accedente Superioris auctoritate.

Altera hujus Rubr. pars est de reiterantib. 5
Baptisma: quorum peccatum est grave, *can. cui licet cum seq. de consecr. Dist.* 4. cum sit contra substantiam Sacramenti, illud tentare in subjecto incapaci, & contra ejus significationem, quæ est, quod Christo concrucifigamur, qui semel tantum est mortuus, ut videatur secundò crucifigi per iteratum ab aliquo baptisma.

Pœna à jure civili imposita est supplicium 6
tam baptizanti quàm baptizato, modo sit capax per ætatem, *l.* 2 *Cod. ne sanctum baptis. iter.* Jure Canonico iterato baptizatus est irregularis, *can. qui in aliquo Dist.* 51. *can. qui in qualibet I.* q. 7. Idem censendū de eo, qui ab hæretico est baptizatus, nisi vel ætas excuset, vel ignorantia, *can. Placuit & can. eos de cons. dist.* 4. cum culpa desit. Quo modo quod dicitur in *d. can. qui in qualibet*, accipendum de ætate adulta, in qua sensus est ad committendam culpam Covar. *ad Clem. si furiosus p.* 1. *in princ. n.* 8. culpam cessare facit præcisa coactio, quæ tollit voluntatem; non etiam metus, qui non ponit simpliciter involuntarium, ut dictum sup. *de his quæ vi &c.* ut non excuset à culpa iterationis Baptism. quam non minuit.

Q. An rebaptizans sit irregularis? R. Ita videri per *c.* 2. *h. t.* in quo acolytus ministrans fit irregularis. Quod multò magis dicendum de rebaptizante, qui gravius peccat, exercendo nefandum ministerium Covar. *d. num.* 8. secundum communem opinionem. Idque ipso facto, per *d. c.* 2. ubi dicitur, *ad Ordines promoveri non valebit*, nulla facta mentione sententiæ. Et hoc ita in crimine publico, non etiam in occulto, juxta textum in *d. c.* 2. qui videtur admittere promotionem in occulto, non facta dispensationis mentione. Facit, quòd non detur alibi locus irregularitatem hoc in casu imponens. Abbas *ad d. c.* 2. *num.* 1. Non procedet etiam hæc pœna in eo, qui per ignorantiam baptizat iterato, uti nec in eo, qui dubitans rebaptizat sub conditione, cum desit culpa.

* * *

TITULUS X.

De his qui filios occiderunt.

SUMMARIUM.

1. *Mulier filium sponte occidens qualiter puniatur jure Canonico.*
2. *Et quid si infans inter dormiendum fuerit suffocatus.*

HActenus de criminibus in Deum commissis. Deinceps proponuntur ea, quæ primario proximum tangunt, servato ordine Decalogi; & primo quidem ea quibus proximi corpus læditur, cujusmodi est Homicidium, quod eo gravius, quo pietati magis repugnans uti cædes parentum, quæ L. Pompeja de parricidiis vindicatur, de qua *D. isto tit.* & liberorum, *l. 1. Cod. De his qui parentes vel lib. occid.*

1 Jure Canonico mulier filium sponte occidens jubetur in Monasterio perpetuo deflere crimen. A viro tamen, quem habet, non separanda, post cujus mortem non ita nuptiis privatur, quin si evitare carnis stimulos nequeat, nubendi licentiam impetrare possit, *c. 1. h. t.* Ut videatur filii cædes ponere aliquod
2 impedimentum impediens. * Si infans in eodem lecto cum parentibus inter dormiendum suffocatus fuerit, licet per ignorantiam, factum tamen pœnitentia triennali delendum, nisi omnino extra culpam sit, *c fin. h. t.* Pater etiam hoc in casu contrahet irregularitatem, si procuraverit suffocationem, aut neglexerit evitare.

TITULUS XI.

De infantibus & languidis expositis.

SUMMARIUM.

1. *Exponens infantem necare videtur.*
2. *Expositionis pœna.*

1 NEcare infantes & languidos, sive suos sive alienos, videtur exponens, frustra prætenta misericordiæ causa, quam non habet, *l. Necare D. De agnosc lib.* Maxime si dolo malo recens natus loco solitario exponatur, qualis non malè dicetur teneri pœna Legis Coim. de [illegible] Azor. in *Rubr. Cod. h. t.* Alias extra [illegible] nietur, *l. 1. §. pœna D. de agnosc. lib.*

Expositionis effectus est, quod filius [illegible] beretur patria potestate, servus fiat libe[illegible] *co h. t.* alimenta à suscipiente præstita [illegible] ciant ejus dominio subjici expositum, [illegible] Et hæc ita, nisi ignorantia excuset [illegible] dominum, qui solutis expensis, non [illegible] tur filium vel servum repetere, *l. 1. Cod.* [illegible] An autem expositi censeantur legitimi [illegible] ita non irregulares, dictum est supra, [illegible] *presbyt.*

TITULUS XII.

De Homicidio.

SUMMARIUM.

1. *Homicidum quid, & quotuplex.*
2. *Iure Canonico pœna homicidii est irregularitas, & quid ea sit.*
3. *Homicidium voluntarium quando [illegible] dicatur.*
4. *Intendens vulnerationem, secuta [illegible] censendus homicida voluntarius?*
5. *Irregularitas an incurratur à non [illegible]*
6. *An procurando abortum?*
7. *An eam incurrat vendens venena?*
8. *An vulnerans non letaliter, vulnerat[illegible] vel Chirurgi incuria mortuo?*
9. *Et quid si dubium, an vulnus sit letal[illegible]*
10. *An vulnerans letaliter, quem alius [illegible] cidit?*
11. *Vtrum mandans alium occidi?*
12. *Quid si revocet mandatum.*
13. *An necesse, ut acceptetur mandatum?*
14. *Quid si mandatarius occidatur?*
15. *An mandans vulneraritantum?*
16. *An mandans occidi Titium, & mandat[illegible] occiderit Mævium?*
17. *An consulens homicidium?*
18. *Mandans an sit extra irregularitatem [illegible] mandatum non auxerit animum [illegible]*
19. *Quid si consulens retractaverit consul[illegible]*
20. *An consulens minorem vindictam?*
21. *An consentiens homicidio?*
22. *Ratihabitio an causset irregularitatem?*

23. *Vtrum omissio obviandi homicidio.*
24. *Persuadens alicui, ne alterum tueatur, secuta morte non fit irregularis.*
25. *An neque consulens, ut quis se exponat periculo mortis?*
26. *Pluribus in rixa aliquem occidentibus, an omnes fiant irregulares?*
27. *Defensio necessaria sui quatenus licita.*
28. *Homicidium in necessariam sui defensionem an excuset ab irregularitate etiam juxta antiquos Canones?*
29. *Ex injuria antecedente an possit poni inculpata tutela?*
30. *Adulter deprehensus in ipso facto occidens maritũ se invadentem an fiat irregularis?*
31. *Quid si per fugam possit vitari periculum?*
32. *Quid si quis tueri se non possit sine periculo innocentis intermedii?*
33. *Cades in defensionem honoris an ponat irregularitatem?*
34. *An in defensionem bonorum?*
35. *Convocans alios ad sui defensionem, secuta cade, non fit irregularis.*
36. *An & ipsi advocati sint extra noxam?*
37. *An occidens in defensionem Reipubl.*
38. *An in conservationem vitæ matris liceat dare pharmacum quo fœtus extinguatur.*
39. *Homicidium publica auctoritate commissum causat irregularitatem.*
40. *Iudex ferens sententiam capitalem sit irregularis.*
41. *An & Princeps, vel dominus temporalis delegando jurisdictionem suam?*
42. *Sententia injusta delegati non afficit delegantem.*
43. *Leges ferens in causa sanguinis est extra noxam.*
44. *Vt & judex Ecclesiasticus reum convictum tradens brachio sæculari.*
45. *An eo casu intercedere pro reo debeat?*
46. *Accusator in causa propria an fiat irregularis?*
47. *Quid si Clericus accuset criminaliter?*
48. *Laico accusatori an necessaria protestatio?*
49. *Protestatio hæc an fieri debeat ex animo?*
50. *An propter solam damni reparationem?*
51. *Et quia si moraliter certum sit de sententia sanguinis ferenda.*
52. *Petens ut accusatus capiatur, aut indicans locum, ubi fur latet non fit irregularis.*
53. *Et quid si fur non sit fugitivus?*
54. *Et quid de eo, qui acclamando causat mortem furis?*
55. *An accusans in causa aliena?*
56. *An ferens testimonium in causa sanguinis?*
57. *Et quid si coactè?*
58. *Advocatus actoris, reo condemnato, an sit irregularis.*
59. *An & advocatus rei, accusatore succumbente?*
60. *Vtrum scribens vel dictans sententiam capitalem?*
61. *Vtrum adsistens in loco supplicii.*
62. *Cades commissa in bello justo non inducit irregularitatem.*
63. *An eam incurrat dux exercitus, suos incitans ad pugnandum?*
64. *Ad dantes arma militibus?*
65. *Irregulares sunt militantes in bello injusto, secuta deformatione.*
66. *Non secuta deformatione, an Clerici eam contrahant?*
67. 69 *Homicidium casuale quatenus ponat irregularitatem.*
68. *Qua culpa ad hoc desideretur.*
70. *Monachus chirurgiam exercens, ægro ex incisione mortuo, an eam incurrat.*
71. *An adulter, ob quem mulier occisa à marito?*
72. *An Titius v. g. ob maleficium à se positum, alio ea propter supplicio affecto?*
73. *Furiosus deformans est extra irregularitatem.*
74. *An & ebrius?*
75. *An dormiens?*
76. *Mutilatio membri alicujus ponit quoque irregularitatem.*
77. *Quid nomine membri veniat.*
78. *Digiti abscissio an eam ponat?*
79. *An abscissio mammillæ?*
80. *An abscissio auriculæ?*
81. *An copiosa sanguinis effusio?*
82. *An abscissio membri artdi & impedisti?*
83. *An debilitatio membri citra mutilationem?*
84. *Dispensat super hac irregularitate S. Pont.*
85. *Super irregularitate ex homicidio casuali occulto an & quatenus dispenset Episcopus loci.*
86. *An reservata Papæ & dispensatio super homicidio auctoritate Magistratus commisso.*

87. *An super mutilatione?*
88. *Episcopi nomine quis veniat hac in materia.*
89. *Episcopus eam facultatem an alteri committere possit?*
90. *Capitulum Sede vacante non utitur hac potestate.*
91. *Homicidium aut mutilatio beneficiis obtentis non privat ipso jure.*
92. *Homicida beneficium ante sententiam an resignare possit?*

1 DE Homicidio in genere hic subjicitur, quod est corporis humani animati peremptio. Aliud est Voluntarium, aliud Involuntarium. Hoc nullam constituit homicidii deformitatem, propter cessantem voluntatem, cum casus illi causam dederit. Illud verò deformitatem ponit, & dolo commissum facit locum Legi Corn. de sicariis, cujus pœna est
2 mors.* Canones extra peccatum mortale inducunt irregularitatem, quæ est inhabilitas sive canonicum quoddam impedimentum, quo inhabilis quis redditur ad suscipiendum Ordinem Ecclesiasticum, & in suscepto ministrandum. Ratio consistit in defectu mansuetudinis; visum enim Ecclesiæ, eum qui alterius sanguinem effudit, vel effusioni causam dedit, non posse repræsentare lenitatem & mansuetudinem Christi, & proinde ab altaris ministerio esse removendum. Ut verò commodius pateat, quibus in casibus hæc irregularitas contrahatur, distinguenda sunt quatuor homicidii genera, de iisque separatim agendum. Est autem aliud Voluntarium, & hoc vel illicitum, quod in se vel in sua causa directè intenditur, vel licitum, hocque iterum vel Necessarium sive Defensivum, quòd committitur in sui defensionem vel Punitivum, quod à Magistratu infertur: aliud Casuale, quòd in se tale est, ut mero casui attribuatur, vel non nisi in causa indirectè volitum.

De Homicidio Voluntario.

3 AD primum quod attinet, ut voluntarium illicitum censeatur; requiritur directa & spontanea voluntas tendens in occasionem. De instrumento non quæritur, *l. 1. D. ad L. Corn. de sicar.* tunc enim demùm instrumenti habetur ratio, quando de animo non constat, ut ex eo possit colligi, an subsit animus occidendi. Necesse autem, sequatur ipsa mors, neque enim sufficit sola voluntas, quam effectus non sequitur, *can fin. XV. q. 1.* cum pœna etiam ipso re imposita non incurratur, nisi per delictum consummatum. Nec sufficit, pervenire ad actum propinquum, si effectus impediatur, quam per miraculum, cum in pœnis minùs rigidè matur interpretatio, *c. in pœnis &c. Olim de R. in 6.* Quo modo Covar. *ad Clem. si furiosus 3. in prin. n. 5. in fine,* tradit nec solum actum exteriorem esse considerandum, nec contentus actum perfectum. In hac specie propriè irregularitatem extra dubium est, animo obtineat ratio modo dicta.

Quæstio autem est in casu, quo quis intendit vulnerationem, sine expresso animo occidendi. An secuta morte sit censendus voluntarius homicida? R. Ita velle Covar. *d. l. nu. 2* qui sufficere animum vulnerandi. Quæ opinio etè procedet, si ex conjecturis colligatur ita proxima & efficax, ex qua moraliter mo qui solet, fuisse applicata, quia talem cau velle est velle effectum. Hinc qui absolute percutere ense, quacumque parte & quoc potest, voluntarius homicida est dicen Quòd si instrumentum ex se non sit apt mortem causandam, aut si aptum sit, no men periculosum vulnus infligatur, dire voluntarius non videtur dicendus, cum d nec in se nec in causa mortem intenderit. erit tamen extra irregularitatem, cum causam dederit. Quomodo in c. *sin. mandans vulnerationem, & inhibens cæ* nihilominus incurrit irregularitatem, propter subsecutam mortem ex facto mandanti. autem caussetur irregularitas, debet caus esse propinqua, nam remota non pone impedimentum, *Gl. in c. de cætero* ti. *b.* t. Suar. *de censuris disp. 44. sect. 2.* Tangit omnes, etiam Principes, cum non ex jure & in iis habeat locum ratio supra dicta. Sum men Pont. cum sit supra jus humanum hac regularitate, quæ est juris humani, non adficitur.

Ubi quæritur Primò, An ea adficiatur non baptizans occidendo? R. Non adfici, cum Ecclesiasticum impedimentum quo non adficitur, nisi subditus. Nec facit quòd jam,

quod

quod postea baptizetur, cum in pœnis inspiciatur in principium, licet aliud obtineat in bigamis, ut dictum sup. *de bigamis non ordin.*

Occisus sit baptizatus, vel non baptizatus non interest; satis enim est, hominem occisum esse, ut obtineat ratio supradicta, *can Clericum dist.* 50. cum jura simpliciter loquantur de homicidio, quod sequi necesse est. Suarez *d. disp. 44. sect. 3. nu. 4.* Ut non sufficiat sola voluntas aut conatus ad ponendam irregularitatem, imò nec vulnus letale, si non sequatur mors licet per miraculum Ratio est, quia talis revera non occidit. Hinc tendens ad occidendum inimicum, & inveniens eum mortuum, ut suam rabiem satiet, amputans caput vel cadaver aliter deformans, non potest dici irregularis, quia non potest dici occidisse hominem jam mortuum, qui homo dici non potest. Navarr. *in summa c. 27. n. 219.*

6 Q. II. An incurratur procurando abortum? R. Non alias, quam si fœtus sive embrio fuerit animatus, cum jam verè sit homo, non etiam antequam fuerit informatus animarationali. *can. quod verò & can. Moyses XXXII q. 2. c sicut 20. h. t.* Navarr. *d. loco. n. 223.* Est tamen grave peccatum, spem futuri hominis avertere, & jure civili non inultum, *l. si mulierem & 8. D. ad L. Corn. de sicar.* Infundi animam masculo die quadragesimo fœminæ 80 tradit *Gl. in pr. dist. 5.* quam videatur Navarr *d. loco* probatur, & sequitur Covar *ad Clem si furiosus p. 2. §. 3. nu. 1.* Sanch. *de Matrim. lib 9. disp. 25. n. 14.* doctiores tamen Medici aliqui de ea re dubitant. Hinc propinans mulieri poculum, quò minus concipiat, non potest dici irregularis, quia licet precet impediendo conceptionem, non tamen dici potest occidere aut deformare quod necdum est Navarr. *d. n. 213.*

7 Q. III. An vendens venena? R. Ita videri, si eum in finem vendat & actus subsequatur, cum dans scienter causam cædis, ipsam cædem fecisse videatur, vel saltem ad eam concurrisse, *l. 3. in pr. & l. nihil 15. D. d. tit.* etiamsi post longum intervallum subsequatur, cum dilatio temporis non faciat, quo minus effectus sit ejus causæ, & quidem voluntarius, cum intentio præcesserit, & vis causæ prægnita fuerit. Nec proderit ei, qui venena dedit, quod ex post facto antidoto quodam effectum veneni dati impedire conetur, cum effectus subsecutus in ordine ad præcedentem voluntatem sit voluntarius, quem posterior conatus, qui tantum est secundum quid, non tollit.

Q. IV. An vulnerans non letaliter, si vulneratus ex sua vel chirurgi incuria moriatur? R. Non 8
videri, cum ad irregularitatem requiratur, ut sequatur mors ex actu vulnerantis, quæ non nisi remotò hic ab eo caussatur: remota autem causa non sufficiens ad mortem alicui imputandam, quàm potius caussavit proxima negligentia. Facit text. in *c. significasti 18. h. t.* ubi quando percussio non fuit letalis, non contrahitur irregularitas. Covarr. *d. p. 2. §. 2. num. 9.*

Q. V. Quid in dubio, quo non constat, an 9
vulnus sit letale? R. Si non constet incuria læsi aut chirurgi, præsumipotius ex vulnere eum obiisse, atque ita vulnerantem teneri de occiso, & incurrere irregularitatem. Nam cum de incuria non doceatur, aut per aliud quid supervenies per accidens mors caussata, præsumitur vulnus letale fuisse; præcipuè si brevitas temporis insecutæ mortis præsumptionem augeat, quæ res à Judice examinanda, consultis Medicis, *l. semel D. de re militari lib. 12.*

Q. VI. An vulnerans aliquem letaliter, 10
quem alius postea occidit? Resp. Controversam hanc rem esse apud Interpretes juris civilis propter contraria Jurisconsultorum responsa, ut videre est in dictis *D. ad L. Aquil. n. 22.* Iure Canonico decisum est, hujusmodi vulnerantem esse irregularem, *d. c. 18. h. t.* in quo inquiritur, an prius vulnus fuerit letale, Ratio est, quod taliter vulnerans causam sufficientem mortis dederit, atque ita operetur irregularitatem. Covarr. *d. §. 2. n. 4.* Quod & dicendum, si dubium sit ex quo ictu, posteriori an priori mors sit secuta, quod tutius sit cessare ab officio divino, quam temerè celebrare, ut ait Pont. in *d. c. 18.* Quin autem sit irregularis posterior, qui letaliter vulneratum peremit, non est dubium, cum licet certò moriturum occiderit, occiderit tamen maturando mortem; atque ita ut L. Aquilia teneri jure dicitur civili, *l. ita vulneratus 51. in pr. D. ad L. Aquil.* propter mortem acceleratam, ita & irregularis dicetur etiam de jure Canonico, quia verum est eum occidisse. Vid Jul. Clar. *§. Homicidium n. 46.* Zas. *2. singul. intellect, c. 6.*

11 Q. VII. An mandans alium occidi? R. Certum esse, talem esse irregularem, si effectus subsequatur, *d. l. Nihil in fine D. Ad L. Corn. de sic.* cum vere intenderit homicidium, cujus est proxima caussa, quia per alium faciens per se facere videtur. Quo facit *c. fin. eod. in 6.* ubi mandans vulnerari tantum, si mandatarius occidat, irregularis dicitur, quia mandando sit in culpa, & cædem evenire posse debuerit cogitare. Si non sequatur effectus, non est ratio, cur incurratur irregularitas, *c. Non præstat. De R. I. in 6.* cum non soleat inferri pœna nisi delicto perfecto. Nec obstat *c. 1. in fine eod. in 6.* ubi per assassinos mandans interfici Christianos, etiam non secuta cæde, excommunicatur, deponitur à dignitate, honore, Ordine, officio, beneficio. Nam respondetur primo, ibi non agi de irregularitate, cum de ea fiat mentio, sed alias injungi pœnas, ut per Canones non imposita pœna non sit per nos imponenda. Deinde ibi non agitur de quocumque mandante fieri homicidium per alium, etiam pecunia conductum, sed per aliquam ex peculiari natione, assassinorum scilicet, quæ gens infidelis consuetudinem habebat interficiendi alios ex mandato Domini, etiam Christianos. Quæ res quia cedebat in injuriam nominis Christiani, graviores pœnæ sunt propositæ mandanti, etiam non secuto effectu, ratione turpitudinis mandati: quæ cum non habeat locum in aliis mandantibus, non est ad eos extendenda pœna Navar. in *Summa c. 27. num. 233.* Covarr. 2. *Var. c. 20. num. 9. & 10.* Suarez *d. sect. 3. nu. 6.*

12 Q. VIII. An prosit mandati revocatio? R. Hoc dici posse, si sufficienter fuerit facta, cum mandatum non videatur caussa subsecutæ cædis, quam mandatarius potius ex sua quam mandantis voluntate perfecit; cum cesset hujus voluntas per revocationem, à quo mandatum habuit totam vim nocendi, ut cessante caussa cesset effectus. Idem trahunt ad tacitam revocationem, mandatario sufficienter notam, cum & ea faciat cessare voluntatem. Navar. *d. c. 27. num. 233.* citans Innoc. *ad c. Ad audientiam h. t.* comuniter receptum. Quod si tamen constet mandanti, ipsum mandatarium pertinacia ductum nihilominus occisurum fuisse, tenetur ex justitiæ lege impedire injuriam proximi, quam caussavit mandando, & quam revocatio non omnino abstulit: ut possit videri, omittendo vel negligendo impedire, quantùm in se est, fieri irregularis, secundum ea, quæ mox de omittente dicentur. Vid. Suarez *d. sect. 3. n. 7.*

Q. XI. An sit necesse, ut acceptetur mandatum? R. Si mandatarius recuset perficere mandatum, & postea tamen illud exsequatur, posse videri in mandante cessare irregularitatem, ex eo, quod mors secuta non fuerit juxta mandatum, quod nullum fuit, utpote non acceptatum; ut non tam ei imputanda cædes subsecuta, quam malitiæ mandatarii. Probabilius tamen, etiam non acceptato mandato cædem subsecutam imputandam esse mandanti, etiamsi denuo nihil sciverit, non sciverit, non sufficienter revocaverit. Nam licet non fuerit acceptatum, atque ita non resuerit contractum, mandatum tamen illud continet in se petitionem, vel voluntatis aliquam significationem, quæ alium ad agendum inducit, & manet non revocata sufficienter, ut quod ex illa sequitur, merito imputetur mandanti, si non indicavit contrariam voluntatem. Innoc. in *d. c. Ad audientiam*, Suarez *d. sup. nu 9.*

Q. X. Quid si mandatarius occidatur? R. Aliquos quidem negare mandantem ad hoc irregularitate, ut videre est apud Innoc. in *d. c. Ad audientiam nu. 4. h. t.* verius tamen contrarium, non fieri irregularem, non quidem quod ex homicidio voluntario directe intento, sed casuali vel indirecte volito, non præcavendo quæ erant præcavenda; uti hoc in casu in quo est periculum invadenti alterum, cujus est caussa mandans. Quæ non excusat, quod monuerit mandatarium, ut sibi caveret, intimans & imparatum invadendo, quia hæc limitatio non removet id, quod subsecutum, cum non auferat culpam, juxta *d. c. fin. eod. in 6.* Uti nec excusat, quod voluntariè alter susceperit mandatum, quia ejus caussa non ideo cessat esse mandans. Suarez *d. sect. 3. nu. 17.*

Q. XI. An mandanti vulnerari tantum imputetur cædes subsecuta? R. Hoc videri, eo modo, quod vulnerare volenti, si occidat, imputetur homicidium, uti paulo ante dictum, & ex eo incurritur irregularitas; cujus tamen eadem hoc in casu, ut eadem juris dispositio locum

locum habere debeat. Ubi nihil facit, quod mandatum limitationem habeat, scilicet ne occidat ullatenus; quia ea non facit, quo minus mandata sit actio absolute, non limitata quoad modum & instrumentum, cum ex se sit periculosa atque ita intrinsece includat voluntarium. Quod si mandans limitaverit modum & instrumentum, ut non possit videri subesse periculum mortis, si tamen ea sequatur, licet casuale videatur homicidium, tamquam non intentum, erit tamen irregularis mandans, propter culpam, quam commisit mandando, cum licet possit dici non intentum in se, in causa tamen sit intentum, debuerat enim cogitare, posse inde mortem sequi, ut ait Pont. *c. fin. eod. in* 6. Vid. Covarr. *ad d. Clem. Si furiosus p.* 2. §. 1. *nu.* 2.

16 Q XII. An mandans occidi Titium, si mandatarius errans occiderit Mævium, fiat irregularis? R. Ita rectè dici, cum homicidium intenderit, & intentio habuerit effectum. Nec facit, quod sit casuale respectu occisi, cum in se intentum sit homicidium, nec excludatur actus illicitus, nec ratio voluntarii neque adfectus effectusve mali operis minuatur nec delictum sit minus ejusdem speciei & gravitatis cum intento. Covarr. *ad c. Alma p.* 1. §. 10. *nu.* 14. Bart. *ad l. Respiciendum §. delinquunt D. de pœnis.* Clarus §. *Homicidium nu.* 9. Facit argumentum *l. Eum qui §. si injuria D. de injur.* ubi Titium percutiens, quem putabat Mævium, tenetur Titio injuriarum, eo quod injuriam facere voluerit, eamque fecerit, quod est satis ad actionem injuriarum, *l.* 3. §. *itaq*; D. *de injur* ubi & hoc in casu mandatum tendit ad occisionem, quæ est subsecuta. Sic & tenetur L. Aquilia, qui in adversarium lapidem mittens, non eum, sed prætereuntem percusserit, *l. scientiam §. qui cum aliter D Ad L. Aquil.* Contra tamen responsum dicitur à Card. Caraffa an. 1587. ea ratione quod irregularitas non contrahatur solo animo & voluntate, sed animo & effectu; effectus autem hic cesset, quia non occisus, quem mandans occidi mandârat, Ut cessante homicidio mandato cesset & pœna, scilicet irregularitas, maximè cum pœna sit stictè accipienda, non etiam extendenda ultra casum Canone aut lege expressum, *c. Is qui ubi Gl. De. sent. excom. in* 6. Facit ad hoc text. in *c. Sententiam 9. sup. Ne. Clerici vel Monachi &c.* ubi non tenetur, qui non occidit, non mandavit aut consuluit. Mandatum autem hic cessat; cum mors non sit secuta ex mandato, quia non facto suo nomine, quo casu ne quidem ratihabitio sufficit, *c. Cum quis De sent. excom. in* 6. Nihil facit, quod nisi mandasset eædem Titii, non fuisset occisus Mævius, hoc enim per accidens, & ex remotiori causa, *Gl. in. c. De catero* 11. *h. t.*

Q XIII. An incurrat irregularitatem consulens homicidium? R. Omnino, per *can Pernitiose* 23. *de pœnit. Dist.* 1. ubi quorum consilio, fraude, exhortatione homines occidûtur, homicidii dicuntur rei, nam & in his est mansuetudinis defectus propter causam homicidio datam, quia consulens est vere causa moralis influens in effectum. Quod omnino procedet, quatenus is, cui consilium datum, ex eo motus est ad occidendum, alias non occisurus; nam alias non dicitur consulens actu influere ad tale homicidium. *l. Non solum* 11 §. *si mandato D. de injur.* ubi requiritur mandetur nolenti. Cov. *ad Clem. Si furiosus p.* 2. §. 2. *n.* 1. Procedat etiam in eo qui determinatus est ad vindictam, si consulendo animum auxerit & veluti exacuerit. Nam & talis verè in actum influit, cum confirmando & augendo animum alterius videatur delicto satis cooperari, ut & mereatur saltem hanc pœnam Canonicam. Dico Canonicam, quia pœnam ordinariam juris civilis non meretur, quæ requirit, nolenti consilium detur, *d.* §. *si mandato.* Facit *c.* 6 §. *qui vero h. t.* ubi qui inflammarunt animum Regis dicuntur etiam puniendi, licet non tam severè. Quod si consilium tam simplex fuerit, ut nullo modo concurrerit ad effectum cædis, utpote altero jam omnino parato ad cædem, consulens non potest dici irregularis, quia cesset causa. In dubio tamen potius dicendus consulens non esse liber ab ea, quia cum nemo credatur eo animo ad cædem determinatus, creditur etiam consilio alterius inflammatus. Covar. *d.* §. 2. *nu.* 1. Suarez. *d. disp.* 44. *sect.* 3. *nu.* 10. Steph. de Avila *de censuris p.* 7. *Disp.* 3. *sect.* 3. *Dub.* 3. 17

Q XIV. An idem dicendum de mandato, ut si hoc non auxerit animum alterius, sit mandans extra irregularitatem? R. Cov. *d. c.* 2. *n.* 1. *vers. Hæc vero* negare istam distinctionem, an sit facturus nec ne, habere in mandante locum ex ratione, quod mandantis causa fiat hoc de- 18

delictum & videatur aliàs non facturus, ut ait Bar. in *l. non solum §. si mandato D. de injur.* quem sequitur Jason, communiter ita receptum adserens in *l. 1. num 22. C. de servis fugit.* Posset tamen oppositum videri probabilius, cum posita eadem ratione, quæ in consulente obtinet, idem jus debeat poni. Nec obstat, quod habuerit animum influendi in cædem, quia non influxit, non magis quàm consulens in isto casu, ut tenet Nav. *d. c. 27. n. 51. circa fi.* Ut autem consilium operetur prædictum effectum non est necesse, sit directum, nam & sufficit indirectum vel tacitum, cum moraliter parum differant directum & indirectum, quia utrumque sufficit ad moralem influxum; v. g. Si amicus amico injuria adfecto dixerit non intres domum meam, donec novi quid de te intellexero, aut qui præsens in tractatu de occidendo aliquo tacet. Covar *d. §. 2. nu. 9.* Suar. *d. sect. 3. n. 14.*

Quod si consulens retractaverit consilium? R. Posse videri, talem non fieri irregularem, si
19 omnia requisita ad dissuadendum & revocandum consilium adhibuerit, licet frustra, argumento eorum, quæ dicta sunt paulo antè de mandatum revocante, cui ut non imputatur effectus subsecutus, ita nec illi imputari debeat. Quo tamen non obstante, contrarium est verius, quia ex mandato agens alterius nomine agit, cum mandatum concernat mandantem, non etiam mandatarium, cessat autem mandatum per sufficientem revocationem. Aliud est in consilio, quod concernit eum, cui datur, ejusque executio fit nomine proprio, & ponit inclinationem, quæ non tollitur per revocationem, cum intellectus semel instructus non facilè mutetur, præcipuè in causa vindictæ. Ubi volunt aliqui sufficere, si consulens non possit persuadere ei, cui consuluit, desistat, moneat eum, de cujus capite agitur periculi. Bart. in *d. §. si mandato n. 21.* Verum ea admonitio [non] videtur excusare, cum etiam diligens in vitando periculo mortis, possit tamen insidiosè occidi, idque respectu consilii dati. Si tamen appareat consultius, admissis rationibus contrariis, & depositis iis, quibus antè motus fuerat, propter alias causas cædem] velle exequi, consulens futurus est extra irregularitatem, si quidem cessèt concurrere ad actum cædis, quæ non tam sequitur ex ejus consilio, quam potiùs malitia ab
tius, ut causa cessante c sset effectus. V. de
de relatibus Felin. in *c. sicut 6. nu. 9. & seq.* a
Suar. *d. sect. 3 n. 11. 12. 13.*

Q. XVI. An consulens minorem vindicem
ut parato ad cædem, percussionem tantum
mutilationem? R. Non videri esse culpa
tali consulente, cum non tam concurrat
dem vel mutilationem, quàm potius
tum malum diminuat; nisi tamen
mious cooperetur, aut dando consilium
nùs confirmet animum alterius. Cooperatur
quovis modo quin irregularitatem
extra dubium est, *d. c. 6. §. illi autem* Si
men sciat finem intentum, & hoc
endo unà, sive occidendo occidem. Quod
procedet, etiamsi non intenderit
non percusserit letaliter; videtur enim
nus concurrere ad actionem subsecutam
pter opem præstitam, *d. c. 6. §. illi etiam* &
Suarez. *d. sect. 3. n. 31.* Navar. *De restitut.*
c. 4. n. 23. Avila *d. p. 7. Disput. 6. sect. 2. Du*

Q. XVII. An consentiens homicidio
fiat homicidium suo nomine aut occidere
consentientem dum actu fit cædes, non
irregularitatem, cum non impediendo
hibendo videatur moraliter cooperari,
ejus remotionem contradicendo
bi displicere cædem. Ubi nihil obstabit
interiori consensu cædem probet;
enim ea res vitabit contradictionem
per quam removetur externum opus
dem concurrens: ut ille consensus
exponat mortale homicidium, ramen
ad irregularitatem. Si cædes non fiat
ne, exterior consensus, qui colligitur
lentio, non est efficax ad inducendam
ritatem, cum nullum ponat concursus
ctum, sed tantum mentale homicidium,
cax, uti dictum, ad hunc effectum. Ita
d. sect. 3. n. 21. & 22. Avila *d. disp. 6. sect.*
dub. 7.

Q. XVIII. An ratihabitio sive approbatio
homicidii jam perpetrati inducat
tatem? R. Hoc velle Navarr. *d. c. 27. n.*
suo nomine sit factum, & quod antequam
eret, mandare poterat ratum habens. Felin.
d. c. sicut 6. num 11. h. t. & alii relati à Covar.
p. 2. §. 1. num. 4. ex ratione, quod ratihabi-
mo

mandato comparetur *c. Ratihabitio de R. I. in 6.* mandans autem fiat irregularis. Et facit argũ. *c. cum quis de sent. excom. in 6.* ubi tatam habens percussionem Clerici suo nomine factam, est excommunicatus. Negativa tamẽ verior, quàm rectè tenet Covarr. *d. loco* ea ratione, quòd licet suo nomine facta sit cædes, ad eam tamen non concurrerit, cùm demùm peracta cæde eam ratam habuerit. Ut cum ratihabitio sit posterior, non possit dici causa homicidii, uti requiritur ad ponendam irregularitatẽ, quæ non inducitur nisi ex concursu, & non nisi in casibus jure expressis, cum lex pœnalis non sit extendenda. Ut nihil obstet *d. cap. cum quis*, quia loquitur de excommunicatione, & sic in casu à canone expresso: quo modo & accipiendum *cap. felicis de pœnis in 6. & Clem. 1. eod. tit.* Nihil obstat *d. c. Ratihabitio* quia eius decisio procedit quoad culpam, non etiam quoad pœnas juris, cum ratihabitio respiciat solummodo cædem ut objectum, non etiam ut effectum. Ut non possit facilè videri delictum à ratum habente commissum; atque ita nec pœna poni potest, nisi aliud fuerit jure expressum, uti in dictis locis. Hinc etiam erit extra irregularitatem recipiens homicidam, defendens, celans, donans quid propter cædem commissam, quia hæc cum subsequantur, non possunt ponere causam homicidii, quamvis faciant præsumi mandatum. Felin. *d. c. sicut n. 4. h. t.* Latè de hac quæstione Suar. *d. sect. 23. & seqq.* Avila *d. sect. 5. Dub. 6. & dixi ad D. h. tit. n 23.*

23 Q. XIX. An omissio obviandi homicidio ponat irregularitatem? R. Aliquos distinguere, an omiserit impedire ex dolo, an vero ex negligentia: illo casu fieri irregularem. Cov. *d. p. 2. §. 2. n. 7. in fin.* ex ratione, quòd eo casu non obvians percussioni Clerici excommunicationem incurrat, *cap. quanto 47. inf. de sent. excom.* verùm minùs rectè, ut mox dicetur. Alii indistinctè volunt irregularitatem poni, cujus sententiæ videtur esse Navarr. in *can. non inferenda XXVI q. 3. n. 18.* Movetur per textum in *d. can.* qui habet, non repellentem à socio injuriam, si potest, tam esse in vitio, quàm facientem: & per *can fin. ibid.* ubi dicitur: qui desinit obviare, cum potest, consentit. At neutra istarum opinionum proba, quia sive dolo omiseris, sive non, tamen potes videri concurrisse ad cædem, uti requiritur; permittens autem non concurrit, nec est jure expressum, quòd ea de causa incurratur irregularitas. Unde rectè distinxeris in modo, quo quis teneatur obviare incommodo proximi, an ex lege caritatis solum, an vero ex lege justitiæ. Illo casu, etiamsi sit voluntaria omissio, ex odio interno aut desiderio mortis proximi, nulla incurretur irregularitas, cum ista omissio nullam ponat cooperationem. Quo facit *can. fin. XXIII. q. 8.* ubi nec consilio, nec auxilio cooperantes dicuntur esse extra noxam. Ut nihil obstent Canones jam relati, quia accipiendi in casu caritatis. Posteriori verò omittens irretitur irregularitate. Probant hanc sententiam per *d. cap. quanto*, ubi excommunicatio infertur non impedienti Clerici percussionem, ut idem possit videri dicendum de irregularitate, quæ minor est. Verùm & hoc minus rectè, cum argumentum à majori non procedat in pœnis; & deinde non infertur irregularitas nisi in casibus jure expressis. Ut rectius fundamentum ponatur in eo, quòd non impediens, quando ex lege justitiæ impedire tenetur, habeatur pro faciente; quo modo & ad restitutionem obligatur damni dati, *arg. d. cap. quanto, ubi Gl.*, quatenus tamen sine gravi suo damno potest impedire, alias non videtur teneri Navar. *d. loco num. 20. & seq. & c. 27. num. 231.* Suar. *Disp. 45. sect. 4. num. 5.* Avila *d. sect. 2. dub. 7.* Non obstat præmissis, quod iste casus non sit jure expressus, cum requirat factum, omittens autẽ non faciat; nam licet propriè non faciat, interpretativè tamen facere videtur, *c. qui non facit 164. De R. I. in 6.* Hinc Medicus, qui ratione stipendii tenetur curare ægrotum, omittens erit irregularis, ex jam dicta ratione. Dico, ratione stipendii, nam si stipendiũ nullum à civitate habeat, non tã ex obligatione justitiæ, quam caritatis videtur obligari. Hinc etiam qui scit homicidium tractari, non revelans, si ex caritate sola, tenetur revelare; aliud, si ex justitia.

Q. XX. Quid si defendere proximum ex ca- 24
ritate volenti persuaserit, ne defendat, & indefensus alter occidatur. R. Nav. *d. c. 27. n. 231.* velle talem esse irregularem, *arg. can. si quis viduam Dist. 50. & can. periculosè de pœnit. dist. 1.* propterea quòd ex dissuadentis opere illicito videatur secuta injusta deformatio. Contrariũ

tamen posset alicui non malè probari, quod consilio tali adquiescens non sit irregularis, ut nec consulens debeat esse talis, cum sit causa magis remota. Et hoc in casu, quo tantum dissuasit illi, quantum ex caritate tenebatur proximum defendere; nam si ex justitia, ut prior omittens, ita & consulens incurret irregularitatem, cujus est causa. Dixi autem, si persuaserit, quia per violentiam, fraudem, aliamve injuriam à defensione proximi quem retrahens peccat contra justitiam. Nam licet volens defendere tantum teneatur ex caritate tamen proximus habet jus, ne defensio ista impediatur ab alio per injuriam. Vid. Avila *d. dub. 7.*

25 Q XXI. An fiat irregularis dans consilium ut quis se exponat casui, unde periculum sit mortis? R. Ita rectè videri, cum consulens alicui, ut se occidat, cæde secuta fiat irregularis tamquam homicida; idem autem sit facere & exponere se morali periculo faciendi; consulere factum, & periculum, unde factum sequatur. Præterea ut est homicida sui, constituere se in proxima & temeraria mortis occasione, ita & idem periculum consulens dicendus est ad cædem concurrere. Et hoc, si consulat quis, ut alter illicitè se exponat periculo mortis. Nav. *d. c. 27. n. 2. 35.* Nam si ut licitè se exponat, quis consulat, pro bono publico, pro justa patriæ defensione, non magis potest dici irregularis, quam qui milites hortatur ad prælium, ut mox dicetur. Unde sequitur, non esse irregularem, qui consuluit alteri, ut moriatur pro fide, cum hoc nihil aliud sit quam exhortari militem Christi ad fortiter potius occumbendum, quàm deviandum à sui Salvatoris doctrina, cum animæ interitu. Cov *d. p. 2. §. 5. nu. 6.* Quo modo ut non peccat amicum liberans cum periculo propriæ vitæ, ita nec consulens, qui nec directè nec indirectè intendit consulto mortem, sed magis periclitanti subsidium ferri. Vid. Avila *d. sect. 2. dub. 5.*

26 Q XXII. An si plures ex repentina occasione rixantes aliquem occiderint, omnes fiant irregulares? R. Ita rectè dici, sive omnes inflixerint vulnera letalia aut non letalia, sive unus tantum, *can. fin. XXII. q. 8. ubi Glos.* qui textus indistinctè loquitur de omnibus una pugnantibus; cum eos tantum extra noxam ponat, qui nec impugnarunt, nec vulnerarunt, neque consilio aut auxilio sunt cooperati, sive nesciatur auctor; tunc enim omnes habentur pro auctore, ne scelus maneat impunitum, *l. Item Sabla §. sed si plures D. ad L. Aquil.* sive etiam statur, *d. can. fin.* qui simpliciter loquitur. Nam licet alii non vulnerarint, vel non letaliter, sed unus tantum, auxilium tamen aliquod præstiterunt, cum comitari homicidam ad commitendum maleficium, & adsistere, sufficiat ad cooperationem, atque ita ad irregularitatem. Ut non obstet, quòd irregularitas factum requirat, *can. fin. XV. q. 1.* quia hic factum ponit cooperatio. Non obstat textus *d. l. Item Sabla §. sed si plures*, qui vult, singulorum ictus considerari, ut solus ille puniatur, qui letaliter vulnerando occidit; nam hoc ita dispositum jure civili Canonibus aliter visum, ut patet *d. c. fin.* qui habet, *juxta statuta Canonum*, quibus indicatur, aliud esse jure Canonico, propter majorem mansuetudinem. Plura Suar. *d. disp. 45. sect. 3. n. 8. & seqq.* Dicta eatenus obtinent, quatenus homicidium commissum ab habente sensum, qua de re paulò infra.

De Homicidio causa Defensionis, quod & Necessarium vocant.

DEfendere seipsum jure naturæ est licitum etiam usque ad cædem aggressoris, *Cavim D. de just. & jure*; cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ; id est quòd injuria non possit aliter impediri, & est tanta, ut cum tali nocumento proximi possit jure propulsari, quod in particulari judicare est prudentia. In foro conscientiæ potest quisque sequi judicium suæ conscientiæ, aut alterius docti & prudentis, benè excussis circumstantiis, quas & in foro contentioso diligenter examinabit Judex: qui primò advertet, an is, qui occidit, in periculo fuerit per aggressionem alterius, alias non esset defensio. Ubi non erit necesse exspectare impetum aggressoris, ejusve ictum, posset enim esse sera defensio, ut præveniens sit extra culpam, si desperet se alias inimicum prope aggredientem posse repellere. Et hoc, si sine mora aggressurus, nam si ex intervallo tantum, non erit licitum prævenire, quia alia via posset evadi periculum, Nav. *cons. 31. h. 1. n.*

Hanc

Hinc inimicum gladio stricto ad se venientem fugiens petens, aut lattonem emisso telo occidens, erit extra noxam. Et hoc si aggressio sit injusta, nam si justa, secus dici posset: ut in occidente ministros justitiæ, quos occidendo non juste à se repellit reus, & non citra irregularitatem, cum non invadant, ut occidant, sed ut mandatum impleant, licet ex ejus impulemento posset subsequi mors. Secundo, an defensio fieri potuerit minori læsione proximi; nam si sufficeret mutilare, aut vulnerare, occisio erit immoderata, propter gravem culpam, quam continet in repulsione proximi. Tertiò an defensio sit facta citra culpam talem, quæ non transeat in aggressionem. Nam si quis fugientem invasorem, etiam post acceptum vulnus, sequatur & occidat, aut mutilet, excedet moderamen inculpatæ tutelæ, cum fuga invasoris faciat cessare periculum invasi, qui proinde non excusabitur, si fugientem insequens occidat; nec excusabit vulnus acceptum, quia non tollit animum vindictæ, ut tradit Pont. *in c. significasti 18. in fine h.t.* Suarez *Disp. 46. sect. 1 n. 7. 8. & 9.* Itaque homicidium in necessariam sui defensionem ut jure civili est extra pœnam, ita & jure Canonico excusat ab irregularitate. Et hoc omninò secundum jus novum. *Clem un. h.t.* quod excusat eum, qui occidit vel mutilat invasorem, aliter mortem evadere non valens Navar. *in summa cap. 27. n. 207.* Covar. *ad d. Clem. un. p. 3. §. unico.*

28 Verum dubitatur, An & idem obtineat de de antiquo? R. Negare *Gl. in. c. sicut dignum §. Cler. V. consilium h.t.* ubi dicit ad Ordines alios aspirare reum non posse. Pro quo videtur facere textus *in can. de his 6. dist. 50.* & alii similes. Contra tamen verius est, etiam jure antiquo extra irregularitatem fuisse occidentem in necessariam sui defensionem: & patet ex *can. qui à te dist. 50.* qui ait, eum canonicè non judicari, qui necessario occidit. Facit, quòd *d. Clem.* non tam contineat verba inducentia jus novum quàm explicantia vetus. Nihil obstat *d. can. de his*, nam licet loquatur de homicidio facto in defensionem, non tamen necessariò & non citra culpam; uti & loquitur *d.c. 18. h.t.* Nihil etiam obstat Trid. *Sess 14. c. 7.* quod cum super homicidio necessario committit dispensationem Episcopo, videtur supponere, quod & tale inducat irregularitatem, quia loquitur in casu quo reus excessit moderamen inculpatæ tutelæ. Itaq; verior habet opinio, & olim & hodie moderamen inculpatæ tutelæ facere ex homicidio non infligi irregularitatem, ea ratione, ne necessitas vertatur in culpam, & quod jure est permissum puniatur, contra *l. Graechus C. ad l. Iul. de adult. d. Clem. un.* Quod obtinet non tantum in laicis, sed & Clericis, cum nec his sua vita sit negligenda. Ex dictis consequens est, si excedatur defensionis modus, occisorem non esse immunem ab irregularitate, cum ratio eius in eo locum habeat, scilicet defectus perfectæ lenitatis, nisi excessus sit levior, & inevitabilis. Covarr. *ad d. Clem. un. §. 1. nu. 3.*

Q. II. An ex injuria antecedente possit poni inculpata tutela in injuriante se defendente contra injuriatum? R. Aut post moralem interruptionem injuriæ datæ affectus injuria aggreditur injuriantem aut incontinenti in ipso injuriæ actu. Priori casu moderamen inculpatæ tutelæ potest videri habere locum; cum prior injuria non sit circumstantia præsentis actionis, nec moralis ejus causa, in posteriori verò casu quæstio est. Exemplum sit in adultero, qui deprehensus à marito in ipso facto, cum se invadentem occidit, non data alia invadendi via. Quæstio inquam est, *An adulter possit dici hoc casu servasse moderamen inculpatæ tutelæ. R. Id negare Nav. d. c. 27. n. 238 & conf. 32. 34. 35. h.t.* Movetur hoc argumento, quod dederit operam rei illicitæ & periculosæ ad homicidium, ut dans causam videatur & causatum procurasse; præcipuè cum talem causset injuriam, unde cædes sequi solet. Affirmantium opinio est probabilior, modo adulter circumspectè egerit, omnino removendo causam homicidii, non agendo incautè um aliena conjuge, quia tunc immediata defensio est moderata, prior autem occasio remota, quæ non sufficit ad irregularitatem. Deinde sine culpa non contrahitur irregularitas ex privato homicidio; hic autem culpa deest, saltem quoad homicidium, licet non desit quoad adulterium: quod cum per se non ordinetur ad homicidium nisi valde remotè, non sufficiet ad irregularitatem, cum non ponat sufficientem aggressionem per adulterium, qui tam non intendit proximè, sed data occasione tantum se defendit, ut non possit non

29

30

videri defensor. Vid. Suarez *d. sect. 1. num. 10. & 11.* Nav. *De restit. lib. 2. c. 3. n. 348. & seq.* Avila *p. 7 Disp. 5. sect. 3. Dub 3.* Quod si fugiendo potuerit adulter evadere impetum mariti, tenetur fugere; quia non potest ullatenus fuga isto casu videri ei turpis, qui ob turpitudinem, quam commisit, patitur impetum alterius. Itaque non tam inspiciendum, rei licitæ quis operam det, an illicitæ, sed an sit opus ordinatum ad homicidium. Suar. *d. locom. 12.*

31 Q. III Quid si invasus potuerit fuga evadere periculum? R. Videri laxiorem eorum opinionem, qui excusant occidentem, qui fugâ poterat periculũ evadere sine dedecore. Cujus opinionis videtur esse Felinus, in *c. suscepimus 10. h. t.* strictiorem verò eorum, qui minimè eũ excusant, cui fuga fuisset dedecori. Navar. *hic cons. 6. n. 4.* Covarr. *d. p. 3. §. 1. n. 4.* per text. *in d. Clem. un.* qui se fundant in eo, quòd periculum aliter nõ potuerit evitari; quæ sententia tutior est. Probabilis tamen tutaq; videtur media sententia, scilicet irregularem non esse in casu, quo fuga non est sine periculo vitæ, aut gravis infamiæ nota, cum quod evitari non potest sine gravi nota, moraliter judicetur inevitabile, quod moraliter sit necessarium viro bono evitare infamiam, cum fama vitæ æquiparetur, *l. isti 8. §. penul. D. quod metus causa.* Ut iste casus dicendus sit cõprehensus sub verbis *d. Clem. un.* Et hoc, si non dederit causam aggressionis, ut quia cum uxore inventus, aut aliam injuriam intulit; tunc enim, si fugere possit, fugiendum illi est. Aliàs rectè resistet, idque si injuria incontinenti sit commissa, nam si diu præcessit, non est opus ista limitatione. Si verò fuga non sit futura dedecori, invasum occidendo, licet in foro civili possit dici extra noxam esse, coram Deo tamen talis nõ excusatur, nec in foro Canonico est extra irregularitatem, cum in eo deficiat moderamen inculpatæ tutelæ, atque ita ponatur defectus lenitatis, causa irregularitatis. Vid. Suar. *d. sect. 1. n. 5. & 6.* Avila *d. sect. 3. dub. 2. concl. 3.* Hinc communiter receptum, Clericum, cui pugnare turpe est, nõ etiam fugere, si malit occidere, quàm fugere, esse irregularem, *Gl. in d. c. 10. & in d. Clem. un.* ubi textus se fundat in eo, quod aliter periculum evitari nequeat: hoc autem in casu potest evitari sine ullo præjudicio; non corporis, quia potuit evitari, non honoris, quia fuga non est infamis, imò decens Clericum, *d. c. 10. in fine.* Quod dictum de vitæ defensione corporis à mutilatione, cum æquipolleat homicidio, quantum ad hunc tractatum, & injuria hæc sit gravior, quam ut quis eam sibi inferri debeat pati, Cov. *d. §. 1. n. 2.* Adeo ut etiam in defensionem sui à mutilatione liceat invasorem occidere, si aliàs integritas membrorum propugnari nequeat.

Q. IV. Quid si non possit se quis tueri nisi cum periculo innocentis intermedio? Resp. Per innocentis interpositionem non cripi alicui jus defendendi se, à natura competens, ut ejus cædes tantum per accidens videatur contingere, utpote non intenta, sed secuta ex opere licito & necessario: ut non possit dici operari irregularitatem, cum nullus ponatur defectus lenitatis. Navarr. *De restit. lib. 2. c. 3. n. 147.* Sic arcem aut urbem oppugnans, in qua sunt innocentes, non tenetur ideò minus eam oppugnare, ut nocentes puniat: & à tritum Turcarum invasus non tenetur à sui defensione cessare propter remiges Christianos, qui in ea sunt & lædi possent, quia damnum hoc per accidens illis contingit. Molina *de Iure & Iust. tract. 2. disp. 119.* Vide eumdem de Christianis remigantibus, *Disp. 115. & dicta ad D. h. t. num. 41.*

Q. V. An in defensionem honoris occidens sit irregularis? R. Cædem hanc potius videri spectare ad vindictam, quàm ad necessariam sui defensionem, cum possit honor læsus competentibus actionibus recuperari. Ut videatur reus irregularis fieri, in ejus non tam defensionem, quam vindictam occidens aut mutilans; etiamsi in foro civili homicidium hujusmodi faciat cessare pœnam ordinariam. *Gail. 2. Obs. c. 100.* Quo modo dicentem, *Tu mentiris* occidens hoc impedimento tenetur. Dico læsus; nam ante actualem læsionem licet eam impedire, si aliter honos salvus esse nequeat. Recentiores plerique tenent, licitam esse defensionem, etiam cum mutilatione vel cæde honorem lædentis. Quò facit, quod dictum ante, non teneri fugere invasum, si fuga illi sit allatura gravem infamiam, cum honor non sit viro bono minor, quàm vita. Quomodo & in defensionem pudicitiæ licita est cædes eam violare volentis, *l. 1. §. pen. D.*

Ad

Ad L. Corn. de sicar. cum pudicitiæ integritas cujusvis damni pecuniarii æstimatione major recuperari nequeat. Vide dicta ad *D. eod. n.* 45.

34 Q VI. Quid de cæde facta in defensionem rerum? R. Sententiam communem videri, occidentem non esse extra irregularitatem, etiam in casu, quo bona sunt omnino amittenda; ex ratione, quod caritas obliget ad hæc bona concedenda proximo pro tuenda ejus vita. Deinde quia jus Canonicum tantum excipit defensionem propriæ vitæ, *d Clem. un.* in V. *quia mortem aliter vitare non valet*, propter necessitatem moralem; ut idem non sit tribuendum defensioni bonorum, quæ non tam necessaria. Facere eo videtur, *c. 2. h. t. in V. te tuaque liberando*, quasi tunc sit licita rerum defensio cum cæde alterius, quando simul & persona defendentis periclitatur. Eodē facit, *c. suscepimus* 10 *h. t. in V. Expediebat potius post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere jacturam, quàm pro conservandis rebus vilibus & transitoriis in alios ita acriter exardescere.* Facit denique, quod furem nocturnum jura & Canonica & civilia occidi permittant, non etiam diurnum, nisi se telo defendat. *l. 4. D. Ad L. Aquil. & 03. h. t.* Et ita Curiam tenere Rom. tradit Navar. *in Summa c. 15. num. 50.*

Verum, his non obstantibus, in contrariam sententiam inclinare videtur Covar. *d. p. 3. §. num. in fine*, ex ea ratione, quod tale homicidium sit inculpabile. Nec recte objicies, quod & homicidium à milite in justo bello, & à judice commissum sit inculpabile, nam in iis est voluntarium, cum illi se ingerent isti actioni: in hoc vero casu reus cogitur ad actionem ex causa solius defensionis, quæ ut licita quoad vitam, ita & quoad bona temporalia, quæ quodammodo vitæ comparantur, *l. Advocati C. De advoc. diversi. judicior.* Facit *c. 2. in fine eod. in 6.* Ubi non est irregularis accusans furem ex ista causa, ut nec sit dicendus irregularis bona defendens. Aliàs daretur licentia pravis hominibus alios bonis suis spoliandi, qui hac via constituerentur in gravi necessitate; & ut non constituantur, per bonorum partem ablatam, ad necessitatem, si tamen ea sit sufficiens ad pœnam laquei, quidni & sufficiens ad defensionem cum rapientis nocumento? Quo facit *d. c. 2. h. t.* Ubi dum dicitur, *te tuaque defendendo*, non debet diei copulatim utrumque requiri, quia aliàs sequeretur absurdum, vitam scilicet in periculo existentem, si non simul bona periclitentur, defendi non posse; sed signum copulativum accipi debet disjunctivè pro *vel*, argum. *c. verum sup. De jurejur.* ubi dum causa vitæ & rerum servandarum jurantes absolvuntur, necesse non est copulatim illa duo concurrant, cum alterum sufficiat, & causa rerum conservandarum, quibus sustinetur vita salusque nostra, quæ sunt nobis pro viatico, ut ibi ait Cujac. si sufficiens ad absolutionem à juramento ab invitis præstito. Nec est instequens *Et* pro *vel* poni, ubi id materia exigit, *l. sæpe 53. D. de V. S.* ubi Alciat. Quod ita procedet, si res sint magni momenti, nam pro re minima non videtur concessum jus defensionis, cum tanto proximi detrimento. Præterea si desit probabilis res recuperandi spes, alia via; nam aliàs defensionis modus non esset extra culpam. Nav. *d. c. 15. n. 2.*

Non obstant pro altera parte adducta; nam solutio ad *d. c. 2.* patet ex dictis. Quantum ad *d. Clem. un.* etsi tantum de vita propria loquatur, non tamen excludit bona, quia ad vitam spectant, uti dictum. Et quod non ad solam defensionem vitæ sit textus iste restringendus patet ex *can. Quia dist. 50.* ubi etiam ad tuendam libertatem cædes facta non sponte mea dicitur esse extra culpam: quod se aliter haberet, si textus in *d. Clem. un.* esset strictè intelligendus, ut loquitur. Nec facit, quod libertas passim æquiparetur vitæ, quia & bona vitæ æquiparantur: ut, cum restrictio textus hac in materia sit odiosa, extensio verò favorabilis, hæc sit potius admittenda.

Quantum ad *d. l. 4. D. Ad L. Aquil. & d. c. 3. h. t.* accipienda est decisio eorum in casu, quo fur diurnus fugari potest, qualis sine culpa non occiditur. Nec faciunt verba, *si se telo defenderit*, applicanda enim non tantum ad defensionem vitæ, sed & rerum, quæ si salvæ haberi possunt contra vim furis diurni, non rectè is occiditur; sin autem nequeant haberi salvæ, propter impetum furis, qui armis agit, quidni defensio est licita? Quantum ad *d. c. 10.* in illo non agitur de necessitate vitandi nocumentum, uti nec agitur de eo in *c. significasti 18. h. t.* Et hanc opinionem communem esse tradit Jul. Clarus, alios allegans, *§. Homicidium n. 25.*

& 47. Vid. Suarez *d. disp.* 46 *sect.* 2. *n.* 2. & *seqq.* Avila *d. sect* 3. *dub.* 4. Navar. *de Restit lib.* 2. *c.* 3. *n.* 295. Obtinet etiam hæc opinio non tantum in laicis, verum & in Clericis, quos non minus decet vitam bona ad vitam necessaria defendere, quàm laicos, ut patet ex *c. Olim* 12. *sup. de restit. spoliat.* ubi Clericus invasorem possessionis incontinenti potest repellere: & *c. dilecto de sent. excomm. in* 6. ubi Clerico contra spoliatorem permissa est rerum defensio contra violentiam eas invadentium.

35 Q. VI. An advocans alios in justam sui defensionem, per quas occiditur aggressor, sit irregularis? R. Non esse, cum ut per se corpus aut bona defendere ei licet, ita & per alios licere debeat; quia per alios faciens per se facere videtur. Nav. *c.* 27. *n.* 212.

36 Q. VII. An taliter advocati sint extra noxã. Id omnino negare Nav. *d. c.* 27. *n.* 213. & velle eos irregularitatem incurrere, non tantum quia talis in defensionem extranei invasorem occidat, sed & patris, matris, etiam in casu, quo aliàs caperetur civitas, aut exercitus fugaretur, ex ratione, I. quia nulla necessitate prematur, & æque sit diligenda unius proximi vita, atque alterius. II. Quod exceptio in *d. Clem. un.* tantùm loquatur de propria vita. Quibus non obstantibus, verior est sententia contraria quam ut talem amplectitur Covar. *d. §. un. nu.* 5. ex eo, quod licitum sit innocentem defendere etiam cum periculo invasoris; cum magis sit diligendus innocens quàm nocens, atq; in pari causa sit potior Quo omninò faciunt textus in *can. error dist.* 83. *can. non inferenda* XXIII. *q.* 3. & *d. c. dilecto*, qui participem culpæ faciunt non impedientem mortem proximi, & negligentem videri fovere eum, qui injuriam infert. Præterea irregularitas non contrahitur nisi per culpam, aut per spontaneam voluntatem, hic nec est culpa, nec spontanea voluntas, cum tãtum sit intenta defensio; per accidens autem sit occisio, sine qua obtineri non potuit defensio. Denique si advocans in auxilium non est irregularis, etiam arma præbens, ut fatetur Navar. *d. c.* 27. *n.* 221. non est ratio, cur advocatus sit irregularis, cum quod per nos possumus, possimus & per alios. Ubi si contingat advocatum occidi, non poterit dici ea res nocere advocanti, qui licitè eum advocavit, *d. c. dilecto.* Dicta procedunt non tantùm, si defensio proximi cadat sub obligationem, quo casu non est dubium non esse occisionem voluntariam & culpabilem, verum & in casu, quo non cadit sub obligationem, cum & isto sit licita proximi defensio, non magis culpabilis quam ab ipso advocante facta, nec tam intenta occisio quàm defensio per vim extorta ab iniquo aggressore. Ut secundum *d. Clem. unicam*, sit & talis advocatus extra irregularitatem, non obstante, quod illa tantum excipiat defendentem vitam propriam, eadem enim ratio subest in defendente vitam alterius injuste per alterum invasi. Et hoc eo magis quia propinquior est persona, quæ defenditur, ut pater, mater, quamvis contrarium nisi Nav. *d. loco n.* 213. Vid. Suar. *d. disp.* 46. *sect.* 3. *fol.* 2. *dub.* 4. *vers. Denique* Pet. a Navar. *de Restit. c.* 3. *n.* 418. & *seqq.*

Q. VIII. An in defensionem Reipubl. occidens sit irregularis? R. Hoc affirmat Navar. *d. loco n.* 215. & *c.* 15. *num.* 2. ductum I. argumento judicis, qui cum teneatur occidere malefactorem, tamen fiat irregularis. II. Quod *d. Clem. unica* tantùm excipiatur propriæ vitæ defensio. Contrarium tamen verius, cum irregularitas non contrahatur, nisi per homicidium volitum, quale non est; de quo agitur, cum quilibet teneatur ex ratione naturali defendere patriam. Atque ita cum defendens, etiam occidendo exerceat actum virtutis obligatis sub peccato [cujus obnoxius esset omnino] non potest dici contraxisse defectum pœnitentiæ lenitatis; ut sub finali clausula, *d. Clem.* etiam hic casus dicendus si contineri. Non etiam arg. sumptum à judice, nam homicidium ab eo mandatum est voluntarium in causa, sed spontè adsumit, vel non ita coactè officium judicis. Hoc autem in casu non est voluntarium causa, quia defendere cogitur. Videantur ipsi in simili apud Cov. *d. §. unico. n.* 5. & Pet. à Nav. *d. c.* 3. *n.* 419.

Postremo quæri posset, An in conservationem vitæ matris liceat dare pharmacum, quo fœtus in utero extinguatur? R. Videri id non licere, si partus jam sit animatus, quia non potest quis directè occidere innocentem, ut ipsum servet. Si necdum sit animatus, volunt posse dari pharmacum directo tendens in curationem matris, etiamsi inde posset contingere

gere abortus; prævalet enim vita matris, quæ gravius sentiret detrimentum, quàm causatur indirectè ex abortu. Si probabile sit, aliàs utrumque morituram, volum sine culpa remedium matri adhiberi posse. Nihil obstante *c. si aliquis 5. h. t.* quod vult ut homicidam esse damnandum, qui abortioni dat causam, quia loquitur de eo, qui sine causa id facit, & sic culpam committit, quæ hoc in casu nulla est, ut explicat Nav. *c. 25. n. 62.* Cov. *ad d. Clem un. p. 2. §. 3. n. 1. in fine.*

De Homicidio publica auctoritate à Iudice vel ejus ministris commisso.

39 LIcitum esse hujusmodi homicidium, uti & mutilationem, quando id crimina exposcunt, non est dubium, neque enim aliàs posset esse tuta inter improbos innocentia. Oritur tamen ex eo secundum Canones irregularitas, *c. Clericis & c. sententiam sup. ne Clerici vel Monachi &c.* cum sit omnino voluntarium: ingerit enim se tum judex, tum ministri illi ministerio & actioni, per quam maxime contrahitur defectus lenitatis, in quo ponitur tota ratio irregularitatis. Ut non obster, quod sententia sit juste prolata, cædes vel mutilatio subsecuta sit inculpabilis; tantum enim quæritur, an fuerit voluntaria, in se vel sua causa, qualis est hac in parte.

Hinc Iudex ferens sententiam capitalem fit 40 irregularis, sive laicus sive Clericus. Etsi enim pleraque loca de Clerico loquantur, non minus tamen in illo quàm in hoc, deficit lenitas, ut satis colligetur ex *can. 1 dist. 51.* Non aliàs autem hæc irregularitas incurritur, quàm secuta morte, ex qua causatur. Sententiæ nomine comprehenditur quodcumque præceptum ad mortem tendens, cujusmodi est & sententia, quæ privat alimentis, unde reus postea moritur. Covar. *d. p. 2. §. 5. n. 7.* Sub judicis nomine continetur & adsessor, consultor, exhortator, & quilibet alius ad sententiam ferendam concurrens; Pontifice tamen inferior, quem irregularitate non adfici ex eo patet, quod hæc sit juris humani, supra quod est Pont. ut dictum supra. *De constitut.*

41 Ubi Primò quæritur, An Princeps vel Dominus temporalis, uti Episcopus, vel alius Ecclesiasticus, cui est temporalis jurisdictio, mandando eam aut delegando contrahat irregularitatem, subsecuta cæde per delegatum? R. Minimè, si commissio fiat purè ac debito modo, non determinatè ad pœnam mortis, alioqui non tam committeretur jurisdictio, quàm executio sententiæ latæ per delegantem. Pura delegatio erit, quando indifferenter jurisdictio datur ad exercendam justitiam, sive in genere quoad omnia crimina, sive in specie quoad tale factum, juxta *c. fin. ne Cler. vel Monachi in 6.* quod cum loquitur de delegatione in particulari, multo magis obtinebit in generali. Nam quò commissio est generalior, hoc magis abstrahit à concursu ad pœnam mortis. Non obstat quod commissio videatur causa homicidii, quod sine ea à tali non contigisset; nam voluntas committentis non fertur ad homicidium, sed ad exercitium justitiæ, cujus nomine data jurisdictio, ex qua reliqua consequentia respectu committentis sunt accidentaria. Covar. *d. §. 5. n. 8.* Suar. *de censuris disp. 47 sect. 1. n. 5. & 6.* Avila *p. 7. disp. 5. sect. 2. Dub. 4.*

Q. II. An injusta delegati sententia adficiat 42 delegantem? R. Non magis quàm justa; cum iniquitas alterius non debeat alteri nocere, qui non est particeps: neque enim tam delegatus movetur à delegante, quàm à se & sua malitia. Nisi tamen subsit culpa delegantis, qui cum morali periculo committendæ injustitiæ sine sufficienti examine & cognitione personæ delegavit jurisdictionem, cui ideo effectus meritò imputatur *Gl. & DD. ad d. c. fin. Ne Cler. vel Monachi in 6.* Suar. *d. sect. 11. n. 9.*

Q. III. An ponens leges sanguinis fiat irre- 43 gularis? R. Non videri, quia talis actio non ordinatur per se ad homicidium, verùm ad bonam gubernationem, ut delicta caveantur. Estque talis legum constitutio magis indifferens, quàm ut sufficiat ad irregularitatem. Unde & consulens tales leges ex vi actus, non est irregularis: ut nec dicens ex iis legibus deberi pœnã mortis. Si tu in universali & abstracto dicat, & merè speculativè; aliud si practicè, & in particulari, quo ad certam personam concurrit enim ad cædem, subsecuta morte. Idem dicendum de

de docente in Scholis leges pænales, in generali & theoricè, nam in particulari docēdo moveret ad sententiam ferendam & sic influeret ad cædem non citra irregularitatem. Nisi judex, qui consulit aut docetur, sit promptus ad cædem, ut docens aut consulens nihil possit dici cooperari, secundum dicta *sup. eod. n.* 17. Idem statuendum in concionatore, dum generaliter è cathedra monet judices, servent leges, Remp. perditis hominibus purgent, qui non potest dici concurrere. Suarez *d. loco. n.* 8. Avila *d. sect.* 2. *dub.* 6.

44 Q.IV. An judices Ecclesiastici reos convictos tradentes brachio sæculari incurrant irregularitatem? R. Per laicos reos brachio traditos sæculari minimè incurrere, quippe qui non tam tradantur, quam relinquantur brachio sæculari, *Glos. in c. ad abolendam V. laicus sup. de hæret.* De Clericis verò traditis majus dubium videri posset, eo quod per eorum traditionem videatur dari causa cædis, qua alias adfici non possent. Idem tamen de iis dicendum, qui licet dicantur tradi brachio sæculari, non tamen tam facienda vis in verbo *Tradi*, quam respiciendum id, quod agitur. Neque enim Ecclesia directè caussat mortis pœnam sed per consequentiam tantum, privando scilicet privilegiis. quæ impediebant, quo minus laico in Clericum esset jurisdictio, *c. Novimus inf. de verb. signif.* Covar. *d.* §. 5. *n.* 6. Suarez *d. sect.* 1. *n.* 10. & 11.

45 Q.V. An Ecclesiasticus judex isto casu debeat pro reo intercedere apud laicum judicem, in cujus manum incidit Clericus? Resp. Ita insinuari *d. c. novimus*, quod habet, debere efficaciter intercedere, ad hoc, ut quantum in se est, Ecclesiasticus judex ostendat animum absolvendi potius, quàm damnandi, quod præ se fert pietatem, & facit non concurrere ad cædem subsecutam, ut non sit intermittenda hæc intercessio. Efficaciter autem intercedere non est absolute petere, ut non occidatur, sed quatenus justè & licitè id fieri potest. Quo modo non erit ficta ista intercessio, etiamsi fiat pro hæretico pertinaci, qui supplicio est adficiendus certissimò, cum faciat, ut & hoc in casu Clericus intercedens non videatur appetere pœnam sanguinis, & sic non concurrere Covar, *d.* § 5. *n.* 6. Suar. *d. loco n.* 12. Et posito, quòd fictè intercedat exterius, facit tamen illa exterior intercessio, ut non concurrat ad cædem, atque ita irregularitate non adficiatur, ut mox dicetur.

Q.VI. An accusator fiat irregularis? R. Si justa fuerit accusatio, sive coram Clerico intentetur, qui non potest inferre pœnam sanguinis, sive coram laico non fieri irregularem accusatorem, tantum petendam emendam sibi fieri, & provideri, ne in posterum contra se tale quid committatur; cum protestatione tamen, quam vindictam aut pœnam sanguinis non intendit, juxta textū *c.* 2. *eod. in* 6. quod & permittitur Clericis, ne detur pravis hominibus eos divertendi in bonis, aut persona licentia. Ratio est quod talis actio non tam censeatur cooperatio ad mortem, quàm justa sui & suarum rerum defensio. Ubi protestatio omninò necessaria est, ut vitetur exterior occasio vel indecentia, quando est tale crimen, cui proposita deformatio. Alias non erit opus protestatione, cum deformatio subsecuta non tam accusatori, quàm judicio veniat imputanda. Navarr. *cap.* 27. *nu.* 214. Tum autem, protestationem statim ab inchoata accusatione interponere, etiamsi omissam fuerit ante sententiam interponere, cum & manifectu suo non careat; & *d. c.* 2. nihil aliud prescribatur, quàm ut interponatur Covar. *d.* § 5. *n.* 2. Suarez *disp.* 47. *sect.* 2. *num.* 2. Non dicitur quòd accusator videatur cooperari cædi subsecutæ, cum eo cessante non fuisset subsecuta, quia si non foret fidelibus liberum jus postulare accusando, magna licentia daretur probis nocendi innocentibus. Deinde cooperatio illa impeditur per protestationem, si justa sit, nam injusta delictum continet, accusantem concurrere, ac dare causam subsecutæ morti injustæ quem non excusat protestatio inutiliter proposita. Protestatione omissa, erit accusator irregularis, cum ita efficeatur intendere mortem accusati, quæ & facta est, quod imputet sibi, qui omisit remedium à jure concessum.

Protestatione hac non est opus in accusante coram judice Ecclesiastico, qui non potest procedere ad pœnam sanguinis, etiamsi tradat brachio sæculari convictum reum, quia actio accusatoris terminetur in sententia Ecclesiastica, & judex brachio tradens sæculari non fiat irregularis, Suarez *d. sect.* 2. *n.*

Non est etiam necessaria protestatio in casu, quo accusatio continet crimen leve, licet judex excedens limites justitiæ condemnet ad mortem, cum malitia judicis non debeat nocere accusatori, qui eam rem non potuit prævidere. Covarr. *ad Clem. un. h. t. p. 2. §. 5. vers. Nono.* Uti nec nocet, si reus conjectus in carcerem, postea aliis criminibus cumulatis, morte multetur, quia tantum remotam causam dedit prior accusans. Navar. *d. c. 27. num. 214.*

47 Q. VII. Quid si Clericus accuset criminaliter, petatque vindictam, protestans tamen, quòd non petat deformationem? R. Posse videri non incurri eo casu irregularitatem, propter protestationem interpositam, secundum requisitum *d. c. 2. eod. in 6.* Verius tamen, nihil prodesse protestationem, cum *d. c. 2.* tantùm loquatur de accusantibus in causa civili vel etiam criminali prætendentibus tantum suum interesse, ut patet ex V *querelam & emendem.* Non petit autem interesse, qui agit ad vindictam, cum non sit in sua manu, limitare pœnam jure statutam. Ut taliter petens videatur concurrere ad deformationem secutã ex sententia judicis; nihil obstante protestatione, quæ facto contraria nihil operatur. Felin. in *c. Postulasti, h. t.* Suarez. *d. sect. 2, n. 10. & seq.* Avila *d. Disp. 5. sect. 2. Dub. 10*

48 Q. VIII. An laico sit necessaria protestatio? R. Loqui quidem *d. c. 2.* de Clerico accusante, esse tamen & necessariam laico, cùm in isto cap. requiratur protestatio, non tamquam gravamen, sed potius remedium à jure adinventum, ad vitandam irregularitatem & moralem concursum ad homicidium: quæ ratio & in laico obtinet, ut dicenda sit & decisio locum habere. Navarr. *d. c. 27. n. 213.* Suarez *d. Disp. 47 sect. 2. n. 5.* Avila *d sect. 2. Dub. 9. vers. Ex quo.*

49 Q. IX. An hæc protestatio debeat fieri ex animo? R. Id velle Navarr. *d. c. 27. nu. 226.* scilicet protestationem, quam desiderat jus, esse veram, non mendacem & fraudulentam. Contrariam tamen sententiam amplexus Covarr. *d. §. 5. n. 3.* quam & ante eum tenuit Felin. in *d. c. Postulasti in fine*; cum licet verba non salvent hominem in foro exteriori, & fraudulentiam non requirat nec approbet lex, non tamen eam excludat, sed admittat ut sufficientem, eum per eam intendat evitare concursum ad cædem subsecuturam. Quam etiam evitabit simulata protestatione, per quam cum judex non excitetur ad sententiam sanguinis, quantum ex parte accusantis, non est ratio, quare accusans censeatur concurrere, cum fecerit ad evitandum ea, quæ jura præscribunt, etiamsi intentionem aliam habuerit, quæ est interna; in actus autem internos lex humana non feratur. Unde colligitur, protestationem externam tantum excusare ab irregularitate, non etiam internam: ut accusans non habens animum, ut occidatur reus, non tamen excusetur ab irregularitate, quia non satisfecerit Canoni expressam protestationem acquirenti. Covar. *d. §. 5, nu. 2. vers. Septimo* Suarez *d. sect. 2. nu. 3.*

50 Q. X. An ut protestatio hæc sit utilis, requiratur, aliud desit remedium ad damnum recuperandum? R. Non videri, cum textus absolutè loquatur, & non concedat solum accusationem propter damni reparationem, verum & propter providentiam in futurum, ne tale quid amplius committatur. Qualis petitio superest etiam in casu, quo aliter satisfieri potest, aut satisfactum sit.

51 Q. XI. Quid si certum sit moraliter judicem sanguinis pœnam illaturum? R. Nihilo magis irregularem fore accusatorem, modo non inducat judicem ad iniquam sententiam per falsas probationes; quæ facerent protestationem nihil prodesse ad evitandam irregularitatem, propter modum iniquum, quo utitur, qui non est extra culpam.

52 Q. XII. An fiat irregularis, petens, ut accusatus capiatur, aut demonstrans locum, ubi capi possit? R. Non videri; cum enim accusatio sit licita ob compensationem damni, quidni & reliqua, quæ eò tendunt; cum ejusdem sint rationis, prævia tamen protestatione, secundum *d. c. 2. eod. in 6.* Quo modo Navarr. *Conf. 9. hoc tit* tenet, posse furem detineri, vel locum indicari, ubi latet, si medium tale sit necessarium ad sententiæ effectum & satisfactionem accusatoris. Et hoc, quando fur est fugitivus

53 Q. XIII. Quid si non sit fugitivus? R. Navar. *d. loco.* negare, talem detineri posse, aut demonstrari locum, ubi latitet, citra irregularitatem, quod medium hoc non sit necessa-

rium ad satisfactionem, quæ aliter procurati potest. Verùm tutior sententia est non distinguentium, & admittentium indistinctè detentionem furis, vel indicium esse licitum, etiam circa irregularitatem. Quo facit argum. *c. Tua nos in fine hoc tit.* in quo non constituitur irregularis, qui dedit indicia, quibus fur, qui res suas sustulit, convincitur. Covarr. *d. §. 5. num. 4. in fine*, Suarez *d. sect. 2. nu. 19. & 20.*

54 Q. XIV. Quid igitur dicendum de eo, qui acclamando & vociferando caussat mortem furis? R. Idem in eo obtinere, quod in casu priori; cum hoc medium sit justum ad habendam satisfactionem, modo postea protestetur. Quod omnino procedit, si fur per judicem supplicio adficiatur, quia acclamatio non est causa cædis immediata. Aliter quidam volunt, si contingat cædes per convocatos privatos homines. Abbas in *cap. Significasti 18. num. 12. hoc tit.* Et hoc si incaute clamaverit; nam si tantùm voluerit capi, aut fugari, in rerum suarum defensionem, non est, quòd factum alienum ei noceat. Innoc. in *d. c. 18.* cum secundum dicta ante, non minus per nos quam per alios res nostras defendamus. Covarr. *ubi sup.* Suarez *d. loco num.* 21. Avila *d. sect. 2. Dub. 15.*

Hæc ita in causa propria, in qua accusatio cum protestatione est extra noxam, propter rerum suarum justam defensionem.

55 Q. XV. An in aliena causa accusans sit irregularis? R. Talem non excusari ab irregularitate, per *d. c. 2. eod. in 6.* quod loquitur tantum de suis malefactoribus; ex eo, quod defensio juris proprii sit maximè naturalis, ideoque à Canonibus hac in parte permissa: ut videatur non obtinere in caussa aliena, in qua non eadem necessitas. Volunt tamen denuntiationem hac in caussa esse admissam, cùm nullibi inveniatur prohibita, quatenus agitur de futuro proximi malo avertendo, ex lege charitatis, subveniendo & liberando proximum, ejusve res à periculo; si tamen desit alia via divertendi damnum, & præmittatur protestatio, quod denuntians intendat solum impedire damnum proximi, non etiam aliam punitionem Navar. *d. c. 27. nu. 213.* Covarr. *d. § 5. nu. 5.* Suarez *d. sect. 2. nu. 11.*

56 Q. XVI. An ferens testimonium in caussa sanguinis? R. Esse omnino irregularem, ex communi opinione, quia testis dicto suo caussat homicidium, ita ut protestatio non in sua, sed in aliena caussa agenti, non prosit, cum per eam non desinat suo testimonio influere in sententiam mortis, *can. Si quis viduam Dist. 50.* ubi etiam conscius homicidii facto aut consilio, habetur irregularis ad Ordines, Covarr. *d. § 5. num. 5. in fine.* Navarr *d. c. 27. num. 213.* Suar. *d. Dist. 47. sect. 3. in princ.* Quod ita omnino procedit, quando quis voluntariè testimonium prohibet in caussa sanguinis.

Q. XVII. Quid si coactè, ex præcepto Judicis aut Superioris, aliove justo metu? R. Posse videri, non poni irregularitatem, cum actio ista non sit voluntaria, sed coacta, ex necessitate præcepti: ut removeat culpam, atque ita & irregularitatem, ex delicto nec defectu lenitatis. Facit *d. c. 2. eod. in 6.* quod permittit Clericis accusare, cum protestationem idque ideo, ne alias detur malefactoribus licentia invadendi Clericos; quæ ratio fuit inefficax, si Clerici non possent producere testes immunes ab irregularitate. Quod autem rectè procedat in ferente testimonium in causa civili, quando directe non agitur de causa sanguinis, sed tantum interesse alicujus, ex subsecuta indirectè condemnatio ad pœnam sanguinis non constituat irregularem fortem ex præcepto testimonium, cum dederit operam rei licitæ, & per se non sit cooperatio illi effectui: aliter tamen dicendum est, si directe agatur in causa digna morte, aut mutatione quæ subsecuta. Neque enim excusari potest testis ab irregularitate, tamen præcepti, aut etiam metus gravis cadentis in constantem virum, quia hujusmodi alias sunt accidentales & extrinseci, qui non considerantur, sed ipse concursus tantum, qui hic directè & per se tendit ad deformationem. Ut nihil sit caussæ, ex qua excusatio loquatur pro teste, qui non in propria, sed aliena caussa agit, ut ei non possit prodesse dicere *d. c. 2.* Non obstat *c. Tua nos 19. § fin. h. t.* in qua non videtur testis irregularis; nam in illa non agitur propriè de teste, sed de dante testimonia quædam valdè remota ad pœnam sanguinis; ut ad eam non possit dici concurrere, qua remotè, qualis concursus non sufficit. Non obstat etiam *c. Qui cum fure 4. inf. De furto*

ubi non solum furti dicitur teneri fur, sed & ille, qui fuit conscius, cum indicat; quia non agit iste locus de indicando fure ipso, sed re furtiva tantum, ut recuperari possit. Vid Navar. *d. c.* 27. *nu.* 212. Suarez *d sect.* 3. *nu.* 4. *& seqq. & alii ab iis relati.*

58 Q. XVIII. An Advocatus fiat irregularis? R. Eum non excusari, si stans ex parte actoris reum condemnari fecerit, cum influxerit ad pœnam istam docendo, movendo suis argumentis. Covar. *d. §. 5. n.* 5. Suarez *Disp* 4 *sect.* 4. *nu* 3. Deinde facit, quod in *d. c.* 2. tantum excipiatur accusator in propria causa; non agit autem in propria causa Advocatus. Quod si pro reo steterit, cui nihilominus pœna infertur, cum ex ejus actione non sequatur deformatio, dicendus excusari ab irregularitate, cum neutiquam possit dici influere ad pœnam. Nisi imperitiæ aut negligentiæ ejus possit imputari condemnatio rei, quia ea reddet obnoxium Advocatum. Si vero contigerit actori inferri pœnam talionis, ex eo quod probetur fuisse calūniatus, non erit immunis ejus Advocatus, qui actorem moraliter in tali constituit periculo; nisi bona fide nixus justam ejus causam esse existimaverit; excusat namque ignorantia à delicto. *Glos. in can.* 1 *Dist.* 50. Navarr. *d. cap.* 27. *num.* 212. Suarez *d. Disp.* 47. *sect.* 4. *nu* 5. *&* 7.

Q. XIX. An accusatore succūbente, & pœna
59 adfecto; Advocatus rei fiat irregularis? R. Neutiquam, quia non causaverit istam actoris pœnam, sed tantum reum defenderit, necegerit contra justitiam, nec sit versatus circa opus, quod proprie & per se influit in homicidium, quod tantum remote & per accidens ex ejus actu resultat. Nisi defendendo reum, simul egerit in actorem, petendo talionem, cum sit causa moralis pœnæ subsecutæ: quo casu reum petentem emendationem accusatoris, extra irregularitatem ponet protestatio juxta *d. c.* 2. Covar. *d. loco* Suarez *d. loco n.* 5. dum modo petitio rei non tendat directo ad vindictam aut pœnam, quia protestatio, ut facto contraria, eum non sublevaret.

60 Q. XX. An scribens vel dictans sententiam capitalem? R. Fieri irregularem, cum talis concurrat ad deformationem; uti & scribens dicta testium, ea publicans, scribens aut dictans litteras, quibus jubetur deformatio; præparans furcam, ligna, quibus comburatur reus; præparans vel dans gladium, laqueum. Quorum ratio est, quod tales voluntarie concurrant ad mortem alterius; quatenus tamen subsequitur. Nam si ante applicationem dictorum instrumentorum reus fuerit mortuus, cessat irregularitas, cum hic non sola intentio, verum & effectus inspiciatur. Hinc falsees præparans, quibus post mortem cadaver rei comburatur, aut ignem supponens, non est irregularis; quia cædi ejus, qui jam mortuus est, non potest videri cooperatus. Navar. *d. c.* 27 *nu.* 219.

Q. XXI. An adsistentes in loco supplicii? 61
R. In laicis non esse dubium, cum pura adsistentia, sine ullo genere cooperationis, non possit ponere causam hujus defectus; in Clericis vero dubium aliquod subesse, ob textum in *c. Sententiam sup. Ne Clerici vel Monachi*, quo Clericis prohibetur spectare supplicia. Dicendum tamen, & in his puram præsentiam non inducere irregularitatem, cum id nullibi exprimatur; nec sit ratio, cum non ponat concursum. Peccare tamen eos vult Navar. *d. l. nu.* 214. si sint in sacris constituti. Quod posset admitti quoad peccatum veniale, non etiam quoad mortale, propter materiæ levitatem, nisi subsit scandalum. Dixi, puram præsentiam; nam si præsentia sua auctoritatem præbeant executioni supplicii, ex omnium sententia incurrent irregularitatem, propter concursum, *c. Ex litteris inf. De excess. Prælat.* Unde Religiosis, qui adsistunt reis, cavendum me verbo vel facto indicent, quo supplicio promoveant vel accelerent, quia non forent extra irregularitatem. Suarez *d. sect.* 4. *in fine.*

De Homicidio contingente in bello.

SPectat ad publicam auctoritatem homici- 62
dium in bello commissum; quod vel justum est, vel injustum; defensivum vel aggressivum. In bello justo defensivo commissa cædes non magis inducit defectum, de quo agimus, quam facta in necessariam sui defensionem, eadem suadente ratione. Justum autem est bellum, cui subest justa causa ad resistendum inimico, in defensionem agrorum, latium seu patriæ, quæ & propriæ vitæ præ-

ferenda Qua in re non est separanda conditio Clerici à laico, per *cap. 2. sup. De immunit. Eccles.* ubi dicitur tempore necessitatis ad portarum & murorum custodiam teneri Clericos: quæ custodia non potest debite fieri, nisi per rejectionem eorum, qui violenter aggrediuntur, quales sine cæde vix repelluntur. Covarr. *d. p. 2. §. 3. num. 2. in fine*, Suarez *Disp. 47. sect. 6. num. 1. & 2.* Aliud est in bello justo aggressivo, cum justitia ab irregularitate non excuset, cæde subsecuta, *can. Si quis & can. Aliquantos Dist. 51.*

63 Q. An Dux exercitus non percutiens, sed incitans suos ad pugnandum, sit irregularis? R. Non videri, cum aliud sit, incitare ad rem strenue gerendam, aliud provocare directo ad homicidium. Illo enim casu remote quis ad homicidium concurrit & per accidens Covarr. *d. p. 2. §. 3. nu. 2.* ubi tenet, posse etiam Clericum interesse bello justo, propter pia opera, non tamen militare, *c. Ex multa §. fin. sup. De voto*: posse citra irregularitatis periculum cohortari milites ad strenue pugnandum, non tantum ante actualē congressum, *can. Maximilianus XXIII. q. 3.* verum & in ipso conflictu, cum nō magis hoc casu ad homicidium concurrat proximè, quàm priori; nisi & ipse percutiendo deformet Navarr. *c. 27. nu 217.* Idē obtinebit, si Clericus bello justo intersit, contra prohibitionem Ecclesiæ aut Superioris: culpa enim hæc inobedientiæ nimis est extrinseca homicidio, nec reddit illud magis voluntarium; cum prohibitio ista non tā sit facta intuitu vitandi homicidii, quam propter decentiam Clericorum, quos minus decet bellis interesse, Clericus non positus in sacris, militans peccat quidem, cum talis actio sit multum aliena à ministerio altaris, cui destinatur, *d. c. Ex multa §. 1. can. Clerici cum seqq. XXIIII. q. 8.* non tamen incurrit irregularitatem, si non caussaverit ullam deformationem, *c. Petitio h. t.* Vid. Suarez *d. sect. 6. n. 7. 8. 9.*

64 Q. II. An dantes arma militibus? R. Ejusdem rationis esse, dare arma militibus ad pugnam, atque ad eam incitare, etiamsi intentione ad cædem committendam dentur; cum intentio interna nihil operetur, nisi aliquo modo exierit in actum exteriorem. Navar. *d. c. 27. num. 216.* Suarez *d. loco nu. 6. in fine.* Quo modo textus, in *c. Quod in dubiis inf. De pœnis*, accipiendus de ita incitante, vel arma dante, [illegible] constituat caussam propinquam ad deformationem per actum aliquem externum.

Militans in bello injusto est irregularis, [illegible] cuta deformatione alicujus sive per [illegible] tem sive per alium, *can. Si quis Dist. 51.* [illegible] rea quod cooperetur ad homicidium, [illegible] omnes censentur una causa moralis; [illegible] iis, qui tantum adsistunt, pacis componendæ caussa, aut spiritualis ministerii. Navar. *d. loco.* Idem dicendum de invitante ad bellum injustum, & ad illud arma dante, [illegible] ratione. Si nulla sit subsecuta deformatio, certum est laicos non contrahere irregularitatem, quam dictum sola intentione contrahi.

Quæri posset, An Clerici eam contrahant? R. Id aliquibus videri, propter text. [illegible] *Clerici XXIII. q. 8.* qui habet: Clerici, [illegible] *quacumque factione arma volenti [illegible] reperti, amisso ordinis sui gradu, in [illegible] pœnitentiæ tradantur.* Verum Canonista [illegible] loquitur tam de irregularitate, quàm de [illegible] pensione, eaque non tam ipso facto [illegible] quam imponenda per judicem, ut [illegible] *tradantur*, quod denotat factum [illegible] minis. Ut non dato textu imponente [illegible] casu irregularitatem, sit dicendus Clericus [illegible] non incurrere, cum sine textu non incurrat. Quod autem sit suspendendus ab ordine [illegible] ob indecentiam, quam committunt [illegible] rici militantes in bello, vel ad id [illegible] verbo vel facto, cum hoc eorum statu [illegible] conveniat. Nec facit quidquam *c. pen. [illegible] Cler. vel Monachi, & d. can. Si quis* [illegible] quuntur de Subsecuto effectu deformationis. Plura de hac re Suarez *d. Disp. 47. sect. 1. num. & seqq.*

De Homicilio Casuali.

HOmicidium Casuale duplex est, [illegible] nullo modo volitum, nec directe [illegible] directe, cujus eventus mero casui [illegible] dus venit; alterum volitum, non directe, [illegible] indirecte & per accidens. Prius non habet [illegible] junctum ullum peccatum, cum omnino [illegible] voluntas, & in se & in caussa: ut non [illegible] poni irregularitas, sive agatur de opere [illegible] to, sive illicito, modo sufficienter sit [illegible]

ne homicidium causſetur, & alias actus non ſit ſpecialiter prohibitus, propter periculum homicidii; ut in *c. fin. eod. in* 6. Ubi non ſufficiet eſſe prohibitum propter aliam cauſſam ſcilicet religionem, caſtitatem, decentiam. Quo modo ſi Clericus venator ſagitta in feram directa, hominem caſu occiderit, non poteſt dici irregularis, cum prohibita quidem ſit venatio Clericis, non tamen alia de cauſſa, quam quod minus deceat eorum ſtatum, *c. 2. inf. tit. 24. De Cler. venat.* Covarr. *d p* 2. §. 4. *num.* 10. modo non arguatur negligentia, quæ faceret ſaltem in cauſſa indirecte volitum homicidium videri, & poneret irregularitatem. Ex homicidio ſubſecuto ex opere licito, adhibita diligentia, non cauſſari irregularitatem, patet ex *c. dilectus* 13. 14. 15. 16. *h. t.* Io quibus tantum quæritur à Pont. an is, qui caſu occidit, fuerit in aliqua culpa, quæ alias poneretur, ut in *c. presbyterum* 7. *& ſeq. h. t.* In illo agitur de puero diſciplinæ cauſſa caſtigato imprudenter, & mortuo; in hoc vero de ludo quodam licito (quia nullibi probatur illicitus) ex quo ſecuta mors, propter omiſſam diligentiam evitandi periculi: qua de re latius Suarez *Diſp.* 45. *ſect.* 5. *nu.* 2 *& 3.*

68 Ubi diſputatur, Quæ culpa deſideretur, ad ponendam irregularitatem? R. Latam ſufficere, extra dubium eſſe, cum ſatis voluntarium actum faciat omiſſio ejus per diſſolutam negligentiam, ad quod omnes advertunt. Levi quoque culpa commiſſum homicidium non eſſe extra irregularitatem, patet ex *c. Consuluit* 8. *h. t.* in quo culpa vel negligentia non poteſt eſſe niſi levis, quæ non removet voluntarium. Leviſſimam culpam ſi ſit in omittendo, aliqui ſufficere volunt ad excuſandum ab irregularitate, juxta *c. Quæſitum inf. De pœnit.* in committendo vero non excuſare. Abbas *ad c. Quæſitum nu.* 3. Covarr. *ad Clem un. h. t. p.* 2. § 4. *nu.* 9. *Gl.* 1. *ad c. Significaſti* 16. *h. t.* allegans *d. c.* 8. *h. t.* in quo non agitur de culpa leviſſima, ſed de levi. Aliiad ducunt textum in *d. c.* 7. *& c. Ad audientiam* 12. *h. t.* verum & in iſtis locis apparet non tam eſſe ſermonem de leviſſima culpa, quam de levi. Utcum nulli textus allegentur, qui eo in caſu ponant irregularitatem, dicendum ſit, eam non eſſe ponendam ſine textu. Et facit pro hac ſententia *c. Lator* 9. *h. t.* ubi Pont. declarat, non eſſe irregularem eum, ex cujus luctantis cum alio ad latus appendente cultello alter eſt occiſus, cum iſto in caſu luctans & non deponens cultellum non ſit extra culpam. Vid. Suarez *d. ſect.* 5. *nu.* 5. *&* 6.

Quantum ad homicidium ex opere illicito 69
caſualiter ſubſecutum, plures quidem ſunt, qui quantacumque adhibita ſit diligentia ad vitandum homicidii periculum, velint nihilominus poni irregularitatem ex eo ſubſecuto, quaſi opus malum cauſſaret voluntarium. Verum textum non adducunt, ſed per argumentum à contrario ſenſu deſumpto ex *d. c. Dilectus* 13. *c. Ex litteris* 14. *& duob. ſeqq. c. Ioannes* 25. *& fin. h. t.* id colligunt, quæ habent, quod dans operam rei licitæ, cum ſufficienti cautione evitandi homicidii, non ſit irregularis, ſi illud caſu ſequatur; ut ſi opus fuerit illicitum, velint eſſe irregularem. Adſerunt autem hoc argumentum eſſe firmum in Iure, quando contrarium non eſt jure expreſſum, Navarr. *c.* 27. *nu.* 221. At vero contrarium in Iure ſatis apparet expreſſum, ex eo, quod non incurratur irregularitas niſi in caſibus jure expreſſis; quod autem elicitur per argumentum à contrario ſenſu, non poteſt dici jure expreſſum. Deinde argumentum iſtud non procedit in cauſis pœnalibus & odioſis, cum pœna ſine lege non inferatur, & materia hæc ſit pœnalis. Adfert & Navarr. *d. loco* textus, qui generaliter dicunt, eum qui deformat, eſſe irregularem. Verum iſti præſupponunt voluntarium: ſaltem in cauſſa; hoc autem in caſu eſt omnino involuntarium, cum nec ſit volitum in ſe ac directe, uti ſupponitur, neque in cauſſa & indirecte, quia diligentia adhibita ſufficienti, conſecutio illius effectus ignoratur quaſi invincibiliter; ignorantia autem invincibilis tollit voluntarium. Excipe tamen caſus jure expreſſos; qui cenſentur ſufficienter expreſſi, quando actus ſpecialiter prohibitus eſt, propter periculum homicidii, non etiam alia de cauſſa ad homicidium non ſpectante; ut dictum ſupra de venatione prohibita Clericis, & inde ſecuta cæde per accidens, quia ponit voluntarium, ratione cauſſæ non amotæ. Sic in *c. fin. eod. in* 6. mandans injuſtæ parti, adhibita omni diligentia, ne percuſſio ſit mortalis, ſi mandatarius excedat & occidat, erit nihilominus irregularis mandans, quia jus non admittit ſufficientem

diligentiam eo in casu, uti dictum sup. *eod. nu.* 15. Sic & in *c. Sicut* 20. *h. t.* irregularis declaratur presbiter, qui dedit occasionem abortui, rapiendo mulierem gravidam per zonam, quod ludus iste cum tali sit illicitus & noxius, atque ita propter periculum prohibitus. Vide late de hac quæstione Suarez *d. Disp.* 45 *sect.* 6.

70 Hinc patet, quid dicendum in quæstione, an Monachus chirurgiam, cujus erat peritus, exercens, si ex incisione moriatur æger, sit irregularis? R. Ita responsum esse in *c. Tua nos* 19. *h. t.* ex eo solo, quod actus iste sit prohibitus, non ratione justitiæ, quia non est malus, sed ratione religionis; juncto periculo mortis, cui se exponere non decet personas Ecclesiasticas. Nec est de hac sententia dubitandum, propter expressa verba *d. c.* 19. quæ habent, misericorditer cum tali agi posse, ut divina peragat, non diceretur autem misericorditer agi, nisi remoto impedimento per dispensationem: ut non sint audiendi, qui contrarium volunt. Pro quibus non facit, quòd homicidium tale non sit rei psa voluntarium; satis enim est, quod tale sit legis interpretatione, cujus supposita prohibitione, propter solum periculum, non obstante quacumque diligentia, culpa contravenientis indirecte revocatur ad homicidium quodammodo voluntarium in sua caussa. Et ita obtinet in Clericis, non etiam in laicis, quia illis prohibitum est chirurgiam exercere, non etiam his, per *c. Sententiam sup. Ne Clerici vel Monachi* aut hi ex caussa prohibitionis irregularitatem non incurrant, nec etiam ex caussa subsecutæ mortis, nisi culpa probetur. Non omnibus autem Clericis est prohibitum, sed tantum Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis, de quibus solis *d. cap. Sententiam* loquitur. Ut in inferioribus ordinibus existentes non contrahant hanc irregularitatem, nec ex caussa prohibitionis, quia non prohibitum iis hujusmodi exercitium; nec ex caussa secutæ mortis, quia per accidens tantum secuta. Suarez *d. sect.* 6. *num.* 2.

71 Alia hic quæstio est, An adulter, qui suo adulterio dedit caussam mortis adulteræ per maritum illatæ, sit irregularis? R. Ita dicendum videri, secundum eos, qui volunt dantem operam rei illicitæ lege justitiæ, si ex ea sequatur mors, esse irregularem, maxime hic in casu, quo adulter moraliter est caussa [illegible] homicidii, cum soleant mariti dolore commoti uxores in adulterio deprehensas occidere. Intenet indistincte Navar. *d. cap.* 2. *nu.* 139. addens eam opinionem approbatam fuisse à Pio V. Pont. Quæ procedet omnimodo, si adulter temere & incaute accesserit ad uxorem alienam, nam si debitam & omnimodam adhibuerit diligentiam præcavendæ mortis, non est ratio, cur irregularitas ponatur ex adulteræ subsecuta cæde per maritum, cui per accidens adulterium innotuit, cum non tam adulterio nisi [illegible] te sit imputanda, quam potius casui. Vid. Suarez *Disp.* 45. *sect.* 6. *num.* 7.

Quæri etiam posset, An propter malefi- 72
cium à Titio commissum, si Mævius ejus reus falso habitus supplicio adficiatur, Titius sit irregularis? R. Mortem hanc Mævii causari quidem ex actu Titii, sed remote tantum, & per accidens, per se autem & directo ex malitia vel errore accusatoris, aut testium, aut judicis: ut non sit ratio, quare Titio imputetur cædes per notam irregularitatis, nisi [illegible] aut consilio ad supplicium Mævii concurrerit, aut factum tale, ejusve sit conditionis, ut ex eo sequatur ut plurimum cædes. Adeo ne quidem habens eam intentionem, ut Mævius tamquam reus habitus supplicio adficiatur, malefaciens fiat irregularis, cum intentio interna, quia non concurrit, non [illegible] ficiat. Vid. Navarr. *de Restitut. lib.* 2. [illegible] *num.* 79.

Itaque, adhibita diligentia debita, sive ex licito opere sive ex illicito, subsecuta cæde tamquam per accidens non facit reum irregularem; nam illa omissa videtur in causa volitum homicidium. Unde parentes, quorum incuria infans in eodem lecto collatus suffocatur, sunt irregulares, quasi indirecte ex omissa diligentia volito homicidio, [illegible] *Quæsitum sup. De pœnit.* Sic & irregularis est disciplinæ caussa, incaute discipulum percutiens in capite, unde moritur, *d. c. Presbyterum* 7. *hoc tit.*

Furiosus deformans, cum sit extra culpam, propter defectum consensus, erit etiam extra irregularitatem *d. Clem. un. h. t.* ut tale factum sit casui imputandum, quatenus durante [illegible]

rote cædes contigit, non etiamsi in dilucido intervallo. Quod & dicendum de infante, qui judicio caret, ut culpa desit, quæ requiritur in homicidio privato; quamvis in homicidio publica auctoritate commisso sufficiat, sola voluntas feratur in ipsam cædem, licet juste infligatam, Covarr. *ad d. Clem. un. p. 3. in princ. nu. 5.* Et hoc, si judicio careat; nam si fuerit dolicapax, cum culpam committere possit, & ex ea puniri, qua de re inf. *Tit. 23. De Delictu puer.* contrahet etiam irregularitatem, ex defectu lenitatis. Covarr. *d. loco* Navarr. *de Restit. lib. 2. c. 1. nu. 62.*

74 Quid de ebrio dicendum? R. Cardin. in *d. Clem. un.* negare eum esse immunem ab irregularitate, tum quod, si Pont. intendisset eum esse immunem, id ibidem expressisset, sicut de furioso expressit; tum quod ebrius delinquens dicatur non omninò à culpa alienus, *can. Inebriaverunt. can. Sane XV. q. 1* Contra tamen dicendum, eo quod irregularitas voluntatem aliquam præsupponat, quæ nulla in ebrio. Non obstat, quod hic casus sit omissus in *d. Clem un.* cum illa non male admittat extensionem ad casus similes, ex rationis identitate, & non tam pertineat ad correctionem juris veteris, quam ad interpretationem, quæ locum habet in aliis casibus, quibus subest eadem ratio, quæque hic est defectus sensus, qui ut impedit poni caussam, scilicet defectum lenitatis, ita & effectum ejus irregularitatem. Quod non tantum procedit in casu, quo quis sine sua culpa est inebriatus, ut qui ignoravit vim potus, verum & qui sua culpa est inebriatus; nam nihilominus actus deformationis fit in statu, quo est extra judicium. Nec facit, quod modo illicito sit caussatus, quia non est per se & proximè ebritas ordinata ad homicidium, nec in se nec in caussa volitum, licet concurrat tamquam caussa remota non sufficiens ad irregularitatem. Quo facit, quod in *d. can. Inebriaverunt* Loth. culpetur ratione ebrietatis, non etiam incestus: & in *d. can. Sanè* ebrius dicatur per ignorantiam committere, atque ita venia dignus apud sapientes judices. Prævidens tamen formaliter vel interpretativè homicidium secuturum ex ebrietate, eo secuto erit irregularis. Exemplum est in eo, qui scit se ebrium ad pugnas pronum, arma sumere, lapides projicere, alios etiam occidere consuetum, si non adhibeat debitam diligentiam, cum homicidium subsecutum videatur in caussa volitum Covarr. *d. p. 3. in pr. nu. 4. § Posset.* Quod multo magis dicendum in eo, qui eo fine se inebriavit, ut liberius occideret. Vid. Avila *p. 7. Dist. 6. sect. 1. [Dub.] 15.* & dicta ad *D. eod. nu. 59.*

Quid sentiendum de dormiente? R. Et 75
hunc, quia sensuum suorum non habeat exercitium, extra culpam esse occidendo, juxta *d. Clem. unic.* ejusque rationem. Nisi in caussa sit prævisum; veluti quando homo prævidet, vel prævidere debet, quod dormiens soleat surgere, vagari, arma accipere, percutere & non adhibet diligenti in adea præcavenda, arma scilicet removendo, vel includendo se in cubiculo obserato, vel alias arbitrio boni viri providendo; tunc enim erit in caussa volitum & caussabit irregularitatem, ut tradit Covar. *d. loco nu. 6.* Quo modo & talem puniri posse corporaliter tenet Gomez 3. *Var. c. 1. num. 74.* secutus Bart. in *l Peto D. Ad L. Pomp. de parricid.* Quod si sufficienter præcaverit, homicidium subsecutum nec in se nec in caussa potest dici volitum. Vid. Avila *d. loco Dub. 14.*

De mutilatione.

Dicta de contracta irregularitate ex homi- 76
cidio, obtinent & in mutilatione, *c. In Archiepiscopatu inf. de raptorib. & Clem. un. ubi Gl. h. t.* Ratio est posita in defectu lenitatis, qui ex ea oritur; qua ratione passim conjungitur cum homicidio, uti in dictis locis, & *c. 1. inf. De Cler. percuss. Gl. in d. Clem. un. V. mutilet.* quæ testatur eam æquiparari homicidio, quod irregularitatem, sive per se directe, sive indirectè eam caussaverit, sive per alium, mandando, consulendo, aliterve caussando, secundum dicta de homicidio. Seipsum quis mutilet, an alium non interest, cum mutilatio sui specialem contineat atrocitatem. Nec excusabit, quod licite fiat, nisi eo modo fiat, quo homicidium est extra irregularitatem. Non sufficit autem quævis mutilatio, sed debet esse alicujus membri.

Ubi quæritur, Quid nomine membri ve- 77
niat? R. Aliquos velle, etiam illam partem hac

in

in materia membri nomine venire, quæ habet officium junctum cum aliis, cujus ordinis est digitus: probabiliorem tamen esse opinionem, proprie illam partem corporis dici membrum, quæ habet distinctum officium ab aliis partibus, & est integrum instrumentum proximum ad aliquam actionem, uti manus, pes, oculus, nasus, ad palpandum, eundum, videndum, & similia. Abbas in *c. Cum illorum 32. nu. 8. inf. De sent. excom.* Navar. *d. c. 27. nu. 206. & alii citati* à Suarez *de Censuris Disp. 44. sect. 2. nu. 6. vers. Disputant autem.*

Hinc digitum præscindens non est irregula-
78 ris, quòd membrum non absciderit, secundum Covarr. *d. p. 3. in princ. nu. 8. vers. Quartò*; etiamsi fuerit pollex aut index. Quamvis aliqui contra sentiant, qui putant non esse necesse ad irregularitatem ponendam mutilatio sit membri habentis actum per se, sed sufficere, ut habeat aliquam specialem cooperationem ad officium membri principalis, quasi ejus mutilatio faciat mutilari & diminui membrum principale. Ita Suarez *d. sect. 2. nu. 8.* *Abscissio mammillæ mu-
79 liebris recte dicitur ponere mutilationem sufficientem ad irregularitatem, cum sit membrum habens specialem aliquam actionem, utpote organum lactis, ad exemplum organi seminis in viro. Aliud est in mammillis viri, quia non continent aliquam actionem. Suarez *d. loco nu. 9. in fine.*

80 Sic & abscissionem auriculæ sive cartilaginis, quæ circa aurem est, cum spectet potius ad ornatum & tutelam membri, quam sit membrum, negant inducere irregularitatem. Covarr. *d. loco nu. 8. vers. Primum.* Navarr. tamen *d. c. 27. nu. 223.* contra vult, & probabilius, ex eo, quod ista mutilatio multum præstet ad organum auditus, inducens gravem deformitatem & deminutionem corporis humani.

81 Q. An copiosa sanguinis effusio idem operetur? R. Negative, cum ea non sit mutilatio, in rigore & proprietate verbi, quæ maxime in pœnis est tenenda. Abbas in *c. 1. nu. 8. sup. Qui Clerici vel voventes &c.* Navarr. *d. loco.* Quod & dicendum de parte aliqua carnis, vel alterius membri abscissa, cum nec ea res ponat mutilationem.

Verum de eo dubitatur, qui membrum ari-
82 dum vel impeditum alteri ascindit? R. Distinguendum esse, an membrum sit omnino aridum, id est mortuum, an vero debilitatum sive inutile ad suum munus exercendum. Priori casu non videri per truncationem [illegible] ni irregularitatem, propterea quod membrum aridum sit quasi non membrum, [illegible] desierit anima hominis informari, eo modo quo mutilans aut truncatus cadaver non potest dici irregularis, quem manifestum est [illegible] incurrere irregularitatem, secundum Navar. *c. 27. nu. 219.* Posteriori verò mutilantem [illegible] irregularem; nam licet membrum sit debile & inutile ad suum munus; est tamen verum & vivum, ut mutilans verè mutilet corpus humanum. Non obstante, quod [illegible] membrum aut impeditum ab [illegible] muneris, quia hoc non facit quo minus deformatio sit gravis Navar. *d. c. 27. num. 223.* [illegible] *d. sect. 2. nu. 11.*

Postremo quæritur de debilitante membrum citra mutilationem? R. Abbatem [illegible] re esse varium, quia in *d. c. 1. sup. Qui Clerici vel voven.* negat esse irregularem; è contra [illegible] in *c. Cum illorum De sent. excom. nu.* [illegible] adfirmat, eo argumento, quod paria sint [illegible] esse, & inutile esse. Dicendum tamen [illegible] esse irregularem, cum proprie loquendo [illegible] versa sint, debilitare, & mutilare; [illegible] denotat abscissionem, non etiam illud [illegible] debeat pœna proposita mutilanti impedi[illegible] bilitanti, cum pœnalia stricte interpretentur & irregularitas sine lege non infligatur. [illegible] facit, quod membrum etiam inutile [illegible] membrum, quamvis sine sanguine [illegible] usui quoad operationem, *can. Sicut [illegible]* 1. nam valet quoad decorem. Non obstante argumentum in contrarium, paria esse, [illegible] se & inutile esse; nam hoc verum quoad [illegible] rationem, non etiam quoad irregularitatem. Navar. *d. c. 27. num. 206.* Covarr. *d. p. 3. in [illegible] nu. 9.* Suarez *d. sect. 2. nu. 5.* Avila *p. 7. Disp. [illegible] 1. Dub. 2.* Et hoc omnino procedit, quando membrum debilitatum anima informatum manet; nam si plane arescat, ut nulla [illegible] actio, posset dici irregularis debilitans, [illegible] talis videatur substantialiter mutilare, [illegible] relinquat corpus uno membro principali [illegible] vatum. Ut eo casu procedat regula, [illegible] non esse aut inutile esse; & tali in casu [illegible]

accipi. Abbas *ubi sup.* dum ponit irregularem debilitantem. Ubi nihil faciet, quod taliter debilitans faciat alterum irregularem; cum nō semper alium reddens irregularem ipse fiat irregularis, sed tantum in casu, quo deformat per cædem aut mutilationem: uti & è diverso contingere potest, esse irregularem mutilantem, non mutilatum, ut in eo, qui per injuriam aliquem invitum incidit vel eunuchum fecit. Suarez *d. sect. 2. nu. 10. & 11.*

De Effectu deformationis & Dispensatione.

84 HÆc de irregularitate ex deformatione, Cujus effectus est, impedire promotionem ad Ordines suscipiendos, & susceptorum executionem Nisi dispensetur, & quidem per Rom. Pont. saltem quoad homicidium voluntarium; qui quod difficulter super eo dispenset, indispensabilis dicitur ejusmodi irregularitas in *can. Miror Dist. 50.* Suarez *Disp. 44. sect. 4. in fine.* Quod & procedet in homicidio occulto, uti patet ex decreto Trid. *Sess. 24. c. 6. De reform.* quod dat Episcopus licentiam dispensandi super omnibus irregularitatibus, provenientibus ex delicto occulto; excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum: quem Conc. locum expendit Suarez *Disp. 41. sect. 2. nu. 6.*

85 Unde patet, quid dicendum de homicidio casuali occulto: nam si nulla sit culpa concomitans, sed homicidium omnino mere casuale, nulla opus erit dispensatione, cum nullus ponatur defectus lenitatis, atque ita nec ulla irregularitas. Quod & dicendum de homicidio commisso in necessariam sui defensionem servato moderamine inculpatæ tutelæ.

Quod si casum comitetur indirecta voluntas, aut excessus sit moderaminis, dubitatur, An Episcopus loci possit dispensare, propter *cap. 17. Sess. 4. De refom.* quod habet, super homicidio casuali, & commisso in sui defensionem, dispensationem committendam esse loci Ordinario, aut ex caussa Metropolitano, vicinove Episcopo: quo cap. non significatur commissio facta, sed facienda per Pont. Dicendum tamen, posse Episcopum dispensare, cum Trid. *d. c. 6.* tantum excipiat homicidium voluntarium, illicitum scilicet in se volitum, cujus ordinis non sunt species, de quibus tractamus. Non obstat *d. cap. 7.* quia loquitur de homicidio casuali, aut necessario publico, non etiam de occulto, uti propositum: ut, cum tantum excipiatur voluntarium occultum, sit permissa dispensatio super dictis speciebus, cum exceptio firmet regulam in non exceptis. Navarr. *d. cap. 27. num. 239.* ubi tradit, non licuisse. Episcopis ante prædictum. Conc. dispensare super homicidio, sive publico sive occulto Et hoc quoad majores Ordines, & beneficia majora; nam quoad minores Ordines, & simplicia beneficia, Episcopo fuisse licentiam dispensandi tradit Covar. *ad d. Clem. un. p. 2. §. 3. num. 5. & 6.* quod videtur non licere post Trid. *d. cap. 7.* in verbis, *omni ordine ac beneficio careat.*

Rursus dubitatur. An irregularitas proveniens ex homicidio justo; auctoritate scilicet Magistratus commisso, sit reservata Papæ? R. Velle Covarr. *d. §. 3. in fine.* posse super hac specie dispensari per eos, quibus est licentia dispensandi super casuali quod hujusmodi homicidium debeat censeri casuale, ex eo, quod nullam culpam habeat, imo potius meritum. ut non inducat tantam deformitatem. Cujus opinio redditur dubia, ex eo, quod homicidium tale, licet justum, sit tamen voluntarium & directe volitum, ut non possit dici comprehensum sub casuali, quod non est directe volitum. Deinde non permittitur alias Episcopis dispensatio; quam super irregularitate ex delicto occulto, Isto in casu non ponitur ullum delictum. Navar. *c. 27. nu. 164. in fine.* Avila *p. 7. Disp. 6. sect. 5.* Gutierrez *Can. quæst. 2. c. 6. n. 170.* Idem dicendum de homicidio commisso in bello justo de aggressivo, nam & hoc ponit voluntarium. 86

Aliud dubium est, An dispensatio sit reservata Pontifici super mutilatione voluntaria? R. Negativam videri benigniorem, & proinde amplectendam, propterea quod Conc. non exceperit expresse irregularitatem ex mutilatione, quæ minor est homicidio voluntario, ut non possit ejus exceptio comprehendere mutilationem. Deinde ista reservatio est odiosa quoad Episcopos, atque ita stricte intelligenda. Nec obstat. quod hac in materia homicidium & mutilatio comparentur, 87

Gl. in d. Clem. un. h. t. nam verum hoc quoad inducendam irregularitatem, non etiam quoad ejus gravitatem, cujus nomine faciliori quoque est dispensatio. Et ita censuit Congregatio Cardd. apud Suarez *Disp. 44. sect. 2. nu. 4.* & Aloys. Ricc. in *Praxi fori Eccles. Decis. 520.*

88 Episcopi autem nomine, secundum *d. c. 6.* venit hic Episcopus non tantum consecratus, sed & qui habet Episcopatum & jurisdictionem propriam ac subditos, cum potestas, de qua actum, concedatur tantum Episcopis quoad suos subditos, non etiam quoad quoscumque fideles. Ut inferiores Prælati, etiam ordinariam & quasi Episcopalem habentes jurisdictionem non veniant, licet alias in similibus nomine Episcopi venire soleant: quomodo resolvisse dicitur Congregatio Cardd. tantum hac in materia venire Episcopos privative seu exclusive, quoad inferiores omnes; ex ratione, quod hæc concessio ex ea parte, qua derogat juri communi, sit odiosa, & ideo limitanda ad proprietatem verbi *Episcopus*. Ita Suarez *Disp. 41. sect. 2. nu. 7.*

89 Quæritur autem, An possit Episcopus hanc dispensandi licentiam delegare alteri, vices suas illi committendo? R. Non esse causam, ob quam hæc facultas sit dicenda limitata ad solos Episcopus, cum Conc. eam non concedat Episcopis tamquam delegatis Sedis Apostolicæ, sed simpliciter ut vi illius decreti videatur adnexa muneri Episcopali, quasi jure ordinario, quod est delegabile. Nec obstat, quod in fine *d. c. 6.* tantum possit absolutio fieri per Episcopos ipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandum; nam ista restrictio pertinet ad absolutionem tantum à reservatis, non ad dispensationem, ut distinctio in uno separato posita non debeat trahi ad aliud separatum: & sic usus obtinet, optimus interpres legum. Suarez *d. l. loco n. 8.* Gutierrez *can. quæst. lib. 3. de Matrim. c. 49. nu. 21.*

90 Item, An Capitulum Sede vacante utatur hac potestate? R. Dubitandi causam ex eo sumi, quod Capitulum succedat injurisdictione Episcopali. Verum hoc obtinet in iis, quæ jure ordinario Episcopo competunt, non etiam quæ extraordinario & speciali jure conceduntur, ut est hæc dispensandi super irregularitatibus facultas, nisi vel ipsum jus vel consuetudo sufficiens istam licentiam ita declarasset Suarez *ubi sup. nu. 13.* Garc. *de Benef. 5. c. 7. nu. 41. & c. 11. nu. 21.*

Facit itaque homicidium aut mutilatio habilem ad Ordines & beneficia adeoque obtentis tamen non privat ipso jure, cum nullus detur textus, sine quo non inducitur privatio aut pœna, & pleraque jura loquuntur privatione per sententiam inducenda, *c. Cum sup. Ne Cler. vel Monachi*, Felin. in *c. Inquisitionis num. 3. sup. De accusat.* Nec sane Tit. *d. c. 6.* quia nihil super obtentis disponit, sed tantum agit de adquirendis, ut quoad illa intelligendum sit, secundum jura antiqua Covarr. *§. 3. num 6.* Gutierrez 2. *Canon. Quæstion. 18.*

Undel homicidæ ante sententiam libere *p* erit resignare beneficium, *Glos. in c. Ut ne pend. nihil innov. in 6.* cum licet in poena resignans non tamen de facto sit poenam habeatque jus suum integrum circa beneficium quod proinde alteri recte cedit, quæ de re ipsis bus Covarr. *d. loco nu. 7.* Gomez in *Reg. annali poss. q. 42.* Gutierrez *d. c. 5. nu. 29.* 2

Dicta patiuntur exceptionem quoad qui mandant per assassinos interfici Christianos, quales etiam non secuto effectu bonis ciis & officiis privantur, simul & excommunicationem, *cap. 1. hoc tit.* in Glos. ita obtinet in mandantibus Christianos di per assassinos, non etiam per alios Christianos, cum *d. cap. 1.* tantum loquatur de aliis nisæ pœnæ non sint extendendæ, præcum subsit ratio gravioris pœnæ in ista, scilicet, quod enorme sit & triste, per homines infideles & Christiano nomini infensos fidiari vitæ Christianorum

Beneficii itaque privatio non inducitur so jure per homicidium. Collatio tamen va non est reo facienda, jure vetante. Tit. *c. 7. Sess 14.* Facta vero non videtur aliquo irrita, cum tantum ibi fieri prohibeantur, ta autem prohibeantur, quæ facta non Quibus obstat, quod factum contra legem hibitionem sit irritum ipso jure, *l. Non dubium C. De legib.* Verumtamen dispensatio Pon faciet collationem validam; Episcopi autem profutura videtur in beneficiis simpliciter saltem in casu *c. 2. inf De Cler. pugnantibus duello*, ne alias mendicare cogatur in opprobrium Cleri. 1

TITU

TITULUS XIII.

De Torneamentis.

SUMMARIUM.

1. *Torneamenta cur prohibita.*
2. *Prohibitio ista quando cesset.*

1 UT occasiones, unde cædes enascuntur, evitentur, prohibitus est ab Ecclesia torneamentorum usus, in nundinis & feriis in virium ostentationem exhiberi solitus, *c. 1. h. t.* Quod de iis Torneamentis accipiendum, in quibus ut plurimum est mortis periculum, per *d. c. 1.* Quæ prohibitio ut effectum consequatur, vetant Canones in dictis torneamentis interfectos recipi Ecclesiastica sepultura, etiam defunctos peracta pœnitentia; quatenus tamen pugnandi caussa eo venerunt, non etiam si fortuito eo venientes occisi sint, *c. 2. h. t.*

2 Prohibitionem hanc cessare vult Navarr. in *Summa c. 5. nu. 9.* quando adhibetur moderamen & cautela, quæ cædes & similia pericula evitentur, secundum 1. *Extrav. 1 h. t.* Quo modo & taurorum agitationes per se periculosas in Hispania usitatas permitti posse dicit, si sufficienter caveatur, ne cædes committatur, qua de re Vid. Azor. *p. 3. lib. 2. c. 15.* Gutierrez *Canon. Quæst. lib. 1. c. 7.*

TITULUS XIV.

De Clericis pugnantibus in duello.

SUMMARIUM.

1. *Duella olim cur usitata.*
2. *Cur detestanda.*
3. *Pœna duellantium jure Canonico.*
4. *Pœna depositionis an ipso jure infligatur.*
5. *Duellorum prohibitio & pœna ex Concilio Trid.*
6. *Duellum bono publico an licite suscipiatur?*
7. *Inter milites an licitum?*

1 FRequentiam cædium præbet Duellum, id est singulare certamen, olim usitatum, tum in virium ostentationem, tum in controversiarum decisionem, præcipue pro conservatione honoris, ut videre est ex variis. Apud Christianos etiam in usu fuit in litium diremptionem certis casibus & legibus, ad veritatis alicujus indaginem; hac conditione, ut victor probasse videretur, quod adseruisset, victus vero de crimine vel calumnia convictus haberetur.

2 Abhorret tamen ab institutis Christianis tamquam repugnans juri divino & naturali, ratione homicidii, quod ex eo frequentissimè sequitur; & quod tentetur Deus, quasi per hujusmodi duella alligetur manifestare veritatem: quibus sicut nihil crudelius, ita nihil stultius potuit excogitari in Christiano pectore, quod decet omnem mansuetudinem. Ut quivis bonus imbutus moribus honestis ea merito detestetur, uti temeraria & fallacia, pervertentia ordinem judiciorum, violantia justitiam; cum plurimi, quorum caussa jure & veritate optima fuit, stolidissimi deorum Martis arbitrio pugnantes occubuerint, & ejusmodi infamis aleæ jactu vitam non tantum sæculi hujus transitorii, sed & venturi perpetuo amiserint. Uti & nequaquam semper in bello victoriam consequitur justa caussa, quin non raro divina sententia, & occulto Dei judicio declinet interdum ad eum, qui pessimam caussam fovet, secundum illud commune dictum.

Victrix caussa diis placuit sed victa Catoni.

Sunt hac de re exempla plurima, tum in aliis libris passim, tum in divina Scriptura, *Iudic. c. 20.*

Rectè proinde ejus usus prohibetur, *c. 2. h. t. & can. Monomachiam II. q. 5.* non tantum pœna irregularitatis, quam incurrit reus pugnans per se vel per alium, si mors subsequatur, licet beneficii usus relinqui possit misericorditer, ne cogatur Clericus mendicare in opprobrium Cleri *d. c. 2.* verum & depositionis, ut patet *c. 1. h. t.* 3

Ubi quæritur, An hæc pœna ipso jure infligatur in casu provocationis aut acceptationis duelli? R Hoc plerosque velle, fundatos in *d. c. 1.* Cujus tamen verba non tam sonant sententiam latam, quam ferendam, cum dicat 4

deponendum esse, non etiam esse depositum. Navarr in *Summa c. 27. nu. 156.* Et ut ipso jure possit dici infligi pœna ista, non tamen est propriè pœna depositionis, sed potius suspensionis, cum super vera depositione non dispenset Episcopus, cui tamen dispensatio eo casu, non subsecuta deformatione, est permissa, cum Pont. ipse raro in tali casu dispenset. Hoc ita de jure veteri.

5 Hodie ex decreto Conc. Trid. *Sess. 25. c. 19. De reform.* propter frequentes cædes detestabilis est indicatus duellorum usus, & generaliter non tantum Clericis, verum etiam laicis inhibitus sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, non tantum per ipsos pugnantes, etiamsi nemo occidatur, verum & per consilium dantes, quovis modo suadentes, spectantes, nisi fortè ex occulto spectent, cum sint quasi non præsentes & non concurrentes; aut dantes auctoritatem sua præsentia duello, quod alias à partibus sine arbitrio existentibus non committeretur. Item per Principes aliosque Dominos temporales, qui locum ad ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint: qui præterea jurisdictione & dominio loci, in quo vel apud quem duellum fieri permiserint, si eum ab Ecclesia obtineant, privantur; si feudalis sit, directo domino statim adquiritur. Denique pugnantes, eorumque patrini, uti vocantur, bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœuam incurrunt; qui ut homicidæ juxta sacros Canones puniri, & si in ipso conflictu decesserint, Ecclesiastica carere sepultura jubentur.

Exceptionem autem dicta patiuntur in pugna suscepta ratione justæ defensionis contra injustum invasorem, qua de re actum sup.
6 *Tit. 12.* * Bono etiam publico hoc genus pugnæ subeuntes videntur esse extra culpam, uti cum hoste publico, ad evitandas belli calamitates; tunc enim non est tentare Deum, quod lex divina vetat: nec hostem tollere est homicidii reatum lege vetitum committere, sed officio boni militis fungi. Quo modo certamen Davidis cum Philistæo approbatum à Deo & auctoritate Martini V. Pont. Carolus Andegavensis & Petrus Tarraconensis controversiam super Regno Siciliæ hoc modo sopire decreverunt, quamvis ea res non careat temeritate, cum summa rerum unius atque alterius periculo committatur. Navar. *c. 11. n. 19. & c. 15. n. 9.* * Ubi putat in militibus tolerari posse duella cum hoste provocante suscepta, accedente auctoritate supremi Principis, non tam vanæ gloriæ caussa, quam ad commodandum principali victoriæ belli ac reputationi exercitus, quam non parum promovet, *c. 15. nu. 27.* Vasq. *Contr. c. 49. nu. 15. & 16.* Ann. *Instit. Moral. p. 3. lib. 2. c. 5. q. 4.* Quale quid contigit nuper in Belgio anno 1600. prope Silvam Ducis, ubi viginti milites Goebbeadoncquii provocati à totidem Gallis hæreticis servientibus, feliciter pugnaverunt, atque ad unum omnes profligarunt, à suis morum quæque desideratis.

TITULUS XV.

De Sagittariis.

BAlistarum usus in saxis & sagittis jaciendis olim frequens fuit in bello, quorum vicem hodie alia tormenta supplent plus dantes inferentia. Horum usum, cum parum convenit Christianis moribus, prohibet Innocentius Pont. sub pœna excommunicationis, *cap. ad.*

TITULUS XVI.

De Adulteriis & Stupro.

SUMMARIUM.

1. *Adulterium à quo & cum quibus committitur.*
2. *An cum sponsa aliena?*
3. *Accusare de adulterio quibus liceat, & intra quod tempus.*
4. *Adulterium ponit peccatum mortale.*
5. *Pœnæ adulterii.*
6. *An fuerit aliquando pœna capitalis?*
7. *Patri filiam in adulterio deprehensam, & marito uxorem an occidere liceat?*
8. *Adulter occultus an debitum exigere possit altero adulterii ignaro?*
9. *Quæ caussæ à pœnis adulterii excusent.*
10. *Hæres mariti an rectè accuset viduam quoad effectum lucrandi dotem?*

11. A-

11. *Abolitio facit quoque cessare pœnam.*
12. *Maritus dotem amittit, uxorem in adulterio inventam occidens.*
13. *Necessitas extrema an excuset.*
14. *Stuprum quid, quotuplex, ejusque pœna.*
15. *Seductam stuprans ad quid teneatur.*
16. *Quid si sub promissione conjugii?*

POst injuriam circa corpus per læsionem datum gravissimam continet Adulterium, cum rem inter homines sactatissimam violet; est enim violatio thori alieni.

Iure civili tantum committitur cum con-
1 jugata, sive à soluto sive à conjugato, non etiam cum soluta: unde *l. Fugitivus* 215. *D. de V. S.* adulterium vocat alienæ matrisfam. corruptionem. Ratio est in seminis confusione, & prolis incertitudine; quo modo major eo jure in fœminis desideratur castitas: quam in viris, canones in utroque conjugum æqualem castitatem desiderant, & utrumque ad fidei, quam mutuo promisit, observationem obligant; ut tam vir adulterium committat, se alii miscendo, etiam solutæ, quam mulier, *can. Nemo* XXXII. *q.* 4. turpius tamen est in muliere, ex dicta ratione.

Q. An committatur in sponsa aliena? R. Ita
2 videri posse, per *l. Si uxor* 13 *§. sed & in ea D. Ad L. Iul de adult. & per l.* 7. *Cod. eod.* Verius tamen & verbi significationi accommodatius quis in eam committi negaverit, eo quod sponsalia non tam ponant torum, quam spem tori, & jus non tam præsens, quam futurum; quod impediri posset per matrimonium cum alio contractum, & aliis quoque modis, de quibus sup. *De sponsalib.* pro qua parte recte adducitur textus in *l.* 6. §. 1. *D. h. tit.* ubi dicitur adulterium proprie cum nupta committi, propter partum ex altero conceptum composito nomine; quod & habet *l. Stuprum* 34. *in fine D. h. t.* Covar. *De sponsalib. p.* 1. §. 1. *num.* 11. Vide dicta ad *D. eod. nu.* 5. *& seqq.* Non est tamen negandum, gravius peccare cognoscentem alteri desponsatam, quam solutam, quia graviter læditur jus alterius, per fidem mutuo datam illi quæsitum, ut necessario hæc circumstantia sit aperienda in confessione, ut recte defendit Sarmient, 2. *Select. interp c.* 5. *nu* 3. licet contrarium velit Covarr. *d. loco.* Nam quamvis non mutet speciem, notabiliter tamen peccatum aggravat, cum ultra fornicationem contineat violationem datæ fidei cui cooperatur scienter sponsæ alienæ se miscens. Nihil obstat *d. l.* 53. *§. sed & in ea & d. l.* 7. quia ea loca accipienda non de proprio adulterio, sed de injuria ei vicina, qua adficitur sponsus, violata spe tori, cujus ideo habet vindictam; non tam jure mariti, quia talis non est, nec sponsi, quia nihil juris separati habet, quam extranei, *d. l.* 13. *§. si minor*; quamvis de ea Cujac. 5. *Obser. c.* 16. dubitet, & contrarium sentiat. Verum aperte patet ex *l. Quamvis* 30. *C. h. t.* Non obstat, quod habet Gratianus post *can. Omne* 10. XXVII. *q.* 2. Si quis sponsam alterius oppresserit morte moriatur, *Deuter.* 22. quia loquitur de præsenti, ut patet ex seqq. canonib.

Accusatio adulterii utrique coniugi tribui- 3
tur. Et maritus quidem contra uxorem suspectam ante cæteros admittitur, *c.* 4. *h. t.* intra sexaginta dies, ex speciali jure mariti, *l.* 6. *Cod. Ad L. Iul. de adult.* etiam ante patrem, quoniam justior illius est ira, & propensior dolor, *l.* 2. *§. si simul D. eod.* Datur & patri tantum temporis, quod illi non currit interim, dum maritus agit *l.* 4. *D. d. tit.* postea etiam aliis accusare permissum, olim intra quatuor menses utiles, *d. l.* 4. §. 1. Verum placuit Constantino accusationem istam restringere ad proximas necessariasque personas, scilicet post maritum ad patrem, fratrem, patruum, avunculum, quos verus dolor incitat; & hoc, ne temere liceat fœdare connubia, *d. l. Quamvis* 30. *C. eod.* Accusationi præscripti sex menses, quorum duo competunt jure mariti, reliqui jure extranei. *d. l.* 4. idque post divortium; nam stante matrimonio non præscribitur huic accusationi nisi lapsu quinquennii, *l. Mariti* 29. *§. sex mensium cum seqq. D. h. t.* Tenetur etiam maritus accusare conjugem, non quidem criminaliter, sed civiliter, coram judice Ecclesiastico, ad toti separationem, aut si notoria sit adultera eam à se removere, juxta *c.* 3. *h. t. & l.* 2. *C. eod.* ne connivendo aut dissimulando videatur consentire peccato uxoris; ejusque exercere lenocinium, *d. l.* 2. *can.* 1. *& can. Si quis uxorem* XXXII. *q.* 1. Si tam en eam purgatam pœnitentia receperit, non peccat; quamvis non debeat sæpe recipere, ne videatur fovere relabentem, *d. c.* 3. *h. t.* Nisi alia via

scandalum evitet, quia cum hoc divortium caussetur ex præcepto scandali evitandi, cessante ejus caussa, cessabit & effectus. Quomodo adultera occulta promittens pœnitentiam recipitur impunè, uti & emendata recipitur. Accusat & uxor maritum adulterii, provocando ad divortium; etiamsi non teneatur, nec cessans ullam pœnam incurrat, cum non sit uxoris maritum corrigere, *can. fin.* xxxii. *q.* 5. quem tamquam caput suum agnoscit.

4 Adulterium extra dubium ponit peccatum mortale, gravius simplici fornicatione, cujus totam malitiam (quæ est inter personas quas nullum impedit vinculum) continet, & præterea vitiat indissolubile vinculum, quo auctor naturæ Deus alterum alteri junxit. Quam malitiam non purgat consensus alterius conjugis; quamvis consentiens in alterius turpitudinem non habeat querelam super illata à conjuge injuria, *c. Scienti De R. I. in* 6.

5 Ultra peccatum mortale sunt & aliæ propositæ pœnæ. Prima est, quod auferat exactionem debiti, concedat separationem tori ad lubitum innocentis, *sup. De divort.* qui tamen non impeditur impunè cum emendato conjuge permanere. Secunda, Dotis donationisque propter nuptias amissio, qua de re sup. *De donat. inter vir. & uxor.* Tertia, Ex L. Julia olim erat relegatio & deportatio.* In quibusdam tamen capi-
6 taliter fuisse vindicatum, patet ex ijs, quæ tradit Cujac. 6. *Obs.* 11. & 20. *Obs. c.* 18. Postea capitalis omnino inducta pœna, uti apparet ex *l. Transigere C. De transact.* ubi alias frustra à regula super capitalibus tradita exciperetur adulterium, cum exceptio sit à regula. Patet idipsum ex *l. Castitati* 9. & *d. l. Quamvis C. h. t.* ubi capitalis pœna etiam mulieri dicitur proposita Jure novissimo pœna hæc in fœminis fuit mitigata; quæ verberatæ in Monasterium detrudi jussæ, relicta viris licentia eas repetendi intra biennium, *Auth. Sed hodie C. h. t.* Ut eo decursu liceat mulieri profiteri, nec sit amplius licentia marito eam revocandi, qui imputare sibi debet seram reconciliationem. Quod omnes accipiunt de prævia sententia criminali, nec corrigi per *c. Gaudemus* 19. *sup. De convers. coniug. ut ibi* Abbas *nu.* 7. Jure Canonico fertur in perseverantem sententia Excommunicationis, *c. pen. h. t.* Clericus reus dicitur suspendendus ab officio, *c.* 5. *in fine hoc tit.* & in Monasterium detrudendus, *can. Si quis Clericus Dist.*

Receptum præterea jure civili, ut liceat patri filiam in adulterio deprehensam occidere simul cum adultero, *l. Patri* 20. *D. d. tit.* quam tem caussat patria potestas simul & justus dolor. Qui licet non minor sit in marito, quam tamen illi deest potestas, non impunè fert uxoricidium, cum ejus calor & imperus sit refrænandus, *l. Nec in ea* 22. *D. eod.* Justa tamen commotio mitigat pœnam; uti & inconsultam cædem adulteri per maritum justus dolor minus puniri facit, *l.* 4. *h. t.* Nisi sit vilis, quem domi suæ deprehensum impunè occidit, *l. Marito* 24. *D. eod.* uti & suspectum rei monitum in scriptis, coram utilibus testibus idoneis, inventum cum uxore colloquentem, domi suæ, vel uxoris, vel adulteri, vel in pupinis, vel suburbanis, *Auth. Si quis etiam C. d. tit.* Jure Canonico hæc res non est sine pœna gravi, propter detrimentum animæ occisi in tali statu. Covarr. *De matrim. p.* 2. *c.* 7. *§.* 7. *num.* 12. & *seqq.* Azor. *Instit Moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 11. *Sunt etiam leges.* Quo modo & uxoricidium maritum impedit ab iteratis nuptiis, ut dictum supra, *De matrim. contra interd. Ecclesiæ* [illegible] & 6.

Q. An occultus adulter possit exigere debitum ab altero conjuge adulterii ignaro? Ita dicendum esse, cum ipso jure non potest exactione debiti, sed tantum ex eo volunt innocentis: uti probatur ex eo quod alias non esset in conjugis arbitrio remittere & condonare noxam, cum pacta privatorum nihil possint contra legem communem non latam in partium favorem. Facit, quod exigere debitum non posse sit pœna delicti, quod reus prodere non tenetur, nec pœnam præstare [illegible] sententiam, vel antequam alter conjugum sciens delictum alterius se à præstando debito eximat.

Cessat adulterii accusatio ejusque pœna saltem privata; Primò, Si utrimque [illegible] peccatum; paria enim delicta mutua compensatione tolluntur *c. fin. h. t.* *l. Cum mulier* [illegible] *Soluto matrim.* Dico privata; quia per hoc [illegible] ri publico non præjudicatur, cui sua pœna [illegible] salva. II. Si conjugi per vim præcisam sit [illegible] tum adulterium, *l. Vim passa D. eod.* quia [illegible]

culpa. III. Si probabiliter credens maritum moriturũ uxor alteri se junxerit; cessat enim & hoc casu culpa mulieris, ut cessat pœna, *c. Cum per bellicum & can. Si virgo XXXIV q. 1.* IV. Si decepta putaverit se à conjuge cognosci, cum ab alio cognosceretur, *cap. In lectum d. q. 1.* V. Si causſam dederit alter conjux, veluti prostituendo uxorem; cum volenti non fiat injuria, & frustra quis actum puniat, cui causſam dedit, *c. 9. sup. De eo qui cog consang. ux.* VI. Si tempus sit lapsum accusationi præst tutũ, de quo paullo ante. VII. Si maritus moriatur ante motam accusationem.

10 Ubi quæritur, An liceat ejus hæredi adulterii ream facere viduam quoad effectum lucrandi dotem? R. Verius esse, non licere, per *l. Rei judicata 15. D. Soluto matrim.* ubi hæredi denegatur correctio morum uxoris post mortem mariti. Facit, quod jus accusandi uxorem adulteram, & dotem lucrandi, concedatur marito, propter injuriam per adulterium acceptam, *l. Quamvis 30. C. h. t.* Quæ cum hæredem non tangat, non est, quod ei detur vindicta; quia hæc non solet competere hæredi, nisi in casu diminuti patrimonii ipsius defuncti, *l. Si eum 10. §. qui injuriam D. Si quis cautionib. &c.* Nihil facit ignorantia defuncti, quia ea non mutat juris dispositionem, quamvis in casu, quo scivit nec egit, præsumatur remissio. Vide dicta ad *d. h. t. nu. 34.*

11 VII. Si abolitio intervenerit, *l. Abolitio 16. C. h. t.* quæ hæc in re permissa personis in *d. l. 30.* aut si maritus destiterit citra abolitionem, *d. l. 16.* Videtur enim remisisse injuriam, aut potius ideo amplius non auditur, quia peccaverit in legem, quam prodidit, *l. 2. §. 1. D. eod.* Unde & notatur; sicuti & is, qui dimissam reduxerit: propter fraudem, *l. Si quis 33. §. 1. D. eod.*

12 VIII. Si maritus inventam in adulterio occiderit, dotem non lucratur, cum contra legem faciens, ob facinus suum non debeat eam lucrifacere. Unde per hæredes uxoris à marito exigitur, *l. Si ab hostibus 10. §. 1. D. Soluto matrim.* Quod & dicendum, si criminaliter contra uxorem agens eam per sententiam Monasterio concludi fecerit: nam uxore intra biennium non repetita, vel marito, antequam reducatur, mortuo, in Monasterio manet; cui omnis ejus substantia adducitur. Nisi liberos habeat, quibus duæ partes reservantur; aut si tantum parentes, quibus una pars attribuitur, *Auth. Sed hodie h. t.* Juxta quem textum intelligendum, *c. Gaudemus 19 sup. de convers. conjug.* notat Abbas *ibid. num. 7.* Vid. Sanchez *De matrim. lib. 10. Disp. 10. nu. 8.*

Quæri hic posset, An excuset ab adulterii 13
turpitudine extrema necessitas? Respondendum. Id posse videri, argumento acceptionis rei, quam extrema excusat necessitas, ut dicetur *inf De furtis*; cui non minus subveniri per adulterium aut fornicationem, pretio inde quæsito, potest, quam per furtum: ut quemadmodum in furto non habet legem necessitas, ita nec in adulterio aut fornicatione habere debeat, cum lege prohibitum necessitas faciat licitum, *l. Qui potuerunt 27. D. de manumiss. testam.* Verũ contraria sententia est servandas; non ex eo, quod per furtum immediate subveniatur necessitati, non etiam per adulterium aut fornicationem; nam & per hæc vitia si non immediate, saltem mediate, quod satis est, succurri potest: sed quia furtum sit illicitum, siquidem injuriosum proximo. Potest autem illa injuria cessare expresso aut tacito consensu domini, qui hac in re censetur tacite consentire & conformare se legi, uti debet, quæ in casu extremæ inopiæ communia omnia facit, aut potius vult communicari. Adulterii vero vel fornicationis turpitudo & malitia in se talis est, ut nullo alio extrinsecus accedente possit purgari, ne quidem consensu mariti, aut etiam ipsius uxoris, & neque in casu periculi vitæ, ut recte tradit Covarr. *ad Reg. Peccatum p. 2. §. 1. n. 6.* Ut etiam liceat mulieri vim sibi inferentem impune occidere, & violentiæ cedens in nullo excusetur à peccato, quod voluntarie censetur admisisse; neque enim vis aut metus voluntarium excludit. Hinc Lucretia licet metu mortis inducta adulterium admiserit, non ideo extra noxam habetur D. Augustino & aliis, nec purgavit turpitudinem admissam per mortem sua manu sibi illatam, quia ista via dolori quidem animi satis fecit, non etiam turpitudinem abluit. Vid. Pet. à Navar. *de Restitut. lib. 2. c. 3. Dub. 7. nu. 104.*

Altera Rubr. pars est de Stupro, quod est 14
illicita defloratio virginum aut viduarum honeste viventium, *l. Inter stuprum D. de V. S.* Aliud est non violentum, quando virgo in sui

vio-

violationem consentit, quod non continet speciem distinctam à fornicatione: aliud violentum, quod ponit injuriam supra fornicationem, consistentem in violentia. Plectitur hoc posterius pœna mortis, si fuerit perfectum; imperfectum deportatione, *l. 1. in fine D. de extraord. cognit.* Illius pœna est publicatio dimidiæ partis bonorum in honestioribus, coerctio corporis cum relegatione in humilioribus, *§. Item lex Iulia de adult. Instit. De publ. jud.*

15 Jure Canonico seductam stuprans damnum illatum reparare cogitur, aut ducendo aut dotando, ex sententia judicis, *c. 1. & 2. h. t.* Nisi dissentiat corruptæ pater; tunc enim dotasse sufficiet Reus, si sententiæ parere noluerit, castigatus & excommunicatus quoad sacrorũ perceptionem, in Monasterium ad pœnitentiam agendam detrudendus, *d. cap. 2.* Quæ pœna non ita passim est in usu, cum stuprator, si deductam à se non duxerit aut quia non est utriusque consensus, aut quia est inferioris conditionis, condemnetur ad dandum quid nomine damni, ex arbitrio judicis, attenta qualitate virginis. Quod & procedit in casu, quo virgo consensit in copulam, etiamsi in foro conscientiæ ad nihil ei teneatur corruptor, cum volẽti non possit dici damnum per injuriam illatum, *c. Scienti De R. I. in 6.* Soletque proles alenda dari corruptori, quatenus is corruptor probatur. Ubi receptum novum probandi genus, scilicet per juramentum præstitum à corrupta tempore partus, quo prolis patrem certum designat, qui & talis habetur; ex ratione, quod tum temporis, quia de vita periclitantur parturientes, non censeantur immemores salutis æternæ, atque ita non temere jurare; nisi tamen probetur promiscue plures admisisse corrupta.

16 Qui autem sub promissione conjugii impetravit alicujus virginis usum corporis, tenetur eam ducere etiam ante sententiam; cum hæc promissio sit facta per modum contractus, qui cum ex parte puellæ sit impletus, implendus quoque ex parte corruptoris, etiamsi ille animum habuerit decipiendi, & ficte promiserit conjugium, ne dolus ejus ei prosit. Qui non liberabitur offerendo damni æstimationem invitæ, cum teneatur corrupta juri quæsito ad matrimonium invita cedere aliud pro alio accipiendo in solutionem. Si tamen conditionis imparitatem sciverit virgo aut fraudem non obscure ex aliis conjectis advertere potuerit, sufficiet damnum pecuniaria largitione pensari, cum imputare sibi debeat sui deceptionem, secundum dicta sup. *l. 4. Tit. 1. nu. 19. & 20.*

TITULUS XVII.

De Raptoribus, Incendiariis, & Violatoribus Ecclesiarum.

SUMMARIUM.

1. *Raptus quando committi dicatur.*
2. *Pœna raptus.*
3. *An habeant locum in sponso rapiente sponsam?*
4. *Pœnæ civiles an cessent, subsecutis nuptiis inter raptorem & raptam?*
5. *Raptus an judicandus, non secuta copulatione rapta?*
6. *In meretrice rapta & muliere rapiente rerum pœnæ arbitrariæ locus est.*
7. *Clerici raptores an suspensi ipso jure?*
8. *Raptores aliarum rerum à quo & quando puniendi.*
9. *Incendiarii & violatores Ecclesiarum an communicati ipso jure?*
10. *An & incendarii aliarum rerum?*
11. *Incendiariis violatoribusq; Ecclesiarum quatenus concedenda Ecclesiastica sepultura.*

PRima Rubricæ pars est de raptoribus virginum, tum aliarum rerum. Raptus virginum à stupro differt, & propriè cessat committi, quando virgo libidinis causa vim adducitur, sive illatam abductæ, sive parentibus. Jure Canonico pro raptu non habetur, quando aliqua volens abducitur matrimonii caussa, quod raptor dici nequeat, nec habet mulieris adsensum, *c. pen. h. t.* Jure etiam raptus habetur, si mulier volens abducatur, *l. Raptores 54. in fin. C. De Episc. & Cler.* invitis parentibus, & libidinis caussa, *l. ... vers. maximè & vers. oportet etenim C. De ... virg. De quo tamen vide* Sanchez. *De matrim. l. 7. Disp. 13. n. 17. & dicta ad D. tit. Ad L. Iul. ...*

*publ.jud.n.*10. Imò & matrimonii causſa, ut patet ex *l.1. un. verſ. oportet*, ubi dicitur à parentibus petenda virgo in conjugium.

2 Pœnæ ibidem graves ponuntur, tum capitis, tum bonorum amiſſionis, quæ raptæ addicuntur; tum etiam quod impune raptor in flagranti crimine inventus interficiatur, & in matrimonium cum raptore rapta conſentire non poſſit. Conc. Trid. excommunicationi raptorem, cum omnibus auxilium, conſilium aut favorem præbentibus, ſubjicit; perpetuo reddit infames, dignitatum incapaces, proprioq; gradu vult decidere Clericum. Vult & raptam mulierem dotari à raptore, ſive eam duxerit in matrimoniũ, ſive non; quod demum permittit, ſi mulier tuto & libero loco poſita, ut omnis metus ceſſet, in illum conſenſerit. *Seſſ.24.c.6. de Reform. matrim.* Non facit tamen ſubſecutum matrimoniũ ceſſare excommunicationem, & alias pœnas.

3 Q. An raptor dicatur rapiens ſponſam ſuam? R. Si jus civile inſpicias, id adfirmandum propter expreſſa verba *d. l. unica* verſ. *Quibus etiam connumeramus eum qui ſaltem ſponſam ſuam per vim rapere auſus fuerit*, ſcilicet de futuro, uti verbum *Sponſa* in jure civili paſſim accipitur. Et facit, quod in eam marito nondum ſit jus, ut proinde eamdem abducens raptre dicatur. Jure Canonico talem non eſſe raptorem colligitur ex *d. c. pen.* quod loquitur de ſponſa, non de præſenti, ut ſæpe illo jure accipitur ſponſa, ſed de futuro, ut patet ex verbis, *ubi nihil ante de nuptiis agitur*. Ut ſaltem hoc jure rapiens ſponſam propriam pœnas eas non ſubeat; ſi tamen puella abductioni conſenſerit, & ſponſalia præceſſerint, quas duas conditiones *d. c. pen.* requirit, & denique, ſecundùm aliquos, matrimonium ſubſecutum ſit. Quæ tertia conditio non videtur neceſſaria, cum licet ibi matrimonii fiat mentio, non tamen alia de cauſſa, quam ut mulier revocetur à Monaſterio, quod conjuge inconſulto intraverat, contra prohibitionem juris. Vid. Sanchez *d. diſp.* 13. *n.* 15. Eſt autem in eo correctum jus civile, quod inter raptorem & raptam, ſi libere conſentiat, ſit juſtum matrimonium, cum materia matrimonii, ejuſque quæſtio ſit ſubjecta Canonibus.

4 Unde quæritur, An pœnæ civiles ceſſent, rapta nubente raptori? R. Id aliquos velle, qui ſecuto matrimonio volunt temperandam eſſe pœnam civilem, quaſi jus Canonicum eam mitigaſſet. Caſtren. *ad d.l. Raptores 54.n.5. C. de Epiſc. & Cler.* Rectius tamen ſentire eos, & juri conformius, qui volunt nihilominus pœnæ legis civilis locum eſſe. Quæ revocata dici nequit per Canones hac in parte, cum nec concernat materiam peccati, nec juri Canonico ſit ſubjecta, ſed crimen puniat, quod eſt bonis moribus reſpondens. Ut Jul. Clarus §. *Raptus n.7. &* 8 rectè tradat, etiam pœnam confiſcationis bonorum habere locum contra raptorem, & Regem Hiſpan. raptori poſt contractum cum rapta matrimonium, per quod hujus honori erat ſatisfactum, etiam capitis pœnam impoſuiſſe, ut publicè quoque ſatisfieret, quod refert Peguera, *deciſ.42.nu.8. & latè eam opinionem defendit* Tib. Decianus *Tract.Crim lib.8.c.13.n.*48. cum factum duplex, continens delictum & privatum & publicum, privatam & publicam mereatur pœnam. Adde Sanchez *d. loco n.*16.

Q. II. An ſit judicandus raptus quoad pœnas, non ſecuta copula cum rapta? R. Ita videri, quod ſatis ſit eo fine al quam eſſe raptam: & ita tenet Caſtr. *d. loco nu.*5. Alii contra volunt, per *d. l. un.* in V. *maximè cum virginitas vel caſtitas corrupta reſtitui non poſſit*; quaſi vis ponenda ſit in ablata virginitate, vel caſtitate violata, & pœnæ iſtæ videantur eo tendere, ut vitetur copula, qua non ſecuta ſolus eſt conatus, qui non ſolet puniri. Verum non eſt hic nudus conatus, ſed crimen aliquatenus perfectum quoad abductionem violentam, licet completum non ſit quoad violationem intentam: ad quam tentatam ſi pervenire non potuerit, non ideo debet ceſſare legis pœna, quia per eum non ſtetit, quo minus perfecerit. Si tamen pœnitentia ductus à copula ſe abſtinuerit, benignius eſt, ut ceſſante pœna legis ordinaria, tantum veniat inferenda extraordinaria. Covarr. *ad Clem. unic p.2.in princ. n.8. de homicid.* Gomez *ad l.*80. *Tauri nu.*40. Menoch. 2. *Arbitr. caſu* 360. Sanchez *d. loco n.*18. Excipiunt raptum Sanctimonialis, eo quod non ſubſecuta copula, ejus traductio mereatur ordinariam pœnam legis. Oportet autem, ut raptus dicatur perfectus quoad pœnas legis, traductio ſit facta de loco ad locum; nam

sine traductione tali habitâ copulâ erit quidem vi extorta, non tamen raptus.

In rapta meretrice: & in muliere rapiente virum, pœnæ arbitrariæ locum esse, non etiam ordinariæ, tradit Clarus *d. §. Raptus n. 6.* Nam *d. l. unica* loquitur de muliere honesta rapta, qualis non est meretrix, nisi eam vitæ anteactæ pœnituerit; & loquitur de viro rapiente, non etiam de muliere, ut non debeat extendi, cum in pœnalibus non admittatur extensio Sanchez *d. loco n. 22 & 23.*

6 Itaque jure Canonico excommunicatio infertur raptoribus, ut & consilium, auxilium, favorem præbentibus, ipso jure habentur infames & incapaces dignitatum, & si Clerici fuerint, de proprio gradu decidunt.

7 Ubi quæsitum, An ipso jure? R. Hoc posse videri, propter pœnam præviam excommunicationis ipso jure inflictæ, ut verba, *ipso jure*, tamquam in continua oratione posita, etiam ad hanc pœnam sint referenda. Dicendum tamen, potius spectare ad sententiam ferendam; cum verba ista, *de proprio gradu decidant* videantur sumpta ex *can. Eos & can. De puellis* XXXVI. *qu.* ubi dicitur *de proprio gradu decidant & anathematizentur.* Quod posterius est futuri temporis ut & prius, *decidant*, ejus temporis sit judicandum, quippe positum in continua oratione & proxima, cum in Trid. non ita in proxima oratione ponatur, & non repetantur verba *ipso jure.* Accedit, quod pœna sine textu non sit extendenda. Ita Suarez *de Censuris disp. 31. sect. 4. in fine.*

8 Quantum ad raptores aliarum rerũ, à judice loci, ubi delinquunt, sunt puniendi, *c. 1. h. t.* Nanciscuntur enim forum ratione delicti *sup. de foro compet.* Spoliatores itinerãtium à Prælato loci, in quo delinquunt, excommunicationi sunt subjiciendi, uti & naufragorum: nec absolvendi ante satisfactionem aut debitam cautionem estque ea res proprio Episcopo judicanda, ne ante eos recipiat? *c. 1. & 3. h. t.* Potest & Episcopis loci ex delegatione Principis committi cognitio super raptoribus, cum licentia eos multandi pœna pecuniaria, & flagellis adficiendi, adhibitâ tamen diligentiâ ac moderatione, ne flagella in vindictam sanguinis transeant, ut traditur *c. 4. h. t.*

Altera Rubr. pars est de Incendiariis & violatoribus Ecclesiarum, per confractionem & spoliationem, aut alias, quales excommunicantur, *c. Conquesti 22. inf. de Sent. excom. ubi Glos.*

Ubi quæritur, An ipso jure? R. Dubitandi causam sumi ex *c. fin. inf. de Furtis.* ubi furtatus calicem Ecclesiæ non est excommunicatus, cum nullâ facta mentione absolutionis ab excommunicatione, post pœnitentiam & satisfactionem ad Ordines admittatur, nisi ex eo sit publicata ta respersus. Facit eodem *c. Conquestus sup. de Foro compet.* ubi invasores rerum Ecclesiæ dicuntur supponendi anathemati; quod verbum non tam est latæ sententiæ, quàm ferendæ. Et videtur facere textus in *d. c. 22.* in verbis, *excommunicatos nuntietis*, quæ verba non videntur ipso jure ponere censuram ex eo, quod videantur desiderare factum hominis, Communis tamen sententia habet, ipso facto excommunicari. Eam tenet *Glos. in d. c. 22. & ibi* Abbas nu. 2. Nav. *in Summa c. 27 nu. 94.* Suarez *de Censuris disp 22 sect. 2. nu. 4. & seqq. & nu. 16.* quorum opinio nititur maximè textu *d. c. 22.* in quo dum præcipitur, ut excommunicati nuntietur, videtur præsupponi jam esse excommunicatos. Nam quod ibi jubeatur nuntiari, non est quasi Pont. requirat factum hominis ad inducendam excommunicationem, sed ad indicandum, jam esse inflictam, ad hoc ut difficilior sit absolutio petenda, quippe ab ipso Pont Rom. Non obstant supra allegata, quæ loquuntur de simplici specie sacrilegii, licet de furto in Ecclesia facto, non etiam de confractione & spoliatione Ecclesiæ, quæ gravior est sacrilegii species, atque ita & gravius punienda. Loquitur autem textus in *d. c. 22.* de confringentibus Ecclesias & spoliantibus. Idem tamen obtinet in incendiariis Ecclesiarum cum earum violatores ipso facto excommunicentur, *can. Cannnica 107. XI qu. 2.* sub quibus quin contineantur incendiarii non est dubium.

Verum dubitatur, An & incendiarii aliarum rerum sint ipso jure excommunicati? R. Non videri, cum loca, quæ de incendiariorum pœna agunt, sit accipienda de incendiariis Ecclesiarum, quorum factum est gravius. Nec obstat *c. Tua nos 19. inf. de Sent. excom.* in quo incendiarii dicuntur excommunicati, &

ut tales nuntiandi; quia accipendum de incendiariis Ecclesiarum, non etiam aliarum rerum, ut rectè ibi sentit *Glos. fin.* dicens de illis esse cautum per alia loca, non etiam de his.

11 Incendiarii itaque Ecclesiarum cogantur jubentur Ecclesiastica sepultura, propter excommunicationem; nisi in ægritudine constituti accepta pœnitentia absolvantur à Sacerdote etiam simplici; quo casu sepultura iis non deneganda, *c. In litteris 5. h. t.* Hærede remanente obligato ad damni restitutionem pro viribus hæreditatis *d. c. 5.* cum teneatur ad omnes obligationes defuncti, saltem rei persecutorias etiam in casu, quo defunctus impœnitens decessit, ut probatum suprà *de Sepult. n. 11. & 12.* & tradit Covart. *3. Var. c. 3. num. 7.* Ut ea tes etiam concernat incendiatios etiam aliarum rerum. Præterea Ecclesiarum violatores, nisi damna restituant, aut de iis restituendis caveant, non recipiuntur ad pœnitentiam. Qui si sani restituere aut cavere nolint per contumaciam, postea positi in agone mortis, parati ad satisfactionem, si eam præstare nequeant, ad pœnitentiam quidem admittuntur, quæ nulli pœnitenti deneganda, interesse tamen eorum sepulturæ, aut eleëmosynam ab iis capere vetitum Clericis, sub ordinis sui detrimento & beneficii privatione, *c. 2. h. t.* quasi videatur causasse impotentam satisfaciendi.

TITULUS XVIII.

De Furtis.

SUMMARIUM.

1. *Furtum quid, & rei furti quinam habeantur.*
2. *Furtum quatenus ponat peccatum mortale, & quodnam censeatur esse notabilis quantitatis.*
3. *Furtum parvæ quantitatis quando causset peccatum mortale.*
4. *Et quid de furtis pluribus minutis.*
5. *Item de furtis commissis à domesticis, servis, libertis, uxore, liberis.*
6. *Excusat à peccato ignorantia rei alienæ, & scientia ac voluntas domini.*
7. *Excusat & extrema inopia.*
8. *Furti an teneatur rem propriam subripiens?*
9. *Subripiens debitori tantum, quantum ipse debet, an rectè compensat?*
10. *An eo casu decreto Episcopali locus sit de restituenda re sub pœna excommunicationis?*
11. *Occiso in actu furandi Ecclesia denegat communicationem & sepulturam.*
12. *Fures tenentur ad restitutionem rei ablatæ, fructuum & damni dati.*
13. *Inventam rem detinens an sit reus furti?*
14. *A restitutione an excusset inopia?*
15. *Et quid si non possit fieri sine damno ordinis superioris?*
16. *An necessitas extrema excusset?*
17. *Pœna furti pecuniaria & extraordinaria.*
18. *Furti damnatus sit infamis.*
19. *Fur an excommunicationem incurrat.*

A Rapina, de qua Tit. superiori, Furtum 1
specie distat: illa enim includit violentiam, non etiam hoc, quod est contrectatio rei alienæ, vel ejus usus possessionisve, lucri faciendi gratia. Quam postremam particulam aliqui non putant necessariam, cum tamen per eam furtum distinguatur ab aliis delictis privatis; finem quippe designat, cum voluntas & propositum distinguant maleficia, *l. Qui injuria 52. in princ. D. de injur.* Explicatio ejus latior petatur ex Instit. *eòd. tit.* Ubi non tantum contrectantes rem alienam sunt rei furti, verum & scienter adjuvantes ope, consilio eum in finem. Illum quoque Canones damnant, qui furti conscius quærenti possessori non indicat furtum, *cap. 4. hoc tit.* Quod procedet, si fur non sit occultus, sed notorius, latitans tamen; nam si sit occultus non debet prodi, ut rectè tradit Abb. *d. cap. 4. num. 6.* cum cuilibet jus suum sit ad famæ defensionem, præsumaturque bonus, donec probetur malus. Et jta accipiendæ excommunicationes ab Episcopis latæ in eos, qui non indicant fures. Quo modo & receptator furtis ut in crimine ita & in pœna communicat, *l. 1 D. de Receptat.* nisi misericordiæ caussa eum excusset, *arg. l. 2. D. d. t.* ubi cognatum latronem receptans punitur mitius.

Furtum autem in suo genere inducit pecca- 2
tum mortale, cum contineat injustam detentionem rei alienæ, domino invito, & sic contra præceptum Decalogi, *c. Peccatum D. R.*

l. in 6. Nisi excuſet materiæ parvitas, quæ non ponit notabile alterius damnum, quia non cujuſvis rei ablatio ponit culpam letalem; in quo judicando variatur. Sunt, qui putant ex ſe ponere notabilem quantitatem quatuor Julios ſive Regales. Alii, quos refert Navarr. *in Summa cap.* 17. *num* 3. Summam unius aut duorum ducatorum negant eſſe notabilem quantitatem. Ducuntur argumento *l. Si quis* 9. *in fine & l. Id eſt* 10. *D. de Dolo*, ubi actio de dolo non datur, ſi modica ſit quantitas, id eſt uſque ad duos aureos. Verum iſta opinio minus recepta, cum aliud ſit, actionem doli denegari contra eum, qui dolo decepit, intra quantitatem duorum ducatorum; aliud dicere, non peccare mortaliter ſubripientem quantitatem minorem. Deinde furti actionem competere etiam ob rem minimam ſubreptam, traditum communiter per §. *Gallinarum Inſtit. de Rer. diviſ. l. Si pavonem* 37. *D. de Furtis.* Non obſtante *d. lib.* 10. quia ibi agitur de actione extraordinaria concedenda ex juſta cauſſa; non videtur autem juſta, ſi deceptio ſit infra duos aureos. Furtum verò ponit maleficium legitimum, & ſic actionem competentem hoc ipſo ordinariam, non etiam impetrandam extra ordinem. Præterea denegatur venditori & emptori decepto actio, niſi deceptio excedat dimidium juſti pretii, *lib.* 2. *C. de Reſcind. Vend.* & tamen certum eſt peccare eum mortaliter, qui in notabili quantitate alterum læſit. Navarrus, *d. loco num.* 4. ponit ad mortale ſufficere ſummam duorum Regalium aut Juliorum. Cujus opinionem aliqui nimis arctam & ſcrupuloſam putant; qui non improbabiliter judicant, eam rem non poſſe definiri ex quantitate pecuniæ, quæ ſecundum tempora & loca varia eſt, cum uno in loco olim pluris valuerit, & hodie valeat pecunia, quam alio; & olim plus mercium habitum fuerit, & etiamnum quibuſdam locis plus habeatur uno nummo, quam hodie aliis in locis habetur quinque aut ſex nummis, propter abundantiam pecuniæ, quæ hodie aliquibus in locis eſt, olim defuit, hodieque non eſt tanta. Ut generalis definitio dari nequeat, cum ea conſtituenda ſit ſecundum læſionem, quæ non eſt ubique æqualis, ſed vel minor, ubi eſt abundantia pecuniæ; vel major, ubi caritas. Ut videatur dicendum, eam quantitatem quovis in loco ponere ſummam notabilem, quæ æqu[ivalet] mercedem diurnam, quæ in aliquibus locis [ex]cedit duos Regales, in aliquibus eſt min[or]. Quæ ſententia rationi & veritati videtur co[n]formior; quia ex omnium ſententia tunc [fu]rtum eſt letale, quando quantitas eſt notabi[lis]. Eſt autem talis jam poſita, eo quod horum communibus ſufficiat ad ſuſtentationem unius diei, ejuſque ablatio faciat diei ſumptus defe[ctu] re, cum nocumento alterius ſatis pari. Vi[de] Molina, *de Juſt. & Jure Tract.* 2 Diſp. 587. Tom. *in ſumma lib* 5, *c.* 16. Leſſ. *lib.* 2. *c.* 11. Dubit. *n.* 29. *& ſeq.*

Contingit autem & parvæ quantitatis ſubreptionem, etſi ex ſe tantum ſit venialis, [ta]men mortalem ratione circumſtantiarum. Fiede accedat domino magnum nocumentum. [Ut] G. Si quis ſubripiat ſutori ſubulam, ut [ſu]acum, qui quod aliam non habeat ſubito [re]ſiſtere cogitur, cum gravi nocumento ſu[o] quod non ſine mortali reatu cauſſat ſubrep[tor] qui ſcivit, vel ſcire aut credere debuit, non [ha]ſutori aliam ſubulam aut ſartori aliam [ac] Navarr. *d. loco n.* 2. §. *Secundo.*

Quid ſi quis furetur plures quantitates parvas, quæ magnum æquent? R. Ita cen[ſet] hoc mortale eſſe, ſi animo adquirendi [ſi]mam notabilem iſtæ res exiguæ ſubripi[un]tur, quia infertur notabile damnum ei, cui [pa]tim res parvæ auferuntur, quæ tandem [in] gnum damnum faciunt. Quo modo [pe]bunt minutas res vendentes, & in ſingu[lis] bolum ultrà juſtum pretium exigentes [ad] mnli ex ſingulis minuta ſubtrahentes, [qu]rabilem quantitatem tandem efficiunt. Ve[rum] tamen ultimum furtum complens notabi[lem] quantitatem non ponet mortalem cul[pam] ſed venialem tantum, uti & præcedentia [ſub]tentio tamen notabilis quantitatis alicui[us] to domino, quæ tunc inchoatur, ponit mo[rta]lem reatum in detentore. Navarr, *d. c.* 128. *&* 139. Leſſ. *d. c.* 12. *dub.* 8 *in prom.* [Ba]chez *in Decal. l.* 1. *cap.* 4. Animus ſi dolo paullatim inadvertenter ſumma accrevit notabilem quantitatem, non poteſt dici peccare mortaliter, niſi ſciens ejuſmodi quantitatem ſe ſubripuiſſe, illam non reſtituat, ut [tra]dit Navarr, *d. n.* 139.

Quantum ad furta à domeſticis com[mit]

nec ea extrà reatum mortalem sunt, si æquent notabilem quantitatẽ, & in vitis dominis committantur, non tantum si à se vis aut libertas, verum & si ab ipsa uxore, quæ licet res mariti amovens nõ conveniatur actione furti ratione adfectus, verè tamen furtum facit alienum subtrahendo, & actione rerum amotarum conveniri potest, *tit. D. Rer amotar.* Navat. *d. c.* 17. 153. *& seqq.* Less. *d. c.* 12. *dub.* 14. A liberis quoque, quamvis habeantur rerum paternarum quasi domini, vere fit furtum eo quod rem necdum suam abstulerint, licet actio furti non detur; hoc enim tantum propter patriam potestatem, quæ facit quidem unam esse patris & filii personam, cum actio requirat duas civiles personas, *l.* 4. *D. de Iudic.* non tamen minuit peccatũ, cum patri sit plenum rerum suarum arbitrium, quod per liberorum subreptiones non minuendũ invito; §. *Hi qui Instit. h. t.* Sic & peccat maritus ex bonis paraphernis uxoris quid subripiens, quia sunt propria uxoris, ut eorum abusus, invitâ uxore, constituat furti aliquam speciem, nisi consuetudo maritum ponat liberum administratorem, Vid. Molin. *d. Disp.* 685. *& seqq.*

6 Excusat autẽ a peccato ignorãtia rei alienæ, cum ad furtum, uti & ad alia delicta requiratur animus & intentio. Sic & excusatur is, qui domino non invito, credit se abuti eius re, cum absit adfectus furandi, sine quo furtũ non committitur, etiamsi caussa non subsit probabilis; nam & talis removet dolum. Econtra si quis judicet dominum invitum, qui tamen non est invitus, non excusabitur à furti vitio & peccato, quia adfectus adsit: quamvis eo nomine non possit dici oriri actio ipsi domino, pui volens est. Atque ita intelligendus Justin. Imp. *in §. Sed etsi credat* 8. *Instit. d. t.* & Vlpian *l. Inter* 48. *§ pen. D. eod.* qui negant furtum committi ab eo, qui putat se abuti re, domino invito, qui volens est, scilicet quoad effectum, id est actionem dandã, non etiam quoad ipsum delictum. Quo modo & peccato talis erit obnoxius, cum peccata cordis & operis ejusdem sint ordinis; & contra conscientiã licet erroneam agens peccato se involvat. ut habet *c. Per tuas* 35 *sup. de Simon.* Navarr. *adcan. Si quis autem n.* 86. *de Pœnit. dist.* 7.

7 Excusat præterea extrema inopia; non quod ea ponat omnia communia quoad dominium, cum potius communicanda sint: sed quia necessitas ponit usum saltem esse communem, quem facit reservari, post introductam à jure gentium bonorum divisionem, ipsum jus naturæ, quo quisque vitam suam tueri jubetur Nav. *d. c.* 17. *n.* 61. Less. *d. c.* 12. *dub.* 12. *n.* 67. *&* 68. Non obstat *c.* 3. *h. t.* quod vult imponendam tali esse pœnitentiã, quia loquitur in casu, quo est modica necessitas, *Glos. ibi.* Quo casu rectè dicitur & uxorem donare citra culpam res mariti, nec esse communes; filios res parentum: Monachum res Monasteri. Nav. *adcan. Quiescamus n.* 26. *dist.* 42. Nam si acceptio nihil habet peccati, multò minus datio, quia tenetur subvenire.

8 Q. An furtum committat subtrahens alicui rem suam? R. Non esse furti vitio vacuum subripientem rem propriam, penes alium existentem ex justo titulo, uti commodati, pignoris, conducti ante tempus, §. *Aliquando Inst. h. t.* quod alterum jure, quod habet circa usum aut possessionem ejus rei, inique spoliet, eoque nomine damnum inferat, secundum quod reatus est mortalis aut venialis judicandus. Si injusto titulo apud alium res fuerit, furtum cessare, cum non subripiatur alienum, sed proprium. Ubi tamen aliquæ conditiones requiruntur, ut cesset peccatum. Prima, ut res extra omne dubium sit ejus, qui eam clam subtrahit, quia dubium faceret potiorem caussam possidentis. Idem est, si ex justitia debeatur, non etiam ex gratitudine tantum, quæ obligationem non ponit nisi antidoralem, tantum dependentem ex arbitrio ejus, qui beneficium accepit, qui non cogitur ad remunerandum, Jason. *ad l.* 5. *n.* 74. *D. de Iust. & Iure.* II. Ut eam alia via citra molestiam consequi nequeat. III. Ut absit scandalum & detrimentum aliorum, cui imputari possit furtum; nam ea res non poneret extra reprehensionem reum, & faceret eum præsumi in fòro exteriori furto obnoxium. Quæ tamen conditio concernit potius legem caritatis, quàm justitiæ. Vid Molina *d. Tract.* 2. *disp.* 690. Less. *d. c.* 12. *dub.* 10.

9 Alia quæstio est, An sine vitio hoc quis rectè compenset, subripiendo à debitore tantum, quantum debet? R. Communem sententiam DD. esse adfirmativam, propterea quod debitori non inferatur injustum damnum, secundum jam dicta. Jason. in *l.* 1. *n.* 17. *C. de Testam.*

Ubi tamen & eædem conditiones sunt servandæ, scilicet quia aliter debitum consequi non possit creditor; ut sit verum & liquidum debitum, & fiat compensatio in re simili debita, scilicet fungibili ejusdem ordinis, in qua facilis est compensatio, non item in aliis non fungibilibus & minimum detrimentum debitoris. Denique cesset scandalum, & consulat saluti debitoris, cavendoque ne iterato postea debitum solvatur Navarr. *d. c. 17. n. 112. & seqq.* Molina *disp. 691.*

10 Hic quæri etiam posset, An in casu, quo rem alienam subripuit, justæ compensationis caussa comprehendatur decreto Episcopali, quo jubetur ea restitui sub pœna excomunicationis? R. Ejusmodi excommunicationem posse ferri ab Episcopis patet ex *c. 2. de Constitut. in 6.* Ea tamē non teneri taliter subripientem rationi magis consentaneū; quia decreti istius finis est, ut restituatur parti id, quod illi debitum. In casu autem proposito non est parti debitum, siquidem juxta præsupposita accipiens juste accepit injustam sui debiti compensationem: ut cessante decreti fine, & mente auctoris ejusdem, dicendum etiam sit, cessare pœnam eo contentam, quæ non imponitur nisi peccanti contra justitiam, contra quam hoc in casu non est peccatum. Quod etiam procedit quoad scientes certo rem justæ compensationis ergo esse ab altero acceptam. Imò & in casu, quo Episcopus restitutionem aut judicium mandat; quando res accepta est caussa compensationis, quia ejusmodi decretum contineret errorem intolerabilem, dum punit eum, qui justè accepit rem, juxta conditiones suprà positas, eosve, qui non revelant factum ejus, qui non peccavit, ut non obliget in conscientia, uti rectè tradit Navarr. *d. c. 17. n. 114* quem sequitur Molina *d. tract. 2. disp. 692.* Less. *d. loco n. 61.*

11 Quod si nulla sit culpa furem excusans, in ipso actu furandi occisum Ecclesia tamquam in reatu mortali habet defunctum, vetatque pro eo orari, cum neutiquam tali possit prodesse oratio, uti nec terra sancta, ut dictum sup. *de Sepult.* Ante tamen confesso non est deneganda communio *c. 2. h. t.*

12 Est præterea ratione furti obligatio ad restitutionem ejus, quod acceptum, cum res aliena citra peccatū non detineatur, *c. Peccatum de R. I. in 6.* Nec rei tantum, sed & fructuū ex re furtiva perceptorum, quia percepti sunt à malo fidei possessore, qualis fructus suos non facit, & tenetur eos restituere; imò & ad non perceptos, si eos percipere potuerit, ut traditum *Instit. de Rer. divis. §. Si quis à non Domino, & D. de Rei vindic.* ex ratione, ne alteri per alterum adfeatur injuria. Item ad omne damnum nomine furti caussatum, quod videtur dedisse ei caussam dans. Tenentur & ope, consilio auxilium præbentes, celantes, mandantes, & alii, de quibus Navar. in *Summa c. 17. n. 12. & seqq.* cum sint caussa damni, cujus restitutioni concurrendo se fecerunt obnoxios. Interitus rei non solvat à restitutione æstimationis, cum non solum obligetur fur ratione rei acceptæ, verum & ratione injustæ detentionis, quæ durat re perempta, propter moram, in qua fur hæret; cujus nec fecta casus fortuiti ei videntur imputandi, secundum tradita ad *D. d. tit. de Rei vindic.*

Hinc resolvitur quæstio. An rem inventam quis debeat restituere? R. Non committi peccatum ratione apprehensionis, quia non injusta, quod nesciatur Dominus, sed tantum detentionis, quæ injusta esse incipit, si inventor negligat sufficienter inquirere de Domino per præconem, aut scedulam publice ad propositam, qua res inventa indicetur à inventor. Facit enim adfectata ignorantia justam detentionem *l. Falsus 43. §. qui alienam l. inficiando 67. D. h. t. can. Si quid invenisti D. q. 1.* & consequenter furtum ponit obligatio ad restitutionem. Quod si sufficienti inquisitione facto non compareat Dominus, non potest videri injusta detentio, cui animus deest: res videatur esse nullius, cum patria fuit, non esse dominum, & non apparere. Et nec naturali jure, nec divino quis jubetur rem inventam, cujus non apparet Dominus, distribuere pauperes, quamvis hoc sit tutius, ut saltem aliquatenus expendetur in utilitatem ignoti Domini. Pro qua parte videtur facere textus in *Auth. Omnes C. Communia de Success.* ubi peregrinorum intestatorum bona deferuntur pauperibus Covarr. *ad d. c. Peccatum p. 3. §. 1. n. 1.* Navarr. *d. c. 17. n. 170.* Quæ ita intellige, nisi res talis sit, quæ nullius esse appareat. Utque inventa in littore aut circa littus maris rudis & impolita, ut rectè præsumpseris, nullius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

umquam fuisse; nam sine scrupulo tamquam nullius quis eam sibi reservaverit; secundum tradita *Instit. de Rer. divis.* Ubi etiam traditum, thesaurum inventum inventoris, quia domino careat, secundùm distinctionem, de qua ibi. Navarr. *d. c. 17. n. 172.*

14 Quæri etiam posset, An excuset à restitutione inopia? R. Ita videri, quia ad impossibile nemo teneatur; pro tempore tamen durantis inopiæ, quæ non tam tollit & extinguit omnino actionem, quam elidit, & differt pro tempore stantis inopiæ exactionem. Navarr. *d. c. 17. n. 60.*

15 Quid si non possit fieri sine damno ordinis superioris, uti honoris, vitæ? R. Eum excusari à restitutione pro tempore imminentis probabiliter damni istius; cùm regulariter nemo teneatur ad bona aliena inferioris ordinis restituenda cum damno bonorum suorum altioris ordinis, ut famæ, honoris, melius enim nomen bonum, quàm divitiæ multæ, ait Sapiens *Prov. 22.* vitæ præcipuè ac salutis, quæ honorem ac famæ bonum superant. Navarr. *c. 16. n. 44.* Imò si restitutio non possit fieri, salvo decenti statu, vult Navar. *d. c. 17. n. 62. in fine*, restitutionem differri posse, donec status permittat, quia salvo honore fieri nequeat restitutio. Quòd si tamen & creditor in eadem caussa sit, quia in pari caussa potior est dominus, cùm caritas incipiat à se ipso, *can. Non licet XXIII. q. 5.* Navar. *d. c. 16. n. 60.* Covar. *ad d. c. Peccatum p. 1. in princ. n. 4.*

16 Postremò quæritur, An excuset à restituendo extrema necessitas, qua quis adductus rem alienam surripuit? R. Talem necessitatem excusare omninò à vitio furti, propter majus damnum, scilicet mortis, evitandum, & videri non teneri, sive inspicias acceptionem, quæ extra noxam fuit, & legibus permissa, sive rem acceptam, quæ consumitur ut propria, non ut aliena. Quo facit, quod ejusmodi necessitas faciat omnia in commune conferenda. *l. 2. §. cum in eadem D. ad L. Rhod.* Dicendum tamen non excusari à restitutione, si ad pinguiorem fortunam pervenerit. Nam licet acceptio isto in casu fuerit licita, hoc tamen non nisi ut gravius malum evitet, non etiam ut rem quasi suam habeat, cum non tam acceperit tamquam communem jam factam, sed communicandam à domino ex lege caritatis, & misericordiæ, non tam donando, quàm commodando & credendo, ut restituatur idem cessante necessitate. Quo modo in *d. l. 2. §. cum in eadem* non dicitur res hoc ipso fieri communis, sed communicanda. Itaque ut sit justa acceptio, non tamen simpliciter, sed restrictè, donec fortuna melior adflaverit. Ea ita tenet Navar. *d. c. 17. n. 61* Covar. *ad d. c. Peccatum p. 2. §. 2. n. 4.* Clar. §. *Furtum n. 25.*

Præter restitutionem est & pœna pecuniaria in duplum aut quadruplum, §. *Pœna 5. instit. d. tit.* extraordinaria etiam animadversione furtum puniri responsum, *l. fin. D. h. tit.* Hodie obtinet pœna laquei in furtis gravioribus, aut alia corporis castigatio in minoribus. Et ita consuetudine passim inductum, quæ originem sumpsit ex Constitut. Friderici Imp. *lib. 2. Feud. tit. 27. §. fin.* nec improbanda cum communi bono consulat propter furtorum frequentiam, quæ facit pœnam criminis augeri. 17

Præterea furti damnatus fit infamis, & jure civili, §. *Ex quibusdam instit. de Pœna temere litig.* & Canonico, quo ut talis ab Ordine, si quem habet, deponitur, *can. Presbytr. dist. 81* ita multò minus ad eum admittitur. Quod & obtinet in eo, qui infamia furti manifesti est adspersus. Occcultus tamen fur pœnitentia purgatus non removetur ab Ordinis susceptione, *c. fin. h. t.* 18

Excommunicationi furem subjici non est ullibi expressum, ne quidem ob rem sacram subreptam. Nisi conjuncta sit effractio Ecclesiæ, quæ inducit ipso facto excommunicationem, *c. Conquesti inf. de Sent. excom.* & dictum suprà *de Raptorib.* Ut autem simplex fur non incurrat ipso facto excommunicationem, si tamen depositus incorrigibilis fuerit, subjiciendus excommunicationi, & in contumacia perseverans per brachium sæculare comprimendus exilio aut alia justa pœna, *c. Cum non ab homine 10. sup. de judic.* 19

TITULUS XIX.

De Usuris.

SUMMARIUM.

1. *Usura quid nominis & rei.*
2. *Dare mutuum vindictæ evadendæ caussa an sit usurarium?*

3. *Fœnus*

3. *Fœnus nauticum jure civili licitum.*
4. *An & jure Canonico?*
5. *Fidejussor nomine fidejussionis an quid licitè stipuletur?*
6. *Vsura proprie in mutuo locum habet.*
7. *Item in aliis contractibus; ut si res carius vendatur, dilata solutione.*
8. *An & si res minoris, ob anticipatam solutionē?*
9 *Vsura quotuplex.*
10. *Vsuræ compensatoriæ quatenus licitæ.*
11. *Punitoriæ quatenus toleranda.*
12. *Debito quantitatis adjecta pœna jure civili rectè exigitur.*
13. *An jure Canonico idem obtineat?*
14. *Lucratoriæ prohibitæ jure naturali, divino, Canonico.*
15. *An & civili?*
16 *Antichreseos pactum jure civili probatum.*
17. *Fructus perceptos ex re pignori obligata in securitatem dotis gener cur non computet in sortem. Intellectus.* c. Salubriter 16 h. t.
18. *Et quid juris, dote ab extero data.*
19. *An ex caussa retardatæ dotis dissoluto matrimonio aliquid peti possit?*
20. *An in casum restituendæ dotis promitti possit annuum quid viduæ solvendum?*
21. *Intellectus* c. 1. in fine h. t.
22. *Vsura inficit peccato mortali.*
23. *Facit restitutioni obnoxium usurarium & Clericum & laicum.*
24. *Res ex usuris comparatæ non subjectæ restitutioni.*
25 *Vsurarii bona an tacitè aliis obligata?*
26. *Tenentur & usurarii hæredes ad restitutionm.*
27. *Item legatarii deficiente hærede.*
28. *Restituendum venit & damnum & interesse.*
29. *Quid si res accepta perierit sua sponte?*
30. *Iudæi an teneantur ad restitutionem?*
31. *An cooperantes & consulentes?*
32. *An judices, & eorum consiliarii?*
33. *An Notarius instrumentum conscribens?*
34. *An qui penes usurariū pecunias deposuerunt?*
35 *Famuli usurariorum an & qualiter teneantur*
36. *In usura conventionali non est locus restitutioni.*
37. *Vsura mentalis an obliget ad restitutionem?*
38 *Intentio prava mutuantis, non etiam lucrum offerentis, an faciat accipientem obnoxium restitutioni?*
39. *Tenetur mutuans, licet mutuarius juraverit se soluturum usuras, & non repetiturum*
40 *Secus, si usuras acceptas remiserit mutuarius.*
41. *Restitutio cui facienda.*
42. *Vsuras exercens an infamis ipso jure.*
43. *An & in casu, quo jus civile eas permittit?*
44. *Vsurarius manifestus removendus à communione & Ecclesiastica sepultura.*
45. *Est intestabilis.*
46. *Evertiturq; ejus testamentum ante factum.*
47. *Nec convalescit per cautionem subsequentem.*
48. *Legata eo relicta an præstanda?*
49. *Codicillis relicta an valeant?*
50. *Donare mortis caussa an illi liceat?*
51. *Iudæi an teneantur pœnis* c. Quamquam h. t. in 6.
52. *Aliæ pœnæ usurariorum.*
53. *Mons Pietatis an licitus?*
54. *Vsura delictum esse mixti fori probatur.*

CUm rapina & furto adfinitam habet usura, cum usuras accipiens dicatur rapinam facere, *can. Si quis usuram XIV. q. 4.* ideo de immediatè subjicitur. * Nomen istud significat subinde usum rei alicujus; ita enim Cic. *Orat. pro C. Rabirio*, dixit *usuram lucis, aliquam vitæ*, pro usu: item lucrum ultra sortem acceptum, quo modo & Fœnus appellatur, quia fœtura sive fructus pecuniæ; atque ita materia sumitur, definiturque sive definitur esse voluntas recipiendi aliquid lucri pecuniæ æstimabilis ultra sortem, principaliter vero Navarr. in *Summa c. 17. n. 207*, Covarr. 3. *Var. n. 1. & 2.*

Sub *Voluntate* comprehenditur omnis etiam mentalis, in qua cessat quidem pactum exterius, ejus tamen animi est mutuans, si ultra sortem quid recepturus esset, non mutuaret, *c. Consuluit. 10. h. t.* Et hoc, si principaliter id intendat; nam minus principalis ... mutuantis non mutat actus qualitatem: mutuans cum spe secundaria quid recipiat per alterius liberalitatem non committit usuram, *Gl. in d. c. 10.* Vid. Pet. Navar. *de Restit. lib. 3. c. 2. n 200.* Dico, liberalitatem; nam si ex obligatione justitiæ speret accipere ultra sortem, esset usurarius, *d. c. 10.* quia non licet sperare, quod non licet accipere. Less. *de Iure lib. 2. c. 20. dub. 5. in p. r.*

Dicitur, *lucri pecunia æstimabilis*; ut excludantur ea, quæ pecuniæ æstimari non solent, uti amicitia, favor, quorum respectu usura non committitur. Navarra *d. cap. 2. num. 104. &*
1 *seqq.* * Quo modo nihil sentiet labis usurariæ dans mutuum in eum finem, ut vindicta privata injusta remittatur, cum nihil recipiatur, sed tantùm evitetur injusta vexa. Quò facit, quod dictum supra, *De Simonia n. 64.* in beneficiis redemptionem vexationis injustæ esse citra labem simoniacam. Aliter dicendum, si viad ctæ justæ imminentis evadendæ causa detur mutuum; quia videtur dari in ejus satisfactionem, atque ita accedere aliquid pretio æstimabile ipsi mutuanti, non sine labe. Mutuare quid ea lege, ut vicissim alter mutuet, aut à se solo emat, non est extra usuram: & hoc, si obligatio ponitur, cum ejusmodi conditio contineat onus ultra sortem pretio æstimabile Covar. 3. *Var. c. 2. n. 5.* Azor *Instit Moral. p. 3. lib. 5. de jure c. 7. q. 1.* Less. *d. c. 20. Dub. 8. n. 58.*

2 Dicitur, *vi mutui*; quia ratione interesse caussati ex damno emergente ob moram, aut lucro cessante, ultra sortem licet quid accipere citra vitium usuræ; cum acceptum ultra sortem non accipiatur vi mutui principaliter sed nomine ejus, quod abest: ut procedat, quod nulli officium suum debeat esse damnosum Covarr. 3. *Var. cap. 4. num. 1. & 2.* Hoc modo extra usuram erit, stipulari aliquid ultra sortem ratione periculi, cujus susceptio est
3 pretio æstimabilis. * Quod negotium spectat ad fœnus nauticum & trajectitiam pecuniam, quæ navigat periculo creditoris, quæque creditur ea lege, ut si navis perierit, non reddatur; sin autem salva in portum pervenerit, pecunia cum lucro redeat ad creditorem, *l. periculi 5. D. de fœnore naut. lib. 1, & fin. D. eod.* Cujusmodi fœnus jure civili est permissum, possuntque ejus nomine exigi usuræ etiam centesimæ, non tantum stipulatione prævia, verum & pacto, *d. l. 5. in fine.*

4 Quæritur, An & jure Canonico sit licitum tale lucrum? Respondendum. Id rectè dici, cum eo jure reprobetur lucrum, principaliter acceptum ratione mutui; hoc autem in casu lucrum accipiatur principaliter ratione periculi pretio æstimabilis. Ut cesset usuraria labes, quæ tantùm locum habet in lucro percepto principaliter nomine mutui, secundum dictũ Evangelicum. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Difficultatem movet *cap. fin. hoc t.* in quo Pont. reprobare videtur nauticum hoc fœnus, cum eũ censeat usurarium, qui naviganti vel eunti ad nundinas pecuniã mutuo dat, recepturus quid ultra sortem, propter susceptum in se periculũ. Variæ à variis adducuntur solutiones: quidam etiam manus danti, adferentes, secundum textum istum, ut apparet prima facie, tale pactum esse usurarium. Quod dici neutiquam potest, cum passim isto jure non damnentur usuræ, nisi ratione mutui principaliter; hic autem non nisi ratione periculi acceptæ sint: ut cesset ratio jurium damnantium usuram. Nisi etiam dicamus, posse accipi *d. cap fin.* de periculo, quod allegabatur, improbabili, non etiam probabili, ut jura juribus concordent, & non facile ponatur diversitas vel correctio alicujus per alterum, quando de eo non patet, aut possint concorditer capi, cum non sit dicendus Pont. aliàs improbare, nec etiam improbet usuras lucratorias, nisi quæ acceptæ ratione mutui principaliter ex mora, non etiam ex alia ratione, quæ sit æstimabilis, ut est periculum sive maritimum sive terrestre. Dicendum itaque, isto loco non haberi illicitum omne tale pactum & lucrum, quando nimirum liberè quis convenit, accepta sub eo pacto pecunia, quia non accipitur pecunia vi mutui principaliter, uti dictum, sed respectu oneris, quod æstimari potest: sed tantum reprobari isto loco casum, quo non aliàs creditor mutuò dare volebat, quàm sub lucro ex causa susceptæ periculi. Ut in pactum tale non libere consenserit debitor, atque ita contractus ille judicetur non esse extra vitium, propter onus adjunctum debitori incumbens, qui maluerat suo periculo mutuum habere sine onere. Quæ solutio placet Didaco Covarr. 5. *Var. c. 2. nu. 5.* & aliis, estque commodior, quam alicujus neoterici, qui interponit negativam, subtiliter quidem, sed contra textuum omnium fidem, qui unanimiter adfirmative legunt Joan. Bernart. *De util. legendæ Hist. lib 2. in princ.* Vid. Nav. *ad d. c. ult. n. t. & in Manuali c. 17. nu. 284. & seqq* Binsf. *ad d. c. ult. qu. 1. & 2.* Canis. *ibid. 4.* Scaccias *De commerc. §. 3. Gl. 3. n. 37.* Quod de pecunia dictum, idem etiam in mer-

cibus transvehendis statuendum. Covarr. *d. n.* 5. ut si periculo creditoris sit earum transvectio, ejus nomine lucrum licitè percipiat ex eadem ratione. Idem & statuendū in pecunia vel mercibus terra transmittendis, quòd lucrum percipiatur nomine periculi transmissionis, non etiam ipsius mutui.

5 Item quæritur, An fidejussor licitè stipuletur quid à reo nomine fidejussionis? R. Id videri dicendum nomine periculi, quod subit fidejussor, juxta commune dictum, *Spondē, noxa præsto est*; cum non sit rarum, ut debitore facto non solvēdo, mutuum cogatur exsolvere, quod numquā recepturus; ut lucrum, quod accipit. accipiat nomine mercedis *l. hoc jure* 19. §. *labeo D. de donat.* Et hoc, ut rectè ait Covarr. *d. loco num.* 6. si ex qualitate & conditione debitoris subsit periculum; nam si nullum subsit periculum, nihil causæ subest quin salvetur lucrum in pactum deductum, cessante officio. Navar. *in Summa c.* 17. *n.* 285. *& cons.* 23. *num.* 4. *b. t.* Binsfeld. *ad c. fin. qu.* 3. *eod.*

6 Habet locum usura propriè in mutuo, *can.* 1. *& seqq. XIV. q.* 3. & præcipuè circa pecuniam versatur, cujus est promiscuus usus, de qua dicta loca agant: quidni tamen & in vino, aliisque rebus fungibilibus?

7 Habet & locum in aliis contractibus, sive bonæ fidei sive stricti juris. Nam si res vendatur pluris dilata solutione, id quod accipitur ultra verum valorem, accipitur sine causa, ut sit superabundantia sapiens labem. *d c. consuluit* 10. *h. t.* quasi ratione mutui accedens. Est enim quædam species mutui prorogatio solutionis, quasi pretium conventum receptum brevi manu esse emptori sub usuris creditum, *arg. l singularia* 15. *D. de reb. cred.* Unde *in c. In civitate* 6. *h. t.* dicuntur vendentes carius, dilata solutione, incurrere peccatum usurarium, nisi subsit causa excusans: ut si dubium sit, an tempore solutionis res sit pluris valitura, *d. c.* 6. quòd tum æqualiter & emptor & venditor commodum ex tempore exspectent; quod videntur mutuo cessisse sub pretio convento. Si tamen tempore contractus non erit venditurus merces suas venditor; nam foret tantum præsens conditio inspicienda, non futura, *Gl. fin. in d. c. fin.* Vid. Binsfeld. *ad d. c.* 6. *qu.* 3. *concl.* 2. *& 3. h. t.* Less. *dib.* 2. *c.* 21. *dub.* 6.

Quæri posset, An idem obtineat in minoris propter anticipatam solutionem. Nihil continere id vitii, si minoris emantur extra terminos tamen pretii infimi; vel à terminos summi pretii vendere nihil habentii, & eatenus procedit, quod habetur *l. 16. §. pen. de minorib. & l. item* 22. *in fine D.* naturaliter scilicet licere contrahentibus circumvenire, cessante tamen dolo. Solūnim spe quæstus, ut ait Seneca, *de Benef.* cesse erit languere mercatum. Ut emptor termini infimi pretii non est licitum, nec illicà labe si fiat ratione anticipationis, quæ implicitam mutuationem, cujus nomine quo res pluris est pretio dato, ullum locusuræ, ut non sit sine vitio. Nisi enim propterem damnum emergens, aut lucrifidum, alive causa meritò æstimabilis isto tempore uti; & si traditio differatur in tempus, quocertum est, an res tanti sit valitura, eo tempquo antè in venditore dictum, *d. c.* 6. natura correlativorum Nav. *d. c.* 7. *n.* 21. *Comment. de Vsuris n.* 4. *& alibi* Binsf. *ad qu* 4. Less. *d. c.* 21. *Dub.* 7.

Usurarum species est triplex: aliæ Compensatoriæ, quibus venit id, quod ve ratione lucri cessantis, sive damni em *l si commissa D. Rem ratam hab.* & eatenus veniunt cum eo, quod interest: aliæ Punquæ debentur non ratione lucri peteritpropter moram non solventium, *d. cum* §. *pupillo D. h. t.* aliæ Lucratoriæ, quæ aliquod lucrum temporale, causa & mutui principaliter exactum.

Prima species omninò est licita, quæ verè interest creditoris, cum nemo tenetur teri prodesse extra causam necessitatis spendio; nec contrarium sit officio, aliquijuvare cum sui indemnitate, qua de re ad *tit. D. de judic. n.* 65. *& seq.* Quò spectat quod venditor rectè petat sibi dari mutationem rei venditæ, *l* 4. *C. de act. empti &* illæ enim sunt compensatoriæ, respectu ctuum, quos percepit emptor: uti & valet illas esse compensatorias, quæ in bonæ fidei contractibus debentur ratione moræ, *l.* 32. §. *in bonæ fidei D. h. t.* Quod verum est, terfit; nam & debentur, si non interfit, non tanti.

Secunda species non damnatur, si pœna adjecta sit speciei debitæ, ut si rem non tradideris intra certum tempus, aut etiam obligationi 11 faciendi. Potest enim mora in his puniri; & lex addita in contractibus pœnam concernens quam conventionalem vocant, est servanda, *l. Legem D. de pactis l. in traditionib. 48. d. eod.* etiam jure Ecclesiastico, quo sustinetur conditio privationis rei in emphyteusim datæ, Si ad biennium cesset solvere emphyteuta pœna statuta arbitrio non stanti rectè exigitur *c. per tuas jup. de arbitris.* Pœnas quoque testamentis subjectas admittit Ecclesia, ut facilius servetur voluntas, quia nihil mali involvunt: uti nec illæ, quæ obligationi facti subjiciuntur, aut speciei *c. 4. sup. de arbitr. c. 7. inf. de pœnis*, etiamsi ab Ecclesiasticis personis, præcipuè Episcopis, sit consultius eas non peti, ne videantur lucro inhiare. Unde Greg. Pont. *in can. Fraternitas* XII. *q. 2.* nomine rei furto subreptæ Ecclesiæ non lucrum exigi, quòd non deceat Ecclesiam lucra damnis quærere.

12 Debito quantitatis jure civili ex stipulatione adjectas pœnas in casum moræ usuratum loco peti posse receptum est, quæ tamen non excedant debitum usuratum modum, ne earum conventio tendat in fraudem legis. *l. Iulianus §. ibidem D. de act. empti & l. cum allegas C. h. tit.*

13 Ubi quæritur, An idem obtineat jure Canonico? R. Ejusmodi pœnam non haberi eo jure liberam ab usuratum vitio, quòd præsumatur adjecta in fraudem usuratum, *arg. d. c. Consuluit 10. h. t.* Si tamen fraus cesset, & pœna sit moderata secundum culpæ mensuram, dici potest exigi posse citra vitium, quatenus vere interest.

Tertia species, quia merum lucrum continet, principaliter ratione mutui exactum, est 14 damnata & divina lege, & naturali, & Evangelica, & Canonica. De divina patet, *can. quoniam* XIV. *q. 4.* ubi dicuntur obliti præcepti divini dantes pecunias suas ad usuras. De naturali ex eo probatur, quod contineat injustum proximi damnum, dum ex re non fructifera imò sterili, fructus petitur & commoditas, quòd natura non patitur. De Evangelica lege patet ex dicto Salvatoris. *Luca 6. Mutuum date; nihil inde sperantes.* Canonica lege improbari usuras habet totus hic Tit. & in 6. eod. item *dist. 47. Caus. XIV. q. 4.* quibus locis Canones passim usuras detestantur. Non rectè quis objecerit id, quod habetur *Deut. 23.* quo permittitur Judæis usuratum exactio ab alienigenis, non etiam à fratribus. Nam Resp. I. Istam permissionem processisse potius per dissimulationem à divina Majestate ad vitandum majus malum. ob duritiam cordis istius gentis, & avaritiam, qua etiamnum hodie laborant, & passim usuris inhiant, uti & eadem de causa iis est permissus libellus repudii. II. Admisso ibi agi de propria permissione & approbatione exigendi usuras ab alienigenis, non tamen de omnibus id intelligendum esse, sed de iis; qui hostes sunt, ut quos rectè vita spoliare possis, eosdem & bonis spolies, secundum D. Ambros. *can. fin. XIV. q. 4.* & quasi cui per vim eripere bona liceat, etiam hac via subtrahas. Verùm hoc non absolutè ita intelligendum, cum etsi hostem spoliem jure belli non tamen & per contractum jure divino & naturali prohibitum fraudare liceat, qui non nisi tempore pacis cum hoste rectè initur. Quo modo cessat argumentum à belli licentia desumptum, ut moderanda sit illa sententia, scilicet, quatenus damnorum ab hoste injustè illatorum compensatio patitur, Cov. 3. *Var. c. 1. n. 7.*

Quæstionis vero est, An & jure civili possint dici usuræ prohibitæ? R. Si jus Digestorum inspicias, non posse dici esse prohibitas, 15
cum passim eo jure permittantur, *l. placuit D. h. t.* Idem jure Cod. dicendum videtur, nisi quod *Gl. in Auth. ad hæc C. h. t.* velit eas a Justiniano esse prohibitas: quæ hoc argumento ducitur, quod in *l. inter claras 7. §. Suscipimus c. de summa Trin.* declaret se suscipere quatuor œcumenica Concilia tamquam regulas Patrum, eaque velit obtinere vim legum, & eorum dogmata sicut sacras Scripturas accipiat: quibus cum usuræ sint prohibitæ, non potest non & easdem prohibuisse Justin. secundum istam Gloss. Verum obstat, quòd ipse Justinianus easdem permiserit, certum modum earum exactioni præscribens, secundum personarum qualitates, *l. eos. 2. C. h. t.* Ut ex *d. l. inter claras*, non possit sumi firmum argumentum, à Justin. esse damnatas usuras, cum argumentum à tacito non procedat, quando contrarium est

expressum, quod tacito prævalet. Covarr. *d. c.* 1. *num.* 6. Peguera *Decis.* 30. *n.* 16. Et licet nesciatur, *d. l. cos* 26. posteriot an prior fuerit dicta *l* 7. cum de data non constet, nihilominus ut fuerit prior, nihil tamen hoc promovebit opinionem Glos. cum Iustin. in *Nov. ut part. usur. solut.* 121. usurarium exactionem in duplum permittat, quam esse posteriorem *d. l.* 7. omninò certum est. Nec obstat, quod idem Imp. *Nov. De Eccles. tit.* 132. *c.* 1. quatuor œcumenica Concilia iterum approbet, & licet posterius, non potest tamen videri revocasse *d. l.* 26. aut *Nov* 121. tum quod earum mentionem non faciat, ut non videantur correctæ, & procedat decisio *l. præcipimus C. De appellat.* tum quod postea *Nov. de argent. contractib.* 136. permittat bessis usuras. Nisi velimus dicere, Iustin. toleralle tantùm, non etiam approbasse usuras, majoris mali evitandi causa, ut pulchrè declarat Leo *Nov.* 83. eo modo, quo lupanaria permittuntur, tamquam minus mala, ad evitanda majora mala quæ causabantur per adulteria, sodomiam, & similia. Vid. Less. *d. lib.* 2. *c.* 20. *Dub.* 4.

16 Antichreseos pactum, quo pignoris fructus cedunt creditori, in vicem usurarum, jure civili receptum, propter incertum fructum eventum, *l. si ea lege* 17. *C. de usuris.* damnatum à Canonibus diximus supra, *de pignorib.* quod ratione dilatæ solutionis lucrum fructuum non sine labe usuraria ipsi creditori cedat, non obstante incerto eventu. Unde si fructus percepti, deductis onetibus, sortem adæquaverint, mandat Pont. pignus restitui, *c* 1. *& c. conquestus* 8. *h. t.* Quæ res exceptionem patitur. Primo, in re feudali per vasallum obligata ipsi Domino. *d. c.* 8. *h. t.* cujus ratio supra ad *tit. de feudis* est data. Secundo, in re pignori per socerum genero obligata, in securitatem dotis numerandæ (ita enim legendũ non etiam *numeratæ*, cum hæc non desideret securitatem) ex qua perceptos fructus gener non cogitur in sortẽ computare, sed sibi servat, nec accepta dote restituit, *c. salubriter* 16. *h. t.* Quæ res non patitur difficultatem, si res fungiferæ sint in dotem promissæ; tunc enim fructus pignoris videntur accepti in compensationem fructuum rei promissæ in dotem, & non solutæ.

At quæstio est super ratione decisionis *d. c.* 16. R. Aliquos eam ponere in dotis favore, [illegible] multa specialia continet; sed obstat [illegible] ne quidem pia causa facit usuras licitas. [illegible] quos in conventione, verum nec ea possit [illegible] vare usuratiam labem, cum malitiam [illegible] minuat partium voluntas. Aliquos vel ob [illegible] in interesse damni emergentis, quod sentit [illegible] ritus sustinendo onera matrimonii, non [illegible] ta promissa dote, in cujus compensationem [illegible] fructibus prædii oppignorati, donec [illegible] tur, utitur maritus, non computando [illegible] sortem. Ut dicendum sit, aliquam esse [illegible] tatem hac in parte ex causa dotis, tanquam [illegible] stere in subintellecto pacto libere [illegible] fructus, non tam ex dotis favore, quam [illegible] emergentis damni, vel loco satisfactionis [illegible] oneribus matrimonii. Quò facit textus [illegible] d. c. 16. quòd fructus dotis frequenter non [illegible] ciant oneribus matrimonii, & cessante [illegible] nati fructus prædii oppignorati in manu [illegible] sustinente ulla matrimonii onera, non [illegible] quæ salvet istam decisionem. Vid. Cov. [illegible] 1. *n.* 3. Nav. *de Restit. lib* 3. *c.* 2. *n* 32. & [illegible] *lib.* 2. *c.* 20. *n.* 141.

Quid si dos non à socero, sed extra [illegible] ta? Resp. Posse videri, idem esse dicendum [illegible] cum in d. c. 16. non tam ponatur vis ad [illegible] dante dotem, quàm in onenbus matrimonii [illegible] quæ etiam sunt in casu dotis promissæ [illegible] tero: ut posita decisionis causa, videatur [illegible] dicenda decisio obtinere. Covar. *d.* n. 2. [illegible] *vers. Hinc primò.* Contra tamen dicendum [illegible] ex eo, quòd ad socerum pertineat compensatio onerum matrimonii, non etiam ad [illegible] rum ut in illo procedat decisio d. c. 16. [illegible] am in hoc. Vid. Rebell. *De oblig. just. lib.* [illegible] 12. *q* 10.

Dubitationem recipit, An ex causa [illegible] datæ dotis, soluto matrimonio restituta [illegible] uxori, aliquid possit petere mulier, aut [illegible] hæredes? Ita vult Molinam *De just. pract.* [illegible] *lib.* 4. *c.* 5. *num.* 6. allegantem text. in d. c. [illegible] Qui cum se fundet in onenbus matrimonii [illegible] quæ marito incumbunt, non potest ejus [illegible] cisio trahi ad viduam, ejusve hæredes, in [illegible] bus ista ratio cessat. Ut contraria opinio [illegible] verior, scilicet quòd mulier accipiens non [illegible] dilatæ solutionis usuram committeret, quia [illegible] nec causa dotis, nec ulla alia etiamsi [illegible]

17

pia excusaret, *c. 4. h. t.* ut rectè tradit Covarr. *d. loco vers. sexto*, & loquitur Barbosa *ad l. 2. in princ. n. 40. D soluto matrim.* Unde si prædium adsignatum sit uxori loco pignoris, donec ei dos solvatur, fructus ex eo perceptos in dotem computare cogitur; cum nec favor doris nec inopia viduæ permittat, ut illos lucretur. Nisi inopia faceret mulieri intra annum viduitatis deberi alimenta ab hæredibus, tunc enim pro ratione eorum posset uti fructibus, quatenus verè ejus interest, ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, ut rectè *d. l.* tradit Covarr. Non rectè autem quidam restringunt *d. c. 16.* ad casum, quo differtur solutio dotis sine ulla dilatione data per generum, quasi si dilationem gener socero dedisset, non possit dici socer esse in mora. Nam ista distinctio, si rationem interesse inspiciamus, malè probatur, cum utroque casu sint onera matrimonii, atque ita & utroque casu veniat interesse. Procedit itaque decisio *d. c. 16.* ex causa onerum matrimonii, sive citra pactionem percipiendorum fructuum sit pignus datum, sive sub pactione, quæ non faciet causam mariti pejorem: neque enim quid mali moris involvi potest pactione, siquidem sit circa ea, quæ jure haberi possunt.

20 De eo quoque dubitatum, An licitè & citra labem maritus caveat testamento, ut donec dos uxori viduæ restituta fuerit, aliquid annuum ei præstetur? Resp. Si jus civile inspicias hoc esse extra dubium, per *l. 3. §. fin. D. de annuis leg.* quæ habet, usurarum nomine ita relictum deberi, intra probabilem tamen usurarum modum: quod non mirum, quia eo jure usuræ sunt permissæ. Tantum esse quæstionem, an textus iste procedat de jure Canonum. Plerique sunt ejus opinionis, quod res ista sapiat usuram, ex eo, quòd propter dilationem sit relicta annua pensio, atque ita lucrum, quos citat Barbosa *d. l. n. 41.* In idem inclinare videtur Covarr. *Var. 3. c. 1. vers. septimo*, dum tradit, statutum, quo cautum est, ut interim, donec dos solvatur, annuum quid præsteretur, non esse immune à labe, nisi respectu verosimilis interesse, ratione damni emergentis, aut lucri cessantis; qui idipsum in terminis hujus casus repetit ibidem *n. 9.* Idem multis tenet Jason in *l. 1. Lect. 2. n. 29. & 30. C. de sum. Trin.* Bart. *& aliis allegatis.* Contra vult Castrens. *d. l. 1. num. 14.* Bartoli & Jas. opinionem improbans; ex eo, quod testator possit gravare hæredem pœna nomine, si legatum non præstiterit, *l. 1 C. de his quæ pœna nom.* Castrensem sequitur Alciat. *5. Paradox. c. fin.* qui tamen in hoc eam moderatur, ut procedat tantum, si testator dixerit solum tot annua dari, non etiam addiderit, loco usurarum; ex causa dilationis. Verum additam à testatore, etiam injustam pœnam hæredi non satisfacienti esse extra usurariam labem, patet ex dictis supra *eod.* non etiam additam quantitati, cui non rectè subjungitur soluti alicujus annui, propter dilationem nõ solutæ quantitatis. Ratio est, quod ratione facti non præstiti, aliquid legatario abesse possit, non etiam ratione quantitatis, quæ in se sterilis est, ut ei apposita pœna non possit non censeri apposita in fraudem usurarum, *l. Iulianus 12. §. ibidem Papin. D. de act. empt.* Et hoc, sive addiderit testator, causa usurarum se id præstari velle sive non, cum res illa non mutet vitium, nisi ostendi possit à legatario lucri cessantis aut damni emergentis interesse. Vid. Canis. *de Vsuris c. 1 n. 24.*

Tertiò excipe casum *c. 1. in fine h. t.* ubi Clericus mutuum laico dedit sub lucro fructuum 21
beneficii, quod laicus injustè possidebat, & Clerici erat. Ratio additur à Glos. quòd non alienum, sed suum recipiat: quæ ratio ex textu colligitur, dum dicit, *nisi fortè Ecclesia beneficium fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laici videatur.* Ut etiam beneficium malè ab alio detentum hac via rectè quis videatur recipere; ex dicta ratione, cum secundum omnes non sit illicitum nec usurarium immediatè ex mutuo solutionem veri debiti sibi parare, v. g. decem de mutuo, ut cum illis alia decem debita reddas, ut cum nihil accipiatur ultra sortem, quod sit mutuatarii, sed vel suum, vel sibi debitum. Quòd omninò rectè procederet, si debiti recuperatio in pactum deducatur, quia non potest esse fraudulenta, sed respondens justitiæ, ex consensu debitoris. Si pactum non exprimitur, necdum potest dici subesse vitium usuræ; ex dicta ratione, quòd nihil alienum ultra sortem recipiatur. Aliud tamen injustitiæ genus subesse, cum compensatio clandestina non sit licita, ubi alia via juridica, qua quis suum recuperet,

obvia est, præcipuè quia res ista scandalo non vacet, ut dictum Tit. superiori. Vid. Per. Nav. *de Restit lib. 3. c. 2. fin. n. 356.*

22 Patet itaque ex dictis, usuram esse prohibitam, imò & propriè sumptam pro lucro vi mutui, id est tamquam pretium mutui, intrinsecè malam esse, & rationi repugnantem: ut neque dispensatione, neque ulla circumstantia justificari possit, cum essentialiter contineat injuriam & injustitiam circa proximi res. Quæ sine dubio inficit exercentem usuras peccato mortali. non tantum si eas receperit, sed etsi de iis pactus fuerit, aut ejus intentionis sit, ut recipiat, nam peccata cogitationis, oris & operis ejusdem sunt ordinis.

23 Præterea qui usuras recipit tenetur ad restitutionem earum, sive Clericus sit. sive laicus, *c. 1. & 2. h. t.* neque enim in uno minor est ratio quãm in alio, cum uterq; rem non suam detineat, cujus restitutioni obnoxius, ante quam non remittitur peccatum *c. Peccatum D. R. I in 6.* Quod autem uterque rem non suam detinet, est, quod usuras dans non voluerit illas donare, sed dare, quantum justitiæ ratio permittit, nec plus à se abdicare, quàm ex justitia debet. Suar. *De Simonia c. 59. n. 26.* Quia autem pretium usurarum nec ex justitia debebatur, nec exigi justè poterat, voluntas dantis non potuit habere effectum; cum ubi causa dandi non subsistit, nec datio subsistere queat. Nec rectè objeceris, quod causa fuerit impleta, scilicet mutuum datum, quia ista translatio mutuæ pecuniæ non est sufficiens ad justificandum exactionem alicujus lucri ultra mutuum, ex vi ejus. Cessante itaque voluntate dantis usuras, non potest earum dominium transire in accipientem: ut nec agrum, domum, equum usurarum nomine acceptum ab usurario, in ejus dominium transire, quia contractus sit nullus, rectè tradit Covarr. *3. Var. c. 3. n. 6.* Nav. *d. l. n. 387.* Unde consequitur, translata hujusmodi in tertium possessorem posse ab eo vindicari, cum plus juris non habeat tertius quàm ejus auctor habuit, nemoq; plus juris transferat, quàm habet, *l. nemo 54. D. de R. I. & c. nemo 79. eod. in 6.* Licet contrarium velit Nav. *in summa c. 17. nu. 265.* ex eo, quod voluntariè res tales sint datæ ab eo, qui mutuum accepit: verum hoc falsum esse jam ante dictum. Vid. Less. *lib. 2. c. 20.*

Q. An saltem rei ex usuris comparatæ adqui-
rat dominium usurarius? R. Hoc non [illegible]
& probari hac ratione, quod res justo titulo [illegible]
usurario adquisita, licet pecunia aliena, [illegible]
obnoxium quidem facit pecuniæ, non etiam
contractum invalidat. Quò facit textus [illegible]
ex ea C. de rei vindic. in quo deposita [illegible]
emptas possessiones deponens male in se [illegible]
ferri petit; cum res ipsa nihil mali in se [illegible]
sed tantum pecunia, cujus restitutio [illegible]
Cov. *d. n. 6.* ubi tradit, teneri etiam usurarium [illegible]
fructus ex re usuraria perceptos, tamquam [illegible]
ceptos ex re aliena à malæ fidei possessore, [illegible]
cundum ea, quæ traduntur *Instit. de rer. [illegible]*
si quis à non domino. Et hoc accipe [illegible]
usuraria, non etiam de comparatis [illegible]
usuraria, quia hæc fit ipsius usurarii [illegible]
Vid. Navar. *de Restit. lib. 4. c. 1. n. 4. [illegible]*
Suar. *De cultu divino c. 38 n. 12. & seq.*

Q. II. An pro restitutione bona [illegible]
sint alijs titulo hypothecæ obligata? R. [illegible]
Abbatem, in *c. 5. n. 12. h. t.* quem sequitur [illegible]
d. loco n. 6. tradere nullibi ajure inductam [illegible]
hypothecam, cum sine jure induci hypothe[illegible]
tacita non possit. Nec rectè alligatur, [illegible]
quia ibi non dicitur eos, qui usuras [illegible]
agere hypothecaria, sed in solutionem [illegible]
rum injustè acceptarum esse vendendas [illegible]
sessiones de usuris comparatas. Si tamen [illegible]
nes ipsum sint; nam si fuerint penes alterum [illegible]
vendi nequeunt ex causa usurarum, cum [illegible]
teri per alterum non sit inferenda iniqua [illegible]
ditio. Et hoc, si ex causa onerosa penes [illegible]
tium sint; nam causa lucrativa faceret [illegible]
quitate vendendas esse illas possessiones, [illegible]
ter lucretur alterius jactura, ut rectè tradit [illegible]
bas *d. l.* secundum ea, quæ traduntur *D. [illegible]*
de his quæ in fraud. cred.

Q. III. An teneantur usurarii hæredes [illegible]
Teneri non tantùm suos, sed & extraneos [illegible]
Tuanes 9. h. t. eadem ratione, qua defuncti [illegible]
tum quia res defuncti non fuerint, ut nec [illegible]
redis esse possint, ne alieno scelere [illegible]
tum quod defunctus tenebatur ad damnum [illegible]
exsolvendum, ut etiam hæres ad idem [illegible]
atur, saltem jure Canonico, quo hæredi [illegible]
cumbit exoneratio conscientiæ defuncti, [illegible]
tantum in casu, quo pœnitens decessit, ut [illegible]
Abbas in *fin. sup. de sepult.* quasi tunc [illegible]

tur mandare restitutionem, verum etsi impœnitens, ut probatum sup. *d. tit. de sepult. n.* 11. & probat Covar. *d. lib. n.* 7. Quò facit, quod *c.* 9. loquatur in distinctè, ut sit taliter intelligendum. Non tenetur autem ultra quàm fert hæreditas, uti colligitur ex *c.* 5. *sup. de raptorib.* & habet regula juris, *d. ex qua persona* 149. *D. de R. I.* neque enim quis aliunde magis gravandus, quàm honoratus Plura B. nos *ad d. c.* 9 *q.* 1. *h. t.* Less. *d. c.* 10. *dub.* 20.

Legatarios quoque teneri ad restitutionem
27 recte dixeris, deficiente hærede, si per legatum factus sit defunctus non solvendo, quia tum in eo est causa damni, & lucrum caperet damno alieno, quod iniquum. Navarr. *de restit. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 418.

Non tantum res ipsa usuratum nomine ex-
28 acta restituenda, verùm & damnum, quod ea de causa perpessus mutuatarius, & interesse, nomine lucri cessantis aut damni emergentis causatum ex præstatione pecuniæ causa usuratum, cui causam dedit usurarius; non minùs quàm fur, qui tenetur ad omne damnum & interesse illi, cui furtum fecit. Nec obstat, quòd ad interesse lucri cessantis ex contractu mutui aut simili non teneatur quis, si in pactum non fuerit deductum, *l. si sterilis* 21. §. *cum per venditorem D. de act. empti*; nam aliud est in delicto, quod continuò ponit in mora non restituentem, & sic ad omnia damna obligat.

Quid si res accepta usuratum nomine peri-
29 erit sua sponte? R. Generaliter receptum esse, post moram debitoris re interempta, perpetuari obligationem, *l. quod te* 5. *D. de reb. cred.* idque ne facto unius alteri contingat injuria, ut quòd tempori non reddiderit, ipsi imputandum veniat. Videtur tamen hac in re distinguendum, in casu, quo res eodem modo penes dominum erat peritura: ut si dominus eam rem erat distracturus, sive vendendo sive donando, usurarius teneatur non secus atque fur, & qui per metum rem ablatam non restituit, *l. item si* 14. §. *quòd si homo D. quod metus caus.* qui in tali casu est causa damni. Si vero dominus erat rem sibi servaturus, usque ad id tempus, quo fato periret, non videtur damnum causatum ab usurario aut simili. Ut non teneatur domino, cui nihil abest ejus facto, atque ita æquum sit eum liberari, cum quod re restituta non esset consecuturus dominus, id nec re perempta æquum sit per eum exigi, *l. si plures D. depos.* Vid. Cov. *ad c. peccatum p.* 2. §. 6. *nu.* 1. *& dicta ad d. D. de rei vindic. n.* 54.

Dubitatur, An Judæi teneantur ad restitu- 30
tionem? R. Causam dubitandi sumi ex *Deut. c.* 23. ubi permittitur Judæis ab alienigenis usuras exigere: ut possint videri non peccare, nec teneri ad restitutionem, quasi non accipientium. Verùm dictum supra *eod.* hoc non accipiendum generaliter, sed in casu certo, excipiendum generaliter, sed in casu certo, extra quem Judæi non minus quam Christiani peccant in usuras exigendo, tamquam alienæ rei possessores, eosque non convenit esse melioris conditionis quàm Christianos, cum, ut habet IC. in *l.* 4. *D. quod vi aut clam*, stulti non debeant esse melioris conditionis, quàm periti. Quo modo in *c. post miserabiles*, 12. *& c. penult. h. t.* præcipitur Principibus sæcularibus, ut cogant Judæos remittere usuras Christianis; aliàs iis Christianorum communionem omnimodam denegandam, Canis. *hic c.* 7. *num.* 4. Nec, quòd *d. c. pen.* nolit immoderatas & graves usuras exigi, quasi immoderatæ exigi possint, argumento à contrario sensu; nam omnes sunt immoderatæ, cùm quidquid prætet sortem exigitur sit injustum atque immoderatum: quomodo *d. c.* 12 loquitur simpliciter de usuris restituendis

Cooperantes qui & qualiter teneantur, et- 31
iam quæritur? Resp. Omnes teneri ad restitutionem in solidum, sicut ipse principalis qui efficaciter, sive consulendo, sive procurando, sive scribendo aut aliter cooperantur ad usurarum exactionem; quia cùm causam damni dederint, damnum dedisse videntur, tenenturque ad ejus restitutionem, quatenus à principali non est facta, qua de re Navarr *c.* 17. *nu.* 17 & 130. Hinc consulens exigere usuras, proxeneta sive mediator, tenentur, quia concurrunt ad exactionem. Nisi tamen ideo concurrant ut mutuatario provideant, cui aliter provisum esse non posset: nam cùm mutuatarius recte eo casu sub usuris solvendis mutuum accipiat, ita & alii eam in rem concurrunt, non tam peccantes, quàm caritatis, bonique consilii & auxilii officium præstantes, Navarra *de Restitut. lib.* 3. *cap.* 4. Less. *d. cap.* 10. *num.* 178.

Tenen-

Tenentur & Judices, eorumque consiliarii qui statuto vel sententia solvere usuras compellunt, aut solutas repetentes impediunt, quia concurrunt ad earum exactionem, vel iniquam retentionem, quales ideo excommunicationi subjicit Clemens V. *Clem un. h. t.* Uti & eos, qui ejusmodi statuta non delent intra tres menses, aut consuetudines ejusmodi non abrogant. Exceptionem hæc patiuntur in judice usurarios admittente, nullo iis adhibito auxilio. Less. *d. loco n.* 179. Navar. *de Restit. l. 3. c. 2. n.* 441.

33 Teneturitem Notarius instrumentum conscribens, quo ad usuras solvendas cogatur mutuatarius, quia concurrit ad causam damni, nisi ad petitionem hujus, utsei subveniatur, scripserit, quia beneficium potius præstare censetur, quam injuriam inferre. Navar. *d. c. 2. n.* 429. *& seqq.*

34 Rectè quoque dicentur illi teneri tamquam cooperatores, qui penes usurariũ pecunias deposuerunt, in finem eas mutuandi sub lucro usurarum: nam si alio fine, non tenebuntur, etiamsi eas expenderit illicitè usurarius, quia non possunt videri concurrere, usurario ex sua malitia abutente pecunia deposita, nisi quòd possit depositio videri dedisse occasionem peccandi, quæ in peccato quidem ponit deponentem, tamen citra restitutionem.

35 Quid de famulis dicendum? Respondendum. Certum esse, hos, si contractum usurarium ineant, licet non suo, sed dominorum nomine, teneri ad restitutionem, quòd damnum secutum consursu caussent. Navarr. *d. c. 17. n.* 267. ubi vult eos teneri principaliter etiam ante excussum dominum, quia non tamquam accessorii, aut fideiussores intervenerint, sed tamquam principales contrahentes. Videtur tamen probabilius, eos teneri, nisi in casum, quo fœnerator aut non vult solvere, aut non potest, quod hujus negotium principaliter agatur. Dubium est in casu, quo famuli contractum non ineunt, sed tantum recipiunt pignora, numerant pecunias, expensas in rationes referunt. Navar. *d. loco numer.* 266. vult tales & peccare, si sciant pecuniam sub usura mutuari, & teneri restituere, quasi ad iniquitatem usurariam concurrentes. Cujus opinio rectè procedet, si famuli, aut pecuniæ collectores aliquo modo cogant mutuatarium ad persolvendum mutuum cum usuris, aliquo importunis verbis, exactionibus aut minis, aut hujusmodi ponunt injustam proximi detinem. Si autem nullo modo cogant, sed mutuatario solvere accipiant pecuniam, pro recipiant, non possunt videri injuste exactiones aut contractui cooperari, cum contractus exactio per dominum sint caussata. Quare & conservans pecuniam exactam non potest videri efficax causa injusti damni, quia tantum exhibet ministerium. Vide Azor. [illegible] *Moral. p. 3. lib. 5. c. 18. qu.* 9. Navar. *in Manual. c. 2. num.* 425. *& seqq.* Less. *d. c. 20. n.* 18. *& seqq.*

Dicta de restitutione omnino obtinent in usura reali, quando scilicet secundum conventionem inter mutuantem & mutuatarium usurarium lucrum est superadditum. Illa usura conventionalis, quando convenit quidem est de solvendo usuras, non tamen illæ sunt acceptæ: quia in re peccarum quod commissum à mutuante, propter quod cri appetitum, quia tamen de facto non sus proximus, non potest esse restitutus cus.

Quæritur autem, An ex mentali usura ceptum sit noxium restitutioni? Respondum. Mentalem usuram hic non accipi peccato interiori, distincto ab omni alio teriori, sive pro pravo animo, quo [illegible] quidem lucrum usurarium, nulla tamen rius subsecuta datione. Nam certum est, tuendum esse, ex manifesta ratione, quia la mala intentio, quæ est actus immanens non possit ullum damnum inferre, ut sola nitentia tale peccatum sit expiandum: mentalem usuram in materia restitutionis cipiendam esse pro animo prævio, quamctus exterior, scilicet lucri ultra mutuum latio & acceptatio, est subsecutus. Quæ videtur mihi admodum probata sententri à Navar. *d. lib. 3. c. 2. num.* 210. *& seq.* stinguentis varios casus. Primo, An ex parte & dantis mutuum, & reddentis intentio, quòd & speretur & reddatur ex liberalitate. Secundo, An utriusque tentio sit prava, & dantis recipiendi quatra sortem, quasi ex debito, vi mutui, & [illegible]

tustarii, qui non aliàs ultra sortem reddet, quam quia putat alias sibi non fore consultum. III. An tantum ex parte mutuatarii sit prava intentio, qui non nisi & quasi ex debito reddit coacte ultra sortem, cum ex parte mutuantis sit animus recipiendi ex liberalitate. IV. Si corrupta sit intentio mutuantis, qui lucrum immediate vi mutui intendit, offereos autē sana & bona intentione, liberaliter scilicet lucrum dederit.

Primo casu nulla potest dici subesse usuraria labes, cum nec mutuanti adsit illicita intentiò habendi alienum, invito domino, nec dans tam coacte dederit, quam liberali, & grato animo; quo casu ut cessat furtum, ita & usura.

Secundo non potest negari contineri usurariam labem, cum utriusque intentio sit mala; & mutuantis, qui lucrum ex mutuo principaliter intendit, & turpitet, contra præceptum divinum, *Mutuum date, nihil inde sperantes*, & mutuatarii, qui dat involuntarie, non daturus, si aliter sibi consulere posset, quo in casu videtur loqui textus in *c. Consuluit* 10. *h. tit.*

Tertio casu, durante bona fide & intentione mutuantis, credentis liberaliter & gratuito sibi superadditum lucrum, nec peccabit iste, nec tenebitur ad restitutionem mutuatarii, cui placido ac prompto animo mutuum dedit; nam si morosò aut aversò, ratio esset, per quam posset præsumere, non superaddi lucrum gratiose à mutuatario, sed coacte. Dico, durante bona fide; nam conscius postea contrariæ intentionis teneretur ad restitutionem lucri eo modo, quo usucapiens, donec est in bona fide, recte possidet rem alienam. Ubi vero conscientia rei alienæ accessit, tenetur restituere. Non tenebitur tamen hoc in casu nisi quatenus factus locupletior: nam cum bona fide processerit, non tenebitur ex injusta acceptione, sed ex detentione rei, quam facit injustam superveniens scientia invaliditatis tituli, ante quam non potest dici male consumpsisse, qui tamquam Dominus abusus re quam putabat suam, atque ita non tenetur de consumpta, *argum. eorum. quæ traduntur de bona fidei possessore D. & C. de rei vindic. & Inst. De rer. divis. §. Si quis à non Domino.*

Quarto casu fatendum est, peccatum esse mortale usuræ internæ, quod ponit voluntas habendi rem proximi via improba, juxta responsum in *c. fin. sup. de simonia.*

Controvertitur autem, An eo casu restitutio 39
sit facienda à mutuante? R. Affirmativam partem adstruo. Primo, per textum in *l. 4. §. 2. D. de condict. ob turp. caus.* qui habet, turpiter & sine titulo acceptum repeti posse, etiamsi non turpiter sit datum, ut in casu proposito, cum causa ex parte accipientis sit illicita & usuraria ut nequeat accipiens retinere, quod accepit. Secūdo, per text. in *l. si ego* 18. *in princ. D. de reb. cred. l. in venditionib. 9 D. de cont. empt. l. in omnibus* 55. *& 57. D. de oblig. & act.* in quibus dissensus in causa rei traditæ facit nihil valere quod actum est; ut, si putem mihi donari, quod mutuum datur, nec donationem nec mutuum esse ait I. C *d. l. si ego*, nec numos accipientis fieri. Tertio, per text. in d. *c consuluit* 10. *h. t.* ubi intentio sola, ut plus sorte recipiatur, cessante licet omni conventione, facit accipientem obnoxium restitutioni. Contraria tamen sententia, allatis non obstantibus, videtur probabilior scilicet accipientem non teneri illo in casu ad restitutionem ejus, quod liberaliter ultra datum est. Quam partem tenet Covar. *ad c. peccatum p. 2. in princ. n.* 4. qui tradit, pravam quidē intentionem facere accipientem Deo obligatum esse ad agendam pœnitentiam, non tamen obnoxium restitutioni Ratio est, quod restituendi obligatio nascatur ex injusta læsione proximi, aut damno injuste illato; hic autem nulla læsio nullum damnum proximo, qui sponte & libere obtulit, potest dici illatum. Facit eodem *d. c. fin. de simon.* in quo accepta per simoniam mentalem cessante pacto, non sunt restituenda, sed tantum placandus dicitur Deus. Cujus resolutionis non potest esse alia ratio, quàm quod aliter voluntarie pecuniam obtulerit, ut nulla ei possit dici facta injuria, quæ restitutioni aliquem reddat obnoxium. Facit denique, quod traditur de fure accipiente rem alienam à Domino, quem putat invitum, cum sit voluntarius, qualem non teneri actione furti, expressum *Instit. de oblig. quæ ex delicto nasc. §. sed etsi credat l. inter omnes* 46. *§ per contrarium D. de furt.* nec obligari ad restitutionem; siquidem nihil per in-

juriam poteſt videri detinere, qui rem alienam ex domini conſenſu obtinet, licet in animo ſit peccatum furti commiſſum. Vid Azor. *p.3. lib.5. c.27.* Nava. *d.c.2. n.217 & lib.2 c.2. nu 388.*

Ad argumenta in contrarium allata dicendum: Primum non obſtare, cum loquatur in caſu, quo acceptio eſt illicita in ſe, & in ipſa cauſa quæ turpis, non etiam quando tantum in opinione & intentione: ut in caſu propoſito, in quo non agitur de contractu, ſed de donatione, quam alter quidem ut talem acceptat, ſed minus liberalem, quæ res non poteſt infringere effectum. Non obſtant textus ſecundo loco adducti; quia loquuntur in caſu, quo traditio fit ex cauſa, in qua proinde diſſenſus exiſtens inter dantem & accipientem, quorum uterque fingit ſibi diverſum titulum, unus donationis, alter emptionis, impedit translationem dominii. Hoc autem in caſu recipiens ſcit, nullam ſubeſſe cauſſam debiti, aut non niſi iniquam & reprobatam jure naturali: ut licet recipiens lucrum ultra ſortem tamquam debitum, habeat tamen implicitum animum recipiendi gratuito. Et quamvis, durante conſcientia erronea lucrum ſibi acceptum habentis tamquam debitum, & tamquam à coacto datum nomine mutui, peccet; nam erronea conſcientia obnoxium faceret peccato & reſtitutioni: ea tamen depoſita, mutato animo ex circumſtantiis, ceſſabit reſtitutionis obligatio etiam in conſcientia, cum ceſſet injuſtitia, tum exterior, quia mutuum accipiens non eſt involuntarius; tum interior quia mutuans habet voluntatem non capiendi ab invito, ſed gratis datum gratis accipit. In dubio animus colligi poteſt ex circumſtantiis, ex qualitate rei datæ, ex ſignis amicitiæ, ex jactura vel lucro dantis. Ubi etiam advertendum, an mutuans dederit aliqua ſigna animi appetentis lucrũ, quæ potuiſſent incitare mutuatarium ad quid dandum non voluntariè. Ex aliis quoque ſignis idem eſt colligere viro prudenti. Non obſtat *d. cap. conſuluit*, quia loquitur in caſu dubio, an ultra ſortem ſit quid liberaliter datum, an coactè, ut ait Covarr. *d. loco* imò præſumendum non eſſe datum liberè (ſi indicia aliò non trahant) ei, qui aliàs non daturus erat mutuum, niſi lucrum eſſet conſecuturus. Unde præſumptio colligitur violenta, quod mutuatarius [illegible] dederit gratis, ſed cauſa mutui habendi, [illegible] dicat ibi Pont. mutuantem eſſe efficaciter [illegible] cendum ad reſtituendum. Vide hac [illegible] aliqua ſup. *De ſimonia n.118* ubi actum [illegible] de conciliatione. *d.c. fin. eod. & d.c.10 h.t.*

Hæc de reſtitutione, quæ etiam locum [illegible] ber in caſu, quo juravit mutuatarius [illegible] ſoluturum, ſecundum *c.6. ſup. de jurejur.* [illegible] repetiturum, neque enim facit juramentum mutuatarii tutum mutuantem in conſcientia, ſed tantum facit repelli jurantem, donec diſſolutionem obtinuerit à juramento, [illegible] ctum eſt. Imò & ad relaxandum [illegible] juramentum creditores cogi poſſe [illegible] *ſup. d. tit. De jurejur.*

Quod ſi acceptæ uſuræ ſint [illegible] tuatario, quia eas ſolvit, nihil [illegible] dum, ab eo, cui ſunt ſolutæ, cum [illegible] delictis ſive civilibus ſive criminalibus [illegible] tenus privatim intereſt, liberum ſit [illegible] jus ſuum remittere: eſt enim cuilibet [illegible] rum arbitriũ rerum ſuarum, *l. In re C. [illegible]* niſi in caſibus, quibus jus remiſſionis [illegible] ut in caſu *c. ſtatutum 11. §. ſi quid autem [illegible] ſcript. in 6. & c. 2. in fine de cenſib. in 6.* [illegible] quod in caſu præſenti ratio ceſſet [illegible] nis ſcilicet quod alienum invito domino [illegible] tineatur, cum per remiſſionem, quod [illegible] mutuum datum eſt, donet gratuito, [illegible] dictum D. Auguſtini, *Non dimittitur [illegible] niſi reſtituatur ablatum*, quia non [illegible] latum ita condonatum. Covarr. *d. l. n. [illegible]*

Inquirendum reſtat, cui ſit facienda [illegible] turio. Ubi certum eſt, illi faciendum eſſe [illegible] uſuras dedit, eſt enim illi facienda reſtitutio [illegible] cui fuit injurioſa ablatio. Ut aliqui minus [illegible] ctè ſentiant, qui volunt ſufficere eas [illegible] pauperibus, quibus non fuit injurioſa. [illegible] non ſuperſit, eius hæredibus facienda [illegible] creditoribus. Quod ſi non inveniatur [illegible] tarius, nec eius hæres, ſufficiet in pauperes [illegible] ſtribuere injuſtum lucrum, *c.6 h.t.* ut [illegible] nus fieri poteſt conſulatur mutuatario [illegible] non eſt habenda ratio, ne egeat fœneratio [illegible] ex ſuo maleficio lucrum captet, & injuſtè [illegible] num poſſideat. Excuſabit tamen eum à [illegible] tuendo inopia, *d. c. 6. h. t.* cum ad impoſſibile nemo teneatur.

Notatur præterea usuras exercens infamia *l improbum 20. C. quib. ex caus. infam. irrog.*

42 Sed quæritur, An ipso jure? R. Non videri, per d. l. 20. in qua dicitur irroganda infamia, quod verbum videtur accipiendum de sententia ferenda, Gl. tamen in d. l. 29. illud accipit de sententia lata, vultque ipso jure irrogari infamiam; quam & alii sequuntur, & communem dicit Covar. 3 *Var. c. 3. n. 2.* Quæ sententia & jure Pontificio videtur probari, *c. inter 11. inf. de excessib. Prælat.* in quo Pont. usurarium vocat indignam & vilem personam. Loquitur autem d. l. 20. de iis, qui illicitè exigunt usuras.

Unde dubitari posset, An hodie illi notentur,

43 qui intra præscriptos jure Cæsareo limites eas exercent? R. Ita dicendum esse: nam quòd d. l. 20. tantũ notentur exigentes illicitas, est, quod eo jure intra præscriptos terminos *l. eos C. hoc t.* usuræ licitæ exigebantur, ut non mereantur exigentes pœnam, qui legi se conformant. Verum cum naturali & Canonico jure, quælibet usuræ sint improbatæ, dicendum, ad exercentem quascunque usuras dictam pœnam extendi, non ex vi juris civilis, quia pœna non solet extendi, secundum dicta in simili sup. *De Consang. num. 29.* sed Canonici, *per d. c. 11.* ubi irritatur collatio facta usurario tamquam vili & indignæ personæ, cui ad officia, beneficia, aliosque honores non est aditus, *c. Infamibus de R. I. in 6.* Covarr. *d. loco num 3.* Quod accipiendum de notoriis usurariis, nam occulti infamia juris non adficiuntur, donec eorum crimen detegatur per sententiam.

Præterea usurarius manifestus, qualis est,

44 qui publicè usuras exercet, aut in judicio confessus, aut condemnatus, ab altaris communione & Ecclesiastica sepultura est removendus, *c. 3. & 5. h. t.* Cujus ratio est, quia constitutus in peccato mortali, quali non tam prodest communio & sepultura Ecclesiastica, quàm obest, secundum dicta sup. *de sepult.*

Habetur etiam intestabilis, ut testamentum non faciat cum effectu, per *c. quamquam eod in*

45 *6.* nisi vel restituerit usuratum nomine acceptum, vel jusserit restitui de facto sufficienti data cautione de restituendo, quatenus fuerunt vires hæreditatis. Quod ita inductum, ut facilius usurarii ad cor redeant, Peguerra *Decis. 31.*

Quid si testamentum fuerit factum, antequam esset usurarius? R. Rectius dici, testamentum prius everti, propter subsequentem inhabilitatem cum inquiratur, habilitas adsit & tempore testamenti facti & mortis. Covar. *d. c. 3. n. 9. vers. Undecimo.* Quo modo eam deesse facit omissa cautio, quam necessario Canones requirunt ad hoc, ut usuræ restituantur, qui finis & hic obtinet; & quidem idoneam qualis est, quæ fit per fide jussores vel pignora, hanc enim solam idoneam habent leges; *l. mandato 59. §. fin. D. mandati. Gl. communiter recepta in d. c. quamquam,* cum alias cautionis nomine etiam nuda promissio contineatur, *l. 3. C. de verb signif.* 46

Ubi quæritur, an sufficiat testamentum factum cautio subsequatur? R. De jure verius 47
esse testamentum non subsistere, nec ideo convalescere per subsequentem cautionem, cum *d. c. quamquam* aliter factum quàm satisfactione præmissa, aut idonea cautione, velit esse irritum; & secundum juris regulam requiratur habilitas in testatore tempore facti testamenti, *l. 1. §. sed si filius D. de legat. 2.* non sufficiat autem, si subsequatur, cum ab initio nullum tractu temporis non confirmetur, *l. 1. D. ad reg. Canon.* Contrarium tamen communius dicit receptum Covarr. *d. c. 3. in fine,* Ant. Gabriel. *Commun. Conclus. lib. 4 concl. 3.* propter ea quod satisfactum sit constitutioni Canonis, ejusque fini, ut scilicet restituantur usuræ quod isto casu fiet. Fatetur tamen de jure priorem sententiam esse veriorem, & posteriorem obtinere in Ecclesiastica sepultura, etiam præstita cautione per hæredes usurarii quod cesset causa ob quam denegata est quatenus tamen defunctus est contritus, quia alias non prodesset ei terra sacra.

Relicta itaque testamento tali non valent, sive particularia, sive universalia.

Quæritur autem, An & legata pia in eo relicta peti nequeant? R. Ita videri posse, ex eo, 48
quòd cum testamenta hæc omnino irrita sint nihil ex iis peti possit. Quò facit, quòd ut mox dicemus, nequidem oblationes à talibus Ecclesia recipere debeat, *c. quia 3. h. t.* Ita tenet Abbas in *rubr. de testam.* Censet tamen Covarr. *d. loco* æquius esse, legata pia præstentur, modo solvendo sit hæreditas iis, à quibus usuræ exactæ; neque enim piæ

causæ favendum cum detrimento alieno, cum eleemosyna de alieno non sit justa. Peguerra *d. decis.* 31. *n.* 9. Nec obstat, quod *d. c. quamquam* generaliter disponat, irrita esse talium testamenta; cum lex generaliter loquens restrictionem admittat, secundum jura alia, quæ multum favoris attribuunt piæ causæ, ut licet testamenta aliàs non subsistant, causæ tamen piæ ratione sustineantur.

49 Q. II. An relicta codicillis valeant? Respondendum. Id posse, cum *d. c. quamquam* tantum loquatur de testamento, cujus constitutio cum sit pœnalis, videtur non extendenda, *c. Odia de R. I. in* 6. Contra tamen dicendum; foret enim aliàs illusoria testandi prohibitio, nisi prohibitus testari posset codicillis relinquere pro lubitu. Facit, quod codicillorum factio pendeat à licentia testandi; ut cui hæc est denegata, & illa denegata censeri debeat, *l. 2. §. pen. D. de jure codic. Gl. in d. cap. quamquam.* Quo casu extendi rectè constitutionem pœnalem tradit Felin. *in c. Translatio nu.* 11. *sup. De constitut.*

Q. III. An liceat illi donare mortis causa?
50 Resp. Hoc posse videri, cum donet inter vivos bona non quæsita per labem usurariam, uti dictum *D. de donat. num.* 14. quoad initium autem hæc donatio magis accedat tractatui, & sic donationi inter vivos, quam ultimæ voluntati: ut *d. c. quamquam*, cum sit pœnale, non tam debeat extendi, quam suis terminis concludi. Communiter tamen contrarium receptum, cum donatio talis habeat effectum legatorum, & possit, ea opinione admissa, fieri fraus *d. c. quamquam*, Covarr. *p.* 3. *Rubr. de testam. n.* 14 Jul. Clar. *§. Donatio q.* 7. Peguerra *d. decis.* 31. *n.* 12.

51 Q. IV. An Judæi teneantur pœna *d. c. quamquam*? Rem esse controversam, & posse videri non teneri, cum sint extra Ecclesiam, ejusque legibus non teneantur. Verumtamen non improbabile, eos quoque comprehendi, & ad observationem *d. c. quamquam* constringi, non quoad pœnas spirituales eo contentas, quæ eos, cum sint extra Ecclesiam, ligare nequeunt, sed quoad alias pœnas, quæ ratione politica ad legis naturalis observationem & tutelam constituuntur; quibus cum omnes homines ligentur imò etiam Principes, quidni & Judæi, subjecti eatenus non tantum Principibus sæcularibus, sed & Ecclesiasticis. Quibus consequens est, testamenta Judæorum usurariorum non aliàs valitura, quam præstita debita contra de restituendis usuris, quas perceperunt; cum ejusmodi præceptum Ecclesiæ spectet ad observationem legis naturalis, cui, ut antè dictum, contraria est usurarum exactio. Covarr. *d. c. num.* 9.

Nulla præterea oblatio à tali usurario recipienda; recepta restituenda, ne videantur Clerici cooperari ejus peccato. Oblationem à tali recipiens, aut corpus ejus sepulturæ tradens, suspensionem hoc ipso incurrit, à qua non nisi post satisfactionem ad arbitrium Episcopi absolvendus, *c.* 3. *h. t.* Suspendendus & Clericus ab officio & beneficio, laicus excommunicandus, qui monitus ab usurarum exercitio non desistit, *c.* 7. *h. t.* Manifestis usurariis locantes ædes, in terris suis habitare permittentes censura à suis Prælatis notandi. Clerici majores, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, suspensionem, minores excommunicationem incurrunt; collegium autem ac civitas interdicti sententiam. Qui si mente perdurent in tali statu, ex tunc eorum terra interdicto subjacent, *cap.* 1. *eod. in* 6. Quod tamen tantum loquitur de alienigenis usuris admissis, ut non obtineat in indigenis, nec pœnam contineat, quæ non extenditur, sed tio videtur esse in eo, quod plerumque gentes se dent huic improbo lucro exercendo, quibus abactis facile erit indigenas corrigere. Exercere usuras non esse peccatum adversus tes pertinaciter tamquam hæreticos pauperes vult Clemens V. & contra eos tamquam diffamatos aut suspectos de hæresi pœnam. *Clem.* 1. *h. t.*

Fuit in Italia ante aliquot annos indultum modus subveniendi pauperibus aut indigentibus, eorumque miseriis sublevandis, pecuniam collatis eum in finem à viris piis, donatione inter vivos, sive ultima voluntate pecuniis, quem *Montem pietatis* inscripsit placuit. Sunt autem istius Montis hæc conditiones; ut pauperibus mutuum detur certam summam, certum tempus, annos scilicet aut amplius, modico in singulos menses contributo, & acceptis ab iis pigneribus idoneis, quæ nisi luant intra dictum tempus

distrahantur, & quod ex pretio, sorte detracta & Monti restituta, menstruoque augmento superfluum, dominis pignorum reddatur.

53 Qua in re controversia est, An iste Mons pietatis sit licitus, nec sapiat usurariam labem? Respondendum. Fuisse, qui labe usuraria eum carere negarunt, hoc potissimum ratione, quod quid accipiatur ultra sortem; nec salvari posse Pontificum decretis, quæ non prævalent juri naturali & divino, quo prohibitos esse usuras probatum est supra *eod. num.* 14. Ut ne quidem in gratiam piæ causæ permitti dispensativè per Pontifices possint, *cap. 4. h. t.* cum non sit faciendum malum, ut inde eveniat bonum. Dicendum tamen, nihil istum Montem improbi continere, nihilque obstare, quo minus in Republ. sit admittendus, in commodum pauperum, sub dictis conditionibus. Nam quod in singulos menses quid ultra sortem contribuatur, id exiguum est & non tam exactum vi mutui, quam ratione expensarum, quæ necessariæ sunt ad Montis conservationem & administrationem. Cujus ordinis sunt alimenta, stipendia eorum, qui Monti præsunt & deserviunt; reparationes ædium, in quibus Mons iste constitutus, aliique sumptus: qui si ex Montis summa essent subministrandi, non posset ille subsistere. Ut quod ultra sortem accipitur non possit dici usurarium, cum, secundum dicta superius, damni emergentis causa acceptum sit extra labem, modò ultra expensas necessarias Monti nihil accedat lucri. Non facit etiam, quòd pignora accipiantur, & distrahantur, si intra tempus non luantur; nam hoc ideo, ne Mons exhauriatur per defectum solutionis, & pluribus subveniri possit. Quibus attentis Leo X. Pont. dictum Montem in Concilio Lateranensi approbavit, adfirmavitque eos licitos & sanctos esse & per prædecessoros suos ex certa scientia approbatos. Vid. Navarr. in *summa cap.* 17. *nu.* 217. *& de usuris Notab.* 20. Molina *de Just. & jure Tract.* 2. *disp.* 325. Azor *p.* 3. *lib.* 5. *c.* 8. *&* 9. Less. *l.* 2. *c.* 20. *dub.* 23. *& plenius in Append. ad d. dub.* 23. *& alii.*

54 Unum restat inquirendum. An usuræ delictum sit fori Ecclesiastici tantùm, an verò mixti? Respondendum. Non deesse, qui merè Ecclesiastici fori esse velint, fundamento ex Glos. in *cap. sit* 8. *V. malefactores sup. de foro compet. & in c. 1. sup. de off. ordin.* Quibus suffragari videtur textus in *cap* 1. 2. *&* 7. *h. t.* ubi laici usurarii dicuntur puniendi à judice Ecclesiastico, etiam vinculo excommunicationis constringendi. Facit pro iisdem, quòd in *Clem. 2. de judic.* usurarum causa videatur computari inter Ecclesiasticas. Frequentior tamen opinio, probata tam juris civilis Interpretibus, quam Canonici, habet, esse mixti fori, ut tam laicus cognoscere valeat de usura, sive agatur specie juris sive facti, quàm Ecclesiasticus. Est & hæc opinio verior, quam inter alios probat Covarr. *3. Var. cap.* 3. Peguerra *d. decis.* 31. *num.* 19. Caniss. *de usur. cap.* 9. Et probatur, quia hoc usurarum crimen sapit furtum & rapinam, *can si quis usurum XIV. q.* 4. Pro furto autem quin laicus adeatur non est dubium. Deinde etsi Ecclesia usuras prohibeat, non tamen & prohibet, quò minus laicus cognoscat & puniat: ut homicidium, furtum, adulterium & similia, etiam per Ecclesiam prohibita judex laicus rectè puniat. Nihil facit *d. Clem* 2. nam ex ea non convincitur, quod tantùm spectet ad tribunal Ecclesiæ, cum Pont. ibi aliquot causas enumeret, in quibus velit de plano procedi & simpliciter, sine strepitu & figura judicii; quod non est sufficiens argumentum crimen istud pertinere ad forum Ecclesiæ. Nihil etiam facit, quòd jubeatur puniri excommunicatione, quæ est pœna Canonica, quam non infligit laicus; nam ea pœna non facit, quin à laico possit pœna alia constringi reus. Denique nihil facit, quod, jure civili sint permissæ usuræ; quia jus civile hac in parte corrigitur per Canones, tamquam fovens peccatum. Ut judex laicus eas permittere nequeat, & permittens graves subeat pœnas, ut patet ex *Clem. 1. h. t.* qui proinde conformans se ut debet, Canonibus rectè pœnam statuit usurariis, eamque recte exiget.

Unum hic singulare est, quod, licet de domo rei non sint producenda instrumenta, sed actor ipse paratus debeat non venire ad judicium, compellendi tamen sint fœneratores, cum de usuris agitur, exhibere suarum rationum codices, ex eo, quod contractus usurarii occultè, & dolosè ineantur, *d. Clem. 1. §. 5. pen.* Est & hoc singulare, quod usurarius rescripto de restituendis sibi usuris non utatur, nisi extortas restituerit, *c. quia frustra 14. h. t.*

TITULUS XX.

De Crimine falsi.

SUMMARIUM.

1. *Criminis hujus & adulteratæ monetæ reus tenetur ad damni restitutionem.*
2. *Adulterina pecunia utentem excusat bona fides & ignorantia.*
3. *Monetam adulteratam bona fide accipiens an peccet, eam in alium transferendo?*
4. *Pœna falsi an teneatur cudens monetam justam sine Principis auctoritate.*
5. *An radens monetam, pondere justo relicto?*
6. *An Principi liceat imponere valorem nummis ultra valorem materiæ?*
7. *Falsi crimen & pœna circa sententiam, rescripta, litteras Apostolicas.*

1 GRave est crimen falsi dolo malo commissi, cum per hoc contingat & Deum & judicem & partem lædi, *c. 1 h. t.* Ut quocumque modo factum fuerit, quacumque in re, mensuris, monetæ adulteratione, partus suppositione, testimoniis, instrumentis, de quibus hic præcipuè agitur, ad damni dati restitutionem obliget. Quod omnino clarum est in adulteratione monetæ scienter facta, & exposita, cum apertè justitiæ distributivæ repugnent damna inde consecuta, quam obligare ad restitutionem nemo sani cerebri dubitare debet. Quo modo res ea jure Canonico iniqua judicata, *cap. quanto sup. De jurejur.* & rei excommunicationi hoc ipso subjiciuntur *Extravag. 1. hoc tit.* & jure civili tam scripto communi, quam singularum Provinciarum statutis interdicta adulteratio pecuniarum, earumque usus sub gravissimis pœnis, *l. 2. C. de falsa mon.* Jul. Clar. *§. Falsum.* * Excusabit tamen bona
2 fides & ignorantia utentem adulterina pecunia; quamvis, ubi intellexit, teneatur ad restitutionem, cum ignorantia aut bona fides non excuset à damno injustè dato Navarr. in *Summa c. 17. n 167.* Facit quòd *l. 1. D de LL.* dicantur delicta committi per ignorantiam, & coerceri.

3 Ubi quæri posset, An qui bona fide monetam adulteratam accepit, eandem possit in alium citra peccatum transferre? R. Rem [illegible] nihil excusare exponentem scienter monetam falsam, quam ignoranter accepit, cum [illegible] suos teneat auctores, non etiam alteri debeat nocere, ut ait Navarr. *d. loco.* Quod & [illegible] dum in aliis rebus, ut nemo possit [illegible] tem decem, emptam per imprudentiam [illegible] dere etiam quindecim, quia res tanti non valet, & uti dictum, sua imprudentia non debet alteri nocere, ut servetur is indemnis, Pet. à Navarr. *de restit. lib. 3. c. 1. n. 312.*

Q. II. An & falsi dicendus teneri, qui [illegible] sine Principis auctoritate nummos, [illegible] men materia & pondere? Respondendum [illegible] gativam suaderi posse; Primo, [illegible] adsit verus valor cum materia, [illegible] damnificatio boni communis. Secundo, [illegible] falsitas dicatur mutatio veri, cum dolo & [illegible] ctura. Cessat autem hic jactura, ut & [illegible] cessare falsum & pœna. Dicendum tamen [illegible] falsarium esse talem, & teneri pœna falsi [illegible] naria, ex ratione, quod ad justam monetam non sufficiat materiæ bonitas, sed & [illegible] forma aut signum. Deest autem hoc in [illegible] publica forma, cum privata auctoritate [illegible] sa, licet signum publicum appareat, [illegible] semper creditur, ut ait Gl. in *d. c. quanto* [illegible] Nav. *d. loco num.* 319 Neque enim signum [illegible] figura taliter qualiter impressa tribuit [illegible] nummis, sed Reipub. auctoritas, *l. 1. D. de* [illegible] *trah. emp.* quam talis sibi usurparet. Unde [illegible] Bart. *l. qui falsam D. h. t.* definit falsam monetam esse eam, quæ cusa ab eo, qui non habet [illegible] ctoritatem publicam cudendi. Quo spectat [illegible] cisio, *can. quod quidam 1 q. 1.* ubi regale signum impositum non excusat cudentem: & decisio [illegible] *2. C. de falsa mon.* ubi Imp. tantum in monetis suis cudendæ pecuniæ studiū vult frequentari, non etiam privato arbitrio cujusvis id relinqui. Si tamen sit justa materia & valor, non videtur subesse quæstio restitutionis, quia non [illegible]

Q. III. An tradens sive tondens monetam relicto tamen justo pondere? R. Ut falsarius puniri radentes & circumdentes nummos, aut etiam aquis quibusdam attenuantes. Verum hoc videri posset de attenuantibus aut radentibus justas monetas, ut debito valore sint leviores; nam si justo ponderi nihil detractum sit, nec ex parte materiæ aut formæ [illegible]

sit falsitas, posset videri falsarius non esse, quamvis reo non sit futurum id facinus impunitum.

6 Q. IV. An princeps plus æquo majorem imponens nummis sua auctoritate cusis valorem quàm materia exigit? R. Licitum esse Principi deducere moderatas expensas, cum non teneatur monetam cudere suis expensis: imò & ultra expensas posse eum pluris taxare nummos cusos ultra valorem materiæ, moderatè tamen, cum pluris æstimetur argentum in pecuniam redactam auctoritate Principis, quam rude. Magnum non videtur posse imponere sine consensu populi, cujus damno res ista cederet. Ad externos quod attinet, non est eorum, damnum inspiciendum, siquidem non cogantur uti externa pecunia, eamque recipere ultra verum valorem. Quo modo receptum. ut aliena communitas pecuniis externis valorem imponat, ultra quem nemo teneatur eos recipere, licet majorem habeant impositum à Principe, qui eas cudi jussit, qui nequit præcipere ultra suum territorium. Et hoc, si nõ falsificata moneta exponatur pro vera, eique valor justus, ac si materia esset vera imponatur, & pro tali ignoranti obtrudatur, licet alieno populo eam bona fide accipienti, neque enim talis Princeps erit extra noxam falsitatis, si non ita quoad externos, qui possunt non recipere, saltem quoad suos, ut satis indicat Pont. *in h.c. quanto* Quod contigit ab aliquot annis à nostris Batavis, qui falsa moneta referente speciem monetæ Hispanicæ, deceperunt aliquot Indos, non tamen impune. Hoc quoque tempore, quo hæc scribo, anno 1620. Junii die 16. Hagæ Comitis in Hollandia monetæ cusor ob adulterinam monetam pro vera obtrusam in subsidium Bohemorum deprehensus & captus, qui se dicitur expurgasse, quod auctoritate publica, Præfectorum scilicet rei monetariæ, idipsum se egisse adsereret. Hæc est fides & probitas eorum, quibus vera fides exosa, fucata autem acceptata. Modo habeatur quæritur, nõ quo modo.

7 Commissum falsum circa sententiam facit eam non transire in rem judicatam, nec mandari executioni, *c. 2. h. t. l. 1. & 2. C. Si ex falsis instr.* Imò non habere sententiæ vim & probata falsitate eam corruere, opinio est Cujacii, *ad d. tit. Cod.* Clericus falsi reus depositus in Monasterium detruditur. *can. si Episcopus Dist. 50.* Laicus patitur pœnam L. Corn. de falsis, quæ & capitalis infligi potest, si exigat magnitudo commissi, *l. ubi falsi 22. C. ad L. Corn. de fal.* Falsans rescripta ut gravius delinquit, ita gravius punitur. Clericus rescriptum Principis falsans degradatur, & charactere in signum m[alefi]cii impresso extra provinciam ejicitur, *c. 3 h. t.* Grave delictum est falsare literas Apostolicas; quod contingit ab earum sincera veritate sensum immutando aut vero earum sigillo ad falsas literas consignandas utendo, aliove modo depravando, per rasuram aut inductionem, secundũ modos quos latè declarat Pont. in *c. licet 5. h. t.* Gravius delictum est fabricantium, id est animo confingentium literas falsas. Pœna tum falsantium tum fabricantium literas Apostolicas est excommunicatio ipso jure inflicta, non tantum quoad ipsos falsarios, qui per se, sed & qui per alios falsitatem exercent; quæ pœna tangit & eorum fautores ac defensores. Præterea Clerici falsarii deprehensi omnibus beneficiis & officiis Ecclesiasticis privati, degradati per judicem Ecclesiasticum brachio sæculari traduntur, secundum legitimas sanctiones puniendi; quæ pœna laicos falsi convictos tenet. *c. ad falsariorum 7. h. t.* Excusat materiæ levitas, uti & quando non est immutatus sensus litterarum, cum gravitas hujus delicti non consistat in atramento & litteris, sed in sensu, quo integro permanente nihil potest videri peccatum. Minus delictum est utenti iũ literis falsis sub nomine Pont, unde & minor pœna, ut appareat ex fine *d. c. 7.* Clerici officiis & beneficiis sunt privandi; laici vero excommunicandi, donec satisfecerint, nisi excuset ignorantia aut negligentia, *d. c. 7. in fine*, si tamen ubi falsas cognoverint, iis non sint usi; *c. fin. h. t.* Impetrans literas falsas subreptitiè caret earum commodo, ut dictum sup. *De rescript.* & pœnæ de qua proximè, est obnoxius, *d. c. 7. in fine.* Litteras falsas penes se scienter habens, si intra viginti dies non destruxerit, aut resignaverit, excommunicationem incurrit, cujus absolutio Pontifici reservata; etiamsi iis nec usus fuerit, nec uti valuerit, quia prohibita absolutè earum retentio, *c. 4 §. 1 h. t.* Ut autem falsitas evitetur, non nisi è manibus

Pont.

Pont. aut ab eo deputati, accipienda sunt rescripta in persona ab impetrante, sub pœna excommunicationis in laicis; suspensionis in Clericis nisi excuset dignitas, *d. c.* 4. Quæ pœna cessat hodie, cum passim per Nuntios impetrentur rescripta, Papa sciente & tolerante, *Gl. ad d. c.* 4 *V. subjacent.* Certum est, damnum datum per litterarum falsationem refundendum esse à reo, secundum dicta.

TITULUS XXI.

De Sortilegiis.

SUMMARIUM.

1. *Sortes quid, & quotuplices.*
2. *Divisoria ex se licita.*
3. *Damnata tamen in electionibus ad dignitates Ecclesiasticas & officia.*
4. *Electi paria suffragia an sorte dirimi possint?*
5. *Electio per sortes facta an ipso jure nulla?*
6. *Lites super beneficiis an rectè sortibus sopiantur.*
7. *Sortes licitæ in electionibus ad munia civilia.*
8. *Sortes consultatoriæ cur & quatenus damnatæ.*
9. *Divinatoriæ omnino illicitæ & damnatæ.*
10. *Pœna hujusmodi sortilegii.*
11. *Magia quid, alia naturalis, alia superstitiosa.*
12. *Superstitiosa effectus. 1. Ars effectrix scientiæ.*
13. *II. Ars effectrix sanitatum.*
14. *III. Ars effectrix maleficii.*
15. *Pœna maleficiorum ultimum supplicium.*
16. *Quæ & eos manet, qui juguento quodam delibuti deferuntur per aera ac tripudia.*
17. *Pœna item maleficorum est ignis.*
18. *Jure Canonico an tales excommunicati ipso jure.*
19. *Libri artis magicæ prohibiti.*

QUia falsitatis quamdam speciem habent sortes, ideo de his proximè subjicitur. Quæ tamen non possunt generaliter tamquam superstitiosæ & prohibitæ condemnari; cum & in lege veteri inveniatur earum usus, quia ministeria sacerdotalia sorte distribuebantur *Luc.* 1. & in Lege gratiæ, quia Matthias electus est, *Act.* 1.

Significatio nominis varia est, magis tamen communis, & huic loco accommodata, qua capitur pro fortuito casu ad aliquid dum, secundum ejus eventum, vel ad tum quid cognoscendum seu revelandum. plicem sortium ponunt speciem, scilicet *Divisorias*, quæ significant simpliciter casum, quo inquititur, vi pacti aut conventio prævias, quid cuique sit attribuendum signandum, sive agatur de patrimonio honore, aliave re; cujusmodi pactio voluntatem quasi conditionatam, fiat aut eveniat, quæ transit in absolu pleta conditione. Habet locum in sionibus, electionibus. Alias *Consultatoriæ*, quibus inquititur, quid sit agendum bonum utile, tutum, vel è contra, consilii. Alias denique *Divinatoriæ*, inquiritur cognitio futurorum. Quæ species generali nomine possunt dici sultoriæ & divinatoriæ; siquidem quisitio occulti est quædam consultatio omnis prædictio ac præcognitio dici divinatio: propriè tamen his expresse consulitur Dæmon, istis Molin. *ad consuet. Paris.* §. 13. *Gl.* 1. 14. Suar. *De statu relig. tomo* 1. *Tract. stit. c.* 12. *num.* 2. Sanchez *in Decal. num.* 56. Del-Rio *de Magia lib.* 4. *c.* 1. 2. §. *Decimum.*

Divisoriæ nec de se malæ sunt, hil continentes superstitionis, cum neantur ad rei incertæ cognitionem, tineant aliquam invocationem dæmonis que prohibitæ generales de jure, cum lex civilis aut Canonica tales detur, civile in variis casibus approbet, ut in *cum ambo* 14. *D. de judic. l.* 3. *C. commun gat.* §. *Optionis inst. de legat.* ad roversias ex mutuo consensu partium, possunt privatam legem neutri sam statuere: ut jus, quod dividi quit, nec omnibus applicari, per sortium incertitudinem terminetur. Canonicum improbasse leges in casibus nullibi invenitur. Quo

quod tertæ per sortes sint distributæ, *Numer.* 33.

3 In electionibus tamen ad dignitates Ecclesiasticas & officia sortium usum damnat Pont. absolutè, & sine restrictione *c. fin. h. t.* Adeo ut etiam in eligendis compromissariis ad faciendam electionem sortes improbentur, *d. c. fin.* Ratio est, quod quæ intellectu & rationis delectu fieri debent, casui & fortunæ non sint subjicienda, ne contingat eligi indignum, aut minus habilem. Quæ ratio etiam obtinet in compromissariis eligendis, quia provisio Ecclesiæ mediatè reducitur in sortem, & posset fieri electos taliter compromissarios non ineptos ad illud munus. Vid. Suarez *d. c.* 12. *num.* 5.

Quid si duo electi habeant paria suffragia,
4 an sorte possit dirimi quæstio? R. Posse videri cessare periculum, de quo paulò superius, cum uterque judicetur sufficienter idoneus, & non mittatur sors super electione simpliciter, sed ut illa facta effectum habeat in altero electorum. Ut ex natura rei & per se possit videri sors non illicita, præcipuè ubi aliud remedium deest. Nihilominus ex vi juris communis verius est, divisionem isto in casu per sortem non esse licitam, cum in universum & sine limitatione prohibeatur sortium usus in electionibus, *d. c. fin.* omnisque electio aliter facta quam per habentes jus eligendi, aut per compromissarios sit reprobata, *c. quia propter* 42. *sup. de elect.* Deinde superest aliud remedium, ut nimirum ad compromissarios negotium referatur terminandum, Possunt & per superiorem compelli ad concordiam, cui si non pareant intra tempus præstitutum, devolvetur electio ad superiorem, *Gl. in c. duobus de rescrip. in* 6. Felin. *in c.* 5. *de rescript.* Suar. *d. loco num.* 6. 7. & 8.

Q. II. An electio per sortes celebrata ipso
5 jure sit nulla? R. Posse videri, non esse nullam cum *d. c. fin.* dicat quidem illam reprehensione dignam, non tamen tam innovet quàm confirmet, ut videatur supponere validam. Dicendum tamen, esse nullam, cum contineat vitium in forma præscripta *d. c. quia propter* 42. quod factam, non servata forma ibi præscripta, vult esse irritam. Nec facit, quòd in *d. c. fin.* Pont. confirmet electionem; quia electio, de qua ibi, non continet vitium in forma præscripta, *d. c.* 42. cum secundùm ejus formam electio sit facta, per scilicet compromissarios, licet in eo erratum sit, quod in compromissariis eligendis sors intervenerit; qui modus, cum non rejiciatur *d. c.* 42. non ponit vitium in forma. Et licet potuerit irritari, non tamen irrita dici potest, quia in *d. c. fin.* non ponitur ullum verbum irritans, ut ex gratia Pontificis sit confirmata, *Glos. ibi* Suarez *ubi sup. num.* 9. & 10.

Q. III. An liceat uti sortibus in terminan-
6 dis litibus super beneficiis? R. Lites super rebus profanis & civilibus ita rectè sopiri, cum recedere pacto à lite nihil superstitiosi contineat, aut improbi. Abbas *d. c fin. n.* 3. Super beneficiis neutiquam licere, eò quòd verè conpleatur electio alterius per sortes, & detur vitioso ingressus, contra text. *c.* 1. *d. R. I. in* 6. Posset enim fieri, ut hac via beneficium obtineret quis sine titulo, quem non potest alter alteri dare. Ut sufficienter hæc ratio dicenda sit impedire sortium usum, etiamsi in *d. c. fin.* tantùm improbetur sortium usus in electionib. quod quia odiosum, restringendum ad proprietatem verborum, cum sufficiat ex alio capite colligi prohibitionem istius usus. Et hoc si spectes ejusmodi compositionem privata litigantium auctoritate initam, quia non potest tollere vitium ingressus partium consensus, nam publica auctoritate caveatur periculum vitiosi ingressus. Quo facit, quòd partes inter se super lite in beneficialibus non recte transigant, *c. fin. sup. de pact.* in manibus tamen judicis ejusque auctoritate admittatur compositio, juxta quam sententia prolata tenebit, *c. nisi sup. de præben. ubi* Abbas. per quam cui adjudicatum erit beneficium, verè illud consequetur ex titulo sufficienti. Ut idem dicendum sit in pacto sortium; judice approbante inito, quod quasi est materiale, tota ratione consistente in auctoritate judicis, purgantis vitiosum ingressum per titulum sufficientem. Plura de hac quæstione Suarez *d. loco num.* 11. *& seqq.*

Q. IV. An sortes sint extra reprehensionem
7 in electionibus ad munera civilia? R. Ita rectè dici, & usum esse frequentem, civiles administrationes sorti committi; non obstante dispositione Canonica, quæ licet absolutè loquatur in electionibus, rectè tamen restrin-

gitur ad suam materiam. Ut, quatenus non prohibitum uti sortibus in distributione talium munerum, non sit usus ejus improbandus, nec dicendus superstitiosus, licet possit in casu aliquo esse iniquus, & peccare contra justitiam distributivam, quod posset cadere electio super indignum, cui malo occurretur, si tantum admittatur usus sortium inter eos, qui ita sunt digni, ut vix possit inter eos excessus manifestus judicari. Sic illum non ita improbat Abbas in *d. c. fin. num. 3.* quamvis putet melius abstinendum esse. Suarez *d. c. 12. nu. 15.*

Divisoriæ itaque sortes ex se sunt licitæ, nisi
8 quatenus in quibusdam casibus prohibitæ, juxta modò dicta; possent tamen vitiari extrinsecus, secundum adjunctas circumstantias? ut quia continent injustitiam aut irreverentiam, aut etiam habent pactum tacitum vel expressum cum dæmone, qua de re Suarez *d. c. 12. n. 16. & seqq.*

Consultoriarum sortium usus, ad inquirendum divinum consilium in agendo aut cavendo, quæ obscura sunt, minus est probatus, eo quòd vanitatem contineat, & aliquam Dei tentationem, quasi alligaretur sortibus, & per eas deberet manifestare suam voluntatem quæ potius petenda est ex doctrina Ecclesiæ & Sanctorum, virorumque prudentum consilio. Quo modo peccat mortaliter sortibus istis fidem habens; unde & hæc species per Canones est damnata, ejusque usus sub anathemate prohibitus, *can. Sortes passim ibi XXVI. q. 5.* Nec est, quod quis objiciat, Matthiam prius consulto per sortes Deo ad Apostolatum fuisse vocatum; cum hoc sit factum, cœtu fratrum collecto, & precibus ad Deum fusis, *can. Non exemplo XXVI. q. 1.* non sine directione divina, ut plerique volunt ut inde non sit sumenda regula, nec ad exemplum ea res trahenda, *c. Non statim XXVI. q. 2.* Posset tamen & usus earum esse honestus, & bonus, si debito fiant modo, id est propter honestum & gravem finem, exigente necessitate, & debita cum reverentia, & non sine speciali instinctu, *d. can. Non exemplo.* Suarez *latè d. c 12. num. 18. & seqq.*

Divinatoriarum exercitium illicitum est,
9 quia plenum superstitionis & temeritatis; continens explicitè vel implicitè pactum cum dæmone, sive pro cognoscendo præterito, futuro, atque ita omnino damnatum, *c. 1. Caus. 26 q. 2. & 5.* Cujusmodi sortes tanto sunt execrabiliora & periculosiora, quanto sanctius vel religiosius servari videantur, quanto plura miscentur bona, de se [illegible] honesta. Nec est, quod quis obiciat [illegible] ea sæpius sortiri; quia non ideo [illegible] & fugienda, cum à Dei ordinatione [illegible] pendeant, qui hujusmodi sortes non [illegible] ad præsagienda futura. Cœlo quod [illegible] bere, esset fato subiicere nostras actiones [illegible] inde quod interdum eveniat, quæ [illegible] istis prædicta sunt, aut effectum [illegible] est tantum ex permissu Dei, ut qui [illegible] diunt, & vident, probentur, & [illegible] sint fide & cognitione erga verum [illegible] *fin. in fine XXVI. q. 5.* Ad hoc genus [illegible] nis divinatio ad inquirendam [illegible] tatem, per modum, qui non habet [illegible] tum in Deo, ejusque providentia, [illegible] tum sit pactum, sive implicitum, [illegible] la Apollinis Delphici & similia, Jovis [illegible] nis & alia; Necromantia, Hydromantia [illegible] vationes stellarum, somniorum, [illegible] auspicia, extispicia, Astrologia illicita [illegible] aliquis prædicit ex astris tamquam [illegible] turum, Chiromantia, Physiognomia [illegible] quæ vana est (nam Physica Physiognomia [illegible] est licita) divinatio sumpta ex cribro [illegible] agium, Cribro divinare, clave, [illegible] excusso oculo furi, de quibus Del-Rio [illegible] *c. 2. qu. 5. & seqq.* & similia alia, ex [illegible] sumpta, & inutilibus, quæ nec natura [illegible] non est causa nec effectus illius rei, [illegible] nitio inquiritur, neque cum illa habet [illegible] ionem naturalem in aliqua causa nec [illegible] legitima impositione, quia nec à Deo [illegible] nec ab hominibus cum fundamento [illegible] it: ut necesse sit, vel à dæmone [illegible] ab illo tacitè exspectetur, qui se ingerit [illegible] piendum hominem; qui vel hoc solo [illegible] quòd periculumamet, cui mortaliter [illegible] nit, ut in eo pereat. Ita ferè Suarez *d. cap. [illegible] mer. 27.*

Unde hoc genus sactilegii prohibitum [illegible] per Canones, sub pœna excommunicationis [illegible] *can. non liceat, & can. Sortes XXVI q. 5.* Con[illegible] præterea hujusmodi professores, Clericos [illegible]

honore dignitatis suspensus, beneficiis privatus, in Monasterio crimen luit, nisi eum simplicitas & bonus zelus excuset, *can si quis Episcopus* xxvi. q. 5. Laicus ab ecclesiæ communione pelli debet, *can si quis Clericus d. q. 5.* Monitus perseverans castigandus verberibus nisi liber sit, qui carcere detinendus, ut hac castigatione ad mentis redeat sanitatem, *can. contra ibid.* Clericus quadam simplicitate ex astrorum aspectu veritatem facti occulti inquirens, ad annum aut amplius judicis arbitrio suspenditur, pro facti qualitate, ab altaris ministerio, *c. 2. h. t.* Quod si conjuncta fuerit hæresis sortilegio, ut quando attribuitur dæmoni, quod est solius Dei qua de re videndus Grillandus *De sortil qu. 10.* & Del Rio *de Magia lib. 5. sect. 15.*) tamquam hæreticus venit puniendus reus.

Divinationi conjuncta est Magia, imò sub
11 ea largè comprehenditur, cum in Scriptura arioli, divini augures, incantatores Magi appellentur. Habet utraque eamdem originem, ejusdemque dæmonis inititur societati: strictè tamen sumptum hoc nomen distinguitur à divinatione, quæ ordinatur ad agnoscendum futura & occulta, cum Magia ordinetur ad operandum quid non virtute Dei, sed dæmonis. Est autem hoc nomen sapientiæ, attributum iis, qui quid præscire possent, aut supra captum hominem operari. Duplex est, una naturalis, altera superstitiosa, illa per se non est mala, cum sola cognitione & industria naturali nitatur. Cavendum tamen curiosis, cum sit periculosa, & propinqua superstitiosæ, quæ mala est; & describitur esse facultas seu ars, qua vi pacti cum dæmonibus initi mira & communem hominum captum superantia efficiuntur; sive ars faciendi aliquid virtute dæmonis i sive hominibus sit proficuum, sive nocivum Vid. Suar. *de superst. c. 14. n. 2. 3. & 4.* Less. *De Just. & jure lib. 2. c. 44. dubit. 1.*

Effectus hujus ad tria capita referuntur, scil. Primò, ad artem effectricem scientiæ vel
12 cognitionis, quæ per ordinarium quidem studium haberi possit, extraordinario & præternaturali modo non à Deo, sed à dæmone infunditur pacto prævio. Ad quam rectè retuleris artem, quam vocant Notoriam, quæ ad obtinendam scientiam utitur vanis observantiis jejunii, orationibus ad Deum, figurarum inspectionibus, aliisque, non ut causis, sed ut signis supervacuis, per hujusmodi promittens subitâ extraordinariam scientiâ, non sine pacto implicito cũ dæmone. Ut ejusmodi ars meritò Christianis sit vitanda, neque enim talis scientia exspectatur à Deo, cum exspectetur per infusionẽ ex vanis observationibus, ignotis verbis, jejuniis, orationibus, tamquam causis, quibus Deus istam vim attribuisse nusquam legitur. Ut ita operatus convincatur à dæmone ejusmodi scientiam consequi velle, non citra idololatriæ superstitionem, siquidem illi attribuit virtutem soli Deo competentem D. Thom. 2. 2. *q. 69. art.* 1. Suar. *d. loco c. 15. n. 4. & seqq.*

Secundo, Ad artem effectricem sanitatum,
13 sive circa corpora humana, sive animalia, arbores, & similia, non per modos naturales, quibus naturalis vis adest sanandi, sed per verba ignota, characteres, signa, imo & verba sancta, cruces, reliquias Sanctorum, cereas etiam imagines, scedulas, quibus ignota nomina & characteres continentur, sacra etiam verba commiscentur. Quæ & similia adhibentur ut signa, ex quibus effectus producatur, qui cum non sit talibus naturalis, nec supernaturalis, utpote non attributus, cum sapiant potius vanitatem, quam pietatem, à dæmone istum effectum exspectari ac procurari dicas necesse est. Sic appendere collo scedulas, quibus characteres & ignota nomina descripta sunt, aut signa, etiam sacra verba commixta. aut eas cuti infigere, secumve gestare, ad effectum, ut ab adversis immunis sis, ab igne non lædaris, vulnerari omnino nequeas, aut saltem non certo armorum genere, quis diabolicum non judicaverit, cum talibus non adsit causa naturalis ad effectum istum producendum? Et licet sanctum & religiosum sit, initium Evangelii S. Joannis, aut reliquias collo suspensas habere, bona fide sperando protectionem divinam, certò tamen, & infallibiliter illam sperare, quasi Deus ejusmodi effectum illis promisisset, non caret tentatione Dei, nec superstitione vacuum, ideoque illicitum, præcipuè si vana adhibeantur. Hinc phylacteriis uti prohibitũ sub anathemate, *can 1. & 4. xxvi. q. 5.* ubi in *can fin.* post alia ad Magiã spectantia enumerata, subjicitur: *Ad hæc pertinẽt ligaturæ execrabilium remediorũ, quæ ars non commendat Medi-*

eorũ seu in præcãtationibus, seu in characteribus suspendendis atq; ligandis; in quibus omnibus ars dæmonum est, ex quadam pestifera societate hominum & Angelorum malorum exorta. Vnde hæc cuncta vitanda sunt Christiano & omni penitus exceratione repudianda atque damnanda. Hinc patet, quid dicendum de usu ligandi stramina circa arbores, ut libereris à febribus: quis enim non dicet eum esse superstitiosum & damnandum. Quid inter stramen antipathiæ esse potest, ut hoc ligatum circa arborem febres cessare faciat? Idem judicandum de verbis, quibus utitur vulgus, ut mulieres gravidæ facilius à partu liberentur, & de aliis similibus nugis, nec ex se naturalem aliquam vim habentibus, nec supernaturalem à Deo attributam. Ut non possis non fateri ab Angelo malo ejusmodi effectum procurari, ideoque talia vitanda homini Christiano, Vide plura de hac re apud Suar. *d. c. 15. n. 8. & seqq* Del-Rio. *lib. 1. c. 4. per tot.*

14 Tertio. Ad artem effectricem maleficii; unde Malefici dicuntur hac arte utentes, & vulgari vocabulo Magi, à scientia. Sunt hac in re evidentiora signa pact cum dæmone initi, quod tota hæc actio ad deceptiones, impuritates, injurias ordinetur, præseferens vanitatem, irreligiositatem, idolatriam, adjutorium diabolicum. Diaboli enim ope per susurros, incantationes, diras, devotiones, cereas imagines fixas, cineres sparsos, attactu, halitu, varia moliuntur in hominũ perniciem malefici, eos enecantes, cruciatibus doloribusque adfligentes animalia, perdentes elementa, turbantes tempestates, ventos, imbres grandines, siccitatem, tonitrua procurantas, messem destruentes, ad impudicas libidines stimulantes, aliaque similia, *l. 4. 5. 6. C. de malef. & Mathem.*

15 Dignissimum hominum hoc genus morte durissima qui neget, nisi ex complicibus, nescio an sani sit cerebri: Ut rectè Imp. *d. l. 5* ultimo supplicio maleficos jubeat adfici; discipulos etiam puniri velit, *l. pen C. d. tit.* consulentes deportari, *l. 3. C. eod.* pœnam quoque mereri dicat maleficii reos non deferentes, *l. fin. C. eod.* Imò optimæ mentis judiciique sunt dicendi, qui ad pœnam capitalem sufficere judicant, quod cum dœmone pactum quis inierit, eique adhæreat. Deo suo deserto, juxta illud Exodi, *Maleficos non patieris vivere*, etiam si tam noceant, quàm prosint & proficiant hominibus, avertendo ab iis mala. Non obstant *d. l. 4.* quæ tantum eos vult puniri, qui scientia sua magica abutuntur in hominum perniciem non etiam qui prosunt; nam dispositio ista sapit paganismum, gravissimeque reprehensa à Leone *Nov. 65.* qui & hos puniri præcipit. Nisi dicamus dictam dispositionem non tam approbare facta magica, quæ sunt proficua, quàm non punire, quod nec sint contra justitiam, nec publicam quietem turbent.

Ut recte etiam eos puniendos dixerim, qui ex pacto cum dæmone, uncti quodam ungentum per aera volitant, & diversa loca brevi spatio transcurrũt, & ad tripudia, aliave loca deferuntur corporaliter, ut habere communem opinionem testatur Grilland. *De sortil. q. 7. n. 7* Del-Rio. *lib. 1. q. 10. & lib. 5. sect. 16. n. 4. & 5* qui dicit eam & confirmatam ipsorum magorum & magarum attestationibus & confessionibus, expensis aq; omniũ populorum & sæculorum, ut ... gare nihil aliud sit quàm insanire. Ab aliquibus tamen, qui aliter sentire videntur, ... *can. Episcopi 12. XXVI. q. 5.* Et videtur facere negotium; cum ibi judicetur, meras esse ... nes dæmonum & phantasmata, dũ seducta ... lieres credunt cum Diana se equitare super ... tiis, & intempestæ noctis silentio multa ... spatia pertransire. Verùm dicendum ... istum Canonem esse dubiæ fidei & ... auctoritatis, quod in Concilio, ex quo ... non inveniatur; traditione tamen antiqua ... ceptum, tamquam si esset Conc. ... Secundo itaque dicendum in isto Canone ... esse sermonem de veris sagis & maleficis, ... quibus hic tractamus, sed de mulieribus ... busdam, quæ credebant aliquam Deam ... Dianam, illi veram potestatem attribuere ... cujus virtute per aera ferrentur, & ad ... obsequium vocarentur. Idem de Horodiis ... sentientes per gravem errorem, quo ... & alias imbuebant, qui cum sit contra fidem ibidem damnatur. Ita Suar. *c. 16. n. 11.* Del-Rio *d. sect. 16. circa fin.* Less. *lib. 2. c. 44. n. 7.* Ut non possit *d. Canon.* pro iis facere, qui ... liter istam translationem corporum negare fieri, & ideo sagas maleficos puniri nolunt, sed dimittant contra sacram Scripturam ...

quæ vult maleficos occidi. Quamvis non sit negandum, non rarò illudi istis mulierculis per dæmonem, dum putant se per aera ferri, cum quietæ in cubili jaceant, ut docuit aliquando experientia; cum & è contra per aera ferri habeat quoque experientia, & ea vis dæmoni adsit, ut videre est ex Christi exemplo, qui à diabolo statutus super pinnaculum templi, & adsumptus in montem excelsum, Matth. 5.

17 Ut ut sit, dignissimus morte, quisquis Deo suo relicto, hac arte imbutus, etiamsi hominem nullum occiderit, secundum Legem divinam Exodi c. 22. *Maleficos non patieris vivere*: & Lev. 20. *Vir sive mulier, in quibus Pythonicus sive divinatorius fuerit spiritus, morte moriantur.* Ignis pœna auspicibus proposita, *l. 3. C. de malef.* consuetudine extensa ad omnes maleficos, magos, sortiarios, lamias, ita dictas, quod pueris necem adferant, unde & dicuntur striges. De cujus justitia nemo dubitare debet, quòd sit conjuncta hæresis aut apostasia; procurentur per tales & cædes, & gravissima damna; & ut nihil sit ejusmodi, satis tamen criminis est, pactum cum dæmone iniisse.

18 Jure Canonico volunt aliqui excommunicati hoc ipso tales, per text. *in can. si quis XXVI. q. 1.* qui habet: *Si quis ariolos, aruspices, aut incantatores observaverit, aut philacteriis usus fuerit, anathema sit.* Alii tamen Canones habent tantum excommunicationem esse ferendam, *can. si quis 9 & can. Augustiis XXVI. qu. 5.* Posset dici, *Anathema sit*, idem esse, ac si dictum esset, *anathematizentur*: est enim verbum, *Sit*, futuri temporis, & ut foret dubium, tamen in mitiorem partem accipiendum, propter alios textus, & quia de pœna agit. Navarr. in *Summa c. 27. n. 12.* Suar. *De superstit. c. 19. n. 4.* Sanch. *in Decal. lib. 2. c. 39 n. 90.* Nisi dicamus fuisse olim excommunicationem latæ sententiæ, sed consuetudine non receptam, si non sit conjuncta hæresis, quam non semper esse conjunctam patet ex *c. Accusatus §. sanè De haret. in 6.* ubi Pont. præcipit Inquisitoribus, nec se cum divinatoribus & sortilegis intromittant, nisi hæresin saperent manifestè; ut supponat, non semper hæresin sapere. Suar. *d. loco n. 7.*

19 Tenentur præterea ad restitutionem damnorum, quæ præstigiis suis caussarunt aliis, ex generali regula, *c. Peccatum De R. I. in 6.* Denique superstitio ista tum artis divinandi, tum magicæ ut magicis deprimatur & eradicetur, libri omnes de ea agentes sunt prohibiti, ut nec legi nec haberi possint, sed corrumpendi sint. *l. 4. §. 1. D Fam. ercisc.* Olim fuit & Ethnicis curæ hujusmodi libros inquirere, inventos comburere, eos, penes quos inventi, punire; honestiores deportatione, viliores capitis pœna. Paul. *5. Sent. tit. 23.* Constat etiam ex Actis Apostolorum *c. 19* in principio nascentis Ecclesiæ, eos, qui fuissent curiosa sectati contulisse libros hujusmodi, qui erant magni pretii, eosque combussisse. Sed & in Indice librorum prohibitorum editio ex jussu Concilii Trid. Reg. IX. libri omnes & scripta Gomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Chiromantiæ prorsus rejiciuntur.

TITULUS XXII.

De collusione detegenda.

SUMMARIUM.

1. *Collusiones cur falsi speciem habeant.*
2. *Pœna.*

FAlsi speciem habent collusiones eorum, 1
qui ex pacto id agunt, occulta quadam conventione, simulatè, ut alter in causa succumbat, aut superet, non ex animo, sed tralatitio accusandi munere defungentes, sponte varicantes, & cedentes ultrò, parte sua prodita, *l. 1 § prævaricationem D. ad S. C. Turpil. ubi vide dicta.*

Per collusiones istas ne contingat Rem- 2
publ. lædi, non impedit absolutio, quominus reus iterato impetatur super crimine, & contra eum inquiratur, *c. 1, 2. & fin. h. t.* Accusatur prævaricationis convictus ab accusando repellitur, *l. 5. D. de prævaricat.* Super beneficio facta collusio facit utrumque litigantium eo privari, ne dolus suus alicui profit; non quidem ipso jure, sed per sententiam. Pensio vero beneficio per collusionem imposita ipso jure nulla est. Gigas *de Pensionib. qu.* 42. Wamesius *Cons. 173. n.* 3. *de præben.*

* * *

TITULUS XXIII.

De Delictis puerorum.

SUMMARIUM.

1. Delinquunt impuberes doli capaces.
2. Mitius tamen puniendi.
3. Puer doli capax occidens fit irregularis.
4 Doli capax quis dicendus.

1 DElicta non tantum cadunt in eos, qui perfectæ sunt ætatis, verum & in impuberes, quatenus tamen doli sunt capaces. Delictum enim dici nequit, nisi quod factum per injuriam, quæ nulla est, ubi sensus deest. Unde & eatenus tantum pœna locum habet quoad delicta, quæ circa istam ætatem cadunt, ut sunt homicidia, blasphemiæ, mendacia, perjuria, *c.* 1. & 2. *h. t.* * Minus tamen cum ætate agendum,
2 propter judicii imbecillitatem, quæ peccatum levius facit, *d. c.* 1. & interdum veniam commiserationemque mereri, *d. c. l. auxilium vers. in delictis D. de minorib. & l. infans D. Ad L. Corn. de sicar.* Quod & obtinet in casu quo delictum patefit demum post pubertatem. Neque enim ideo gravius puniendus reus, cum per hoc in eo non ponatur gravior culpa, & semper inspiciendus sit personæ status, qui fuit tempore delicti, *l.* 1. *D. de pœnis.*

Irregularitatem quin contrahat puer doli
3 capax occidens non est dubitandum, secundum dicta sup. *De homicid.* neutiquam vero, si necdum sit doli capax, quamvis id velit Hostiens. in *c.* 1. *h. t.* cum nequeat dici laborare defectu mansuetudinis, qui citra sensum deliquit. Et facit expressus textus in *Clem. unica de homicidio*, qui infantem irregularitate non adfici per cædem commissam adserit.

4 Doli capax quis sit dicendus disputatur. Sunt qui proximum pubertati capacem esse volunt, per text. in §. *penult. Instit. de oblig. quæ ex del. nasc.* qualem faciunt masculum, qui attigit annum decimum cum dimidio, fœminam, quæ nonum cum dimidio *Glos. in §. pupillus Instit. de inutilib. stipul.* Verum rectius id judicis arbitrio relinquetur, secundum discretionem impuberis colligendum ex circumstantiis, cum contingat alios aliis maturius judicio pollere. Nec obstante *d.* §. *penult.* qui non adserit simpliciter pubertati proximum intelligere se delinquere, sed si ideo intelligat quid agit. Covar. *ad d. Clem. un. p.* 3 *in prin. nu.* 5 *& de matrim.* [illegible] *c.* 5. *num.* 7. Menoch. *Arbitr.* 2. *casu* 57. Gomez. *in repet. Auth. Sacramenta puberum C. Si adversus vendit. n.* 4.

TITULUS XXIV.

De Clerico venatore.

SUMMARIUM.

1. Clericis cur & quatenus inter [illegible]
2 Capta venatione illicita an fiant [illegible] entus.

VEnatio licet ex se sit licita, [illegible] men Clericis, tum ne per eam à divinis officiis abstrahantur, tum quod propter [illegible] tem, armorum usurpationem, cædes, [illegible] cursus, statui eorum, qui gravitatem [illegible] desiderat, minus respondeat. Et hoc [illegible] eam quæ canum & armorum sit strepitu [illegible] *t.* Ubi frequens in venatione Episcopus [illegible] mensibus suspendi jubetur ab officio Diaconus duobus, Subdiaconus ab omni officio [illegible] & canes & accipitres alere iis interdictum [illegible] 2 *h. t. can.* 3. & 4. *Dist.* 34. cum [illegible] fine censeantur & prohibita media. [illegible] tamen & rara per retia, laqueos, non [illegible] inhibita, sive fiat gratia exercitii [illegible] ve, sive necessitatis. Abbas in *d. c.* 1. [illegible] non sit extendenda ultra rationem, [illegible] bet adjunctam.

Quæri posset, An capta per Clericum [illegible] tione illicita ejus fiant? Resp. Omnino [illegible] fieri nec esse restitutioni obnoxia in [illegible] mæ, modo nullius fuerint. Nam si [illegible] ligatio restituendi esset hac in specie, [illegible] ducenda foret à justitia commutativa, [illegible] per istam venationem non potest dici [illegible] gi, quia nulli damnum infertur, cum [illegible] nullius maneat, nec adficiatur per prohibitionem; quæ tantum facit Clericum [illegible] & ad pœnam injunctam teneri, non [illegible] ad quid restituendum, quamvis per [illegible] cem in pœnam transgressionis possit [illegible]

capta auferri Covarr. *ad c. Peccatum pag. 2. §. 8. num. 2. & 4.*

TITULUS XXV.

De Clerico percussore.

SUMMARIUM.

1. *Clericis cur interdicta percussio, ejusque pœna.*
2. *Clericus qui stetit in pugna vel. inflictu an irregularis.*

1 CLericum decet mansuetudo, cui repugnat percussio, quæ sit facto aut verbere, etiam causa correctionis, cum verbis potius & admonitione, arguendo, obsecrando, increpando, omni patientia & doctrina, secundum Apostol. 2. *ad Timoth.* 4. à dictis subditos suos avocare debeant Episcopi, non etiam verberibus; nova enim & inaudita prædicatio quæ verberibus exigitur *can.* 2. *Distin.* 45. Percussor existens, si monitus se non emendet, à gradu, quem habet, deponendus est *c.* 1. *h. t.* Episcopus, qui crudeliter mulierem fustigari jusserit, etsi ea de causa non sit defuncta, tamen quia ea res ordini non convenit, ab officio Missæ duobus mensibus abstinere jubetur, *c.* 2 *h. t.* Flagellis tamen & virgis cædere, si causa postulet, non est inhibita, nec in vindictam sanguinis tranſeat, *c.* 4. *sup. de raptorib.*

2 Clericus, qui stetit in pugna ex parte repellentium violentiam, in qua aliqui sunt occisi, non ideo est irregularis, etiamsi lapides unà projecerit, nullo percusso; jubetur tamen abstinere à celebratione Missarum per biennium. *cap.* 2. *hoc tit.* Non esse quoque irregularem, qui in conflictu fuit, in quo commissa cædes, citra ejus factum aut consilium, videtur dici *cap. fin. hoc tit.* ut probabiliter ibi defendit Abbas: & facit, quod in *cap. pen. ibid.* in simili ferè casu non ponatur irregularitas. Contra tamen tenet, *Gl. fin. d. c. fin.*

* * *

TITULUS XXVI.

De Maledicis.

SUMMARIUM.

1. *Criminis hujus gravitas, & cur peccatum hoc dicatur irremissibile.*
2. *Blasphemia quibus modis committatur.*
3. *Est peccatum mortale etiam in materia levi.*
4. *Pœna blasphemiæ; & an in foro exteriori sit imposita censura.*
5. *A pœna quid excuset, aut eam mitiorem reddat.*

MAledica lingua ne quidem Laicis: impunita multo minus Clericis: quæ si solvatur in Dei aut Sanctorum ejus injuriam, blasphemiam continet, grave continens delictum, vergens in deminutionem divini honoris, per probrosam irreligiositatem. Unde blasphemans contra ipsam Deitatem, impiè agere dicitur, & peccatum committere, quod nec in hoc, nec in futuro sæculo remittatur. *can. qualis dist.* 25. scilicet commissum studio & contemptu, quale peccati genus dicitur commissum in Spiritum Sanctum. Quod autem dicatur irremissibile, accipiendum est de difficultate pœnitendi & remittendi, *Gl. in d. c. qualis*; cum opponatur dispositioni necessariæ ad peccati remissionem, quam ideo reddit difficilem, non etiam omnino removet, cum nullum sit peccatum, quin remitti possit verè pœnitenti. 1

Committitur autem variè. Interdum nudè tantum, citra alterius peccati malitiam, per contumeliam in Deum aut Sanctos ejus: nam & in Sanctis suis maledicitur Deus, & in hos prolata verba blasphema in Deum redundant, ex consequenti scilicet. Covarr. *in c. quamvis De pactis in 6. p. 1. §. 7. n. 9.* Suarez *De statu relig. tomo 1. Tract. 3. De irreligios. c. 4. num 2. & seqq.* Non raro malitia alterius peccati conjuncta est, ut infidelitatis, hæresios, quando ea continet falsitatem contra fidem, formaliter aut virtualiter adfirmando aut negando aliquid de Deo quod fides docet veluti *Abnego Deum, non credo in Deum.* Proferuntur & interdum verba blasphema citra odium Dei, interdum ex odio 2

in Deum profic ſcuntur. Interdum & adeſt malitia juramenti, ut cum juratur ignominiosè, expreſſis partibus corporis Chriſti, per caput, capillos, aliaque ejus membra, ut intelligere eſt ex *can. Si quis per capillum XXII. q. 1. & Nov. Vt non luxurientur homines &c. 77 §. 1.* Sic & juramento æquiparare divinam veritatem humanæ ſpectat ad blaſphemiam, ut cum dicitur, tam verum eſſe, quam Deum eſſe, aut Chriſtum natum ex virgine, quam verum eſſe Evangelium, cum per hujuſmodi jurandi formas humanæ veritati tanta infallibilitas & certitudo, atque eſt divinæ, attribuatur, & ita creaturæ, quod eſt proprium creatoris, non ſine blaſphemia, propter irreverentiam & contumeliam divinæ veritatis. Qua tamen in re ſæpè contingit loquentes excuſari à blaſphemia, quod per exaggerationem quamdam iſta & ſimilia proferant, non intendentes omnimodam æquiparationem, ut ſint extra malitiam blaſphemiæ. Spectat & ad blaſphemiam, per falſos Deos jurare, vel creaturam, ut talis eſt, cum tribuatur idolo vel creaturæ, quod eſt proprium veri Dei, & eſt vera hæc blaſphemia. Eſt & interdum cõjunctum perjurium, aut alterius peccati malitia, quæ exaggerat peccatum blaſphemiæ.

3 Certum autem eſt, blaſphemiam ponere peccatum mortale, nec eſſe veniale ex ſola levitate materiæ, niſi accedat ſubreptio & indeliberata voluntas, veluti ex ſubita quadam paſſione aut motu, aut etiam prava conſuetudine, quæ tollit advertentiam. Suarez *de Irreligioſ. c. 6. n. 1. & 2.*

Pœna ejus in foro Dei eſt æterna; niſi culpa abluatur pœnitentia, uti fieri poſſe dictum ſuperius.

Q. An in foro exteriori ſit impoſita cenſura? R. Præcipi quidem in *d. can ſi quis*, ut deponatur Clericus blaſphemus, laicus excommunicetur, non eſſe tamen illum Can. ſententiæ latæ ſed ferendæ, ut patet ex verbo, *deponitur*: & nullibi invenitur alius textus cenſuram ipſo jure imponens, nec etiam peccatum eſt reſervatum Suar. *d. l. c. 7. n. 2.*

Imponuntur autem variæ pœnæ blaſphemanti laico per jus Canonicum, & pœnitentia publica, *cap. fin. h. t.* Ubi etiam per temporalem poteſtatem dicitur imponenda pœna pecuniaria: quæ & mortis pœnam infliget, ſi ea ſit gravitas blaſphemiæ, *d. Nov. 77. in fin.* impoſitam & à Lege veteris Teſtamenti, *Lev. 24.* Varias item pœnas variis in locis in uſu fuiſſe & eſſe tradit Covar. *d. loco num. 22.* ut & commune hoc eſſe mixti fori, *ibid. num 29.* Nam alibi bium ſuperius abſcinditur, alibi lingua perforatur clavo aut ferro, alibi ligno includitur. Quid videtur reſpicere Seneca 4. *De benef. c. 36. Domino caſtigabo promittendi temeritatem. Ecce doleat tibi, ut poſtea conſideratius loquaris, non dicere ſolemus linguarium dabo*; reſpicere, ſecundum aliquos, tenue illud lignum, quo blaſphemorum lingua coerceri ſolet: alibi etiam lingua amputatur. Vid. Boer *Deciſ. 202. n. 15.* Thom. Gramm. *Deciſ. Neap. 52.* Jul. Clar. §. *Blaſphemia n. 3.* Griv. *Deciſ. Dolan. 2.* Monoch. *2. arbitr. caſu 375.*

Excuſat, ſaltem ad mitiorem pœnam, calor iracundiæ prolata blaſphemia, ut & ebrietas eam mitigari facit. Furor autem, ut & vinum, propter defectum ſenſus, omnino excuſat. Habes *ad d. c. fin. h. t.* Romano Pont. maledicens, aut in depreſſionem officii ejus verba temeraria proferens, ex arbitrio Epiſcopi compoſitus dicitur *c. 1. h. t.*

TITULUS XXVII.

De Clerico excommunicato miniſtrante.

SUMMARIUM.

1. *Cenſuram incurrens ipſo jure fit irregularis.*
2. *An & per hominis ſententiam fieri poſſit.*
3. *In dubio an judicandum pro irregularitate.*
4. *Suſpenſus, interdictus celebrans ſit irregularis.*
5. *An & excommunicatus?*
6. *Quid juris in excommunicato tolerato?*
7. *Ab hac pœna qui excuſentur?*
8. *An dubitans excuſetur?*
9. *Et quia ſi verè fuerit excommunicatus, vel cenſura aliqua notatus.*
10. *Incurrit hanc irregularitatem cenſuratus ex actu Ordinis majoris proprii.*
11. *An & per baptiſmi collationem?*
12. *Quoniam actus Ordinis faciunt incurrere irregularitatem.*

13. *Eam incurrit Episcopus ministrando Sacramentum Confirmationis, Ordinis.*
14. *Sacerdos absolvendo sacramentaliter.*
15. *An & exercens jurisdictionem spiritualem fori exterioris?*
16. *An Parochus adsistens matrimonio contrahendo?*
17. *An Sacerdos dispensans Sacramenta fidelibus?*
18. *An ministrans in Ordine, quem non habet?*
19. *An celebrans actus minorum ordinum?*
20. *Per Ordinis susceptionem an incurratur?*
21. *An concionando?*
22. *An recitando Horas Canonicas in Choro?*
23. *Excommunicatus audiendo Missam an eam incurrat?*
24. *An non ligatus faciens coram se ligatum celebrare?*
25. *Qui coram interdictis celebravit, si postea iterum celebret sit irregularis.*
26. *Non etiam recipiens Sacramenta ab excommunicato licet notorio.*
27. *Celebrans in loco interdicto, pulsans campanas an fiat irregularis?*
28. *An conferens aut recipiens Ordines tempore interdicti.*
29. *Effectus hujus irregularitatis?*

IRregularitatem variis de causis contrahi ipso jure, colligere est ex iis, quæ dicta supra suis locis de bigamis, illegitimis, hæreticis, homicidis. Hoc Tit. proponitur alius modus, scilicet
1 exercitium Ordinis ab eo, qui censuram incurrit: * facit enim hic ipso jure esse irregularem celebrantem, citra sententiam hominis, cum statim incurratur, ut factum est commissum, cui est adnexa independenter à sententia judicis, etiam declaratoria criminis; cum consistat hæc res in quadam privatione seu prohibitione, quæ per ipsam legem immediate potest imponi, quæ propterea dicitur secum adferre executionem, *c. Pastoralis in fine sup. de appellat.* Nec requirit actum aliquem per hominem exercendum, de quo in *c. cum secundum de Hæret. in 6.*

2 Quæritur autem, An & per hominis sententiam possit imponi irregularitas R. Id posse alicui videri, argumento censuræ, quæ alia est hominis, alia juris, ut dicetur infra *de excommun.* Contra tamen dicendum, immediate tantùm à jure imponi, non etiam ab homine. Cujus fundamentum in eo est, quod irregularitas non incurratur, nisi in casibus jure expressis, per text. in *c. Is quis 18. de Sent. excom. in 6.* Ut in casu, quo à jure non est imposita, non possit per hominē aut judicem imponi, ad quem licet pertineat declarare, an effectus aliquis sit sufficiens ad irregularitatem, tamen ea declaratio supponit jus inducens irregularitatem. Navarr. *c. 27. n. 94.* Covarr. *in Clem. un. de homic. in pr. n. 3.* Nec facit, quod arbitrio judicis pœna privativa possit imponi in casibus, quibus lex certam non præscribit, *c. de causis 4. §. 1 sup. de off. deleg.* cum judex in arbitrariis pœnis debeat imitari jus, quatenus designat pœnas à judicibus injungendas, idcoque numquam imponet eam, quam jus aliquando, scilicet in proportionali delicto, non jussit à judicibus imponi. Numquam autem præcepit imponi irregularitatem, ergo nec judex eam infliget. Ita Suar. *Tomo 5. de Censuris disp. 40. sect. 4. n. 10.*

Quid si jus sit dubiū, an judicandum pro irregularitate? R. Id posse videri, per text. in *c. ad audientiam sup. de homic. & c Illud § §. licet h. t.* 3
ubi in casu dubio Pont. respondit aliquē esse separandum à ministerio Ordinum; subjuncta ratione, quod in dubiis sit eligenda semita tutior. Verum cum *d. c. Is qui 18.* dicatur, non incurri irregularitatem, nisi in casibus jure expressis, nō possit autem dici jure expressa, quæ est dubia; dicendum ei non esse locum, quia pœna non facilè inducenda. Si tamen res ita dubia sit, ut versetur sub opinionibus, & opinio adserens eam esse jure latam, ita sit probabilis, ut contrarium probabilitate carere videatur, ea sufficiet ad inducendam irregularitatem. Vid. Suarez *d. disp. 40. sect. 5. nu. 4. 5. & 6.*

Suspensum celebrantem fieri irregularem probatur per text. in *c. 1. de sent. & re judic. in* 4
6. De interdicto colligitur ex *d. c. 18.* ubi in loco interdicto celebrans incurrit irregularitatem, ut multo magis idem sit dicendum de persona interdicta celebrante, *c. Is cui 20. de sent. excom. in 6.*

Dubitatur, An excommunicatus celebrans sit dicendus irregularis? R. Hoc in Tit. fieri quidem mentionem depositionis, non tam ipso jure inflictæ, quàm per factum hominis, nullibi verò irregularitatis hoc ipso impositæ

excommunicato celebranti cum in *c. 1. h. t.* dicantur contumaces depositionis sententiam incursuri: & in *c. 4. eod.* perpetua depositione damnandi: item in *c. 2.* dicatur etiam implorandum brachium sæculare, ut contumax exsilio damnetur. Sunt qui argumento suspensi & interdicti idem statuant in excommunicato, ex paritate rationis; verum argumentum tale in pœnis non procedit. Dicendum tamen, textum sufficientem esse *in d. c. 5. §. circa fin. h. t.* qui dicit excommunicato celebranti ibi non infligi pœnam, quam Canon infligit, est autem illa pœna, de qua hic, ut patet ex *can. si quis 7. xi. q. 3.* Patet idem ex *c. fin. h. t.* ubi dicitur non fieri irregularis celebrans adfectus minori excommunicatione; quem videtur frustra excipere Pont. nisi majori adfectum vellet eam incurrere. Et licet argumentum à contrario sensu parum sit validum in jure, utique in pœnalibus, neque etiam in his sue edat regula, quod exclusio unius sit inclusio alterius, cum pœna non soleat inferri sine lege, sufficiunt tamen loca supra allegata, quæ satis expresse induxerunt irregularitatem ipso facto.

Itaque & excommunicatus exercens actum Ordinis fit irregularis. Quod accipiendum de adfecto majori excommunicatione, non etiam de minori tantum; qualis licet graviter peccet celebrans, aut Sacramenta conferens, eligere tamen potest, quamvis eligi nequeat, *c. fin. h. t.* Quod si ius interdictus ministerio se immiscere per contemptum & superbiam præsumpserit & contempta admonitione sui Episcopi perduraverit, excommunicandus est, & contumax brachii sæcularis auxilio damnandus exsilio, *c. 2. h. t.* perpetuo etiam deponi jubetur Clericus contumax, *c. 3 h. t.* & beneficiis omnibus spoliandus dicitur *c. 6. h. t.* Et hoc in adfectus censura non toleratis.

Quid in his, qui tolerantur? R. Nihilominus
6 fieri irregulares, exercendo actum Ordinis sibi interdictum, per dicta loca, quæ indistinctè loquuntur. Nec facit quidquam Bulla Martini V. in Conc. Constantiensi, qua quidem adfecti censura nec tolerantur, nec sunt evitandi, quia per istam Bullam clarè Pont. exprimit, se non intendere ullatenus relevare excommunicatos sed tantum timoratis succurrere conscientiis, uti dictum sup. *de sepult.*
7 *num 9.* Vid Covar. *in c. Alma de sent. excom. in 6. p. 1. §. 2. nu. 11.* Avila *de censur. p. 3. sect. 2. dub. 1.*

Videtur tamen excusari ab hac pœna excommunicatus actum ordinis, ad vitandum scandalum gravem infamiam ex manifestatione delicti, omissionē, quia tunc exercitium tale non est voluntarium. Idem dicendū in casu, quo ex necessitate alicujus necessitas postulat, deficiente alio Confessario, ut alicui existenti in mortis periculo Sacramenta exhibeat. Idem in eo qui excusabiliter ignorat se censura adfectum, *c. per tuas.* Cov. *d. p. 1. §. 10. n. 9.*

Quid si dubitet? R. Erroneam quin etiam grave peccatum ponere contra probabile, cui se exponit dubitans, & non differens idem peccatum, ac si non foret ullum, nisi quam tamen iusligi irregularitatem, etiam non incurratur per actum interiùs se habentū, sed revera perfectū, Sua. *d. disp. 30. sect.*

Quid ergo, si verè fuerit excommunicatus aut aliqua censura notatus? R. Aliquam sententiam, cum irregularitate adhæ tum, *in c. 5. h. t.* quod habet, debuisse um, postquam de sententia dubitare, ab Ecclesiasticorum Sacramentorum tione, quod tutior via sit eligenda, & prætlet abstinere, quàm temere celebrare Pont. *in c. pen. sup. de homic.* adhibendum videri distinctionē, an quantum in se tans sufficienti diligentia laboraverit veritatem, & ad expellendum dubium, Posteriori casu dubitantem incurrere ritatem, propterea quòd operando se manifesto periculo errandi: ut, cum verè illicitum & prohibitum sub tali possit dici liber ab ea, quòd opus prohibeatur voluntariè commisisse. Ut in *d. c. 5.* quod cum se fundet in relaxatione misericordiam, videtur indicare, de regularitatem fuisse inductam; adhæ nim ignorantia est loco scientiæ, ut *sup. Qui filii sint leg.* Priori casu, cum egerit quantum est in se, ut erueret & expelleret dubium, nec potuerit de parte probabiliter judicium ferre, videtur esse in culpa, & perinde gerere se posse ille, qui nulla est adfectus irregularis. Nam ignorantia, quæ manet, involun-

est, & quasi invincibilis, propter adhibitam sufficientem diligentiam ad eam expellendam, ut non obligetur tali præcepto, & operando nulli periculo se exponat. Quod accipiendum si dubium practicè deponat, judicando se non obligari tali præcepto, cum nemo debeat dici obligatus, nisi sufficienter pateat de lege. Pro qua parte facit, quod cum partium jura sunt obscura, potius reo favendum sit, *c. cum sunt* 11. *de R. I. in 6.* qualis hoc in casu habetur dubitans, Quod non tantum procedit in foro exteriori, verum etiam interiori, cum in casu dubio veritas lateat in utroq; foro. Quo in casu judicium exterioris fori fertur ex principio practico, eo quod præsumatur innocens, qui non probatur nocens & quod in casu dubio reus absolvendus potius quàm damnandus, meliorq; sit conditio possidentis. Quod principium æque rationabile in foro interno atque externo, in casu præcipue, quo ipse reus est sui accusator & defensor. Quod si dubium non deposuerit, sed practicè maneat, certissimum est, dubitantem debere eligere partem tutiorem, in qua nullũ est peccatum, & se habere quasi irregularem, abstinereque ab exercitio actionum prohibitarum per irregularitatem, aliàs exponere se periculo, celebrando cum irregularitate. Et hoc in casu dicit Pont. *in c. ad audientiam 2. c. significasti 18 sup. de homic. & d. c. 5. h. t.* eligendam esse in dubiis semitam tutiorem. Plura Suar, *d. sect. 5. n. 12. & seqq.*

10 Irregularitas prædicta ut incurratur, necesse est exerceatur aliquis actus Ordinis majoris illi proprius ab eo, qui censura irretitus, cujusmodi est in Sacerdote Missæ celebratio, in Diacono lectio Evangelii, in Subdiacono lectio Epistolæ.

11 Sed quæritur, An & collatio baptismi? R. Si solemniter conferatur, adfirmandum esse, cum respiciat munus sacerdotale Sacerdoti proprium: secus vero, si minus solemniter privatim; sive urgente necessitate, quia non est in culpa; sive citra necessitatem, quia tunc exercetur non ut munus sacerdotale, licet à Sacerdote, verum ut cuivis etiam laico conveniens, Avila *d. sect. 2. dub. 2.* Suar. *de censur. Disp. 11. sect. 3. n. 11. & 20.*

12 Ubi notandum, esse aliquos actus, qui etsi sint actus Ordinis, tamen non aliàs censeri tales esse, ad hunc effectum, quàm si solemniter fiant; cum minus solemniter etiam à laicis exerceantur, ut est lectio Evangelii, Epistolæ; quæ proinde si non solemniter fiat à Clerico ordinato, non incurret ille irregularitatem cum faciat eam tamquam laicus, non autem tamquam actum Ordini proprium; secus, si solemniter. Sic sepeliens aliquem in loco sacro, omisso divino officio, etiamsi sit censura ligatus, non contrahet tamen irregularitatem: secus, si divinum officium adjungatur, quia officium divinum sepulturæ est proprium Sacerdotis. Item benedicens mensam vel fructus non fiet irregularis, cum talis actus non sit proprius Ordinis alicujus. Sic & præsentando, eligendo, visitando, confirmando electum, non incurritur. Navar. *c. 27. n. 244.* Alii verò sunt actus ita Ordinis proprii, ut ab alio fieri nequeant; quo casu etiam non solemniter à non ordinato exhiberi nequeunt. Exemplum est in Sacerdote, qui etsi, omissa omni solemnitate Eucharistiam conficeret, nihilominus sit irregularis, si censura teneatur, quia actus iste est omnino proprius Ordinis. Idem in administrante Sacramentum extremæ unctionis, etiamsi omittat solemnitatem.

Quid in Episcopo ministrante Sacramentum Confirmationis? R. Idem dicendum esse, quod 13
hujusmodi etiam exhibita non solemniter nihilominus sint actus Ordinis proprii. Non obstante, quod Ordines minores possint conferri non Episcopo, ut possit videri ordinatio nõ esse proprius actus ordinis Episcopalis; verumtamen necessario præsupponit characterem in ordinante. *c. cum contingat sup. de ætate & qual. præfic.* Ut videatur saltem ad Sacerdotem spectare Ordinem. Covarr. *ad c. Alma, p. 2. §. 3. n. 4.* Vid Avila *d. p. 7. disp. 9. sect. 2. Dub. 10.*

Quid in sacerdote absolvente Sacramentaliter? R. Quamvis in occulto absolvat nihilo- 14
minus eum fieri irregularem, eo quod actus sit proprius ordinis sacerdotalis, nec habeat aliam solemnitatem, si tamen intendat absolvere, & perficere Sacramentum. Nam si tantum fingat, contra videtur dicendum; cum non utatur actu Ordinis. Non obstat, quòd ratione excommunicationis absolutio sit nulla; neque enim semper nulla est, ut quando facta ab eo, qui non est vitandus: & ut nulla sit; tamen

quia quantum in se est fungitur actu Ordinis, sibi prohibito, rectè dicitur fieri irregularis. Vid. Suar. *d. sect. 3. n. 12. & seq.*

15 Quid in exercente jurisdictionem spiritualem fori exterioris, in excommunicando, suspendendo, aut absolvendo à censuris? Resp. Non induci irregularitatem, etiamsi talis sit suspensus à jurisdictione. Ratio est, quòd actus jurisdictionis spiritualis non sit actus Ordinis, ut desit causa irregularitatis; modo tamen absolutio fiat sine solemnitate, scilicet sine stola, Psalmis, orationibus; secus enim dicendum foret, si ejusmodi solemnitas adhibita esset, quia talis absolutio est actus proprius ordinis sacerdotalis.

16 Hinc patet, Parochum excommunicatum adstantem matrimonio contrahendo non contrahere irregularitatem, ex eo, quod actus iste non sit tam ordinis, quàm jurisdictionis. Vel potius dicendum, requiri ad actum matrimonialem præsentiam Pastoris, tamquam testis qualificati beneficio pastorali, qualis etiam esse potest non sacerdos, ut dictum sup. *De Clandest. despons. n. 13.* Benedicens tamen nuptiis in hanc pœnam incideret, est enim bedictio solemnis & actus sacerdotalis, ut patet ex *c. 1. & 3. sup. de secundis nupt.* Vid. Suarez. *d. sect. 3. n. 18. & 19.*

17 Unde patet, quid dicendum de Sacerdote dispensante Sacramenta fidelibus? R. Eum fieri irregularem, cum ministerium istud sit proprium Sacerdotis ratione Ordinis. Unde est, quod excommunicatio absolutè inhibeatur, ne ministret. Aliud videtur quibusdam dicendum in Clerico inferiori, cujus ordini non respondet Eucharistiæ distributio, ut usurpando ea, quæ sunt ordinis superioris, non operetur ut Clericus, sed ut iniquus usurpator eorum, quæ non sunt sui officii, vel ut laicus, Suarez. *d. loco n. 21. & seqq.* Avila *d. sect. 2. Disp. 13.*

18 Quid de ministrante in Ordine, quem non habet, aut per saltum promoto in Ordine, quē omisit? R. Hunc esse irregularem velle Navar. *c. 27, n. 242.* si serio utatur, & non joco; idemque & in laico procedere, qua de re *Tit. seqq. & Tit. 29.*

19 Quid de celebrante actus minorum Ordinum. R. Posse videri & eum fieri irregularem secundum allegata supra in *princ. h. t.* quæ habent, ligatum censura exercentem aliquem actum sui officii, esse irregularem, non facta limitatione ad majores Ordines. Abbas in *c. 2. n. 4. 7. & 10. h. t.* per textum ibi, qui loquitur indistinctè de exercente ministerium sibi interdictum, & sequitur Navar. *Cons. 44. nu. 11. De sent. excom.* Contra tamen dici posse videtur, uti & insinuatum sup. *eod. nu. 9. in fin.* ex eo, quòd actus minoribus Ordinibus deputati fieri etiam possint à laicis, ut non videantur ita proprii Clericis, eosque exercens Clericus iis initiatus non possit dici irregularis: & propter actus hujusmodi non induci hanc pœnam tradit Navar. *d. c. 27. num. 244.* Suarez *de Cens. Disp. 42. sect. 4. n. 15.* Avila *d. dub. 3.* Quæ sententia videtur probabilior: & pro ea facit, quòd pœnalia sint strictè interpretanda, nec extra casum suum extendenda. Et hoc ita dicendum, nisi exerceantur tamquam ab ordinato, & ralitet, ut nonnisi ab illo exerceri possint. Quod rarius contingit; nam ferè & laici possunt ea exercent, ut trademus *Tit. seq.*

Quæri consequenter posset I. An incurratur hæc irregularitas per Ordinis susceptionem? R. Ita velle Navar. *d. c. 27. nu. 241.* per text. *inf. de eo qui furt. Ord. susc. & c. cum illorum inf. De sent. excom.* Quæ tamen jura non loquuntur de irregularitate actu inflicta quam de suspensione, aut facienda depositione. Suarez *de Cens. Disp. 31. sect. 1. nu. 57.* Ut dicendum sit, per eam quem non incurrere irregularitatem. Ratio est, quod jura eum tantum notant qui censura ligatus exercet aliquem actum sui ordinis: non exercet autem, qui cum suscipit, non tantùm minorem, sed & majorem, ut Diaconatum, Subdiaconatum, nisi tamen ... nat solemniter Evangelium aut Epistolam, quia eiusmodi actus est ordinis. Non fit autem minorem exercet, licet hoc patet Covarr. *ad d. c. Alma p. 2. §. 3. n. 5.* cum sæpè plures ordinentur, ex quibus unus aut alter eligitur ad canendum Evangelium & Epistolam Quæ & de Sacerdotio suscepto posset dici, ... nec talis agat actum ordinis, etsi contra vel Covar. *d. loco.*

II. An concionando? Resp. Ita velle Navar. *d. c. 27. n. 163. §. Octavo,* ex eo, quòd actus ... sit peculiariter ordini Evangelii, id est Diaconatus

tus deputatus de jure vel consuetudine Ecclesiæ. Contrarium tamen verius, cum non sit actus ordinis, nec actus divinus; unde & excommunicatus non prohibetur interesse concioni, *c. responso* 43. *inf. de sent. excom.* Nec facit, quòd ex Ecclesiæ instituto prædicare verbum Dei non licet nisi minoribus Ordinibus initiato, quia non ideo sequitur esse actum ordinis, hoc enim non temerè à quovis usurpetur. Vid. Avila *d. l. dub. 2. §. ex dictis.*

III. An recitando Horas Canonicas in Choro? R. Recitare Horas, canere Responsoria, 22
Lectiones, Psalmos, etiam in Choro, non spectare ad Ordinis actum, cum & laici ea recitare possint Navarr. *d. c. 27. nu.* 244. Nisi tamen tamquam Sacerdos Orationem dicat, cum faciat officium muneri sacerdotali proprium. Vid. Suarez *disp. 12. sect. 2 n.* 13. Avila *d. sect. 2. Dub. 2. §. Primò.*

IV. An excommunicatus audiendo Missam? 23
R. Non videri, cum non exerceat actum Ordinis, ex quo solo irregularitas incurritur. Et hoc, si simpliciter Missam audiat, non præstando auctoritatem; nam si causam det, ut Missa coram se celebretur, mandando aut jubendo, etiam non ligatus censura incurreret irregularitatem, secundum *Gl. in Clem 2. V. celebrari De privil.* quam approbat Abbas *in c. illud n. 8. h. t.* Covarr. *ad d. cap. Alma p. 1. §. 6. in fine.* Nihil facit, quod *in fine d. c. illud* dicat Pont. *vel se celebrationi ingesserint divinorum*, nam hoc non accipiendum, quasi sola præsentia in divinis faciat irregularem, sed præsentia cum auctorizatione Suar. *d. l. n.* 4.

V. An non ligatus faciendo coram se ligatum celebrare? R. Hoc velle Navar. *d. n.* 244. *per Gl.* 24
in d. Clem. 2. quæ tamen non loquitur in casu *d. c. illud* jam dictorum cum non sit textus qui hoc in casu disponat, sit dicenda procedere decisio *d. c. Is qui* 18. *De sent. excomm. in 6.* quòd scilicet non sit ducenda irregularitas, nisi in casu jure expresso. Quantum ad non ligatum censura celebrantem coram ligato, etiam non tolerato eum non incurrere irregularitatem, colligitur ex *d. c.* 18. Avila *d. sect. 2. Dub. 6. §. Tertio.*

Dubium movetur de iis, qui coram interdictis celebrarunt, si postea celebrent. R. Dubium causari per text in *c. Episcoporum* 8. *De privil. in 6.* ubi talibus interdicitur ingressus 25
Ecclesiæ, ut postea celebrantes dicendi sint incurrere irregularitatem. Sed dicendum, *d. c. 8.* tantum agi de exemptis, qui celebrabant coram interdictis, & admittebant excommunicatos publicè & interdictos ad divina, idq; causa exemptionis. In quorum odium cum hoc sit statutum, non est trahendum ad alios, qui coram interdictis celebrantes non poterunt dici interdicti, licet malè fecerint, atque ita nec irregulares, si postea celebrent, cum pœnæ fior potius interpretatione mitigandæ, quam extendendæ, Covar. *d. §. 6. n. 9. vers. qui verò.* Neque enim censuram violat, qui ea non ligatus, & magis se habet instar patientis, quàm agentis, excepto casu *d. c.* 8. Vid. Avila *d. sect. 2. dub.* 7.

Recipientes Sacramenta ab excommunicato notorio vitando, licet non sint immunes à peccato, si eos necessitas causæ non excuset tamen irregularitatem non incurrunt, eo quod jura omnia loquantur de activo Sacramentorum usu, per eum, qui notatus censura, unde extensio facienda non est ad passivam Sacramentorum perceptionem, cum id nullibi sit expressum. Vid. Suarez *disp. 11 sect. 3. nu.* 30. 26

Incurrit & irregularitatem, qui in loco interdicto celebrat, nisi ad hoc habeat privilegium, *d. c. 18. de sent. excomm. in 6. & dicetur inf. eod.* & fiat secundum moderationes requisitas in *c. Alma de sent. excom. in 6.* Quæ omnes servandæ sunt: aliàs unam omittens non esset immunis ab irregularitate ut rectè tradit Covarr. *ad d. c. Alma p. 2. §. 4. n. 6.* Ubi etiam rectè docet, eum, qui pulsat campanas, ostia aperit, aut etiam inservit ministranti, non servatis moderationibus *d. c. Alma*, neutiquam contrahere irregularitatem: nam licet videatur cooperari ministranti, non tamen alius potest censeri violare interdictum, quàm qui actum gerit Ordini Ecclesiastico convenientem; non potest autem dici talem gerere, qui prædicta agit. Vid. Avila *d. sect. 2. dub* 9. 27

Q. An tempore interdicti Ordines conferens aut recipiens non ligatus fiat irregularis. R. Ita dicendum esse de conferente Ordines, quod in loco interdicto exerceat actum sacerdotalem; & expressum idipsum in *d. cap.* 18. ut sit extrà dubium: ut etiam idem obtineat in conferente minores, secundum dicta sup. *eod. n.* 13, Covarr. *d. p. 2. §. 3. n. 4.* Diaz. *in Pract. sua c.* 28

32. *nu.* 4 qui idem trahunt ad eos, qui in sacris vestibus prædictæ ordinationi ministrant. Ordinatum interdicti tempore non fieri irregularem patet ex dictis sup. *eod. n.* 20.

Effectus hujus irregularitatis est, quod reddat inhabilem ad divina officia, donec super ea dispensetur, & quidem per Pont. tantum, excommuni sententia in *c.* 1. *de sent. & re judic. in 6. & in c.* 1. *de sent. excomm in 6.* nisi contracta sit ex crimine occulto, super qua dispensare datum Episcopo, excepto homicidio Trid. *Sess.* 24. *c.* 6. *de reform.* Quod habetur de nullitate beneficii collati excommunicato, commodius explicabitur inferius Tit 39.

TITULUS XXVIII.

De Clerico non ordinato ministrante.

SUMMARIUM.

1. *Ministrans in Ordine non suscepto fit irregularis, quoad susceptum suspenditur.*
2. *An & quoad Ordines priores?*
3. *Non ordinatus baptizans an irregularis?*
4. *An laici usurpantes actum Ordinis?*
5. *An quoad omnes Ordines?*
6. *Requisita ad hanc irregularitatem, I. Ut in Ordine sacro quis ministret.*
7. *II. Celebret seriò, non joco.*
8. *III. Celebret solemniter.*
9. *An hoc casu voluntas sola sufficiat, circa intentionem.*
10. *Non ordinatus actum minorum Ordinum exercens an irregularis.*
11. *Qui non incurrant hanc irregularitatem.*

1 INcurritur & irregularitas per usurpationem Ordinis, quem quis non habet, sive aliquem habeat inferiorem aut superiorem, sive non. Diaconus Missam dicere si audeat, ad Sacerdotium non admittitur, *c.* 1. & 2. *h. t.* in verbis, *Numquam admittatur, Non poterit promoveri,* quæ significant apertè irregularitatem. Et hoc quoad Ordinem non susceptum, nam quoad susceptum non ponitur, nisi suspensio ad biennium aut triennium, Episcopi arbitrio.

2 Ubi disputatur, An ad omnes Ordines priores extendatur ista suspensio? R. Ita videri; nã licet *d. c.* 2. tantum suspendi velit à Diaconatu, eadem tamen est ratio quoad alios ante susceptos Ordines, cum peccatum usurpationis Ordinis non habiti etiam concernat priores omnes, non verò immediatum tantum. Quod licet dici probabiliter possit, tamen quia Canon abstercitio Diaconatus tantum suspendit, & agitur materia pœnalis, quæ odiosa non tam ampliandenda quam restringenda, probabilius est, suspensionem non concernere Ordines inferiores eorumque ideo usum esse licitum. Quo modo & Abbas in *d c.* 2. tantum facit mentionem impediti exercitii Ordinis immediati, non eum inferiorum. Vid. Suar. *de Cens. disp.* 21. *sect.* 2. *nu.* 2. *& seqq.* Ut autem ab usu Ordinis sit suspendendus, & quoad superiores sit irregularis, beneficio tamen non privatur, ne per inopiam ad sæculi negotia reverti cogatur.

Est & irregularis non ordinatus baptizans, *d. c.* 1. in verbis, *Numquam ordinetur,* quando temerarium solemniter baptizat tamquam presbyter: qualis etiam dicitur ibidem excommunicandus, in verbis, *abjiciatur de Ecclesia,* Abbas *d. c.* 1. Simplex quoque Sacerdos administrans Episcopalia quamdam contrahit irregularitatem, ex eadem ratione, quod se immiscet in quæ ordinis sui non sunt.

Q. An laici usurpantes actum Ordinis sint irregulares? R. Ita rectè dici, quia textus in *d. c.* 1. loquitur in genere de non ordinato ministrante, & eadem ratio subest, quia scilicet utitur Ordine, ad quem non destinatus, qualem Canon voluit privari. Nihil facit Rubr. hæc, quæ habet *De Clerico non ordinato minist.* quia in manuscriptis habetur, *De non ordinato ministrante.* Deinde non semper procedit argumentum a rubro ad nigrum, cum contingat hoc illo esse generalius, & è contra, ut videre est apud Everard. in *Loco à Rubro n.* 11. Facit, quod eadem ratio obtineat in laico, quæ in Clerico, imo major, cum magis peccet omninò ab Ordinibus alienus celebrans, quàm in aliquo Ordine, saltem Clericatu constitutus superiorem usurpans: quamvis in iis, quæ sunt juris positivi præsertim in materia irregularitatis, non sit multum efficax argumentum à simili, vel a majori, Plura Suarez in 3. *p. D. Th. Tomo* 3 *disp.* 21. *sect.* 4. *in fine.*

Verum

5 Verùm hic disputatur, An laicus sit irregularis quoad omnes Ordines, an verò tantùm quoad eum, ejusque superiores, quem usurpavit. R. Nõ totalem hanc esse irregularitatẽ sed videri partialem; respectu scilicet Ordinis usurpati; argumento Clerici, qui non impeditur ministrare in Ordine inferiori, cui initiatus, etsi superiorem malè usurpaverit: ut idem secundum proportionem veniat dicẽdum de laico. Habet tamen communis sententia, eum excludi omnino ab omni Ordine, juxta *d.c.* in verbis, *nunquam ordinetur*, simpliciter absolutè & indefinitè: ut ea negativa æquivaleat universali, ab Ordinisque receptione universaliter removeatur sive laicus sive Clericus. Et licet Ordinis recepti exercitium & usus non impediatur, atque ita minor sit pœna ordinati quàm non ordinati, hoc tamen est per accidens. Ita Suarez, *de Cens. d. disp. 42. sect. 4. n. 10.*

6 Ut autem hæc ex causa incurratur irregularitas, requiritur Primò, In Ordine sacro quis ministret, nam minores etiam laici exercent. Et hoc ita scienter; quia si putans se habere Ordinem, quem non habet, eum exerceat, non incurret irregularitatem, cum ignorantia auferat contemptum qui est causa pœnæ, atque ita hujus irregularitatis. Hinc ordinatus Sacerdos, omisso substantiali quodam, veluti manuum impositione, si ignoret, quod non adverterit inter ordinandum, non fiet irregularis; nam si adverterit, erit irregularis, cum propter substantialem defectum non videatur collarus Ordo. Patet hoc ex *d.c. 2. h. t.* quem textum aliqui accipiunt de eo, qui non est ordinatus Sacerdos, atque ita ibi per manuum impositionem omissam accipiunt omissam ordinationem sacerdotalem totalem, ex eo, quod ibi vocetur Diaconus: ut si reliqua adsint, veluti impressus character sacerdotalis, data potestas conficiendi Corpus Christi per traditionem calicis, solaque omissa manuum impositio, celebrans Missam non sit dicendus irregularis, quia nullibi sit expressa hæc irregularitas, nec possit hic dici non ordinatus celebrare, cum characterem ordinis revera habeat, quamvis potestatem clavium non habeat, atque ita eàtenus ordinatio sit invalida quoad absolutionem sacramentalem, quàm scienter talis exercens erit irregularis. Ignorantia hæc in eo, qui non habet ullum Ordinem, non excusabit, cùm non sit probabilis, Suar. *d. sect. 4. n. 13.*

7 Secundo requiritur, Fiat serio, nam joco celebrans in Ordine aliquo, quem non habet, non facit injuriam, *can. Illud XV. q. 1.* veluti quando actio est ludicra, & fit per modum cujusdam repræsentationis. Licet ea res possit continere irreverentiam Sacramenti, eoque majorem, si in derisum & contemptum tendat ministerii, quæ etsi contineat gravissimum delictum, non tamen inducet irregularitatem, quia nullum jus datur eam inducens isto casu Suar. *d. l. n. 10.*

8 Tertiò, Fiat solemniter; nam citra solemnitatem exercens non incurret irregularitatem. Quo modo Navar. *c. 27. n. 242.* tradit, canentem Epistolam aut Evangelium cum Dalmatica, sed sine stola aut manipulo, non fieri irregularem, quòd non tam exerceat officium Subdiaconi aut Diaconi quàm Cantoris. Addit ibidem Navar. requiri quoque, ut adsit intentio faciendi verum ministerium Ordinis: ut etiam solemniter canens Epistolam cum Dalmatica & manipulo, si nolit id facere tamquam Diaconus, secundum eum non sit irregularis. Rationem dat, quod ut cen u anon incurritur nisi per actum perfectum, ita nec debeat incurri irregularitas. Hic autem actus non est perfectus, propter intentionis defectum, ex qua dependet actus.

9 Verùm ea ratio non ita convincit, quin rectè dubitetur, An talis sit extra irregularitatem? R. Rationem dubitandi esse, quod non tam puniatur intentio, quàm actus exterior prohibitus, quo usurpatur officium alicui Ordini, quo quis caret, proprium. Unde etiam loca juris passim loquuntur de usurpatione ministerii alicujus Ordinis, ad quam sufficit voluntas istud ministerium exterius faciendi, etiamsi desit intentio conficiendi Sacramentum. Unde & irregularitatem hanc incurret non Sacerdos audiens Confessionem, absolutionem proferens citra intentionem absolvendi: uti & baptizans laicus citra intentionem baptizandi; missam celebrans citra intentionem conficiendi Sacramentum, cum nihilominus faciat divinum officium spectans ad Sacerdotem. Atque ita hæc opinio verior videtur contra Navarr. solam scilicet actio-

actionem exteriorem sufficere, quam latius declarat Suar. *d. loco n.* 17. 18. 19.

10 Quæri etiam posset, An actus minorum Ordinum exercens non ordinatus fiat irregularis, R. Videri non fieri, ex eo, quod ejusmodi actus fiant & per laicos, Verum obstant *c.* 1 *h t.* verba generalia, *Si aliquod officium divinum exerceat non ordinatus.* Spectant autem divinum officium actus minorum Ordinum ut sub generalibus istis verbis venire dicendum sit. Quod tamen ita accipiendum, si tamquam ordinatus & minister ex officio illud exerceat scilicet ita, ut à nemine non habente talem characterem exerceri possit tali modo licitè, quod rarum est. Si verò exerceat ministerium eo modo, quo secundum consuetudinem exerceri potest etiam à non ordinato, non erit locus huic pœnæ. Navar. *d. c.* 27. *n.* 242. Suar. *d. sect.* 4. *n.* 15.

11 Dicta de irregularitate incurrenda in prædictis casibus procedunt, quatenus reus ejus est capax. Unde fæmina exercendo ea, quæ Ordinis, non fiet irregularis, quia non est capax irregularitatis, quæ cum sit privatio præsupponit habitum. Idem dicendum de non baptizato ministrante, quia nec hic capax est irregularitatis illius scilicet, quæ ob delictum est lata, cum sit extra forum Ecclesiæ, cujus ideo lex eum non ligat.

Cæterum etsi delictum hoc sit grave, misericorditer tamen agendum cum delinquente, nec spoliandus beneficio, ne cogatur ad sæcularia redire, *c.* 2 *h t.* Dispensatio super hac irregularitate tantum spectat ad Pontificem Suarez *d. sect.* 4. *in fine.*

TITULUS XXIX.

De Clerico per saltum promoto.

SUMMARIUM.

1. *Promotus per saltum quis dicatur.*
2. *An talis sit irregularis?*
3. *An suspensus ipso jure?*
4. *Suspensio hæc an tangat Ordines inferiores ritè susceptos.*
5. *Ordinatus, omissa Confirmatione, an sit suspensus?*

ORdines inter se sunt subordinati, ut per minorem ad proximè superiorem sit ascendendum: aliàs intermisso inferiore, initiatus superiori, veluti si ordinetur Lector antequam sit Ostiarius, aut Diaconus ante Subdiaconatum susceptum, dicetur per saltum promotus. Quo casu licet ordinatio teneat, ut colligitur & supponitur *c. unico h. t.* & tenet Gl. recepta in *can. Sollicitudo Dist.* 52. peccatum tamen est, & executio Ordinis sic suscepti est suspensa, donec Ordo inferior omissus suppleatur. Qua in re duob. disputatur. I. An talis sit irregularis. II. An sit suspensus ipso jure.

Dicendum ad primum. Non esse irregularem, si non ministraverit in Ordine prætermisso: nam secundum dicta *Tit. præced.* ministrans in Ordine, quem non habet, fit irregularis, non etiam hoc solo, quod prætermittat inferiorem, cum nullibi detur textus, quo irregularitas imponitur, ut procedat dispositio, *c. ut cum de sent. excom. in* 6. Facit *c. un. h. t.* in quo, prætermisso Ordine suppleto, permittitur ex dispensatione Episcopali ministrare in Ordine per saltum suscepto. Nihil etiam de irregularitate habetur in *d. can. Sollicitudo dist.* 52. ut in *can. Sicut dist.* 48. quo tantum reprehenduntur qui repente in Religionis habitu placentes ambitiosè ad honores sacros irrepunt, non tamen mentione irregularitatis alicujus; nisi tamen ministrarint in Ordine taliter suscepto, ut colligitur ex Trid. *Sess.* 23 *c.* 14. *de reform.* quo dicitur Episcopo facultas dispensandi cum tali, si ministrarit: ut, si ministrarit, maneat impedimentum ad suscipiendos Ordines, nisi ex dispensatione Pontificia.

Ad posterius quæsitum dicendum esse, non tam ipso jure suspensum velint, quam Episcopi facto suspendendum, per *d. can. Sollicitudo*, quo mandatur Episcopo, ut præposterè promotum prohibeat ab officio Sacerdotis, donec prætermissus Ordo sit suppletus, quæ verba indicant suspensionem potius ferendam quam latam. Attamen verius, communius receptum, esse sententiæ latæ, hoc ipso incurri, quo præposterè quis ordinatur *d. c. un. h. t.* quo disponitur, quod absque dispensatione saltem Episcopi, post suppletum Ordinem omissum, non possit in Ordine præposterè

postere suscepto ministrare, ut præsupponi debeat suspensio ipso jure per Ecclesiam inducta. Probatur id ipsum per Trid. *d. c.* 14. in quo, uti dictum, datur Episcopo dispensandi facultas cum promotis per saltum, si non ministraverint ut in casu, quo ministrayerint, sint impediti ministrare, & sic irregulares, non alia de causa, quam quod ligati censura ministrarint, ut dictũ supra *Tit.* 27. Navarr. in *Summa c.* 25. *nu.* 71. *& c.* 27. *n.* 242. *Late* Suarez *de Cens. Disp.* 31. *sect.* 1. *n.* 44. *& seq* Avila *p.* 7 *Disp.* 9 *sect.* 1. *Dub.* 2. Addit Navarr. *d. nu.* 242. Episcopum tunc demum dispensare posse cum promoto, qui per ignorantiam Ordinis prioris non suscepti sit initiatus majori, argumento sumpto ex *d. c. un.* quod ignorantiæ meminit; ut & *d. can Sollicitudo*, qui viderur vim ponere in negligentia. Rerum, indistincte dicendum, & ipso jure suspensionem induci, & Episcopum dispensare posse; cum dicta loca tantum se fundent in carentia Ordinis prætermissi. Quod autem meminerint ignorantiæ aut negligentiæ, est propter facilitorem dispensationem, quam caussat ignorantia, quamque difficiliorem caussaret superbia & ambitio. Nihil obstat, quod *d. can. Sollicitudo* injungatur Episcopo, ut prohibeat promotum ministrare; neque enim hoc accipiendum, quasi esset censura inferenda, sed per jus illata servanda, ut colligi *d. c. un.* dictum.

4 Alia quæstio est, An hæc suspensio tangat Ordines inferiores rite susceptos? R. Verius esse eam tantum tangere usum Ordinis male susceptí, non etiam aliorum ante rite susceptorum, quia aliter non colligitur ex *d. c. un.* cujus dispositio cum sit pœnalis non est amplianda. Suarez *d. loco nu.* 48. Concernit tamen etiam Ordines superiores, eorumque ascensum impedit; cum nequeat ex institutione talium Ordinum ascendi ad superiorem, inferiore omisso. Et qui fieri posset, ut suspensus ab inferiori ministret in superiori.

5 Postremo quæritur, An omisso Sacramento Confirmationis, ordinatus sit suspensus? R. Nõ inveniri in Jure suspensionem hac de causa inductam: ut dicendum sit, non esse, cum sine textu eam non inducamus, Baptismi vero omissionem impedire Ordinis susceptionem, eumque susceptum inutilem ponere, patet ex eo, quod Baptismus sit janua Sacramentorum, uti dictum est sup. *De presbyt. non baptiz.* & habet Glos. in *d. can. Sollicitudo.*

Itaque etsi ordines sint subordinati, ut successive ad proxime superiorem sit ascendendum, medii tamen prætermissio non facit irritam esse susceptionem superioris. Ut etiam laico immediate collatum Sacerdotium imprimat chatacterem, uti & Episcopatus, *Gl. in d. can. Sollicitudo*, si conferatur in forma Ecclesiæ, ab eo, qui habet potestatem.

TITULUS XXX.

De eo, qui furtivè Ordines suscepit.

SUMMARIUM.

1. *Ordines furtive suscipere quis dicatur.*
2. *An talis sit irregularis.*
3. *An suspensus ab omnibus Ordinibus, etiam minoribus?*
4. *Ignorantia excommunicationis an excuset?*
5. *Per vim ordinatus non incurrit hanc pœnam.*
6. *Suspensus est, Ordines quatuor minores cum Subdiaconatu vel duos majores eodem die suscipiens.*

FUrtive Ordines suscipere dicitur, qui non examinatus, aut non admissus, aut contra prohibitionem superioris ingerens se ordinandis, ordinari se fecit, aut admissus tantum ad inferiores, temerario ausu etiam majori se initiari fecit. A cujus proinde executione impeditur per Canones, nisi cum eo idoneo invento dispensatum fuerit. Hæc dispensatio Episcopo ita demum permissa, si reus non fuerit sub anathemate ascendere ad superiores prohibitus. Alias non est permissum ullatenus dispensare, nisi suscepto habitu monastico delinquens intret Monasterium, ibique laudabiliter conversetur, *c.* 1. *h. t.* 1

Ubi quæritur, An talis fiat irregularis? R. Ita velle Abbatem in *d. c.* 1. *n.* 2. *h. t.* Rationem ponit in eo, quod censura ligatus Ordinem susceperit. Idem etiam sentit Navar. *c.* 27. *nu.* 241. per textum in *d. c.* 1. *& c. Cum illorum* 32. *inf. De sent. excom.* Verius, tantum esse suspensum, cui, uti dictum supra *Tit.* 27 *nu.* 20 jura nulla isto casu inducta de irregularitate loquantur, sed de suspensione sive ab Ordinis 2

ita suscepti executione. Quod clare patet ex *c. 3. h. t.* quod loquitur de privatione executionis suscepti Ordinis: juxta quod Cap. intelligendum est *d. cap.* 1. dum ponit inhabilitatem ascendendi ad Ordinem superiorem; quæ accipienda de suspensione: & ita tenet Covarr. *ad c. Alma p.* 1. §. 6. *nu.* 6. Non obstat *d. c.* 32. quia non fit ibi mentio irregularitatis, sed depositionis ab Ordinibus sententiæ ferendæ, quæ alia est ab irregularitate, cum hæc omnino inhabilem faciat, illa usum tantum tollat. Vid. Suarez *de Cens. Disp.* 31. *sect.* 1. *nu.* 57.

3 Q. II. An suspensio ista sit accipienda de Ordinibus omnibus sic susceptis, etiam minoribus? R. Loqui quidem jura in *d. c.* 1. & 9. de Ordinibus, aliaque jura in simili casu, *c.* 1. *De temporib. ordin. in* 6. *c. fin. De apostatis:* fieri tamen simpliciter mentionem Ordinum Ecclesiasticorum in *d. c.* 32. ut de minoribus id sit accipiendum, ex mente Pont. qui non vult Ordinem Ecclesiasticum suscipi ab excommunicato: spectant autem & minores ad Ordinem Ecclesiasticum. Nec faciunt loca alia adducta, in quibus ideo fit mentio ordinum sacrorum, quod facti speciem tantum contineant, non etiam ut distinctionem juris inducant, Suarez. *d. loco nu.* 58.

4 Suspensio itaque hæc non concernit nisi Ordinem ita susceptum; & superiorem, non etiam inferiorem licite susceptum, quia de illo textus non loquitur. Per primam tonsuram pœna ista non incurritur, quod Ordo non sit, nec habeat proprium actum, à quo suspendatur. Accipienda autem jam dicta de excommunicato simpliciter, id est de excommunicatione majori, non etiam de minori.

Ubi quæsitum, An ignorantia excommunicationis excuset? R. Illam quidem faciliorem efficere dispensationem, non tamen censuræ impedire effectum. *d. c.* 32. quod etiam ignorantes factum vel jus non ponit extra censuram. Posset tamen istud Cap. accipi de ignorantia culpabili, ut si talis, quæ extra culpam ponat, dicenda sit hanc censuram impedire. Quo facit, quod dictum sup. *Tit.* 27. *nu.* 9. ignorantiam invincibilem excusare, quo minus excommunicatus celebrans incurrat irregularitatem, ut etiam excusare debeat à suspensione. Deinde cum hæc tamquam pœna incurratur, necesse est supponatur ca[illegible] ut ea cessante tamquam caussa adæquata [illegible] at etiam cessare effectus, *c. Apostolica pen.* [illegible] *De Cler. excom. minist.* Facit eo, quod [illegible] Navarr. *d. c.* 27. *nu.* 241. crassam ignoran[illegible] non excusare, ut alia excuset, *d. c. pen.* Vid. [illegible]arez *d. loco nu.* 59.

Per vim vel metum cadentem in [illegible] stantem ordinatos, licet inhabiles, non [illegible] re in censuram verius est, cum ea non [illegible] tur nisi propter culpam, *d. c. pen.* quam [illegible] justus metus.

Est & suspensus, qui quatuor Ordines [illegible] res cum Subdiaconatu eodem die suscipit, [illegible] *t.* nisi consuetudo excuset. Cum quo tamen [illegible] trante Religionem, si mores [illegible] dispensabit Abbas quoad exercitium Ordinis [illegible] ris. Majorum Ordinum duorum eodem die [illegible] ceptio suspensionem inducit, etiamsi [illegible] quenti die, continuato tamen [illegible] collatus, quod habeatur pro eodem die [illegible] *rus sup. De temp. ordinat.* Quod peccatum [illegible] gravius, si contra præceptum Episcopi, [illegible] communicatione prohibentis suscipi [illegible] dines eodem die, ingesserit se quis [illegible] post unum susceptum etiam ad alterum [illegible] endum, *c.* 3. *h. t.* Dispensat tamen cum [illegible] copus super suspensione, si monasterium [illegible] gressus laudabiliter se ibi gerat, *c. fin. h. t.*

TITULUS XXXI.

De Excessibus Prælatorum.

SUMMARIUM.

1. *Prælati prohibentur premere exactionibus [illegible] alias gravare subditos.*
2. *Iurisdictio Ordinarii in exemptos [illegible] ria?*
3. *Prohibitum & privilegia subditorum [illegible] dire, Ecclesias alteri subtrahere &c.*
4. *Iurisdictionem superioris inferiores [illegible] bent.*
5. *Excessus subditorum contra Prælatos.*

PEculiare Prælatorum delictum est [illegible] servatis potestatis suæ terminis, [illegible] oneribus premere, exactiones, aliaque [illegible]

mina imponendo, censuris innodando temere, & sine judicio Capituli, à quibus eos abstinere jubet Pont. prohibens, ne ullatenus præsumant exercere exactiones indebitas, nec sine judicio Capituli attentent suspendere, aut Ecclesias eorum interdicere, sub pœna arbitraria, *c. 1. h. t.* Non subjungit autem ibi Pont. verba irritantia, ut censura lata, licet sine Capituli judicio, sit dicenda tenere. Limitant & illum textum ad suspensionem, ut procedere nolint in excommunicatione, quam volunt Prælatis concessam etiam sine judicio Capituli. Verum ea de re inquirere anxie nihil attinet, cum de consuetudine solemnitas ista non desideretur. Abbas *in d. c. 1. h. t.* quæ probari videtur *c. 3. De cons. in 6.* uti & videtur probari per Trid. *Sess. 6. De reform. c. 4.* quod & dedit Episcopis jurisdictionem in exemptos.

2 Ubi dubitatur, An ea sit ordinaria, an delegata? R. Ordinariam videri quoad non exemptos, propter majorem in eos auctoritatem; delegatam vero quoad exemptos, cum ordinario jure non habeant in illos auctoritatem; & ita velle videntur verba *d. c. 3.*

3 Prohibet etiam Pont. Prælatis privilegia subditorum impedire, data licentia subditis non parenti, *c. Sane h. t.* censura, si qua forte ideo innodati, irrita declarata, *c. Cum ad quorundam h. t.* tamquam lata à non habente auctoritatem; Ecclesiam alteri subjectam sine causa ab illius subjectione liberare & subtrahere, *c. 2. h. t.* beneficii, cujus habent collationem, usum sibi retinere, aut sibi conferre *c. 3. h. t.* Prohibet ea conferri indignis sub pœna cassationis & privationis conferendi eâ vice, *c. Inter* 11. *h. t.* Non tantum autem prohibitum Prælatis inferre gravamina suis Clericis, verum & Religiosis, qui Christo pauperi in paupertate famulari elegerunt, quæ enumerantur à Pont. in *c. Nimis* 16. & 17. *h. t.*

4 Quod attinet ad Prælatos inferiores Episcopo, illis cavendum, ne turbent jurisdictionem superiorem, puniendo Ecclesias sine eorum consensu, *c. Sicut* 8. *h. t.* cognoscendo de causa matrimoniali, dando indulgentias, quæ spectant ad Episcopum; nisi speciali privilegio, aut alia legitima causa id juris sibi quæsitum probent, *c. Accedentibus* 12. *h. t.* interdicta violando, aut alios, ut violent, cogendo. Quod si contigerit fieri ab Episcopo, Pont. omnes ab eo postea latas censuras, institutiones, destitutiones, collationes præbendarum factas; irritas esse declarat; alios vero Clericos interdicti violatores suspendi ab officio & beneficio, *c. fin. h. t.*

Prohibentur & subditorum contra Prælatos excessus: cujusmodi sunt, reverentiam iis denegare, coram sæcularibus contra eos super rebus spiritualibus deponere, dominos negare, contra homagij fidem, eos invadere, aut invasoribus, eorumque complicibus causam vel consilium præbere: quales abscindendi perpetuo ab Ecclesia, beneficiis eorum aliis, qui digni, adsignatis. *c. Gravem* 15. *h. t.* Constituere collegium, sibique fabricare sigillum, *c. Dilecta* 14. *h. t.* Personatum sibi falso adsumere, contra eos, quibus fide & sacramento sunt obligati, se erigendo, quales in eo Episcopatu non sunt admittendi ad officii sui executionem, *c. Illud 6. h. t.* Prohibentur & sacerdotes peccatum in confessione auditum revelare, ne quidem ex compulsione, quod ea res sit pernitiosa, *c. Dilectus* 13. *h. t.* de crimine suo gloriari, ut de carnali copula cum uxore aliena, quales ab officio & beneficio sunt suspendendi, *c. Quamsit 9. h. t.* se etiam libidines maximè quæ sunt contra naturam, propter quas Clerici sunt dejiciendi à Clero, vel ad agendam pœnitentiam in Monasterio detrudendi, *c. 4. h. t.* Eorum etiam est ab eo abstinere, unde scandalum oriri possit, ut frequentare ludos profanos, & similia, de quibus sup. *De vita & honest. Clericor.* Prædicatoribus, Minoribus aliisque Mendicantibus est inhibitum Domos ad habitandum de novo recipere, aut susceptas mutare, alienare, absque licentia Sedis Apostolicæ, *c. unic eod. in 6.* 6

TITULUS XXXII.

De novi operis nuntiatione.

SUMMARIUM.

1. *Nuntiatio novi operis quando & qualiter fiat.*
2. *Habet locum, non obstante cautione de opere demoliendo.*

3. *An & si notorie sit injusta?*
4. *Nuntianti quando opus novum demoliri liceat.*

1 PErtinet & ad excessus, nova opera facere & nuntiationes contemnere. Unde Capella in præjudicium baptismalis Ecclesiæ non est ædificanda *c.1. h.t.* Episcopis etsi Ecclesias ædificare, easque donare sit permissum ex reditibus veteris Ecclesiæ, ad certam usque summam, ut traditum sup. *De Eccles. reparandis*, non tamen si ex eo contingat veterem Ecclesiam lædi, cujus nomine novum opus rectè nuntiatur, id est ab ædificando Episcopus impeditur secundum formam receptam per leges, quam probant Canones: quos ut leges non dedignantur imitari, ita vicissim statuta Canonum adjuvantur Principum constitutionibus, *c.1. h.t.* Ut is, cui nuntiatum novum opus, continuo debeat desistere ab opere, uti legibus statutum, & exspectare per tres menses, intra quos probet nuntians suum præjudicium, * non ob-
2 stante cautione, quam offert de demoliendo opere, si jure non ædificasse apparuerit, *c. fin. h.t.* nisi nuntians cautionem admiserit, *c. pen. h.t.* aut nuntiationem remiserit, *c.2. h.t.* Jure an injuria nuntietur novum opus, non inspicitur, nec salvat ædificantem, quo minus demoliri cogatur, *d.c.1.* idque ad puniendam illius contumaciam.

Quid si notoriè sit injusta nuntiatio? R. Vide-
3 ri non teneri nuntiationem, quod frustra exspectetur liquidatio juris, quod certum est. Quo facit textus in *l. Prator D. eod.* in verbis, *& in ea causa, ut remitti debeat.* Facit & in simili, quod si venditoris causa notorie sit injusta, non debet exspectari sententia ad hoc, ut emptor habeat regressum contra venditorem, *l. Ex empto* 11. *§. emptorem D. de act. empti & vend. ubi* Costal. Batt *ad l. Atquin. 19. §. cum me absente D. de neg. gest.*

Licet & nuntianti propria auctoritate id,
4 quod post nuntiationem est ædificatum, demoliri incontinenti, cum videatur vim vi repellere, quod est licitum, & probatur *l. Sed si inter 27. De servitutib. prad. urban. l. 3. §. cum igitur D. de vi & vi armata.*

* * *

TITULUS XXXIII.

De privilegiis & excessibus privilegiatorum.

SUMMARIUM.

1. *Privilegium quid nominis & rei.*
2. *A lege in quo distinguatur.*
3. *Scriptura an sit de substantia privilegii?*
4. *Probatur privilegium etiam per usu.*
5. *Privilegia alia Realia, alia Personalia.*
6. *Privilegium in dubio quale judicandum, reale an personale?*
7. *Item aliud perpetuum, aliud temporale.*
8. *Privilegia concedere potest, qui legem condere.*
9. *Consuetudine an adquiri privilegium possit?*
10. *Subjectum privilegii, persona vel res quædita.*
11. *Materia.*
12. *Effectus.*
13. *Privilegium cui prosit.*
14. *Est stricte interpretandum.*
15. *Concessum marito, an prosit uxori?*
16. *Vxor an gaudeat privilegiis Clericorum?*
17. *Privilegium uni concessum etiam alteri tribui potest.*
18. *Privilegio priori aucto an & posteriori prodicendum.*
19. *Privilegium non egreditur personam cui fam. cui & ob quam concessum.*
20. *Privilegia quatenus amplianda & restringenda.*
21. *Attendi ea in re proprietas verborum.*
22. *Similitudo rationis an faciat eandem.*
23. *Quid si verba sint obscura?*
24. *Vsus privilegiorum quibus in locis.*
25. *Is non impediendus nec violanda privilegia.*
26. *Privilegio an sit sua vis & effectus ante notitiam?*
27. *Privilegiatus contra privilegiatum an utatur suo privilegio?*
28. *Privilegio suo uti an quis cogi possit?*
29. *Privilegium amittitur I. Morte concedentis cessum.*
30. *An & morte concedentis?*
31. *II. Temporis lapsu, ad quod restrictum.*
32. *III. Cessante causa finali privilegii.*

33. *IV. Adjecto modo & conditione*, Ad beneplacitum meum, Quamdiu vel donec voluero &c.
34. *V. Renuntiatione expressa.*
35. *VI. Renuntiatione tacita, per non usum.*
36. *VII. Per usum contrarium.*
37. *An unus actus contrarius sufficiat?*
38. *VIII. Per abusum.*
39. *X. Per revocationem ejus, qui concessit.*
40. *Eamque vel expressam, vel tacitam.*
41. *Privilegio generali priori an per subsequens speciale derogetur?*
42. *Effectus revocationis.*
43. *Revocatum an censeatur, destructo loco vel corpore, cui competit.*
44. *Innovatio privilegii an quid novi juris tribuat?*
45. *Privilegia exemptis concessa non violanda.*

1 UT in bonis servanda immunis Ecclesia, qua de re libro III. actum, ita & in suis Privilegiis; quæ non sunt diminuenda, sed integra & illibata conservanda, excessusque circa ea cavendus est privilegiatis, *c. Porro 7. h. t.* Denotatur hoc nomine & jus ipsum, sive gratia concessa privilegiario, & mandatum vel instrumentum, quo conceditur, quod interdum vocatur Rescriptum, Indultum, Bulla. In utraque significatione invenitur usurpatum hoc Tit. Est autem jus singulare, in certæ personæ aut caussæ gratiam à Superiore constitutum aut privata lex aliquid speciale concedens. Item lex de uno homine lata, quasi priva lex, id est pri-
2 vata, *can. Privilegia Dist. 3* * In quo distinguitur à lege, quæ est communis & omnibus lata: uti & in eo, quod non semper sit perpetuum privilegium, quia conceditur interdum ad tempus determinatum; absolute tamen concessum perpetuum est. Suarez *De LL. lib 8 c. 1. 2.* 3. Ut quis privilegio utatur, necesse est de eo constet per scripturam, aut legitima documenta, *can. Contra morem Dist.* 100.

3 Ubi quæri posset, An scriptura sit de substantia? R. Ita posse videri, per *d. can. Contra morem*, in verbis, *aut ex scriptis privilegiis se tueri*: & per *d. c. Porro h. t.* quod habet, inspicienda esse privilegia, ut eorum tenor servetur. Contra tamen dicendum, ex eo, quod privilegium sit quædam lex, quæ scriptura non indiget, & nullum sit jus positum scripturam requirens; imo dispensationes, aliæque gratiæ sine scriptis concedi possint. Navar. *Cons 1. h. t. & Cons. 22. sup. De clandest. desponſ* Quo facit *Clem. Dudum §. Nos etenim & ibi Glos. V. Verbo De sepult.* ubi dicitur, *privilegia, gratias, indulgentias verbo vel scripto concessa.* Idem habetur *in extravag. Et si domini fin. De pœnit. & remiss.* cum verbum non sit minus efficax, quam scriptura, & ex eo non minus declaretur voluntas Pont. quam scripto. Verum cum non sit adeo permanens verbo concessum privilegium, nec credatur iis, qui concessum sibi adserunt tanquam in propria caussa, hinc est quod scriptura desideretur ad privilegii probationem; quo modo accipienda loca in contrarium allegata. * 4
Potest tamen & per testes probari privilegium, qui etiam audientur deponentes de visis instrumentis privilegii, eorumque tenore, secundum formam in *c. Cum olim 12. h. t.* Vnde certo sciens, verbo sibi esse concessum privilegium, secundum illud agens tutus est in conscientiæ foro. Quo modo quod habetur in Reg. Cancellariæ de non judicando, ut gratia nemini suffragetur, litteris non expeditis, recte dicitur procedere in foro judiciali, non etiam in foro conscientiæ. Gomes. *ad d. Reg. q. 14.* Gigas *de Pensionib. q. 34. num.* 10. Azor. *Inst. Moral. p. 1. lib. 5. c. 2. q. 5.* Suarez *late d. lib. 8. c. 2.*

Sunt autem Privilegia, de quibus hic, alia Realia, alia personalia, ut colligitur *ex c. Mandata sup. De præsumpt.* in verbis, *non loco tribuimus, sed personæ*: & ex *l. Privilegia 196. D. de R. I.* ubi quædam privilegia dicuntur esse caussæ, quædam personæ. Quæ divisio bona est, & sufficiens: non obstante, quod omne privilegium principaliter & ultimo referatur ad alicujus personæ usum & utilitatem; quia & ut leges, ita & privilegia non feruntur nisi propter hominum commoditatem, cum non semper personæ immediate attribuantur, sed & ipsi rei vel caussæ. Vt personale sit, quod immediate fertur in personam, ratione sui, eique adhæret; sive sit persona particularis, sive genus personarum, cujusmodi est S. C. Vellejanum, competens mulieribus intercedentibus ratione sexus; Macedonianum filiisfam. mutuum accipientibus, ratione ætatis. Solis enim personis, & quidem singulis concessum,

non ratione communitatis aut corporis mystici, quod constituunt, sed ratione sui, & prout in unoquoque est, ex caussa concernente ipsas personas, cum quibus & finitur. Barbosa *ad l. Quia tale* 14. *nu.* 14. *D. Soluto matrim.* Reale est quod immediatè & directè alicui rei, loco, muneri, vel conditioni distinctæ à persona, est concessum. Sic privilegium concessum Cisterciensibus ne solvant decimas, reale est, quia loco debetur. Ita & Ecclesiarum immunitas spectat ad privilegium reale: quo etiam spectant privilegia competentia ratione dignitatis, ut Episcopatus, Principatus, Clericatus, aut similis qualitatis, cujus conditio est perpetua. Quò facit argumentum *c. Quoniam* 14 *sup. De off. deleg.* ubi commissio delegati sub nomine dignitatis, scilicet Abbati vel Episcopo, dicitur Sedi concessa, non etiam personæ, ut ad successiorē transeat. Quod si & proprii nominis fiat mentio, & dignitatis sive rei, videndum, quid præcedat; ut si prius nominetur persona, sit privilegium personale; si vero locus, res aut dignitas reale, *arg. l. Si communis* 27. *D. de stipulat. seruor.* Abbas in *c. Mandata* 6 *nu.* 2 *sup. De præsumpt.* Nam id, quod subjungitur, est loco demonstrationis, quæ abundans non nocet. Et hoc, si verba privilegii sint absoluta, & simpliciter directa ad personam, aut ad rem sive dignitatem; quia si aliquid addatur, per quod distrahatur verborum significatio, ea mutari poterit: veluti si detur privilegium Petro Episcopo, & successoribus eius, erit reale privilegium, competetque Sedi; è contra si Episcopo alicujus loci detur aliqua facultas, ratione eminentis prudentiæ aut scientiæ, non reale, licet concedens usus sit nomine dignitatis, sed personale erit beneficium, propter adjuncta Abbas *in d. c. Mandata, nu.* 1. Sic etsi verba sonent quidem privilegium reale, materia autem non possit accommodari perpetuitate, interpretanda erunt ut de personali, & è contrario Abbas in *c. Adversus* 7. *nu.* 17. *sup. De immun. Eccles.* Azor. *d. lib.* 5. *c.* 22. *qu.* 2. Suarez *d. lib.* 8. *c.* 3. *nu.* 3. *& seqq.*

6 Quid si dubium sit juxta verba & qualitates, an reale sit, an personale, quale judicandum? R. Tiraquel, *De jure primogen. qu.* 40. *n.* 69. velle, esse reale. Allegat duas Gloss. quarum altera nihil tale dicit, altera contra ipsum facit. Posset ejus hæc ratio dari, quod pro similitate privilegii sit præsumendum, ex eo, quod beneficia sint large interpretanda. Alios vero velle, esse personale, Jason. in *l. Si se* 133. *nu.* 12. *D. de V. O.* ex ratione, quod privilegia sint stricti juris atque ita in dubio potius interpretanda esse personalia, quam realia, ut restringatur concessio; reale enim quo durabilius, eo magis. Alii has opiniones concordant, ut si verba restringantur ad personam, sint personalia, si ad rem realia. Barbosa *ad d. l.* 14. *nu.* 4. Quæ concedia non enervat dubium, cum possit esse in dubium, Dicendum videtur, si privilegium sit odiosum, quia contra jus commune, vel quia cedat in aliorum præjudicium, *in dubio* esse censendum personale, quia stricte intelligenda odia: si verò sit favorabile, contiens beneficium, judicandum reale, cum deceat beneficia Principum esse mansura, quæ & largissimam admittunt interpretationem, *l penult D. de constit. Princip.* Bart. in *l. fin. num.* 4. *D. de verb. legata,* Alexand. in *d. l. Quia tale,* Suarez 4. *d.* 3. *num.* 14. *& seqq.*

Est & Privilegium aliud Perpetuum, quod adhæret rei de se perpetuæ, vel sine temporis limitatione conceditur: dictum ita, non quod amitti non possit, sed quod de se duret, quandiu non revocatur illud Temporale, quod vel personæ conceditur, cui tantum competit, secundum jam dicta & cum ea extinguitur, *c. Privilegium* 7. *De R. I. in* 6. Vel datur ad certum & definitum tempus, quo lapso finitur, *l Quoties C. De precib. Imp. offer.* aut sub conditione, cujus eventu cessat. Sic privilegium concessum à Prælato, *Donec decesserit,* morte ejus revocatum censetur, quod voluntas eius ultra se non extendat. Idem est in clausula, *Vsque ad beneplacitum meum;* nam & hæc virtute includit conditionem, ut pendat à voluntate concedentis, quo mortua ut voluntas non est, ita & cessat dependentia atque ita & privilegium. Aliter se res habet si concedatur ad beneplacitum Sedis, quia cum Sedes sit perpetua, dicendum & perpetuum privilegium, duratumque donec revocetur. *c. Si gratiosè De rescriptis in* 6. Plura Suarez *d. lib.* 8. *c.* 5.

Adquiruntur Privilegia ex concessione ejus, qui potest legem ferre. Nam cum sint le-

gra

ges privatæ, non possunt concedi nisi per eum, qui potest legem universalem condere; sive rigorose sumantur pro concessione speciali cõtra legem universalem, quam nemo concedit nisi auctor legis, qui potest dispensare in sua lege, & ab ea exceptionem facere per privilegii concessionem; sive latius pro gratia & beneficio ultra jus, nam & hoc est eius, qui est supra jus, & ad quem spectat limites in jure ponere, & præter illud operari. Ita Suarez *ubi sup c. 8. num.* 2. Hinc certum est, summum Pont. posse privilegia concedere, quia leges ponit, & est supra omne jus; & hoc in terris Ecclesiæ. In terris laicorũ est summi Principis ea concedere in honoribus, immunitatibus; rebus ac potestatibus temporalibus, cujus in iis tantum est facultas condendi leges, non etiam Pontificis, saltem directe; nam indirectè, quatenus usus juris spiritualis exigit, videtur posse, secundum ea; quæ dicta sunt supra *De constitut. nu. 19.* scil. Pontificiam potestatem spiritualem indirecte etiam extendi ad temporalia. Est & ea potestas Episcopis, aliisque Prælatis Ecclesiæ proportionata suis legibus & statutis, super quibus dispensatio iis libera, non etiam super jure communi & Pontificio seu lato à suo superiore, nisi quatenus jure seu consuetudine illis concessum; non concessum autem, ut contra jus commune privilegia concedant. Suarez *d. c. 8. nu. 9.*

9 Quæritur, An & consuetudine possit adquiri privilegium, veluti exemptionis, aut simile? R. Rationem dubitandi sumi ex eo, quod nemo possit propria sua auctoritate se eximere à lege eiusve obligatione; hoc autem fieret per consuetudinem istam. Privilegium enim est privata lex vel exceptio contra legem, & jus aliquod supra legem, quod non ponit nisi auctor legis. Communis tamen opinio attribuit istam vim consuetudini: & probatur per *c. Novit. 14. sup. De judic.* in verbis, *Nisi forte juxta communi per speciale privilegium vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum.* Ubi Pont. æquiparat consuetudinem contrariam speciali privilegio, ut quod huic adest etiam illi sit dicendum adesse, *Gl. ibi V. consuetudinem.* Probatur ratione. Consuetudo potest derogare legi, imo & abrogare eam in totum, uti dictum sup. *De consuet, nu. 8.* ut multo magis in parte possit ei prævalere, & dare licentiam agendi contra jus. Ubi aliqui requirunt scientiam Principis, verum ut ista non est materia ad introducendam consuetudinem legi contrariam, ut traditum supra *d. Tit. De consuet. nu. 5.* ita nec ad inducendum privilegium. Quod ita in comunitate procedit, quæ legislationis saltem passivæ capax, atque ita legi derogat; non etiam in privata persona, quæ tamen si non propria consuetudine, saltem ea, quæ cum præscriptione concurrit, & hujusmodi privilegia adquirere poterit, postquam etiam alia graviora hac via adquiruntur præscriptione à privatis. Cujus ordinis est jurisdictio, quam & præscriptione adquiri sive privata consuetudine patet ex *c. Duo simul sup. De off. deleg. c. Cum contingat sup. De foro compet. ubi Gl. &* Abbas. De jure exigendi tributa, pedagia, patet ex *c. Super quibusdam 26. §. præterea. ubi Gl. V. non extat mem. inf. De V. S.* Vid. Suarez *lib. 8. De LL. c. 7. num. 4. & seqq.*

Subjectum, cui conceditur privilegium, est persona vel res alicui subdita, ut patet ex divisione superiore. Sic Ecclesiis sunt concessa sua privilegia, uti & Monasteriis, piisque locis; veluti exemptio ab ordinaria jurisdictione, de qua in *c. Cum olim 14. Cum Capella 16. & c. 17 h. t.* à decimarum solutione, de qua actum sup. *De decimis*, & fit mentio in *c. Si de terra 6. c. Accidentibus 15 & c. Quia circa 22. h. t.* Concessio pallii, quæ competit quatuor Patriarchalibus Sedibus, & delatio vexilla Crucis, *c. Antiqua 23. h. t.* Licentia sepeliendi suos confratres tempore interdicti, *c. Ut privilegia 24. h. t.* 10

Oportet autem privilegium tale sit, quod participet conditionem justitiæ & honestatis. Quo modo respectu privilegiarii talis sit materia, quæ ab ipso honeste & sine aliorum injuria fieri vel omitti possit, saltem supposito privilegio: respectu autem eorum à quibus servandum, ut vel nullum vel moderatum gravamen contineat. Hinc contra publicam utilitatem privilegia etiam Principum non conceduntur, *l. Jubemus 10. C. De sacros. Eccles.* nec contra se ea concedit Pont. quatenus minuunt eius dignitatem; neque enim eam potest dividere aut imminuere: uti nec ulla, quæ sunt Ecclesiasticæ gubernationi contraria, 11

traria, quia foret abusus suæ potestatis & prodigalitas quædam, quæ in Pont. non præsumitur. Hinc non creditur Pont. concessisse aliquibus Principibus, ne sine eorum approbatione rescripta sua effectum habeant, quale privilegium sibi vindicant Principes Belgarum, & est apud eos in viridi observantia. Contra commodum tamen suum non raro dant privilegia Pontifices, diminuendo suos reditus, quos consequerentur, nisi privilegium testandi aliquibus permitterent, non solvendi annatas, aut simile quid. Suarez *d. lib. 8. c. 8. nu. 8.*

12 Effectus Privilegiorum est, ut secundum formam eorum procedatur, etiam cum derogatione juris, aliter forent inurilia, licet illius derogationis non contineant mentionem, *c. In his 30. h. t.* ubi privilegium concessum Minoribus & Prædicatoribus, ut ubique cum Altari viatico celebrare possint, declaratur esse intelligendum sine licentia Prælatorum, licet hoc non sit formaliter in eo expressum. Facienda enim interpretatio, ut res potius valeat, quam pereat, & privilegium non sit illusorium, *c. Inter 6. §. caterum, ubi Gl. sup. De fide instrum.* Si tamen jus sit qualificatum per specialem clausulam resistentem privilegiis, iisque derogantem necesse est, ut in forma privilegii fiat mentio istius juris vel in specie, vel sub clausula generali sufficiente ad ei derogandum, veluti *Non obstante*: alias privilegium non prævalebit isti juri, etitque inutile. Gard. in *Clem. qu. 3. De censib.* Ratio reddi potest, quod plus necessarium sit, uti firmiori modo ad derogandum legi firmius stabilitæ, communi modo latæ, quia alias præsumeretur privilegium per importunitatem aut inadvertentiam esse à Principe indultum, quæ non potest præsumi por subjectam derogationem. Uti nec præsumitur contra simplex jus non habens clausulam derogatoriam per importunitatem aut inadvertentiam extortum, etiamsi illi deroget, quod est ordinarium, qua de re vide Felin. in *c. Nonnulli num. 19. & seqq. sup. De rescript.* & Suarez *c. 14. num. 6. & seqq.*

13 Prodest autem privilegium solis, sive personæ sive loco, expressis, vel ex vi vocis aut actionis seu materiæ vel aliqua juris dispositione comprehensis. Valent enim privilegia tantum, quantum sonant, & non amplius, sive quoad res, sive quoad personas; cum illi tantum concedantur, ad quos dirigitur intento concedentis, ex cujus voluntate pendet concessio & extensio privilegii, quæ contra ejus mentem non debet extendi ultra verba expressa, sunt enim privilegia stricti juris. Ita fere Suarez *c. 13. nu. 2. 3. 4.* Hinc exemptus respectu unius loci, non est exemptus respectu alterius, ut respondit Pont. in *c. Cum Capella 16. h. tit.* Privilegium enim istud tantum loco datum, ut sit res Canonico competens eo in loco tantum, ejusque respectu, non etiam alterius: ut quod adsit subsit Ordinario, ejusq; animadversioni & correctioni subjaceat. Nec exempto Monasterio concessa Capellam exemptam fore, nisi & à Monasterio, *c. Exore 17. h. t.* nisi privilegium tale sit datum Monasterio, Ecclesiæque utique jure illi subjectis. *c. Quoniam 21. h. t.* Sed exempti, ut non nisi sub certo judice relevandi re teneantur ratione delicti, contractus, aut non gaudent eo privilegio in loco non exempto, *c. 1. in princ. eod. in 6.* Et datum Monasterio privilegium exemptionis à jurisdictione Ordinarii non obtinet, si ad Prioratus Ordinario subjectos mittantur, *d. c. 1. in fine.* Item datum alicui privilegium, ut tempore interdicti possit celebrare divina, januis clausis non cogendum, ut alios admittere valeant, nec quidem familiares, si Conventui sit datum privilegium: nam si singulari personæ privilegium tale competat, aut etiam audiendi tempore divina, ejus etiam familia admittenda *c. Licet 11. eod. in 6.* Et Episcopis, quibus concessum cum altari viatico celebrare, ita ut privilegio permittitur, ut non violent interdictum, *c. fin eod. in 6.* Denique concessum privilegium, ut interdicti tempore confratres suos aliqui sepeliant, non accipiendum de quibusvis confratribus, sed de iis tantum, qui Monasteria sua obtulerunt Monasterio, mutato habitu, aut etiam de iis, qui oblatis bonis in seculo remanent, retento eorum usufructu pro vita, non de quibuslibet aliis, qui parum quidpiam tuleruat, *d. c. Ut privilegia 24. h. t.* ne Ecclesiastica disciplina dilabatur & vilescat. Tales tamen confratres, donec in domibus suis manent faciunt, non sunt immunes à juribus Episcopalibus, *c. Quidam 32. h. t.*

Stricte itaque accipiendum privilegium & 14 interpretandum, ut ne quidem ex rationis identitate extendi poſſit ad alia loca vel perſonas, *c. Sane 9. h. t.* quæ de re inf. *eod. nu. 22.*, nec proſit quidquam ad extenſionem correlativorum, ſi aliud non pateat, vel ex materia, vel verbis, vel alia juris diſpoſitione. Ratio eſt, quod tale privilegium ſimpliciter ſit perſonale, & relatio vel connexio ad aliam perſonam non faciat identitatem, ut ceſſare debeat communicatio, etiam ex ratione correlativorum.

Unde pendet reſolutio quæſtionis, An ma- 15 rito conceſſum privilegium cenſeri debeat communicatum cum uxore? R. Perſonale privilegium mariti non competere uxori, ſive marito vivo, ſive eo mortuo, regulariter obtinere tradit Jaſon in *l. Non tantum nu. 4. D. de re judic.* & probatur per text. in *l. Princeps. D. de legib.* ubi Princeps quidem dicitur ſolutus legibus, non etiam ipſa Auguſta: & per text. in *l. 5. §. immunitati D. de jure immunit.* ubi privilegium naviculariorum patri naviculario datum non competit liberis, quamvis cenſeantur una cum patre perſona; uti & uxor cum marito; ex eo, quod perſonæ cohæreat. Quæ tamen ita accipienda, niſi diſpoſitio juris aliter habeat, ut in materia nobilitatis, cujus privilegium ejus nomine competens marito prodeſt & uxori, etiam poſt mortem mariti, per text. clarum in *l. fin. C. De incolis lib.* 10. niſi poſtea minoris ordinis virum ſit ſortita. Idem dicendum de liberis, ut ſola habitudo relationis non ſufficiat ad hoc, ut privilegio patri conceſſo fruantur: quod quia perſonale non egreditur perſonam, nec tranſit ad hæredes, niſi aliunde ex vi alterius juris fiat communicatio vel tranſmiſſio; uti contingit in beneficio, quod habet, ne ultra id quod facere poteſt condemnetur uxor, de quo in *l. Maritum* 12. *D. Soluto matrim.* Quod alia lex etiam filiis ejus attribuit, *l. Etiam* 18. *D. eod.* Vid. Barboſa ad *d. l. Quia tale* 14. *nu.* 22. *& ſeqq. D. Soluto matrim.* Suarez *d. lib. 8. De LL. c.* 11. *nu.* 1. *&* 2.

16 Eſt & quæſtio, An Clerici conjugati uxor gaudeat eius privilegiis? R. De privilegio Canonis & fori dictum ſupra, *tit. De Clericis conjug. in fine*, eam privilegio iſto non gaudere, cum tale privilegium ſit indultum propter dignitatem & munus Clerici, quod ut per nullum jus communicatur uxori, ita nec privilegium. Imo ſunt textus potius ejuſmodi privilegia reſtringentes in tali Clerico propter matrimonium, *c. unico De Cler. conjug. in 6.* ad quod ſe refert Trid. *Seſſ. 23. c. 6. De reform.* Detrahitur enim per matrimonium divino obſequio, cujus nomine privilegium iſtud datum. Quantum ad locorum immunitatem nec eam communicari uxori quoad ejus bona verius eſt, cum hæc immunitas ſit ſpecialiter perſonæ conceſſa ratione Clericatus, qui non eſt in uxore. Niſi ratione matrimonii bona ſint communia & quaſi indiviſa; tunc enim uſus privilegii ex parte mariti eſt connexus cum uxore, nec poteſt ab ea ſeparari. Alias non poſſet ipſe maritus uti ſuo privilegio; quo modo videtur accipiendus textus in *l. 2. C. De Epiſc. & Cler.* Vid. Suarez *d. c. 11. nu. 3.* Sanchez 7. *De matrim. Diſp. 47.*

Itaque illi ſoli privilegium competit, qui in 17 conceſſione eſt expreſſus; ſi aliter per ſuperiorem non extendatur, qui poteſt privilegium uni conceſſum & alteri attribuere, per verba, *Ad inſtar, Ad exemplum*, talium ſcilicet privilegiorum, quibus illi gaudent. Exemplum eſt in *c. 2. h. t. in 6. & l. penult. C. de advoc. diverſ. judicior.* Quo caſu idem privilegium, quod primo datū eſt, competet ſecundo; cenſetur enim datum ad imitationem prioris, ut omnia eidem competere dicenda ſint, quæ priori conceſſa, in eadem extenſione & reſtrictione. Quo facit, quod tradit Navar. *de Iubileo Notab. 26. nu. 2.* ex Baldo in *l. Omnia 35. C. de Epiſc. & Cler.* privilegia conceſſa uni Univerſitati, ad inſtar privilegiorum alterius, perinde valere ac illius privilegia, qua de re plura Mandoſ. in *Tract. de privilegiis ad inſtar qu. 4.*

Quid ſi prius privilegium ſive exemplar 18 poſtea augeatur, an ea res concernet poſterius? R. Veriorem eſſe ſententiam negantium, ex eo, quod verba, *Ad inſtar, Ad exemplum*, & ſimilia denotent reſpectum imitantis aliud, quatenus jam exiſtit, ſeu jam factum eſt, non etiam quatenus futurum. Uti & concedens taliter privilegium non aliter concedit, quam quatenus jam conceſſum, aut quatenus jam ſe habet id, ad quod fit relatio, *arg. l. In teſtamento* 17. *D. de condit. & demonſt.* niſi tamen exemplum etiam ad futura ſe referat, ſe-

secundum textum in *d. l. Omnia C. de Episc. & Cler.* Abbas in *c. fin. n. 35. sup. Ne Cler. vel Monachi &c.* Uti & è contra si exemplatũ augeretur novis privilegiis, non ideo gauderet & exemplar iisdem, cum exemplatum non sit caussa sui exemplaris, nec novum privilegium detur per respectum ad exemplar, cum hæc duo sint separata, & in privilegiis non habeat locum extensio per æquiparationem: ut novum privilegium non possit redundare in exemplar, ad quod licet exemplatum referatur, non tamen vicissim. E contra si privilegium exemplaris abrogetur, revocetur, restringatur, non caussabit ea res diminutionem exemplati, quod in re ipsa est destructum à suo exemplari; à quo etsi dependeat quoad productionem sui, non tamen quoad conservationem, ut recte ait Navar. *d. Notab. 26. nu 3.* Abbas *d. n. 5. Late hac de re* Suarez *c. 15. nu. 3. 4. 5.*

19 Privilegium igitur non extendendum ultra personam & caussam sive rem, cui & super qua concessum, ut exemplis & ex textibus juris est ostensum; nam ex speciali ratione indulta non sunt producenda ad consequentias, *l. Quod vero D. de legib.* cum sortiantur strictam interpretationem, *c. Porro 7. & c. Sane 9. h. t.* ut quam minimum obvient juri communi, cujus ordinem non præsumitur voluisse invertere Pontifex.

20 Rectè tamen quis dubitaverit, An hoc universaliter procedat? R. Dubitandi rationem sumi ex variis locis, quæ volunt, privilegia esse latè interpretanda tamquam beneficia, quorum plenissima facienda interpretatio, *c. Quia circa 22. h. t. & c. Olim inf. De V. S. ubi Gl.* Utendum hac in re distinctione & dicendum Primò, Privilegium derogans juri communi regulariter odiosum reputari in ordine ad interpretationem, atque ita restringendum potius quam extendendum, juxta *d. c. 7. & 9 & c. Odia De R. I. in 6.* Derogatio enim juris communis est odiosa per se, ideoque vitanda, aut si vitari omnino nequeat, quia privilegium fieret inutile, erit restringendum, secundum communem opinionem, *c. Cum dilectus & ibi Gl. sup. De consuet.* Bart. *ad l. fin. n. 3. D. de constit. Princ.* Navar *in Summa c. 12. nu. 79.* Sanchez *de Matrim. lib 8 Disp. 1. nu. 1. & 4. qui alios refert.* Secundò, Privilegium, quod est purum beneficium, esse favorabile in ordine ad interpretationem, & proinde late interpretandum, quantum permittit recta ratio. Probatur *d. c. 22 & d. c. Olim, item c. Beneficium De constit. Princip.* ex quibus colligitur, beneficia Principum esse late interpretanda, cum ad ipsum congruat eorum liberalitati, & nemo per ejusmodi interpretationem lædatur. Quo facit communis regula, favores esse ampliandos, *l. Hoc modo 64. D. de condit. & demonst.* idq; respectu eorum, quibus conceduntur. Quod non tantum procedit in supremis vel magnis Principibus, verum & aliis, qui largiuntur beneficia, secundum *d. c. 22.* Nam & in iis habet locum ratio, quod scilicet conced[illegible] suam explicare, ut in dubio contra eum sit facienda interpretatio, *c. Contra eum 57. De R. I. in 6.* Vid. Suarez. *c. 27. nu. 3. & seqq.*

Volunt & privilegium concessum contra jus commune, motu tamen proprio ampliandum esse, quod censeatur simpliciter favorabile, *c. Si motu 23. De præben. in 6.* Ratio est, quod motus proprius faciat censeri proprium beneficium ipsius concedentis, & ex certa scientia fieri, ut extensio favorem & honorem eius procedat. Nisi tamen tendat in præjudicium tertii quia tunc odiosum foret, nec extendendum, sed restringendum, cum non sit mens Principis alteri jus suum auferre Suarez *d. c. 27. nu. 8. & 9.*

Cæterum in ampliatione & restrictione privilegii servanda verborum proprietas, & extra illam non est trahendum privilegium. Sunt enim verba privilegii verba juris, quæ in proprio sensu & secundum jus ipsum accipienda; alias nihil certum esset, si ad impropriam significationes extendere liceret. Proprietas ista sumenda ex usitata significatione, seu usu communi, secundum suam materiam. Sic privilegium concessum ascendendi ad majores Ordines non accipit rectam interpretationem de æqualibus, quia est contra verbi proprietatem, *l. Licet sup. De translat. Episc.* Nec licentia transeundi ad strictiorem Ordinem continet æqualem, *c. Licet 18. sup. de Regularib.* Nec facultas providendi alicui ad primam vacaturam per mortem trahitur ad vacantem per renuntiationem vel cessionem, quia in rigore illa sunt distincta, ut respondit Pont. in *c. Suscepturum*

ceptum 6. de reſcript. in 6. Et hoc ita niſi alia interpretatio ſit neceſſaria, ut privilegium operetur aliquid ultra jus commune; quod ſine privilegio non liceret, quia alias eſſet inutile: aut niſi vel ratio juſtitiæ vel aliunde voluntas concedentis rationabiliter faciat præſumi aliam interpretationem. Dependet enim à voluntate Principis privilegium, & ſecundum eam verba ſunt accipienda, quatenus fert juſtitia; quia nō cenſetur concedere, quod ſine injuria alterius fieri non poteſt. Quod procedit, etiamſi ex certa ſcientia privilegium conceſſerit, quia non cenſetur habere ſcientiam nocumenti; ut ceſſet voluntas, niſi aliud expreſſum ſit. Deficit & voluntas in privilegio, quod derogat particulari ſtatuto aut conſuetudini, *argum. c. 1. De conſtitut. in 6.* ubi per conſtitutionem ſubſequentem generalem non cenſetur Pont. conſuetudines aut ſtatuta particularium locorum revocare, idque ideo, quod ea ignoret: quæ ratio etiam in privilegio conceſſo obtinet, niſi aliud exprimatur. Plura Suarez *d. lib. 8. De LL. c. 28. nu. 2. & ſeqq.*

22 Q. An ſimilitudo rationis faciat extendi privilegium ad alia loca aut perſonas? R. Ira poſſe videri per text. in *c. Cum dilecta ſup.* De *confirmat. utili vel inut.* vel verbis *eiuſdem æquitati ſimilitudine provocati.* Ex quo textu multi colligunt, legem exorbitantē ſeu excipientem caſum ſingularem à jure communi extendi ad alios propter ſimilitudinem Abbas & Felin. in *c. Quoniam ſup. Vt lite non conteſt.* & communiter admittunt extenſionem legis exorbitantis in cauſſa pia Barboſa in *l. Si conſtante 25. num. 73. & 74. D. Soluto matrim.* ut etiam in privilegiis iſtud procedere ſit dicendum. Contraria tamen ſententia verior eſt, ſcilicet ad extenſionem nihil facere ſimilitudinem rationis; & pro ea facit *text. in c. Sane 9. h. t. & Clem. unica De cenſib.* Facit & ratio quod efficacia privilegii non ſit poſita omnino in ratione, ſed in voluntate concedentis. Ut nihil facere poſſit, quod in ſimili cauſſa aut perſona eadem ratio verſetur, ſi voluntas ad illam non extendatur. Quo modo paſſim jura mandant tenorem privilegii obſervari, *c. Porro 7. h. t.* etiamſi ſit pia cauſſa: nam alias privilegium conceſſum uni Religioni, poſſet extendi ad aliam æqualem aut arctiorem ex ſola rationis puritate, quod non admittendum; & eſt contra *c. Privilegium D. R. I. in 6.* Et hoc, quando extentio excedit propriam verborum ſignificationem: aliud, ſi ſignificatio ſuadeat, cum diverſum ſit, derivare privilegium ab uno ad aliud ex ſimilitudine rationis, quod non licet; aliud vero ita interpretari, ut plura comprehendat, quam in verborum ſuperficie apparet. Exemplum eſt in *c. pen. eod. in. 6.* neque enim talis extenſio eſt per ſimilitudinem ſed per virtualem continentiam verborum, juxta rationabilem eorum interpretationem & ita accipiendus Barboſa *in d. l. Si conſtante: num. 73.* Nihil obſtat *d. c. Cum dilecta*; quia extenſio ibi fit per ipſum Pont. ut ſic procedat ex eius voluntate, non tam declarando, quam conſtituendo Suarez *d. c. 28. num. 11. & ſeqq.*

Tenor itaque & forma privilegii obſervanda, eaque inſpicienda, *d. c. Porro 7. & c. 8. h. t.* neque facile inducendum, niſi ex verbis pateat: quo modo in *c. Recepimus 8 h. t.* reſponſum, non probari exemptionam à jurisdictione Ordinarii per ſolutionem cenſus Romano Pont. ut nec per hoc, quod Papa aliquem receperit in ſuam protectionem, *c. Exparte 18. h. t.* Quæ res hoc tantum videtur operatura, quod in protectionem à Pont. Rom. ſuſceptis debeatur major honor, *argum. c. Per tuas 7. ſup. De majorit. & obed.*

Quid ſi verba ſint ambigua? R. Principaliter quærendum eſſe, quæ ſit intentio concedentis ex conjecturis; ea enim potiſſimum conſideranda, eique verba ſerviunt, *c. 6. & c. In his 15. inf. De V. S.* atque inde pendet tota privilegii vis. Ubi in primis ſpectanda ſupplicatio, cui ſe Princeps ſolet conformare, *c. Inter 6. §. cæterum ſup. De fide inſtrum.* in verbis, *quamvis ex forma petitionis qna in ipſo privilegio declaratur, confirmatorium videretur.* Indulti etiam initium ſive præmium attendendum, quia ſolet fere continere cauſſam, cui ſubſequentia accommodantur, *arg. l. fin D. de hæredib. inſtit* Solent & verba materiæ ſubjectæ accommodari, quæ ideo ſpectanda, an ambitioſa, an periculoſa cauſſa litium, quæ ex eo poſſent oriri. Attendendæ & circumſtantiæ cauſſarum, perſonarum, quæ & ipſæ faciunt ad verborum ſignificationem & 23

proinde mentem Principis significandam. Venit & unum privilegium per aliud interpretandum, *arg. l. pen. in pr. D. de alim. legat.* Jason. in *l. Triticum* 94. *nu.* 6. *D. de V. O.* Quod si adhuc res sit dubia, nec definiri possit, consulendus est Princeps; ejus enim est interpretari, cujus est concedere. Hostien. in *Summa hic num.* 9. Si tamen periculum sit in mora probabile est, uti licere prudenti arbitrio. Suarez *d. c.* 28. *in fine.*

24 Hæc de Privilegiorum effectu & interpretatione: quorum usus, si certo loco tantum sit concessum privilegium, ibi tantum erit, cum in uno loco privilegiatus uti privilegio suo alio in loco nequeat, ut dictum supra per *cap. Cum Capella* 16. *h. t.* cum caussa limitata limitatum producat effectum. Ab inferiori quoque concessi non erit usus nisi in concedentis territorio, quia extra illud cessat ejus jurisdictio. Et hoc, quatenus concernit speciale jus territorii; neque enim potest privilegium unius Episcopi derogare præcepto vel jurisdictioni alterius. Facit, quod talis privilegiatus, dum versatur in alieno territorio, non gerit se ut incola domicilii sui, sed ejus territorii, in quo existit, ejusque legibus est subjectus. Sic habens privilegium vescendi extis pecorum in Hispania, non utetur eo in Gallia aut Belgio. Quod si privilegium tale sit, quo alieno territorio uti licet, quia actus sit indifferens, neque communi neque speciali jure loci prohibitus, licitum est eo alibi uti, quia nec per locum istum constringitur non uti, nec per locum suum, cujus existens in alieno territorio legibus non tenetur. Quod si actus sit prohibitus jure communi, non etiam statuto particulari loci, dispensatus legitime à suo Episcopo, etiam alibi eo utetur, quia nec prohibetur per jus commune, propter dispensationem, nec per speciale, quod nullum est. Sic absolutus à censura ubique ministrat. & impeditus ad petendum debitum ex caussa voti, aut alia, si tollatur impedimentum per Episcopum suum, etiam alibi copula utetur. Hæc fere summa est eorum, quæ tradit Suarez 8. *De LL. c.* 26. *num.* 7. *& seqq.* Pontificio privilegio absolute concesso ubique licite quis utitur, propter universalem ejus auctoritatem. Quod & dicendum de eo quod ab Imp. indultum, saltem olim, quando universalis ejus erat jurisdictio, non hodie, propter deminutum Imperium.

Usus privilegiorum liber permittendus iis quibus concessa, nec impediendus, aut ipsa privilegia violanda, non tantum directe, sed nec indirecte. Violatores debite puniri vult Pont. in *c. Quanto* 26. *h. t.* dummodo tamen se taliter componant in habitu, tonsura, & ceteris ut ea mereantur, in iisque sine defectu. Unde Clericos citra habitum & tonsuram inter laicos vagantes ac delinquentes non defendi privilegio fori responsum est in *cap. fin. parte* 27. *h. t.*

Quæritur autem, An privilegio se suo usu & usus commodus privilegiato, aute eius notitiam? R. Privilegia regulariter non concedi, ut effectum suum conferant privilegiato ante notitiam aut acceptationem, saltem per procuratorem aut epistolam; cum nec mens concedentis regulariter talis sit, nec verba hoc indicent, nec moraliter expediat, ut non sit admittendum. Ut recte Bart. in *l. Bonifacius num.* 4. *D. de constitut. Princ.* velit effectum eorum obtinere ab eo tempore, non etiam a tempore concessionis, citans in eam rem *l. C. De Consulib. lib.* 12. Facit pro ea parte *cap. §. Ex parte, ubi Gl. De concess. prab.* in 6. Item eodem argum. *c. Si tibi absenti Deprab.* in 6. ubi absenti collato beneficio, jus in illud acquiritur, donec collationem norat habere. Item absenti facta manumissio non ante dat libertatem, quam servus sciens acceperit. *l. Qui absenti* 38. *D. de adquir. possess.* & re donata, etiam si eam penes se habeat, nescius se donatam esse, non fit ejus dominus, *l. Absens D. donat.* Ut idem dicendum sit de privilegio, quod est quædam donatio. Sic & legitimatio prolium, quæ est quoddam beneficium, non alias effectum habet, nisi liberi eam ratam habuerint. *Novel. Quib. modis natur. effic. sui* 89. *Illud tamen.* Ratio adæquata esse videtur, quia ad effectum privilegii non est sufficiens activa concessio, sed debet accedere passiva adquisitio per eum, cui conceditur, cum beneficium non fiat invito, nec insscio, *d. lib. Absenti. & l. Invito* 69. *D. de R. I.* & voluntas non servatur in cognitum.

Dixi, regulariter; quia non deest Principi potestas, quin continuo possit velle, ut privilegium operetur suum effectum, etiam ante habi-

habitam notitiam, quia res ea pendet à Principis voluntate, quæ non tantùm operatur in privilegio per modum constitutionis indulto, ad quod per sufficientem promulgationem jus quæritur, verum etiam per rescriptum. Ratio est, quod in hoc non sit magis necessaria notitia ad adquisitionem, quam in ista; ut si in illa id velle possit statuere Princeps, etiam in hoc possit, cum non desit illi potestas ad conferendum continuo motu proprio. Sufficit enim ex natura rei voluntas formalis & virtualis acceptandi quod sibi commodum. Nec facit, quod ad effectum promissionum humanarum, ut inducatur obligatio, regulariter requiratur acceptatio, nam potest & ante eam obligatio poni virtute legis humanæ Covart. 1. *Var. Resol. c.* 14. *nu.* 16. Tiraq. *De privil. pia causa c.* 116. Voluntautem aliqui, etiamsi Princeps non contulerit privilegium cum tali voluntate, operari tamen in absente eum effectum, ut revocari non possit ante notitiam. Moventur *d. c. Si tibi absenti, de prab. in* 6. Verum istud Cap. loquitur de eo, qui confert beneficium absenti, non tam libere & suum, quam de necessitate officii, qui proinde non revocat, quia officio suo functus: ut secus sit in privilegiis, quæ per merum beneficium conferuntur; ut recte traditum à Covar. 3. *Var. c.* 16. *num.* 1. Menoch. 2. *Arb. casu* 185. *nu.* 46. *&* 47. *& latissime* Suarez *d. l.* 8. *c.* 25. *per tot.*

Quæstio item est, An privilegiatus utatur suo privilegio contra privilegiatum? R. Aequiparationem privilegiorum propter similitudinem aut æqualitatem non obstare, quo minus privilegiatus eo utatur contra pariter privilegiatum; qui & id servare teneatur, sive, ut ait Covar. *ad c. Possessor p.* 2. §. 2. *num.* 4. qui practicè privilegio uti vult contra alium non impeditur, *l. fin. D. Ex quibus caussis majores &c.* ubi absens Reip. caussa, contra pariter absentem Reip. caussa, si læsus sit restituitur: agit enim unus de damno vitando, alter de lucro captando, ut merito ille potior sit, & utatur suo privilegio contra alterum. Sic & duorum nobilium quibus est privilegium, ne propter debita in carcerem trudantur, alter contra alterum privilegio suo utetur. Sic & Ecclesia, quæ gaudet privilegio non solvendi decimas, eodem utetur contra aliam Ecclesiam, cui est idem privilegium. Similiter Ecclesia non præscribit contra Ecclesiam nisi spatio 40 annorum; & privilegium Canonis est Clerico respectu alterius Clerici æque privilegiati. Ratio est, quod illa similitudo in privilegiis sit valde per accidens ad usum privilegii, & ideo unum alterum non impedit: aut consideratur hac in parte læsio unius, & adquisitio alterius Ita Suarez *d. lib.* 8. *c.* 23. *n.* 3. Quod si privilegiati concurrant cum privilegiatis, tunc privilegiatus non gaudet suo privilegio, quorum alterum alteri resistit, ut usus contra alterum Exemplum est in *lib. Verum* 11. *§ fin. D. de minorib.* ubi filiusfam. si mutuũ à minore acceperit, non utetur S. C. Macedoniani beneficio quod magistis ætatis habeatur ratio, quã S. C. Sic mulier apud minorẽ interveniens nõ utetur suo privilegio S. C. Velleiani, si debitor pro quo intervenit, non sit solvendo, *l. Si apud minorem* 12. *D. de minorib.* Est & Exemplum in *Nov. De sanctiss. Episc.* 123. *§. si quis sub conditione* 37. ubi Monasterium, quod ingreditur gravatus, non relictis liberis, excludit quidem sustitutum, non tamen substitutam aliam piam causam, contra quam non utitur suo privilegio. Cov. *ad c. Peccatum p.* 2. §. 2. *num.* 4. Suarez *d. c.* 23. *num.* 5.

27

Quæri etiam posset. An cogatur aliquis uti suo privilegio? Respondendum. Videri non cogi per *c.* 6. *h. t.* ubi potest quis negligere privilegium, eoque per non usum privari, ut dicetur inferius *eod. nu.* 37. ex ratione, quod sit inductum in favorem, cui potest quilibet renuntiare, *l pen. Cod. De pactis.* Quæ opinio vera est, quatenus secundum regulam juris privilegium ipsum tantum concernit, uti id de quo in *d. c.* 6. & simile. Nam si specialiter ejus nomine non sit inductum, sed ordinis, servare cogitur; quale est privilegium fori & Canonis Clericis concessum, cui ideo non renuntiant. De priori actum sup. *De foro compet. n.* 20. *& seqq.* de altero agetur inf. *De sen. ex com. num.* 41.

28

Dicta de privilegiis observandis, eatenus vera sunt; quatenus integra & salva, non etiam si amissa sint. Amitti ea contingit variis modis, vel totaliter vel partialiter. Totaliter amittitur Primo, extinctâ personâ, cui concessum, quam sequitur, ut ea extincta, cesset

29

persona cui inhæret, *c. Privilegium 7. De R. I. in 6. l. privilegia D. eod.* ut ad hæredem non pertineat, nam secundum regulam juris, in omnibus caussis id servatur, ut ibi personæ conditio locũ facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficiat, *l. In omnibus D. d. tit.* Tale est privilegium competentiæ, quod habet pater, patronus, socius, donator, maritus *l. Sunt qui 16. Patronus l. Item miles D. de re. judic. l. Maritum 12. cum l. seq. D. Soluto matrim.* Dignitati item aut muneri si adnexum sit privilegium & defungatur dignitate Prælatus, illo exuitur, quia dignitati adhæret, & cũ ea ambulat.

30 Q. An & per mortem concedentis? R. Semel rite adquisitum non cessare aut admitti morte concedentis, per se, ex regula Juris, quod gratia semel obtenta non cesset per mortem concedentis, *c. Si super gratia De off. deleg. in 6 & c. Si cui nulla 36. De prab. in 6.* est autem privilegium species gratiæ, & ad donationem spectat, quæ non finitur morte donantis. Quam sententiam aliqui limitant, ut tantum procedat in privilegio favorabili, non etiam in odioso, propter alterius præjudicium male, cum jura absolute loquantur de gratia, nec distinguant, an alteri præjudicet privilegium nec ne. Et deinde etiam privilegium derogans juri communi, aut alterius, est vera absoluta gratia respectu eius, cui concessum. Limitant & aliter istam sententiam, ut scilicet procedat tantũ, si res non sit integra, id est, si privilegio uti cæperit, quasi res integra exspiraret morte concedentis. Pro quibus facit text. in *c. Licet, cap. Relatum & cap. Gratum sup. D. off. deleg.* Verum nihil ad rem ista limitatio cum gratia non exspiret re integra secundum ea, quæ dicta sup. *de rescript. in fine*; quia gratia ut facta est, habet perfectum esse, nec distinctio, res integra sit, nec ne, in ea locum habet. Non obstant jura allegata, quia loquntur in rescriptis justitiæ, in quibus habet locum ista distinctio, uti dictum sup. *de off. deleg.* in iis enim hoc specialiter jus requisivit, ad fundandam jurisdictionem: ut non debeat istorum locorum decisio transferri ad gratias, atque ita nec privilegia, quæ gratiam continent. Non etiam obstat *cap. Si cui nulla de prab. in 6.* quia non loquitur de gratia facta, sed facienda, circa personam determinatam, quam concernit, qualis quia non perfecta ante mortem concedentis, per eam finitur. Quam concernit; nam si concerneret ipsum de legatum, censetur facta gratia: veluti si cui detur licentia agendi pro lubitu Concilium, gratia ista, etiam mortuo delegante ante electionem, nihilominus ut perfecta permanet, quia continet tantum favorem petentis. Vid. late de hac quæst. Suarez d. 8. c. 31.

Secundò, Per temporis lapsum, ad quod privilegium est restrictum, *cap. 4. sup. de off. deleg.* Nam ad tempus definitum concessa eo lapso censentur revocata. Idem jus est in subjecta conditione, ut ea cessante & privilegium cesset, quia conditio continet in se tempus. Covarr. 1. *Var. c.* 17. Suarez c. 29. *num.* 5. Et hoc, si conditio apponatur ad conservationem privilegii; nam si apponatur ad fieri, non pendebit conservatio a conditione, sed tantum productio; productum autem privilegium erit absolutum. Vide Pont, alicui loco pio concedat exemptionem à solvendis decimis, si Episcopus consentiat hujus consensus ponet privilegium; nec deerit, si dissentiat postea. Aliter dicendum, concessio sit facta, quamdiu consentiat Episcopus. Sic Novitius Religionis privilegium dedet, donec habitum gerit; quo dimisso, amittit. Sic & ad unum actum data privilegia illo peracto cessant, propter arbitrium concedentis. Vid. *Suarez d. c. 29. num. & 8.*

Tertiò, Cessante caussa finali, quæ est principalis caussa privilegii, à qua dependet & fieri & in conservari, ut, ea cessante, executio cessare debeat, *cap. Cessante sup. de appell.* uti carens fundamento. Et hoc in privilegio derogante juri communi; sive alterius ... ad cujus etiam conservationem requiritur caussa. Nam continens merum beneficium vel non requirit caussam, vel si requirat ... honesta & prudens sit concessio, ... men ea facta non requiritur, quod bonum simpliciter collatum habeatur à ... cujus beneficia decet esse mansura. Si ... & odium in unica tantum actione ... ut in dispensatione super matrimonio, ... bit salvum, etiamsi caussa postea ces... ad casum devenerit, à quo inchoari ...

quia factum ſemel legitimè non retractatur, *c. Factum 74. de R. I. in 6.* Tiraq. *Tract. Ceſſante cauſ. in princ. limit.* 12. Sanchez *de matrim. l. 8. Diſp. 30. n* 14. Secus erit, ſi tractum habeat ſucceſſivum, cum detur privilegium per modum poteſtatis ſucceſſive operandi, quam facit ceſſare cauſſa finalis, qua fundatur. Dico, finalis; quia aliud dicendum in cauſſa impulſiva, cujus ceſſatio idem non operatur, quia non eſt principalis cauſſa, qua privilegium nitatur. Tiraq. *d. Tract. in princ.*

33 Oportet autem cauſſam non ceſſet negativè, hoc eſt cauſſa quidem privilegii ſubſiſtat, uſus tamen ejusdem non ſit injuſtus: ut ſi Monaſterio ſit conceſſum privilegium non ſolvendi decimas, propter inopiam ejus temporis, quod poſtea factum eſt dives, & abunde habere cœperit, non ideo ceſſabit privilegium. Nam licet cauſſa ceſſaverit, ut hoc ſtatu, idem non concederetur, conceſſum tamen rectè conſervatur citra injuſtitiam, quia multa prohibenturfieri, quæ facta tenent. Quo ſpectat, quod tradunt auctores, poſt jus perfectè adquiſitum non ceſſare gratiam aut favorem Principis, etiamſi cauſſa ceſſet, cum Princeps non permiſerit gratiam ſub ea conditione, ut tantum duret, durante iſta cauſa, ſed ſimpliciter. Oportet, inquam, non ceſſet cauſſa negativè, ſed contrariè, id eſt ut uſus privilegii ratione mutatæ materiæ aut circumſtantiarum fiat illicitus & injuſtus, cum privilegium de re illicita ſit nullum; ut etiam, ſi uſus ejus ſit factus illicitus, debeat dici nullum, cum eadem ſit ratio in conſervatione; quæ eſt in conceſſione: ut locum habeat regula, Quod pervenit ad ſtatum, in quo incipere non poſſet, in eo remanere non poteſt, *l. Vranius 71. §. ſed cum duo D. de fideiuſſ.* Velut ſi remittantur decimæ alicujus Eccleſiæ, quæ dives pro eo tempore erat, poſtea autem mutatis rebus ſe alere non poſſit, ſi tota illa decimarum parte fraudetur ceſſabit contrariè, ut & ceſſare debeat privilegium remiſſionis tamquam illicitum & alteri grave. Suarez *c. 30. num. 6. & 7.*

IV. Ex forma conceſſionis, veluti ſi dixerit, *Ad beneplacitum meum, Quamdiu voluero, Donec voluero*; quæ exſpirare facit conceſſionem ſola morte concedentis, ad quam limitata eſt, ut nullo actu novo ſit opus, *c. Si gratioſe De reſcript. in 6.* Nam requirit ejusmodi conditio dependentiam à vita, qua ſublata tollitur & dependentia & voluntas. Aliter ſe res habet in conditione, *Ad beneplacitum ſedis*, quæ indiget novo actu contrario, ut ceſſet, quia non eſt ad vitam concedentis limitata, ſed ſedis beneplacitum, quæ per ſucceſſionem eadem perſeverat, & durat conditio, donec revocetur. Suarez *c. 32. num. 2.* Covarr. *3. Var. c. 15.*

V. Per Renuntiationem expreſſam, id eſt, 34
voluntariam abdicationem juris ſibi conceſſi. Dico, expreſſam, per ſignum ſcilicet externum; quia ut expreſſa requiritur conceſſio in conſtituendo, & acceptatio, ita & renuntiatio atque acceptatio ejus, cujus intereſt, quam non ponit internum propoſitum, quod non exivit in actum externum, ut nihil operetur. Ubi mandatum abſolutè datum non poteſt cenſeri revocatum, ex eo, quod is, ad quem dirigebatur, noluerit acceptare mandatum, ignaro mandante, *c. Licet de procurat. in 6.* cum hoc non obſtante rectè is acceptet mandatum, & geſta ejus teneant. Ratio hujus eſt, quod non fiat beneficium invito; invitus autem eſt renuntians: & quia juri pro ſe introducto quivis renuntiet. Suarez *c. 33. nu* 21.

VI. Per renuntiationem tacitam, quæ colligitur ex non uſu. Quod accipe non de uſu 35
negativo, quia ſcilicet occaſio non ſit data utendi privilegio; quia talis non uſus non opponitur privilegio, ut illud tollere nequeat: ſed de privativo, qui eſt carentia ſive omiſſio actus eo tempore quo fieri poterat; hic enim opponitur privilegio, quia nolle uti, quando poteſt, eſt renuntiare. Dico, quando poteſt; neque enim impotentia, abſentia, violentia cauſſant talem non uſum, qui noceat, quia removent voluntatem. Ita Suarez *cap. 34. nu. 3. 4. & 5* Ubi communiter volunt decennii tempus ſufficere, per *l. 1. D. de nundinis*; idque in iis, quæ aliis ſunt oneroſa, quorum intereſt non concedi, quibus ideo quæritur libertas, ut in *d. l. 1.* Si aliis non ſint oneroſa, & conſiſtant in mera facultate aliquid agendi, non videntur amitti per non uſum, eo quod aliis per non uſum nihil adquiratur, ut non videatur acceptationis ejus effectus.

Dein-

Deinde talis non usus per istud tempus non videtur sufficienter indicare consensum renuntiandi, nec invenitur jus aliquod disponens in talibus non usum per decennium inducere amissionem, Vid. Suarez *d. loco num.* 15. *& seqq.*

36 VII Per contrarium usum seu actionem contrariam ipsi privilegio: ut habens immunitatem à tributorum onere, illa solvat; à decimarum solutione, easdem exactas non renuat, *c.* 6. *& c. Accedentibus* 15. *h. t.* Ubi communiter vim ponunt in tacita renuntiatione, quæ ex contrario usu colligitur. Quod verum est quoad illum actum, & fructum pro ea vice privilegii; nam ut privilegium in totum tollatur, non sufficit tacita ista renuntiatio, necessaria est legitima præscriptio contra privilegiatum, qui debito tempore non utitur privilegio, quod in Ecclesiasticis juribus est 40. annorum, *d. c.* 15 Ante istud tempus legitimè completum ipso privilegio quoad substantiam suam non possunt dici privati, quibus illud competit, quia per solam contraventionem non potest quis dici renuntiare toti privilegio, nisi in eo, quo cõtravenerit, in actu scilicet illo, non etiam futuris. Requiritur autem Primò, ut actus illi sint ipsius privilegiarii; nam si alio fierent, non possent dici contrarii privilegio, nec illud tollerent. Secundo, ne opponatur actus exemptioni concessæ per privilegium, ita ut intelligatur fieri ex obligatione, quam privilegium auferebat, quia aliàs non esset contrarius privilegio. Hinc qui gerit actum privilegio contrarium, cum protestatione, quod nolit præjudicari juri suo, non efficit usum privilegio contrarium, nec illud amittit, Abbas *& alii in c. Cum accessissent* 8. *sup. De constitut.* Similiter habens privilegium non jejunandi in Quadragesima, si ex devotione jejunet aliquo die, non officiet suo privilegio. Latè Suarez *c.* 35. *num.* 3 *& seqq.*

Disputatur, An unus actus contrarius sufficiat? R. Dubitandi ansam dari in *d. c.* 8. in cujus fine dicitur, *Nisi postea Canonici contravenerint, aliquem in primicerium eligendo*; per quæ verba videtur una contraventio sufficere ad destruendum privilegium. Distinguit Abbas in *d. c.* 8. inter privilegium datum personæ singulari & communitati; ut illi competens amittatur per unum actum contrarium, addita ratione, quod in privato quælibet contraventio directa inducat renuntiationem, quia completur contrarium; huic vero competens non [illegible] amitti, quam concurrente præscriptione *d. c.* 6. *& 15. h. t.* Dicendum tamen indistincte, non amitti per unicum actum contrarium. In quam partem facit *l. Voluntariæ C. De excusat. cur.* quæ habet voluntariæ tutelæ munera privilegiis nihil derogare; quod & expressè sentit Felin ad *d. c.* 8. *num.* 30. Ratio est, quod contrarius actus non debeat operari ultra illum casum, in quem cum possit cadere alia præsumptio, quam renuntiationis, illa adsumenda: hic autem alia cadit, scilicet quod tantum in hoc negotio, & in gratiam talis personæ actum contrarium admiserit. Nihil obstat *d. c.* 8. eo quod rescriptum, de quo ibi, constiterit in unico effectu, quia continenti fit vel tollitur, ut per unam contraventionem potuerit amitti, cum in tali materia renuntiatio quoad unum actum sit renuntiatio simpliciter. Agi autem de tali actu [illegible] patet, quia agitur de extinguenda præbenda, vel potius quia dicit Pont. debere manere extinctam, nisi Canonici, qui extinxerant, revocent; quæ revocatio etiam fit per unum actum. Plura de hac quæstione Suarez *d. c.* 35. *num.* 11. *& seqq.*

VIII. Per Abusum; privilegium enim [illegible] retur amittere, qui concessa sibi abutitur [illegible] testate *can. Vbi* 7. *Dist.* 74. *can. Privilegium* [illegible] *q.* 3. *c. Vt privilegia* 24. *in pr. h. t.* Abusus [illegible] significat defectum in ipso usu privilegii [illegible] in his, quæ illud concernunt, idque [illegible] cessum, utendo privilegio ultra ejus [illegible] alio tempore, loco, in materia, personam concessis, *d. can. Vbi & d. can. Privilegium* [illegible] etiam ex caussa privilegii quis accipit occasionem peccandi, *c. Contingit* 45. *inf. De* [illegible] *excom.* vel ejus fini repugnat per pravos [illegible] res. Sic benficiatus privilegiatus, absens [illegible] orum caussa, studium negligens, vel alias [illegible] tra finem privilegii peccans, dicitur abusus privilegio, qua de re in *c.* 3. *sup. de statu Mon.* [illegible] in *c. Ex parte supr. de Cler. coniug. c. unico* [illegible] 6. ubi Clerici conjugati laice viventes privilegio clericali quod & habetur in *c. Ex parte* 27. *h. t.* Trid. *Sess.* 23. *c.* 6. *de reform.* [illegible] *c.* 36. *nu.* 4. Sunt autem hujusmodi [illegible]

uſus culpabiles, ut merito puniantur abutentes: non ſemper tamen in univerſum & quoad totalem amiſſionem, ut patet ex *c. Cum in cunctis 7. ſup. de elect.* ubi tantum in illo actu quis amittit privilegium. Non ſemper etiam ipſo jure amittitur, ſed per ſententiam auferendum, *d. can. Vbi*. Suarez *d. loco nu.* 8.

IX. Per revocationem ejus, qui conceſſit; 39
quæ citra dubium procedit in eo, qui habet ſuptemam poteſtatem, ut Papa, Rex.

Dubitatum, An & inferiori ſit iſta licentia; R. Ant. Gabrielium *l. 3. Com. Opin. de jure quæſito Concl. 7. nu.* 9. id ipſum negare, cum aliis, quos citat. Cujus opinio omnino quidem procederet quoad revocandum privilegium à ſuperiore conceſſum, circa quod inferiori nihil eſt poteſtatis; neutiquam autem circa privilegium à ſe conceſſum, cum eadem ſit poteſtas inferiori circa privilegia à ſe conceſſa, quæ eſt ſuperiori, ſervata proportione. Nam uti datũ ab hoc pendet ab eius poteſtate & voluntate, ita & ab illo datum, ut ſicut ille revocat, ita & hic revocet: poſita enim proportionata cauſſæ paritate, ponendus & ſimilis effectus. Niſi tamen privilegiũ inferioris ſit confirmatũ à ſuperiore quia tunc quaſi factũ eſt confirmantis, ab ejuſq; pendet voluntate, ut quoad inferiorẽ ſit irrevocabile. Vid. Suarez *c. 37. nu.* 11. *& ſeqq.*

Privilegium ab inferiore conceſſum valide & licite ſine cauſſa revocat Papa, cum ab illo dependeat omnis juriſdictio inferiorum, non etiam alius ſupetior, qui Pontifice eſt inferior; niſi cauſa adſit juſta, cum talis ſuperior non poſſit inferiorem privare ſua ordinaria juriſdictione, ſi juſta cauſſa non ſuadeat Suarez *d. c. 37. in fine*, Sanchez *de matrim. lib. 8. Diſp. 33. nu.* 7.

Procedet autem hæc revocatio Primò, in privilegio, quod eſt conceſſum ſubdito, non etiam quod conceſſum & acceptatum à non ſubdito, ut tradunt plures, quos citat Gabriel, *d. loco concl. 6. nu.* 10. Abbas in *c. Novit. num* 23. *& ſeqq. ſup. De judic.* Felin. *ibid. nu.* 8. *&* 10. Suarez *d. c. 37. nu.* 2. *& ſeqq.* Ratio eſt, quod tranſiret in contractum & jus illi firmiter quæſitum, quo non poteſt privari per alienum Principem, cui non eſt jus privandi rebus ſuis legitime adquiſitis ſibi non ſubjectum. Quæ ratio procedit non tantum in concedente, verum & in ejus ſucceſſore, qui eadem perſona eſt cum prædeceſſore, nec plus juris habet quoad jus conceſſum non ſubdito. Secundo, in privilegio gratis conceſſo, quod manet in pura ratione privilegii, id eſt facultatis & licentiæ, præter vel contra jus commune, etiamſi cauſſa nulla ſubſit revocationi, nihilominus erit valida; ea ratione, quod hoc privilegium non tranſeat in Dominium ſubditi, atque ita ſemper pendeat ex voluntate Principis, qui mutare poteſt præceptum & ſemel oblatum revocare, quia non eſt firmatum in Dominio ſubditi, ſecus dicendum, ſi tranſiverit in contractum, quia pacta & contractus cum ſubditis Princeps ſervare tenetur; ut traditum *D. de legib.* Naſcitur enim hæc obligatio ex naturali juſtitia, cui Princeps ſubjectus. Poteſt tamen cauſſa publica ei concedere licentiam revocandi, quia publicæ cauſſæ cedit privata. Quo facit, quod communiter traditur, poſſe Principem ex publica cauſſa quem rebus ſuis privare: quo caſu videtur teneri Princeps recompenſare, cum non poſtulet publicum bonum, ut quis gratis cedat juri ſuo. In privilegio conceſſo per modum donationis idem dicendum, quod dictum de quæſito per viam contractus, cum donatio ſit contractus & faciat tranſire Dominium in donatarium, quod ei ſine cauſſa non auferendum per Principem

Revocatio iſta vel eſt expreſſa, quando fit 40
in particulari expreſſis verbis, vel in generali, ſcilicet, *Non obſtantibus quibuscumque privilegiis*. Quæ regulariter ſufficit, niſi Privilegia ſint in jure contenta, quæ aliquid ſpecialius requirunt, aut eo tenore conceſſa, ut revocari nequeant, niſi expreſſa ejus facta mentione, aut denique ſint conceſſa per modum contractus; in his enim generalis clauſula non ſufficit, ſed ſpecialis derogatio deſideratur, *Gl. in Auth. Qua in provincia C. Vbi de crimin. agi oport.* Felin. *in c. Nonnulli De reſcript. in 6. Gl. in Clem. Dudum De ſepult.* vel eſt tacita, quæ ex circumſtantiis colligitur. Idque Primo Si Princeps legem univerſalem univerſaliter, ut ſonat, intellectam ferat, per quam abrogabitur privilegium in corpore juris contentum, non etiam non contentum, cum legislator non præſumatur ſcire jus privatum, *c. 1. De conſtitut. in 6.* Secundo, Per mandatum particulare,

culare, cum derogatoria clausula, quia non præsumitur Princeps habere scientiam privilegii, ut ista clausula opus sit. Quo facit text. in *l. pen. De precib. Imp. offeren.* ubi rescriptum eõtra jus commune elicitum non valet, nisi illius mentionem faciat; ut nec rescriptum valeat contra privilegium, non facta eius mentione.

III. Per sententiam latam contra privilegium, quod est in judicio exhibitum; per quem tamen modum ab eo, qui potest privilegium revocare, non tam censetur revocatum, quam reprobatum, ut quia vel male obtentum vel ex caussa amissum: supponit enim sententia defectum in actu vel in jure, de quo agitur, ut si tale factum vel jus pendeat ex privilegio, sententia etiam indirecte cadat in privilegii qualitatem, *c. Suborta sup. de sent. & re judic.* quam non immutat, sed insufficientem declarat ad jus illud obtinendum.

IV. Per novum privilegium; per quod tamen non videtur prius tolli, nisi eius mentione habita, ut patet *c. Veniens 19. ubi Gl. in V. nullam sup. de præscript.* ex ratione, quod posterius videatur subreptitie impetratum à Principe ignorante primum, *arg. c. 1. De constit. in 6.* Et hoc, sive utrumque sit generale, sive utrumque speciale, sive prius sit speciale, posterius generale, quia nihilo magis speciale auferri potest, *c. Generi 34. De R. I. in 6.* Ita fere Suar. *c. 39. nu. 1. & seqq.*

41 Dubitatur, Si generale sit prius, an per speciale subsequens ei derogetur? R. Videri idem dicendum, scilicet nec eo casu valere posterius contra prius, ex eadem ratione subreptionis ex caussa ignorantiæ ipsius concedentis, Facit tamen *d. c. Generi* aliter sentiendum esse propterea quod in toto jure generi per speciem derogetur, etiamsi in specie subjuncta nulla fiat mentio prioris: censetur enim Princeps concedendo generalem favorem, non auferre sibi facultatem alicui specialem gratiam largiendi; & ita responsum est in *c. Dudum 14. §. Nos igitur & cap. Quamvis 38. De præb. in 6.* Suarez *d. c. 49. nu. 6. & seqq.*

42 Quoad effectum revocationis, si facta per legem publicam, ille non obtinebit, nisi lex sufficienter fuerit promulgata, non à die ipsius promulgationis, sed post tempus necessarium ad obligationem legis, qua de re supra *De constitut.* Si vero facta privatim, effectum demum sortietur revocatio, ubi promulgata fuerit intimata, aut ad notitiam eius pervenerit; ut eo usque recte eo utatur excusatus per justam ignorantiam. Ubi non est opus, privilegiatus acceptet revocationem, cum etiam eo invito fiat.

Q. An possit dici revocatum, destructo loco vel corpore, cui competit? R. Si locus destruatur per habentem potestatem ex instituto, sublata spe restitutionis, extingui jus omne illi cohærens, tamquam destructo fundamento in perpetuum, cui cohæret. Si vero per vim hostium aut casu diruatur, cum spe refectionis, salvum esse loco suum jus. Ubi aliud est, quod pavimento, eique nude sumpto adhæret, velut consecratio, quæ etiam salva est, loco destructo, qui in profanos usus converti nequit, *l. Æde sacra D. de contrah. empt.* aliud vero, quod templum respiciat, quale vel tale est, usus ejus præcise requirat illum locum, vel non, ut ei alibi fieri queat. Hoc casu ne quidem suspenditur privilegiũ, quia pro illo etiam tempore per habitudinem ad locum manet in perfectione quæ uti possunt hoc privilegio etiam alio loco: illo vero casu pro tempore suspenditur quidem privilegium, extructo tamen loco rerum reviviscet, *l. Cum loca 36. D. de relig. & sumptib. funer. c. Quia monasterium sup. De relig. domib.* Ita Suarez *De LL. lib. 8. c. 5. nu.*

Quæri denique posset, An innovatio privilegii quid novi juris tribuat? R. Si innovatio fiat in forma communi, nihil novi eam tribuere, nec facere privilegia revocata aut amissa restitui, sed tantum ea, quæ fuerunt conservare, ut respondit Pont. in cap. Ex parte & clarius in *c. Quia intentionis 19. h. 1.* Ubi nihil faciet subjectum verbum, *confirmamus novo*; nam & talia verba respiciunt jus competens, ut respondit Julius II in *Bulla cinq. militantis 1504.* Ratio est, quia proprietas verbi *Innovandi* non induci vi sua interpretationem novæ concessionis privilegii vel invalidi vel revocati, cum, ut recte sit Abbas Cap. *67. nu. 3.* petens renovationem non supponat caducitatem, sed potius valorem privilegii, & ideo petere, ut vetustate sua non pereat, *can. Longinquitate XII. q. 2.* Deinde hæc innovatio non desiderat caussæ cognitionem, sed

qua non conceduntur nova privilegia. Quod si innovatio fiat ex certa scientia, conferet ea jus novum, & faciet revocata vel amissa privilegia restitui. Talis enim, cum contineat favorem Principis ex certa scientia, & consequenter ex plenitudine potestatis, est amplè interpretanda, tam ex parte personæ, quam modi, ut habeat vim novæ concessionis. Abbas *ad c. 4. nu 4. sup De caus. possess. & propriet. & c. Inter 6 num. 9. & ibi* Felin. *sup. De fide instrum.* Inspicienda tamen hac in re verba. Vid. latè Suarez *d. lib. 8. c. 20.*

49 Cæterum cuivis concessa sua privilegia sunt servanda, nec ea violanda, *c. Quanto 26. h. t.* etiam quoad exemptiones Monasteriorum & Ecclesiarum ab obedientia Episcopali, quibus ab Episcoporum subjectione se subtrahunt. Minus tamen eas aliqui probant, quod ejusmodi immunitates experimento compertum sit obfuisse potius quam profuisse monasticæ observantiæ, cum exemptis præbeant occasionem laxioris vitæ, & per impunitatem nutriant pestilentiam, perturbationemque in jurisdictione Episcopotum excitare soleant. Undè rectè Conc. Trid. *Sess. 6. c. 3. & Sess. 24. c. 11. De reform.* delegavit Episcopis auctoritatem corrigendi Monachos extra Monasterium delinquentes. Et hoc etiamsi intra claustra Monasterii degant, si peccatum extra illud sit commissum, *Sess. 25. c. 14. De Regularib.*

TITULUS XXXIV.

De Purgatione Canonica.

SUMMARIUM.

1. *Pœna non inferenda nisi plenè probatis criminibus.*
2. *Purgatio Canonica unde dicta, à quo & cui indicenda.*
3. *Forma hujus purgationis.*
4. *Compurgatores quot & quales adsumendi.*
5. *Modus purgandi per sumptionem Ven. Sacramenti.*
6. *Per juramentum ad Martyrum reliquias.*
7. *Effectus purgationis Canonicæ.*
8. *Purgatione legitimè peracta an reus iterum accusari possit?*
9. *Pœna rei deficientis in purgatione.*

HActenus de criminibus : supereſt agatur de pœnis, quæ criminibus sunt propositæ, non inferendæ, nisi de iis liquido constet, vel per confessionem rei, aut alias probationes luce meridiana clariores, *l. fin. C. de probat.* vel quia alias notoria sunt de facto, in quibus frustra probatio exigitur, *c. Cum dilectus 15. h. t.* cum habito fine non curetur de mediis. Quia tamen interdum crimina plene probari nequeunt; quilibet enim quantum potest crimen suum occultare studet: neque impunita relinquantur, & ut tollatur liberior peccandi ansa, receptum reo infamato indicere purgationem, id est ostensionem innocentiæ super crimine objecto. 1

Est ea duplex, alia Vulgaris, de qua *Tit. seq.* alia Canonica, ita dicta, quod idonea visa sit & probata Canonibus. Quæ indicenda à judice competente, quia ab alio indicta non relevaret, *d. c. 15. in fine.* Non indicenda nisi infamato apud graves viros, *d. c. 15. c. Inquisitioni in fine sup. de accusat.* Ubi multum potest judicis boni arbitrium, qui habeat personæ & circumstantiarum rationem, inspiciatque si suspiciones sint verosimiles, *c. 4. h. t.* si ortum habeant ex probabilibus conjecturis, *c. Cum in juventute 12. h. t.* si aliter probari non possit crimen, quia accusator deest, *c. 2. & c. Ex tuarum 8. h. t.* Est enim hæc purgatio tantum subsidiaria. Ubi & judicis erit præmittere causæ cognitionem super infamia, ne quid temerè attentetur, viri boni vita in dubium vocetur, *d. c. 12.* Contingit enim à malevolis infamia virum bonum aspergi. 2

Forma hujus purgationis est, quod reus, si non sit vilis persona, *c. 1. h. t.* tactis Evangeliis jurato adserat, se crimen objectum non commisisse, per se, aut interpositam personam, *c. Quoties 5. in fine h. t.* Ubi minimè sufficiet jurare, à crimine se esse immunem, quia cum per confessionem quis fiat immunis à peccato, contingeret judicem decipi, *c. fin. h. t.* * Accedant & compurgatores, qui reum noverint, *d. c. 8. & c. 10. h. t.* famæ honestæ & vitæ probæ, *c. 7. & c. Cum dilectus 11. h. t.* quos sufficiet toleratos esse ab Ecclesia, ut bonæ 3 4

famæ in suis Ordinibus ministrantes, non condemnatos in judicio pro crimine, *c. Constitutus 9. h. t.* Et quia fieri potest, ut etiam innocenti, peregrino forte aut paupeti, impossibile sit habere compurgatores, eo casu reo subveniendum esse tradit Abbas in *d. c. 10. in fine*, atque in casu, quo non possint haberi Clerici compurgatores, etiam laicos admitti posse, & si viri haberi nequeant, etiam fœminas; alias solii juramento rei standum esse, per *Glos. in c. Cum P. 10. sup. De accus.* Cæterum compurgatores non jurabunt de veritate, sed de credulitate, quod scilicet putent reum verum jurasse, & super crimine objecto temere infamatum, *d. c. 5. in fine & c. De testib. 13. h. t.* Numerus testium non est determinatus, sed arbitrarius, ut patet ex *d. c. 8. & 10.* pro criminis enormitate, infamiæ modo & personæ qualitate. Non tantum viros gravat hæc purgatio, verum & fœminas, ut patet ex *c. 3. h. t.* Et de Sophia Regina testatur Cromerus, *lib. 3. Hist. Polonia*, accusatam de adultetio se purgasse suo & septem honestarum ac nobilium fœminarum jure jurando.

Fuit & olim frequens modus purgandi per
5 sumptionem Venerabilis Sacramenti, ejusque usus etiam in summis Pontificibus, qui super gravioribus criminibus diffamati se hac via purgarunt. Exempla refert Del-Rio *Disquis. Magic. lib. 4. c. 4. qu. 3.* Et Gregorius VII. Impetitus variis criminibus ab Hentico IV. imp. purgavit se susceptione Ven. Sacramenti, cum interpretatione, ut si crimina objecta commisisset, susceptio Sacramenti tenderet in perniciem animæ ejus. Hostien. in *Summa h. t. §. ult.* Lamb. Schafnaburg in *Chronico ad a. 1077.* Quo spectat *can. fin. II. q. 5.* ubi per Missæ celebrationem jubetur Episcopus aut Presbyter ostendere suam innocentiam.

Fuit & usitata purgatio per juramentum ad
6 Martyrum reliquias, ut tradit Baron. *Tomo 5. Annal. an 412.* & patet ex variis locis *II. q. 4.* Ejusque usus receptus in foro sæculari, non tamen passim, ut tradit Iul. Clar. *Pract. Crim. §. fin. qu. 63. n. 5.* nec facile hoc modo utendum judicibus, cum sit fragilis, fallax; & incertus; ut aliqui non male vocent periculosissimum remedium.

7 Effectus purgationis. Canonicæ est, quod legitime peracta purgatione absolvatur reus *can. Habet II. q. 4.* Nisi forte aliqua qualitas ministram causans suspicionem meruerit pœnam; ut si reus fuerit familiaris hæretici, licet ab hæresi se purgaverit, manet tamen suspensus ab officio, donec sopiatur scandalum, *d. c. in fine.* Dico, legitime peracta; nam si modo illicito, veluti per aquam frigidam, non celebit ista purgatio, sed iteranda debito modo, *d. c. Extuarum 8. h. t.*

Quid si legitime peracta fuerit; an possit denuo accusari poterit reus? R. Hoc posse videri, ex eo, quod per purgationem absolvitur, crimina, ut ait Glos. in *d. can. Habet.* Pro qua parte facit *can. Mennam II. q. 4.* ubi purgato iterum indicitur purgatio, citatis accusatione. Facit &, quod non tam videtur absolutio facta absolute, quam ab instante sub conditione, si accusator non compareat. Ratio est, quia absolutio fuit facta per probationes non integras, cum testes jurent tantum de credulitate, ut non impediat per novas probationes accusationem integrari, per *l. admonendi D. de jurejur.* vult tamen Glos. *in add. d. c. Mennam* non posse de novo accusari, hoc argumento, quod post rem judicatam non admittatur accusatio; juramentum autem majorem auctoritatem habeat quam res judicata, *l. 2. D. de jurejur.* Idem habet Glos. *fin. in d. c. 8.* Vid. Abbas in *d. c. 8. in fin.* Hostien. *hic in Summa num 6.* Gottfred. *hic num. 4.*

Quod si reus in purgatione defecerit, vel convicto habebitur, punieturque secundum Canonicam pœnam, quæ est depositio a beneficio & officio, & detrusio in Monasterium ad agendam pœnitentiam, si meretur criminis gravitas, *d. c. in fine* Ratio hujus est, quia præsumptio probabilis orta ex infamia non desinat in violentiam per defectum in purgatione; ex ea autem quis condemnari potest, ut defectum sup. *De præsumpt. nu. 11.* Adeo ut etiam brachio sæculari tradi possit reus ob criminis qualitatem & pœnæ, Ubi tamen notat Menoch. *2. Arbit. casu 274.* ex Bern. Diaz in *Pract. Crim. Can. c. 149. nu. 2.* non esse tamen puniendum pœna ordinaria, sed arbitraria. Vide dicta sup. *d. tit. De præsumpt. num. 12.* Pende & pendente purgatione suspendi reus ab

officio

officio & beneficio, si ea sit criminis gravitas, *d. c.* 10. quæ restituentur, peracta purgatione, nisi quid aliud sit, quod reum gravet, ut in *d. c.* 10.

TITULUS XXXV.

De Purgatione Vulgari.

SUMMARIUM.

1. *Purgationis hujus modi varii.*
2. *Probatio fagarum per aquam.*
3. *Sanguis erumpens è cadavere occisi an arguat præsentiam occisoris?*
4. *Provocatio ad divinum judicium an licita?*

1 IN usu olim fuit multiplex purgandi genus, secundum diversos gentium mores, nullo legitimo usu inductum, sed vulgi quadam usurpatione, observationeque superstitiosa potius quam religiosa, ut rectissimè nominentur vulgares purgationes. Eo spectant duella, *c. 1. & 2. h. t.* ne quidem lege veteri probata, *can. Monomachiam* II *q.* 4. de quibus sup. *De Clericis pugnant. in duello.* Del-Rio *Disquis. Mag. lib. 4. c. 4 qu. 4. sect.* 2. Probatio item per ignem, prunas ardentes, ferrum candens; aquam calidam sive fervetem, frigidam; quæ si manu quis tangat, pedibus calcet, aut membrum totum immergat, illæsus probabat suam innocentiam, de quibus passim II. *q.* 4. Cujusmodi merito peregrina judicia vocantur in *c. Extuarum* 8. *sup. tit. prox.* & damnantur tamquam superstitiosa & fallacia, per quæ sæpe innocens damnetur, *c. 1. & 2. h. t.* (contra regulam, quæ habet, præstare nocentem dimitti, quam innocentem damnari, *l. Absentem in princ. D. de pœnis.*) noxius vero dæmonum præstigiis libertetur, ut rectè ejusmodi proba vocetur pepularis in *can. Mennam* II. *q.* 4. & superstitiosa adinventio in *can. Consuluisti eod. q.* ubi Stephanus Pont. examen per ferrum candens & aquam fervetem prohibet, non tantum duo illa genera superstitiosa judicans, sed omnia alia, ut rectè ibi supplet Gratianus, Credo equidem aliquando rem evenisse, & alicujus innocentiam ita esse declaratam, fuitque ille mos diu observatus cum felici successu, ut videre est apud Del-Rio *d. loco sect.* 3. & 4 Covar. 4. *Var. c.* 23. & *ibi* Vffel, sed ad miraculum spectat, quod poscere non necessarium, est tentare Deum, ut jure sit sublatus & prohibitus, *c.* 3. *h. t.*

Huc pettinet proba olim passim usitata, in Germania præcipuè, qua veneficæ undique ra'æ aquis injiciuntur, & si submergantur, innocentes habeantur; si verò supernatent, noxiæ. Superstitiosa enim est, & proindè à judicibus non frequentanda, ut multis probat Del-Rio *d. c.* 4. *q.* 5. *sect.* 1. 2

Sanguinem erumpentem è cadavere interfecti volunt quidem indicare præsentiam occisoris. Quæ res omnino dubia est. & videtur spectare ad probationem vulgatem, & ne quidem sufficere sola ad indicendam quæstionem, ut probatum *D. de quæstionib.* 3

Provocatio ad divinum judicium nihil quidem superstitionis habet, res tamen est plena periculi, nisi vitæ sanctitas adsit, nec facile attentanda; quamvis sit sine peccato, si fiat extra vindictæ cupiditatem, desperationem, vanitatem, aut aliam vitiosam adfectionem. Nisi per notoriam injustitiam oppressus provocet bono fine, ut appareat provocantis innocentia, aut iniquus judex terrore perculsus desinat ab oppressione & concussione. Certum est, esse letale in eo, qui injustè citat, quod graviter sigillet famam eorum, quos citat. Qui si constet de justitia judicii, rectè citationem talem contemnunt, cum justo judici non supplicium, sed præmium sit exspectandum à Deo. Quod si anxietas premat judicem citatum super sententiæ justitia, malè facit contemnendo citationem; rectius si diligentius examinet ac perpendat, si quod gravamen potuerit intulisse, idque emendet, cum sit facilè ut peccetur. Exempla hac super re plura enumerat Del-Rio *d. c.* 4. *q.* 4. *sect.* 6. & alii, quamvis non mereatur fidem. 4

***

TITULUS XXXVI.

De Injuriis & damno.

SUMMARIUM.

1. *Delinquens tenetur ad iniuriarum & damnorum satisfactionem.*
2. *Sive per se, sive per alium damnum dederit.*
3. *Tenetur & ad detrimentum omne inde secutum.*
4. *Modo damnum dolo aut culpa datum sit.*
5. *Ex delicto alteri imputato an is teneatur.*
6. *Damnum levi aut levissima culpa datum quatenus obliget ad restitutionem*
7. *Litigans temere tenetur ad litis expensas.*
8. *Qui qualiter á restitutione facienda excusentur.*
9. *Mulier adultera an & quatenus teneatur de damno veræ & legitimæ proli dato.*
10. *An reus excusetur, si restitutio fieri non possit sine jactura rei familiaris?*
11. *Quid si talionis pœnam sustinuerit?*
12. *An & destruens ædes intermedias, ut suas salvet ab incendio?*
13. *Restitutio cui facienda.*
14. *Res à fure accepta an ei reddenda?*
15. *Creditori creditoris, prodigo &c. an recte fiat restitutio?*
16. *Restitutio facienda & ratione lucri cessantis.*
17. *Cujus sumptibus sit facienda.*
18. *An restitutionem tenetur etiam hæres.*
19. *Repressaliæ prohibitæ quoad Clericos.*
20. *An licitæ in laicis?*

1 PRobato crimine dilucide, ex quo injuriæ & damna aliis data sunt, ad eorum satisfactionem teneri reum consequenter traditur; ita dictante & æquitate, quæ nulli invito patitur inferri iniquam conditionem, *l. Non debet 74. D. de R. I.* & necessitate, cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, *c. Peccatum de R. I in 6.* Non tenetur autem reus in omne id, quod læso abest, sive in bonis, per ablationem aut per impeditam adquisitionem, sive in fama, per criminis non tantum falsi objectionem, sed & veri detectionem; occulti tamen, cum publicè probus habitus jus habeat, ut non judicetur improbus. Quo modo Covarr. 1. *Var. c.* 11. *nu.* 6. cum injuriarum teneri adserit, qui crimen verum objicit, nisi vel Reip. intersit illud manifestari, vel agatur de damno futuro avertendo. Idem tradit Navar. in *Summa c.* 18. *nu.* 31. & traditum *D. de injur.*

Ubi non distinguendum, per se quis damnum dederit lapide, an per alium, ei mandando, consulendo, cooperando, participando, non impediendo, cum teneretur & posset, qua de re Navarr. in *Summa c.* 17. *& seqq* Covarr *ad d. c. Peccatum p.* 2. §. 12. Per servos etiam aut animalia damnum datum à domino est resarciendum, *c.* 3 *h. t.* nisi dando noxæ servum vel animal liberare se velit. *c. fin. h. t.* Quæ noxæ dedendo non habebit locum in animali feto, quod habuit, & damnum dedit, eo quod in culpa fuerit dominus tale animal non custodiendo, cum sciret damnum dare solere, *d. c. fin.* Culpa autem domini interveniens facit eum teneri ad veram æstimationem, non etiam liberari noxæ dedendo, *l. Si servus. D. Si de noxal. action.* Nam ea res tantum locum habet in casu innocentiæ domini, cui non debet servi aut animalis nequam esse nociva ultra ipsorum corpora *Instit. de noxal. act. in princ.* Sic & pro jumento, quod depastum est alienam segetem aut vineam corrupit, damni æstimationem restituit, *c.* 4. *h. t.*

Non tantum autem ipsum damnum datum restituendum, *c.* 5. *h. t.* sed & omne detrimentum, quod inde secutum. Sic qui incendit domum alterius, non tantum de incendio tenetur. verum & de sublatis aut amissis ea de causa, qui ultra tres annos pænitere jubetur, *c.* 4. *h. t.* Sic & omne damnum, quod contigit per injustam missionem in exilium, refundi jubetur *in c. olim* 7. *h. t.*

Hæc ita obtinent, quatenus dolo aut culpa datum damnum, etiam levi aut levissima secundum contractus naturam; quo modo damnum etiam levissima culpa datum prosequitur L. Aquilia, *l. In L. Aquilia* 44. *D. Ad L. Aquil.* Casu contingens damnum domino communiter imputatur; uti & quod datum furioso, infante, quia sine sensu datum, nec culpa aut mora casum præcesserit. Hinc dictum supra *De furt. nu.* 12. rem furto sustemptam forte interemptam ante restitutionem cedere damno furis, propter ejus moram. Ci-

stertam

sternam quoque fodiens, & apertam relinquens, si in eam inciderit alterius anima, tenetur reddere pretium, *c. 2. h. t.* si eo loci fecerit, ubi facere non licuit, *l. Qui foveas 28. cum lib. seq. in pr. D. Ad L. Aquil. l. 7. §. praterea D. Quod vi &c.* nec præcavit sufficienter, ne damnum contingeret, quia tunc per accidens contingit, nec imputatur, *d. c. fin. in fine h. t.*

5 Quid in casu, quo delictum Mævii imputatur Titio, cui inde gravia damna acciderunt, an ea Mævio imputanda? R. Videri non imputanda, neque eum teneri ad restitutionem, quod per accidens acciderint, respectu Mævii, per improbitatem Judicis aut deferentium. Quo facit, quod supra dictum. *De homic. nn. 71.* ideo non incurri irregularitatem propter cædem illatam tertio, etiamsi eam intentionem habuerit, aut præviderit posse imputari Titio. Dicendum tamen, hoc in casu, si probabiliter præviderit alteri imputandum delictum, teneri eum ad damnum inde secutum, sive intenderit idipsum, sive non; cum fuerit in culpa, & sufficientem causam damni voluntarie dederit, qui videns, unde damnum caussari alteri possit, nihilominus operatur. Quo facit *l. 1. §. Denique Marcellus D. de aqua pl. arc.* ubi in suo fodiens, & avertens vicini fontem non tenetur, nisi animo nocendi id faciat. Nec obstat, non caussari ex eo irregularitatem, quia ad eam non sufficit sola intentio, sed requiritur cooperatio, quam non ponit intentio aut prævisio imputationis. Quod si non cogitarit, delictum alteri imputatum iri, non tenetur se prodere, quod mere per accidens illi infligitur. Vid Pet à Navar. *de Restitut. lib. 2. c. 1. nu. 79.* Royz *Decis. Lituaniæ 3. nu. 360. in fine.*

6 Quod dictum de levi & levissima culpa, ab aliquibus in dubium vocatur, qui negant tali culpa caussatum alteri damnum ad restitutionem obligare; ea ratione, quod non alias restitutionis obligatio caussetur, quam quatenus damnum illatum, peccato mortali intermedio, quod non ponit istud genus culpæ. Unde Gomez *3. Var c. 2. num. 5.* tenet, reum in conscientia non teneri ad restitutionem ante sententiam. Navar. *d. c. 1. num. 57.* Dicit tamen Pont. in *d. c. fin. h. t.* etiam ex imperitia teneri damnum caussantem, quam & levissimæ culpæ adscribi patet ex *d. l. 44.* Facit & conventio teneri aliquem ad damnum, quia contractui dat legem.

7 Damnis adnumerantur expensæ litis, quas temere litigare convictus merito refundere cogitur, *l. Properandum §. Sin autem C. De judiciis, & c. 4. inf. tit. seq* Differre has ab aliis damnis acceptis ex eo pater, quod juramentum super damnis acceptis non repetendis emissum non extendatur ad expensas litis, quas jurans, non obstante tali juramento, nihilominus repetet, *c. pen. h. t* Accipiendum enim illud stricte, ut minimum noceat juranti. Unde vulgaris Practicorum forma sigillatim damna, expensas, & interesse petendi.

8 Facienda autem hæc restitutio ipsi læso, ejusve hæredi, si notus sit pro modo læsionis, & ordine juris, nisi vel compensatio liberet, *l. Si ambo 10. D. de compensat.* vel condonata sit restitutio à læso, quia quilibet jure suo renuntiat; vel ea sit impossibilis simpliciter, cum ad impossibile nemo teneatur; vel per accidens, quia reus pauper, qui excusabitur pro tempore durantis paupertatis, quamvis non habens in ære luat in pelle quoad pœnam Reip. debitam ratione delicti, non etiam debiti ex contractu; ut dictum *D. de pœnis* Facit & respectus ad bonum ordinis superioris, sine cujus detrimento non potest fieri restitutio, ab ea excusari reum, cum eius jacturam nemo teneatur subire propter restitutionem bonorum ordinis inferioris. Hinc res furto sublatæ etiam ab habente amplum patrimonium non sunt restituendæ, si restitutio non possit fieri, salvo honore & fama, ut dictum sup. *De furt. n. 15.* Si tamen possit secreto fieri restitutio, ad hoc laborandum teo qui alias non excusaretur à gravi peecato. Quod multo magis dicendum, si restitutio non possit fieri salva vita, quæ in periculo per eam constitueretur, propter proditum crimen ex restitutione Vid. Navar. in *Summa c. 17. num. 98.* Azor *p. 3, lib. 4, c. 39. § Quarta difficultas.*

9 Hinc patet, quid dicendum de muliere, quæ ex adultero concepit, cum defraudatione veri hæredis, Nam Resp. teneri omnino ad restitutionem propter damnum veræ & legitimæ proli datum, cujus patrimonium dividitur cum filio illegitimo. Si tamen non possit fieri restitutio sine gravi infamia sui; aut periculo

culo vitæ, quia crimen prodere deberet, excusari eam, cum ratio non ferat, ut pro commodo alterius aut vitæ periculum aut famæ jacturam subeat. Est enim inter hæc magna inæqualitas, dona quippe æstimabilia, non vita aut fama. Et ita habet communis sententia, non teneri talem mulierem revelare etiam filio isti ex adulterio concepto, qui non tenetur stare dicto matris, nec tenetur mater se infamare coram filio, apud quem bona fama non est parvi æstimanda. Facit pro ista parte, quod rescripsit Innoc. in *c. Officii 9. inf. De pœnit. & remiss.* non esse denegandam pœnitentiam mulieri, quæ partum sibi suppositit, & eam rem meruerit indicare marito, eo, quod foret sibi periculosum. Non minus periculum, imo majus est in casu præsenti, quod mariti ægerrime ferant adulteria conjugum Vid. Navarr. in *Summa c. 16, nu. 43. d. c. 17. nu. 8. & 9. n & c. 18. num. 47.* Covarr *ad c. Peccatum p. 1. in pr. nu. 4. & 8.* Navarra *de Restitut. lib. 2. c. 4 nu. 848. & lib 3. c. 1. nu. 151.*

Illud quæsitum, An si restitutio non possit
10 fieri sine jactura rei familiaris, excusetur reus? R. Aliquos id negare, ex ratione, quod, cum versetur & veri creditoris detrimentum, & debitoris, jus veri domini sit potius, quam alieni. Dicendum tamen, si ratione status & dignitatis pateretur grave damnum ex restitutione debitor, ex dilatione autem leve tantum creditor, posse differre debitorem. Quis enim non admittat potius dilationem, quam urgeat restitutionem, quæ fieri nequit, nisi venditis rebus vili pretio? Covarr. *d. loco nu. 2.*

Non tantum damnum datum restituen-
11 dum, verum & lucrum cessans; neque enim & hoc alicui auferendum, cum quando de interesse agitur, & lucri ratio habeatur, non etiam damni tantum. Quo modo percutiens aliquem lapide vel pugno, tenebitur illi ad operas intermissas & impensas in Medicum ac Chirurgum factas, *c. 1. h. t.* Deformitatis ratio non habetur, cum liberum corpus æstimationem non recipiat, *Gl. in d. c. 1. l. 3. D Si quadr. paup. fecisse dic.* Quo modo si per cicatricem contingens deformitas virginem à nuptiis cum divite averteret, damnum hoc resarciri utiliter peti potest, Gomez. 3. *Var. c. 6. num.* 11. Covarr. 2. *Var. c. 10. num. 7. vers. Quarto.*

Quid si talionis pœnam sustinuerit reus, an liberabitur? R. Per eam satisfieri quidem Reip. non etiam parti læsæ, cui prorsus superest actio ad damnum resarciendum. Quo facit, quod ex crimine possit agi & criminaliter & civiliter, cum diversæ sint actiones. Navarr. *c. 15. nu. 25.* Covarr. *d. loco*, Gomez. 3. *Var. c. 3. num. 37.*

Quid si quis ut suas servaret ab incendio, intermedias ædes destruxerit, an excusabitur? R. Non alias videri excusandum, quam si ignis jam pervenerit ad ædes, cum non possit videri damnum dedisse ædibus primum, *l. 5. est & alia D. Quod vi &c.* Facit, quod *l. 2. D. Ad L. Rhod. de jactu* succurrunt ei, cujus res sunt amissæ, levandæ navis causa, quod earum missio salvas fecerit alias res; quæ ratio & hic obtinet. Responsum tamen simpliciter non teneri, in *l. Si quis furno 49. §. 1. D Ad L. Aquil.* eo quod injuriam dedisse videri nequeat, qui justo metu incendii alienas ædes intercidit: quo modo & simpliciter agit de damno, quod injuria absit, negat Jurisconsultus in *l. 3. §. quod ait D. de incend.* Ut non obstet *d. l. 7.* quia versatur in casu, quo non fuit injustus metus. Non obstat etiam *d. l. 49.* quia loquuntur in casu, quo unius res non magis erat mittenda quam alterius, ut ejus amissa, reparatio merito petatur.

Facienda itaque restitutio, & quidem vi
10 domino. Nam cum restitutio sit damni compensatio, justitiæ ratio postulat, ut ea fiat, cui damnum datum, ut sit adæquatio ablatæ. Ubi justus possessor interdum dominus præferendus, uti creditor in pignore alium qui potior est domino, donec durat pignus. Commodatario quoque res subrepta est reddenda, ut & fulloni, propter jus, quod habent; Navar. *d. c. 17. nu. 28.*

Q. An res accepta à fure ei reddi possit. Id velle Navar. *d. loco nu. 27.* alios vero negare propterea quod illi sit facienda restitutio ob damnum illatum, qualis est dominus: verum tamen distinguendum videri, ut si bona fide titulo emptionis res sit accepta à fure, non teatur eam restituere domino, sed possit dere furi, ut pretium recipiat, quia cum

innocens potest se servare indemnem. Quod si mala fide acceperit, non alias restituere potest furi, quam si probabiliter credat, quod ex furis manibus sit perventura ad Dominum; tunc enim nulla sit Domino injuria, cui alias damnū diret. Vid. Navarra *de Restitut. lib. 4. c. 2. nu. 17.*

Creditori creditoris quis restituendo non alias libetatur, quam si ea restitutio creditori
16 primo proficiat, sive directè sive indirecte, juxta dicta ad *D. de solutionib.* Prodigo quoque & furioso non recte restituitur res, quippe re sua ab usuris, *l. Bona fides D. Depositi*, cum sui non sint compotes. Unde compotimentis recte restituitur, etiamsi re sit abusurus, quia liberum illi rerum suarum est arbitrium, cui proinde invito male denegatur restitutio, ut non possit ea restitutio dici cooperatio peccati. Dilatio tamen non potest videri injusta, cum ideo sit facienda restitutio, quia detentio alieni in detrimentum Domini vergat; quod non subest in casu, quo detrimentum caussaret ipsa restitutio Navarra *d. c. 17. n. 63.*

Solet etiam dubitari, Cujus sumptibus fa-
17 cienda sit restitutio? R. Non esse quæstionem in restituendo eo, quod ex Domini voluntate habetur; hoc enim restituendum secundum tacitam aut expressam conventionem, aut ubi legitime petetur: tantum dubitari de eo, quod injuste acceptum restitutioni est obnoxium. Et dicendum, onerari ipsum debitorem; ex ratione, quod Dominus sine culpa sua gravari expensis aut damnificari non debeat, sed potius ipse iniquus debitor. Neque hoc est eum ad plus, quam ad restitutionem rei obligare, quia ejusmodi expensæ sunt medium restitutionis, ad quas per accidens teneri debitorem facit absentia creditoris. Ubi tamen videtur posse repetere id, quod impedit; neque enim id donare cogitur creditori, qui non debet fieri locupletior alieno damno: uti & impensas imputare, quas migrando & rem deserendo secum fecisset, quia & hoc casu lucrum caperet creditor, & debitorem damno adficeret propter mutationem domicilii; ut, si nullas fuisset facturus; omnes ferre debeat debitor iniquus, ut recte tradit Covarr. *ad cap. Peccatum p. 2. in pr. nu. 9.*

Porro ad restitutionem non alius tenetur.
18 nec actione impeti potest, sive ex contractu sive ex delicto, nisi qui debet, ejusve hæres, qui tenetur exonerare cōscientiam defunctis; non tantum in casu, quo pœnitens defunctus est ejus auctor, sed etiam impœnitens, ut dictum sup. *De sepult.* non ultra tamen, quam vires ferunt hæreditatis. Alius ergo pro alio non tenetur, argumento eorum, quæ traduntur *C. Ne uxor pro marito, & Nefilius pro patre*

Unde est, quod S. Pont. in *c. 1. eod. in 6.* pi-
19 gnorationes, quibus alius pro alio prægravatur, & alter pro altero capitur, ejusve bona arrestantur debiti alieni nomine, quod luere cogitur, contra Clericos aut eorum bona fieri prohibet. Eas barbaro vocabulo *Repressalias* vocant Græco ἀνταλλαγὰς. Prohibet autem sub pœna excommunicationis, si singularis persona eas concedat; si vero universitas, sub pœna interdicti. Loquitur vero Pont. de prohibitione quoad personas Clericorum, eorumque bona.

Unde dubitatum, An licitæ sint quoad laicos? R. Posse videri; ejusmodi pignorationes esse improbas, & improbandas, nihil obstante consuetudine, quam Pont. potius abusum judicat; licet de Clericis tantum loquatur, ex ratione tamen, quæ & in laicis obtinet, quod iniquum sit, unum luere delictum aut debitum alterius. Unde & pignorationes istas vocat ibi legibus graves, æquitati naturali contrarias, quæ non fert ex culpa aliena innocenti pœnam infligi, quæ tantum suum sequitur auctorem, *l. Sancimus C. De pœnis* Facit quod in *Nov. Vt non fiant pignorat. 52. §. 1.* dicat Imp. non habere rationem, alium esse debitorem, alium vero exigi; & quod à justitia sit alienum, ob culpam alterius & crimen innocenti infligi pœnam, *l. Crimen 26. D. de pœnis.* Est tamen hoc jus antiquissimum, ut videre est apud Covarr. *ad d. c. Peccatum p. 2. §. 9. nu. 4.* & sustineri posse videtur, quod læpe non sit alius modus consequendi reparationem injuriæ vel damni, aut aliquod debitum ab aliquo populo vel eius subdito. Facit textus in *can. Dominus* XXIII. *q. 2.* ubi recte bello impetitur populus, qui vindicare negligit, quod à suis improbe factum; cum non videatur omnino extra culpam negligens vindicare suorum improbitatem, vel justitiam super debito facere recusans, aut differens, sceleriſve au-

ctorem ibi latitantem non debens. Qua ratione videtur se obligare, & singulos, qui sunt membra Reip. quos ideo non injustum detentos ad satisfactionem cogi, saltem civiliter quoad bona, non etiam corporaliter. Nam ut nemo specialiter ad corporalem pœnam pro alio e obligat, quia membrorum suorum non sit dominus, ita nec per istam generalem obligationem obligari potest. Ad personarum itaque innocentium offensionem non permittitur ista consuetudo pignoraionum, sed bonorum tantum, quorum damno potest quilibet se subjicere, & legi ac statuto, nomine alterius alterum subjicienti consentire, debitumque alienum licet sine culpa, ex caussa tamen luere civiliter; cui tamen est regressus salvus contra eum, qui criminis aut debiti est auctor: ut cessent loca superius allegata, quæ eam rationi contrariam volunt. Vid Bart. *ad Auth. Sed omnino C. Ne uxor pro marito.* Covar. *d. loco,* Bald. Ayala *de jure belli lib. 1. c. 4.*

TITULUS XXXVII.

De Pœnis.

SUMMARIUM.

1. *Pœnæ aliæ civiles, aliæ criminales.*
2. *Pœna conventionalis quando recte apponatur.*
3. *Pœna criminalis quæ & quotuplex.*
4. *Pœna in Ecclesia usitata.*
5. *Carceris pœna recepta jure Canonico.*
6. *Depositio verbalis, quæ, ejusque effectus.*
7. *Depositio realis sive Degradatio quæ & qualiter fiat*
8. *Fieri debet ab Episcopo consecrato.*
9. *Qui cognoscant ac judicent deponendum.*
10. *Episcopo deponenti qui & quot adsistere debeant.*
11. *Forma degradationis.*
12. *Degradatus brachio sæculari relinquitur.*
13. *Ob quæ crimina sit locus degradationi, & an necesse incorrigibilis sit reus.*
14. *Pœna est & alia ordinaria, alia arbitraria.*
15. *Pœna arbitraria an ad mortem extendi possit?*
16. *Iudex an teneatur imponere pœnam ordinariam.*
17. *Pœnam hanc an & quatenus excedere, [illegible] nuere aut mitigare judex possit.*
18. *Princeps circa pœnas recte dispensat.*
19. *Ad pœnam sententiæ ferendæ reus quando [illegible] ligetur.*
20. *Quando ad pœnam sententiæ lata.*
21. *Ante sententiam declaratoriam an reus [illegible] mittat bonorum suorum dominium?*
22. *Quid si lex pœnam imponens utatur [illegible]* absque alia declaratione, *aut [illegible]*
23. *An reus bona sua ipso jure publicata [illegible] sententiam teneatur deferre in fiscum?*
24. *An post sententiam teneatur ipse [illegible] ferre fisco?*
25. *Et quid si sententia sit revera injusta?*

FRustra prohibentur crimina, [illegible] nem non sequatur animadversio [illegible] in transgressores, ut, quos virtutis [illegible] malis non cohibet, metus pœnæ ab [illegible] arceat, & emendat, ceteros meliores [illegible] sublatis malis securiores vivant, ut ait [illegible] *Clem. 1. c. 22. & de Ira c. 16.* Est enim [illegible] præcipuus finis, ut ait Plato *De LL. lib. [illegible]* ipse, qui deliquit & qui pœnas dantem [illegible] runt, in totum injustitiam oderint.

Sunt autem pœnæ aliæ Civiles, [illegible] minales. Illæ parti læsæ applicantur [illegible] cujus ordinis sunt pœnæ delictis [illegible] propositæ.* Quo spectare posset [illegible] ventionalis, cujus mentio fit, *C. [illegible] h. tit.* quam contractui in certum casum [illegible] sitam hinc inde à contrahentibus [illegible] textus iste tradit, nisi uterque eam [illegible] compensari faciat pœnam. Eamque [illegible] poni speciei debitæ, si non satisfiat, [illegible] sup. *De usur. nu. 11.* non tantum in [illegible] cundum *l. unic C. De sent. quæ pro eo [illegible] terest prof.* verum & in quadruplum, [illegible] tam inspiciatur quanti & quatenus [illegible] sed quæ quantitas sit apposita. Cujus [illegible] consistit in evitanda difficultate probandi [illegible] jus quod interest, *l. Stipulatio ista §. [illegible] V. O.* & ut pars facilius excitetur ad [illegible] dum contractuæ, in quo moram faciens [illegible] nitur ex proprio arbitrio. Ubi non [illegible] jicitur *d. l. unic.* quia lex ista non loquitur [illegible] de interesse per judicem taxando, non [illegible] de pœna expressa per partes. Quantitas [illegible] vendæ apponi rectè non videtur, eo [illegible]

fraudem usurarum videatur adjecta, *arg. lib. Cum allegas C. De usur.* quo modo & talis pœna dicitur inhonestus quæstus à Pont. in *cap. Suam 9. h. t.* Vid. Menoch. 2. *Arbitr. casu 260. nu. 37. & seq.*

3 Criminalis ad vindictam publicam spectat; quæ vel est pecuniaria, *c. 4. sup. De raptoribus* vel corporis adflictiva, eaque vel capitalis, vel non capitalis, exquisitis eam in rem tormentis infligi solita, quo spectat Crux, Furca, de qua D. Lipsius in *libellis de Cruce*, damnatio ad bestias in metallum, de qua passim in libris Juris; hodieque indies nova excogitantur tormenta, & nuper excogitata fuere ab hæreticis in Gallia, Anglia, Batavia nostra, & circumjacentibus locis, quæ Neroniana non noverunt tempora, quibus sævire in clerum & Catholicos, ad plantandum quintum suum Evangelium, lusus fuit sub specioso titulo libertatis conscientiæ: quam ita liberam relinquunt, ut, qui Deum non fateatur auctorem peccati, prout anno 1619. in eorum conciliabulo est per satytã condamatum, tyrannica lege graviorem patiatur persecutionem. Dabit aliquando Deus his quoque finem; nulla enim hæresis perpetua. Docent hoc ista & priora tempora.

4 Pecuniaria pœna in Ecclesia usitata; quam tamen non nisi jure permittente judex infligeret Ecclesiasticus, *Gl. pen. c. 3. h. t.* & exactam non tam usibus suis reservabit, quia hoc videretur prodire à radice avaritiæ, quam in pios usus distribuet, *cap. 2. & 3. hoc tit.* est & corporis adflictiva; citra sanguinem tamen, qui non effunditur à judice Ecclesiastico citra irregularitatem. Neque enim habet Ecclesia gladium nisi spiritualem; non occidit, sed vivicat, *can. Inetr* XXXIII. *q.* 2. Usitata est detrusio in Monasterium, cujus frequens in Jure hoc mentio, ad agendam pœnitentiam. Carcer perpetuus, *c. Novimus 27. inf. De V. S.* Cujus pœna etsi jure civili non sit probata, quo carcer non ad puniendos homines, sed continendos habetur, *l. Aut damnum 8. §. Solent 9. D. hoc tit.* jure tamen Canonico est recepta, ad peragendam pœnitentiam in pane doloris & aquæ angustia, *d. c. Novimus*, pro delicti qualitate, vel in perpetuum, vel etiam ad tempus, *c. Quamvis 3. eod. in 6.* Fustigatio moderata, ne transeat in pœnam sanguinis ab Ecclesia prohibitam, *c. 4. sup. De raptorib.* Exsilium *c. 1 sup. De calumniatorib.* Infamia *c. Super his 8. h. t.* Privatio bonorum, jurium, *cap. fin. h. t.* Inhabilitas ad munia Ecclesiæ, etiam quoad posteros usque ad primum vel secundum gradum, *sup. De hæret. nu. 8.* vel etiam ad quartum, in casu *c. pen. h. t.* Excommunicatio, quæ vocatur gladius spiritualis, Suspẽsio, Interdictum, de quibus inf. *Tit. 39.* Depositio, quæ alia Verbalis, alia Realis.

Depositio verbalis est perpetua muneris 6
Clericalis privatio per Canonicam sententiam, cum debita solemnitate prolatam. Unde patet differentia inter suspensionem & hanc depositionem, quia hæc privat ipso beneficio, illa tantum fructibus. Volunt & hanc differentiam esse, quod depositio sit perpetua, suspensio temporalis: potest tamen & hæc esse perpetua, quo casu faceret quidem privari beneficio illum, quem adficit, quia dissonum rationi est, ut beneficium habeat, quia percipiendis eius fructibus perpetuo suspensus, nihilominus ex vi suspensionis etiam perpetuæ non perditur beneficium ipso jure, ut dispensatio faciat illud retineri posse, cum depositio ipso facto privet, ut, retinere nequeat, nisi per novã concessionem. Eadem differentia est in jurisdictione, quam depositio omnino aufert, non etiam suspensio. Quoad Ordinem non est differentia, cum character sit indelebilis; ut depositus Sacerdos vere consecret, Episcopus vere ordinet, confirmet, si adsit debita forma, materia, intentio legitima. Uti nec est differentia quoad privilegiũ clericale, quia neutra per se aut vi sua eo privat, nisi hoc in specialem pœnam expresse adjunctum sit. Abbas in *c. At si Clerici §. de adulteriis nu 2. sup. De judic.* Et patet ex illo textu, qui dicit depositum non esse tradendum brachio sæculari, quod signum est, non esse privatum privilegio fori: imo ut eo privetur, nova sententia opus est, ut patet ex *c. Cum non ab homine sup. De judic.* Ut autem non privatur privilegio, ita nec onere clericali: quo modo suspensus & depositus, si in sacris sit, tenetur ad pensum diurnum Horarum, quia hujusmodi obligatio comitatur Ordinem, etiamsi nullum beneficium habeat. Covarr. 3. *Var. c. 13. nu. 8.* Ordo enim ut jam dictum, manet. Ut nec liberatur ab obligatione servandi castita-

5

tem, cum inhabilitate ad matrimonium. Abbas in *c. 1. nu. 6. sup. Qui Clerici vel voventes &c.* & expressum videtur in *can. Dictum Dist. 81.* In eo quoque conveniunt, quod utraque sit pœna Ecclesiastica, nisi quod depositio non sit censura privans Ecclesiasticis functionibus, ut non nisi circa Clericos versetur. Unde fit, quod suspensio sæpe vocetur depositio, & contra, *Glos. in can. Si quis Episcopus Dist. 83.* Navar. in *Summa c. 27. nu. 151.* Et hoc ita de depositione absoluta. Est & alia respectiva, multum differens ab ista, quæ ordinatur ad depositionem actualem sive degradationem, facitque sine nova sententia ad effectum degradationis pertransiri posse, cum depositio absolute id non admittat sine nova sententia. Jul. Clar. in *Pract. crim. qu. 74. num. 4* Suarez *de Censuris Disp. 30. sect. 1. nu. 12.*

7 Depositio realis (& quæ Degradatio communi quidem vocabulo, non tamen Latino, dicitur) est perpetua clericalis muneris & privilegii privatio per sententiam, adjuncta reali actione & cæremonia, per Canones instituta. Unde patet, quatenus distet à depositione verbali, quæ non privat privilegio fori & Canonis, ut judex sæcularis contra talem depositum non possit procedere, etiamsi facta sit in ordine ad realem, donec ipsa executioni mandetur. Indeque fit, quod depositum Clericum percutiens incurrat censuram, *can. Si quis suadente*, non etiam degradatum, quia hic omnibus privilegiis Clericorum spoliatus instar laici habetur. Ad formam hujus spectat, fiat ab Episopo, non etiam à Prælato Regulari quoad suum subditum, quia sicut collatio Ordinis est actus spiritualis potestatis, pendens ab Episcopali dignitate, ita & Ordinis ablatio Navar. *Cons. 88. sup. De Simonia* Cujus enim ordinis est actus, ejus & distractus. Nisi consuetudine aut privilegio aliud sit concessum. Debet autem fieri à proprio Episcopo, ut patet ex *c. 3. eod. in 6.* nam est & gravissima hæc sententia, ut non possit ferri nisi circa suum subditum. Potest tamen delegari alieno, eo modo, quo alieno potest committi ordinario.

Ubi quæritur, An necesse sit, ab Episcopo
8 fiat consecrato, an vero sufficiat sit confirmatus? R. Satis convenire auctores quoad ipsam degradationem, quod scilicet illa requiratur verum Episcopum, secundum text. in *c. 2. eod. in 6.* cum sit actus pertinens ad Ordines; non est autem verus necdum consecratus, qui potius electus vocatur. Deinde cum major potestas requiratur in auferendo, quam in conferendo, qui Ordines conferre non potest, nec etiam eosdem aufert, secundum Abbatem in *c. Transmissam 15. in fine. sup. De elect.*

Dubium autem est, An possit cogendum de crimine, & pronuntiare deponendum? Quod communiter videtur negari, quantum ad sententiam ferendam, quoad actualem depositionem; nam quoad verbalem, quia ea est jurisdictionis, à confirmato hoc tempore recte fieri adseritur, cum illi jurisdictio sit per confirmationem accesserit, ut dictum sup. *De elect.* actualis vero sit ordinis: ut sicut illa non fit à confirmato, ita nec cognitio aut pronuntiatio ab eodem fiat. Sarmient. *Sect. Inq. 1. c. 14. nu. 9.* Et videtur fundari in *d. c. 2. in quo* requiritur Episcopus proprius sententiam ferat cum aliis Episcopis; non est autem proprius necdum consecratus. In praxi tamen contraria opinio recepta, cum inquiunt quamvis non Episcopi pronuntient tamen deponendum. Facit ratio, quod cognitio & sententiæ pronuntiatio non sit actus ordinis sed potius jurisdictionis, quæ, uti dictum adest tali Episcopo. Eodem facit, quod pronuntiatio ista non fiat ab Episcopo nisi Pontificalibus: ut non pertineat ad actum Ordinis, qui non potest fieri nisi ab iisdem Pontificalibus. Nec obstat, quod in *d. c. 2.* dicitur mentio Episcopi, quia est Episcopus quoad jurisdictionem. Deinde hodie, ut mox dicitur, possunt adsistere Abbates; ut non sit actus ordinis, cum illi sint una judices, unde sequitur & Capitulum, Sede vacante, cognoscere & sententiam ferre posse, quia succedit Episcopo in iis, quæ sunt jurisdictionis, denique nihil repugnat, judicem judicare, & tamen exequi sententiam non posse, verum quando executio facienda in alterius territorio, qua de re *Doct. in l. A divo Pio §. sententiam D. de re judic.* Vid. Avila *de Censuris p. 4. Dist. unica Dub. 2.*

In degradatione à minoribus Ordinibus sufficit

sufficit solius Episcopi præsentia, à majoribus vero plurium requisita præsentia: nam depositio Episcopi fit à duodecim Episcopis; Presbyteri à sex; Diaconi à tribus. *can. Si quis, can. Felix. can. Si autem* xv. *q.* 7. De Subdiacono idem dicendum *arg. c. pen. sup. De servis ordin.* nam & ejus ordo adnumeratur sacris. In crimine hæreseos, quia frequens est, & difficile conveniunt Episcopi, possunt eorum loco adsumi Abbates, aliique Prælati, aut religiosæ & litteratæ personæ, *c.* 1 *De hæret in* 6. Conc. Trid. *Sess.* 13. *c.* 4. *De reform.* ne Episcoporum residentia intermittatur, generaliter statuit, eorum loco posse adhiberi totidem Abbates usum mitræ & baculi habentes, si commode haberi possint in civitate aut diœcesi; sin minus, alias personas in Ecclesiastica dignitate constitutas, ætate graves, ac juris scientia commendabiles.

11 Ad formam quod attinet, reus vestibus sacris indutus, portans instrumenta seu ornamenta sacra, ut vasa, librum, aliaque ad Ordinem illum, à quo degradandus, spectantia, ac si solemniter in eo ministrare deberet, præsentatur publice Episcopo, ab eoque iis omnibus exuitur, inchoando ab eo, quod ultimo datum aut traditum, usque ad primam vestem, quæ data in primæ tonsuræ collatione. Deinde traditur & tondetur ejus caput, ne vestigia appareant Clericatus, *c.* 2. *eod. in* 6. Ubi traditur addenda verba illis opposita, quæ in collatione Ordinum proferuntur, hæc scilicet, *Auctoritate Dei omnipotentis, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ac nostra, tibi auferimus habitum & Clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus & exuimus te omni Ordine & privilegio Clericali.*

12 Effectus degradationis est, quod reus spoliatus privilegio Ordinis & Clericatus tamquam laicus brachio sæculari relinquatur, *d. c.* 2. Abbas in *c. Tua* 6. *nu.* 2. *h. t.* puniendus secundum leges laicorum, quorum forum sortitur post degradationem. Et quidem continuo post eam puniendus, nisi remissionem consequatur, non ab Ordinario, sed à summo Pont. nam ejus solius est ex absoluta sua potestate eam concedere. Verum vix est, ut hodie procedat, cum degradatus continuo tradatur brachio sæculari puniendus, & soleant eum in finem sæculares esse præsentes, ante actum degradationis actualis instructi super processus notitia, & incontinenti degradatum sibi traditum ad pœnam ordinariam condemnare, ad executionemque procedere, ut cum majori exemplo ab omni populo, qui ad actum degradationis accessit, pœna infligatur. Bern. Diaz. in *Praxi crim. Canon. c.* 141. ubi vult appellantem audiendum esse. Qui probata innocentia restituendus est ad pristinum Ordinem, cum reali & exteriori traditione ornamentorum, vestium, & rerum, quæ in unoquoque Ordine tradi solent, & per degradationem erepta sunt, quæ omnia recipiet è manibus Episcoporum coram alteri, *can. Episcopus* 63. xi. *q.* 3.

13 Cæterum ad degradationem hanc procedi non solet, ut scilicet una tradatur brachio sæculari reus, nisi ex crimine valde damnoso & pernitioso Reip. cujusmodi est Hæresis, *c. Ad abolendam 9. ubi Gl. V. relinquatur sup. de hæret.* Crimen falsi in literis Apostolicis commissi, *c. Ad falsariorum* 7. *sup. De crim. falsi.* Contumelia gravis illata suo Episcopo, calumnia eidem facta aut structæ insidiæ, *can si quis Sacerdotum* xi. *q.* 1. Addidit Pius V Sodomiæ crimen, propter ejus turpitudinem. Verba Bullæ citat. Navarr. in *Summa c.* 17. *n.* 249. Addi etiam potest Homicidium qualificatum, ut patris, matris, sobolis, sui superioris, conjugis, collegæ ejusdem Monasterii Gladio aliove instrumento, an veneno procuretur non interest. Adde & Incantationem optimo jure ex omni bona Rep. proscribendam, Del Rio *Disquis. Magic. lib.* 5. *sect.* 16. §. *Crimina autem.* Sunt enim hæc crimina gravia & enormia, quæ mereantur hanc degradationem.

14 Moderantur tame dicta DD. ut tantum obtineat ista pœna in Clerico incorrigibili. Nam si appareat spes emendationis, volunt quidem deponendum Clericum, sed non tradendum brachio sæculari, verum damnandum ad perpetuos carceres, in eam rem allegantes text. in *c. Cum non ab homine* 10. *sup. De judic.* Qui quidem textus loquitur de homicidio & aliis criminibus; propter quæ non alias Clericum degradari & brachio sæculari tradi permittit, quam si fuerit incorrigibilis, sed non de qualificatis: ut & de similibus loquitur

quitur text. in *c. At si Clerici 4. sup. d. tit.* Allegant & tex. in *c. Cleric. 4. sup. De excessib. Prælat.* ubi laborans vitio Sodomiæ dicitur dejiciendus à Clero, & in Monasterium detrudendus: ut non sit tradendus brachio sæculari, scilicet nisi sit incorrigibilis, ut ipsi volunt. Verum ut Cap. istud non dicat, Pius V. tamen postea & reos ejus vitii voluit degradatos tradi brachio sæculari. Cæterum ut non nisi incorrigibilis sit tradendus brachio sæculari, uti habet communis opinio, non tamen ea obtinebit in crimine enormi & noxio Reip. quale est homicidium qualificatum & incantatio, ut tradit Abbas in *c. Novimus 27. nu. 3. 5. 6. inf. De V. S.* Hæc enim noxia minus Reip. & enormitatis plena, ut merito non sit exspectanda incorrigibilitas; ut nec in Sodomia, propter grave scandalum, quod ponit. Unde etiam Pius. V. simpliciter reum degradatum vult tradi brachio sæculari. Ut in criminibus levioribus, veluti contumelia in S. Pontificem, adulteriis, homicidio non qualificato, exspectanda sit incorrigibilitas, juxta *d. c. 4. & c. Tua 6. h. t.* Vid Covarr *& ab eo allegati 2. Var. c. 20. nu. 7* Diaz. *in Pract. c. 96. & c. 129.* Avila. *d. Disp. un. Dub. 3. concl. 5.* Incorrigibilis ut sit dicendus Clericus, videtur requiri sententia judicis, qua declarat eum prorsus incorrigibilem, seque non habere aliud, quod facere possit ad ejus correctionem & emendationem quam ut tradat brachio sæculari. Suarez *de Censur. Disp. 22. sect. 1. nu. 8. & seqq.* exceptis tamen casibus *c. In audientia 25. & c. Contingit 45. inf. De sent. excom.*

Advertendum autem, non in omnibus casibus, in quibus Clericus degradatus traditur brachio sæculari, adficiendum venire pœna mortis, sed ea, quam leges præscribunt, quæ interdum est levior, ut amputatio membri, aut alia, pro qualitate criminis. Notandum etiam est, quando jus imponit pœnam depositionis, intelligendum esse de verbali, non etiam de actuali, quia in pœnis mitior facienda interpretatio, & pars mitior amplectenda, *l. Factum 155 §. ult. D. de R. I. & c. In pœnis 49. eod. ia 6.*

14 Pœna item & alia est ordinaria sive legalis, per legem præscripta, alia extraordinaria sive arbitraria, nulla lege aut statuto definita, extra ordinem à judice imponenda, pro facti qualitate, ex ejus arbitrio, quia non omnes articuli possunt legibus aut Senatus consultis comprehendi, *l. Non possunt D. de LL.*

Ubi quæsitum, An hæc arbitraria pœna ad mortem extendi possit? R. Hoc dicendum esse, si ita postulet criminis gravitas, quia alias sufficienter non puniretur. In quam rem facit textus in *l. Sacrilegii D. Ad L. Iul. peculat.* Eandem sententiam probat Abbas in *c. Ex literis 11. sup. De constitut.* ex ratione, quod pœna sit imponenda secundum qualitatem criminis, *can Non adferamus* XXIV. *q. 1.* Sequitur Felin. in *d. c. Ex literis nu. 23.* Menoch. *1 Arbitr. qu. 86. nu. 20.* & alii, quos citat.

Q. II. An ordinariam sive legalem pœnam teneatur Iudex imponere? R. Iudicem obstrictum esse ad infligendam pœnam lege præscriptam, reo sufficienter convicto de crimine. Est enim judici secundum leges judicandum, non etiam de legibus ipsis, *c. In istis Dist. 4. can. Summopere* XI. *q. 13.* Et lex imponens pœnam est vera lex, ferturque non tantum, ut instruat judicem, verum etiam ut obliget ad imponendam pœnam, quia alias foret inefficax, & verba ad judicem magis dirigunt, quam ad reum, qui ante sententiam latam non tenetur in conscientia, ut mox dicetur. Deinde tenetur judex servare æquitatem legalem, quæ resultat ex lege posita, etiam legali, cum est executor. Vid, Suarez *De LL. lib. 5. c. 11. nu. 2. & dicta sup. tit. De off. judicis.*

Hinc nec excedit pœnam impositam, nec exigeret à reo ultra quam debet, non sine documento, ad cujus restitutionem obligatur; nec eam deminuit, non tantum si in pecuniaria parti applicanda, cui jus est pro legem datum, quod non potest deminuere judex, sed & si concernat metam vindictæ. Quo casu etsi non possit dici iniustitia committi contra singularem personam, contra Rempubl. tamen committitur, cui est jus ad hoc, ut à derelinquente sumatur justa vindicta in aliorum terrorem; quia contra bonum commune est, delicta manere impunita, aut minus punita. Si tamen delictum habet extraordinarias circumstantias adgravantes, in judicis arbitrio est illas punire ad bonum commune, in exemplum aliorum. Uti & è contra

remitti interdum pœnam aut eam mitigari per judicem faciunt circumstantiæ: ut si ætas non sit sufficiens ad pœnam tolerandam, ut propter senectutem, puritiam, *l. Auxilium D. de minorib.* Consideratur etiam modus peccandi, veluti si ex passione aut subito motu sit peccatum, *l Absentem D. h. t.* Pœnam pecuniariam remitti caussat paupertas, *l. Illicita* 17 *§. fin. D. de off. Præsid.* Multum etiam refert modus probationis: nam si reus non est omnino convictus, volunt temperandam esse pœnam, uti praxi receptum diximus sup. *De præsumpt. in fine*, pœnam delicti præsumptivè tantum probati mitigandam esse, Vid. Felin. in *c. Qualiter 2. §. licet n. 29. & seqq. sup. De accusat. & in c. 1. sup. De constitut. n. 49.* Tiraq. *De pœna temper. Gl. 7.* Suarez *d. c. 11. num. 6. & seqq.* Et hoc quoad inferiorem, qui non alias minuet legis pœnam, nisi quando lex aut consuetudo ita disponit, vel ratio æquitatis necessario id postulat: quo modo intelligendum, quod ait Cujac in *Parat. Cod. h. t.* pœnas omnes hodie esse arbitrarias.

Ad summum quod attinet Principem, illi 18 est facultas dispensandi super sua lege & pœna per eum posita, etiam ex caussa leviore, quæ in inferiori non sufficeret. Habet enim summam potestatem, adeo ut & dispensatio sine caussa teneat; quamvis cavendum illi sit, ne jus publicum vel alicujus privatum lædat. Suarez *d. loco num. 8. & 9. DD. in l. Nulla 15. D. d. LL.*

Pœnam sententiæ ferendæ non deberi à reo etiam in conscientia ante sententiam cer- 19 tum est, cum non ante reus ad pœnam obligetur, quam judex eam per sententiam indixerit; quia talis lex instituit potius judicem, quam præceptum executivum ponit, & potius pœnam designandam per judicem, quam designatam, ut antequam designetur, ad eam non teneatur reus. Quod ita in pœna legali procedit; nam in conventionali posset aliud dici, deberi scilicet illam in conscientia ante judicis sententiam, cum debeatur ex pacto, quo actionem dat, *l. Rescriptum §. si pacto D. de pact.* Videtur tamen Navar *c. 23. nu. 68.* hoc ita limitare, ut non alias debeatur, quam si peratur, nec cogendum reum non petenti eam offerre, propterea quod non petens possit probabili conjectura præsumi illam remittere, cum honestiores non deceat ejusmodi pœnas exigere, *can. Fraternitas XII. q 3. c. Suam 9. h. t.* Pendet tamen ea res ex partium intentione, quæ possunt mutuo etiam in conscientia ad talem pœnam obligare, quando talis est contractus, cui apponi pœnam non est prohibitum per legem aut Canonem; ut est prohibitum apponi sponsalibus, uti dictum supra *lib. 4.* ne ea fiant minus libera. Itaque ex intentione judicandum; de qua si non pateat, examinanda sunt verba, quæ si significent obligationem, hoc ipso, quo non fit, quod conventum, ponet debitum in conscientia, etiam ante sententiam, præsertim si ab altera parte petatur, quæ potest jus suum negligere. Vid. Covar. in 4. *Decretal. p. 2. c. 6. §. 8. num. 11.* Suarez, *5. De LL. c. 6. num. 5. & seqq.*

Quantum ad legem ipso facto pœnam im- 20 ponentem, si privationem rei propriæ, & jam obtentæ contineat, quæ sine hominis actione nequit plenè executioni mandari, ponet quidem obligationem, qua ad pœnam reus obstringatur, qui tamen ad eam cogi non poterit ante sententiam; non condemnatoriam, quia eam ponit lex ipsa, sed declaratoriam, ut patet ex *c. Cum secundum De hæret. in 6.* ubi lapsus in hæresin hoc ipso privatur bonis. Quoad actualem tamen privationem requiritur sententia judicis, ante quam textus non dat fisco jus usurpandi bona. Vide Suarez *d. lib 5. c. 8. nu. 3.*

Ubi quæri posset, An ante sententiam de- 21 claratoriam, in casu legis ipso jure imponentis publicationem, amittat reus bonorum dominium? R. Esse qui velint non amitti dominium, etiam per legem ipso jure sine facto hominis publicationem bonorum ob crimen commissum inducentem. Ducuntur textu in *l. Quæsitum 15 D. Qui & à quibus manum. non fiunt*, in verbis, *quoniam ante damnationem dominus est*, in casu scilicet læsæ Majestatis, ob quam induci publicationem ipso jure extra dubium est. Rationem addunt, quod verba, *ipso jure, ipso facto*, habeant conditionem, si sententia subsequatur declaratoria. Communius tamen asseritur, dominium hoc ipso amitti;

mitti; quod probatur Primò, quia ut talis lex effectum operetur, non est necessaria sententia condemnatoria, ut effectus debeat dici positus per ipsam legem, per verba, *ipso jure*, ne ea sint frustranea. Secundo, quia declaratoria sententia subsecuta cum non inducat pœnam, tamen extenditur seu tertotrahitur usque ad diem commissi criminis, quasi ex tunc lata sit sententia condemnatoria; & hoc per ipsam legem habentem verba, *ipso jure*, *ipso facto*. Quod non fieret si per declaratoriam induceretur privatio bonorum, quæ non extenderetur retro. Facit eo textus in *d. c. Cum secundum De hæret. in 6.* ubi tantum executio vel occupatio bonorum dicitur differenda ad sententiam declaratoriam criminis; quasi subsit conditio, non ante debere eam fieri, quam de crimine pareat, non etiam ut dominium eo usque sit salvum, cum expresse ibi dicatur in *princ. d. c.* in similibus casibus dominium ipso jure amitti; & malè dictam conditionem subintelligunt contrarium asserentes. Non obstat *d. §.* 15. nam quod ibi dicit I. C. *dominus est*, intelligi debet de possessione & usu reum, quem rectè obtinet usque ad sententiam declaratoriam. Quod patet ex *l. fin. D. Ad L. Iul. Majest.* quæ post mortem rei, nisi purgetur crimen à successoribus, hæreditatem fisco vindicari permittit. Plura de hac quæstione vide apud Molinam *De Iust. & jure Disp. 95. vers. Dubium autem*, Sanchez in *Decal. lib. 2. c. 22. num. 1. & seqq.* & Suarez 5. *De LL. c. 8.*

Quid si in lege ultra verba, *ipso jure privatus*
22 *sit*, additum sit, *absque alia declaratione*, vel *nulla monitione prævia*? R. Velle Cov. in 4. *p. 2. c. 6. §. 8. nu. 13. Illat. 3* non obstante tali rigore verborum, nihilominus requiri declaratoriam judicis. Contrarium tamen verius; nullam desiderari; sed continuo commisso crimine executioni esse locum. Ratio est, quia talis lex vi illius particulæ, *ipso jure*, sententiam continet declaratoriam; addendo autem alteram, *absque alia declaratione*, expresse excludit necessitatem sententiæ declaratoriæ: ut lex ipsa exequatur per se pœnam, uti potest, ne alias vana & inutilia sint ejusmodi verba. Quo facit, quod Pont. in *Extrav. Ambitiosæ De reb. Eccl. non alien.* inferiores Prælatos beneficiorum suorum bona contra præscriptum illius Canonis alienantes priver beneficiis per verba, *privati existant ipso facto, & absque alia declaratione vacare censeantur*: ut non sit alia declaratio exspectanda, cum eam lex removerat. Et hoc ita quoad ipsum reum, qui ita privatus beneficio illud non retinet citra lationem conscientiæ. Nam ut fiscus fructus petat & deferri beneficium alii possit, videtur requiri declaratoria sententia, ne quid temerè attentetur, secundum sententiam Covarr. *loco cit.* quam approbat Sanchez *d. lib. 2. c. 20. num. 25* alios citans, quem & vide *d. c. 22. num. 19* & Suarez *d. c. 7. nu. 18. & seqq.*

Aliud dubium est, An illi, quorum bona
23 sunt ipso jure publicata, nulla exspectata sententia, ea teneantur in fiscum deferre? R. Non teneri; imò reum iis uti posse, donec declaratio sequatur & post eam eo satis esse, patiatur ablationem, ut probatum sup. *Dd. haret. nu. 15.* Quæ res hoc loco altius repetenda est, & dicendum hic non agi de pœna sententiæ ferendæ; nam certum est, ante eam latam non deberi pœnam, imo ante eam mortuo reo extingui & pœnam, *l. Defuncto 6. De pœn.* & *dic.* etiam defuncto post appellationem, *l. C. Si reus vel accus. mort. fuerit, &* l. 1. D. *Si pendente appell.* sed de pœna latæ sententiæ aut etiam de pœna condemnatoria per sententiam judicis. Et Primò. Quoad pœnas, quæ in corpore exercentur, contra vitam, integritatem membrorum, aut ignominiam inferunt, non tenetur reus ad earum executionem in conscientia, sed satis est patiatur à judice ministros eius sibi infligi, quia talem patiatur in se exequi esse se ipsum occidere, mutilare, quod est intrinsecè malum. Verum quæ sunt pœnæ aliquæ corporales, quæ non sint intrinsecè malæ, ut est infamis flagellatio, publica ratio potior erit; quia animus violentum est, ut idem sit agens & patiens in pœnam accerba, ut idipsum nec lege sit præcipiendum, nec per sententiam judicis quis ad hoc cogendus. Ubi quidam absolute asserant, reum in executione sententiæ posse exercere aliquas actiones ad eam concurrentes, veluti locum supplicii ascendere, manum caput extendere, quod sic videatur cooperari morti suæ aut suæ mutilationi, cum ita

eam teneatur agere, quàm solum pati. Verum minus rectè procedit eorum hæc opinio, cum nō teneatur quidem reus ad eas actiones, quæ commodè per ministros exercere possunt, quia satis est patiatur; ad eas verò, quæ commodè exerceri nequeant per ministros justitiæ, ut est extendere manum, ascendere & similia, obligetur, qui alias non posset justâ pœnâ mandati executioni, & denegare illas actiones, esset justitiæ resistere. Deinde actiones istæ sunt remotæ, ut non possint dici cooperari quoad mortem. Secundò, Quoad pœnas, quæ in corpore exercentur sine crudelitate, uti exilium, carcer, & similes, potest ad eas exequendas & servandas obligari reus per sententiam, ut jussus ire in exilium, habitare in certo loco, refragari non debeat, Covar. *d. n.* 13. *vers. Tertio.* Sic & in carcere manere jussus, non potest exire; cum sine peccato possit ejusmodi actus exequi: nisi tamen carcer nimis adfligat, ut propter subtractum cibum, vestitum, igoem, Navarr. *Comment. 4. de Regularib. n. 65. §. Secundo & §. Octavo*, ubi dicit, teneri reum exequi indicta sibi jejunia, orationes, abstinere à cibi aliquo genere, aut potûs, quia aliàs resisteret judici. Damnatum tamen ad mortem per famē, teneri comedere, si habere potest cibos, ibidem tradit, *vers. Ad quintum &* Covarr. *1. Var. c. 2. n.* 10. quia licet judex justè damnarit ad mortem, non tamen justè, quatenus illa inferenda per ipsum reum, qui abstinendo seipsum occideret, *can. Pasce dist.* 89. *l. Necare D. de agnosc. liber.* quod est intrinsecè malum. Tertiò, Quoad pœnam pecuniariā, ad quam tenebitur reus in conscientia, si condemnetur absolutè ad eius solutionem: si verò condemnetur tantum ad talem pœnam, satis erit, si illam solvat, ubi fuerit postulata. Plura de his videri possunt apud Suarez *d. lib. 5. de LL. c. 10. n. 11. & seqq.*

24 Quoad pœnam confiscationis bonorum quæstio est, An ipso jure inducatur, & hoc ipso, quo crimen commissum, cum particula, ut alia declaratio non sit necessaria, vel etiam subsecuta declaratione, teneatur reus bona sua deferre? R. Ita videri posse: primò, quia bona non sunt rei, quippe ipso jure addicta fisco, uti dictum. Secundò, quod lex habeat potestatem infligendæ pœnæ obligantis ante sententiam. Verius tamen, non teneri reum offerre bona sua fisco, sed satisfacere, patiatur ea sibi offerri: ut donec non auferuntur, rectè ea possideat & utatur. Quo facit, quod in *c. Cum secundum de Haret. in 6.* non imponat Pont. hanc positivam obligationem, sed judici det potestatem auferendi bona à die commissi criminis; post declaratoriam sententiam: & ita habet communis praxis, Covarr. in *4. p. 2. c. 6. §. 8. n. 11. & 12.* Suarez *d. c. 10. n. 10* Sanchez in *Decal. 2. c. 10. n. 7.* Ad prius argumentum Resp. aliud esse, dominio bonorum esse privatum reum, aliud obligari ad bona deferenda fisco. Ad secundum, legem quidem habere eam potestatem, non tamen censeri ita disposuisse per verba *ipso jure, ipso facto*, si aliter non explicet, ut patet ex *d. c Cum secund.* Et ut possit habere istam vim lex, tamen hoc accipiendum, si non sit illa gravissima pœna, & consequenter modus executionis nimis rigidus, ut contingeret in publicatione omnium bonorum. Neque enim rationi consentaneum, ut reus suæ pœnæ gravissimæ sit executor, quam satis est illatam pati, quæ non est tam gravis in casu, quo multam pecuniariam solvere jubetur. Caveat tamen reus occultare aliqua bona; nam tenetur ea ut aliena restituere. Quòd si tamen negligentia fisci quædam ignotata sine facto rei non fuerint occupata, non tenebitur; satis enim illi est patiatur ablationem, nec tenetur indicare, quia sic obligaretur ad obligationem

Quid si sententia fuerit justa quidem in foro exteriori, secundùm allegata & probata 25
revera tamen injusta? R. Neutiquam quidem obligari reum in conscientia ad pœnam, & posse illum evitare modo honesto, subtrahendo clanculum, aut alias, sine publica resistentia, aliove modo, nihilominus obligari ad parendum judicis executioni, si sine violenta & scandalosa resistentia vitari nequeat. Nam resistentia ista nunquam est licita, quando sententia secundum allegata & probata est prolata; quia pro eius justitia præsumitur, tunc que utitur judex sua potestate, cui tenetur parere subditus. Quo faciunt dicta sup. *de Off judicis in 6* sententiam ferendam esse secundum allegata & probata. Vid. Suarez *d. c. 10. n. 3. & de Censur. dist. 4. sect. 7. n. 8. & seqq.*

TITULUS XXXVIII.

De Pœnitentiis, & Remissionibus.

SUMMARIUM.

1. *Pœnitentia quid.*
2. *Confessio qualiter, quando, & cui facienda*
3. *Diaconus non est minister hujus Sacramenti.*
4. *A casibus reservatis quis absolvat.*
5. *Pœnitentia qualis imponenda.*
6. *Medicorum circa hanc rem officium.*
7. *Communio sacra sumenda semel in anno.*
8. *Sacramenti hujus necessitas.*
9. *Indulgentia seu Remissiones quod, & quis eas concedat.*
10. *An Concilium provinciale?*
11. *Absolutè concedit Summus Pont. limitate Cardinales & Episcopi.*

1 POst pœnas fori exterioris subjungitur de pœnis fori exterioris, quæ Pœnitentiæ nomine hoc loco veniunt. * Designat autem id vel actum pœnitentis, quo quis dolet se peccasse, punientis in se peccatum, *can. 4. dist. 3. de Pœnit.* vel etiam ipsum Pœnitentiæ Sacramentum; cujus tres partes, Contritio, Confessio, Satisfactio. Trid. *Sess. 14. c. 4. de Sacram. Pœnit.*

2 Confessio ore facienda, non per scripturam vel nuntium, ut traditur *can. Quem pœnitet dist. 1. de Pœnit.* Navarr in *Manuali c. 21. n. 36.* Sit integra necesse est, Navarr. *c. 7. n. 1.* habens suas circumstantias adgravantes, de quo idem Navarr. *c. 6.* Eius minister est Sacerdos, & quidem proprius cui debet quilibet Christianus de commisso dolens peccata sua confiteri saltem semel in anno, *c. Omnis 12. h. t.* Tempus quidem non est determinatum, quāvis propter communionem, quæ in Paschate fieri præcipitur, cum ad eam nullus impurâ conscientiâ accedere debeat, tunc obliget Cōfessionis præceptum. Si tamen aliquis habeat puram conscientiam, non tenetur de rigore confiteri. Dico, dolens; quia alias non foret salutaris confessio, ut rectè dicat Pont. *c. 5. h. t.* non esse veram eorum pœnitentiam, qui dicunt se abstinere non posse, quamvis Confessionem venit admitti; eosque crebris monitis ad pœnitentiam induci. Dico, proprio Sacerdoti; quia Confessio est jurisdictionis spiritualis, ut non possit illi fieri, cui non est jurisdictio, ut non proprio, *c. 4. h. t.* nisi ex licentia proprii, *d. c. Omnis*; delegari enim possunt ea quæ sunt jurisdictionis, ut dictum sup. *de Off. deleg.* aut nisi privilegium tale concessum, ut luti Mendicantibus Ordinibus. Gl. in d. c. Omnis V. contra. Idem attributum Societati Religiosis, ut aliorum pœnitentiam audiant citra licentiam Parochi.

Q An & Diaconus sit minister? R. Haberi posset, per *c. 2. sup. de fur.* ubi tenetur Diaconi: & Glossa *ibid.* etiam laico Confessionem factam in necessitate valere, per *can. Quem pœnitet, & can. Sanctum dist. 4. in fin.* Verum de fide est, non nisi Sacerdotem esse ministrum hujus Sacramenti, Trid. d. loco, & cum nonnisi ad Episcopos & Sacerdotes pertineat clavium potestas. Nihil facit *d. c.* ab eo allegata per Glos. quia in illis nō dicitur Confessio facta laico aut etiā Diacono esse sacramentalis, & proficere ad absolutionem, cum ille legitimus judex, scilicet Sacerdos, sed prodesse ad indicandā contritionem, quæ in necessitate sufficit. Adeò ut soli Deo facta Confessio fiat, si non sit Sacerdotis copia; nisi sint circumstantiæ, quæ etiam alteri non Sacerdoti facere aperiri secreta, ex causa spiritualis utilitas.

Non est tamen omnis Sacerdos habilis absolutionem, nisi habeat jurisdictionem ordinariam vel subdelegatam Trid. *d. sess. c. 7.* Quo modo à reservatis non rectè absolvit alius, quam cui ea reservantur: excepto tamen mortis articulo. Trid. *d. c. 7.* ne detur proprii aut habentis eam jurisdictionem contingat non purgatum mori. Hoc de Sacramento videatur latè Navarr. in *Manuali c. 21. Tract. de Pœnit.*

Injungenda autem Pœnitentia à Sacerdote discreto & cauto pro personæ & peccati circumstantiis, qui more periti Medici superfundat vinum & oleum vulneribus sanandis *d. c. Omnis*, & pro gravitate peccati, *c. 3. & 5. h. t.* ut coerceantur homines, ne absque disciplinæ & pœnæ timore prolabantur ad crimina. Privata autem ea esse debet, ne maculam infamiæ contrahat pœnitens; nisi peccatum sit ejusmodi, ut correctio peccantis, & ædificatio

aliorum publicam postulet, *c. eod. in 6. ubi* DD. Quæ quatenus citra solemnitatem fit, à quovis Sacerdote imponi potest non habente jurisdictionem super pœnitente. Solemnis ab Episcopo tantum in capite Quadragesimæ certis servatis imponi solita, de qua *dist. 50.* quæ hodie non frequentatur. Ut autem pœnitentia prosit, injuncta & acceptata est adimplenda, nisi excuset impotentia, aut commutetur etiam per alium Confessarium, quod fieri posse tradit, Navarr. *c. 26. n. 22.*

6 Ad Pœnitentiam maximè ægroti monendi sunt, ut animæ salute curata, corporis sanitas facilius procedat. Quo modo injungitur Medicis ad ægrotos accedentibus, ut eos ad pœnitentiam hortentur, ipsi alias ab Ecclesiæ ingressu arcendi, *c. Infirmitas 13. h. t.* in cujus fine eis sub anathemate interdicitur quidquam suadere ægroto pro salute corporis, quod tendat in animæ detrimentum. Vid Sanchez *ad Decal. lib. 3. c. 16.*

7 Jubetur quoque omnis Christianus, ubi ad discretionis annos pervenerit, semel saltem in anno, idque in festo Paschæ, & in propria parochia, mensam Domini accedere, & venerabilem Eucharistiam sumere, alias ab ingressu Ecclesiæ arcendus, & ad Ecclesiasticam sepulturam non admittendus, *d. c. Omnis.* Ubi nihil faciet, quod defunctus allegetur Catholicus; nam Catholico non parenti, cum possit & liceat, hæc pœna est imposita: hæretico verò alia gravior est imposita, de qua sup. *de Haret.* Posset tamen subesse causa excusans, quæ prudenti arbitrio discutienda relinquitur.

Quod habet *c. quæsitum 7. h. t.* parentem, à quo filius in lecto oppressus obiit, esse irregularem, obtinet, quando culpa ei attribui potest, ut dictum sup. *de His qui filios occid.* & declarat Suarez *de Censur. disp. 45. sect. 4. n. 8.*

Porro Pœnitentia adeò necessaria est, ut etiam tempore interdicti sit concedenda, una & 8 viatitum, quod non denegatur ei, cui pœnitentia concessa, *c. Quod in te 11 h. t.* etiam damnatis ultimo supplicio ex gravissimo licet crimine, ut ait Covarr. *2. Var. c. 1. nu. 11.* ubi addit usu non observari, ut detur talibus Eucharistiæ Sacramentum, quem meritò alii improbant.

9 Altera hujus Rubr. parte agitur de Remissionibus, quas vocant Indulgentias; quæ significant quemdam juris relaxationem, cum minus severè, quam posset, cum aliquo agitur. Accommodatum est nomen ad significandam pœnæ temporalis Deo ratione peccati debitæ remissionem, facta extra Sacramentum per applicationem earum satisfactionem, quæ in communi Ecclesiæ thesauro continentur, ut tradit Trid. *Sess. 25. decreto de Indulgent.*

Concedit has omnibus Pontifex Rom. ex plenitudine suæ potestatis. Legati suæ legationis fines non excedunt, *c. fin. ubi Gl. sup. de Off. Legati*; nec Episcopi suum territorium *c. 4. & pen. h. t.* Episcopo inferiores potestatem eas concedendi non habent nisi speciali privilegio impetrârint, *c. Accedentibus sup. de Excessib. Prælat.*

Q. An Concilio Provinciali adsit ea facultas? R. Ita posse videri, quod in eo sint Epis- 10
copi plures cum Archiepiscopo congregati, ut ista potestas non videatur deneganda congregatis, quæ est singulis. Verum cum nullibi idipsum sit expressum, verius est, Concilio non esse eam facultatem ut tali. Singuli qui in eo sunt, Episcopi, suâ potestate uti possunt ut singuli, non etiam per modum unius corporis.

Concedit verò quaslibet S. Pont. alii non 11
nisi limitatas. Episcopi in consecratione sua centum dies non excedunt *Gl. in c. fin eod. in 6.* In anniversario tantum quadraginta dies largiuntur, *c. Ex eo 14. h. t.* Cardinales ex vi suæ dignitatis non habent hanc potestatem, quia nullibi concessa invenitur; unde non concedunt indulgentias, nisi specialiter hoc iis sit indultum. De consuetudine tamen centum dierum indulgentias largiuntur. Navarr. *de Indulgen. Notab. 31. n. 17.* ubi plura hac de re

His ut quis consequatur, oportet onus propositum præcisè impleat: Unde certo die aut modo faciendum, alio non rectè impletur: & vivis concessæ non prosunt mortuis, nec è contra, quia stricte interpretandæ.

TITULUS XXXIX.

De Sententia Excommunicationis.

SUMMARIUM.

1. *Censura quid.*
2. *Censura Ecclesiastica potestas & usus ab origine Ecclesiæ*
3. *Quibus competat ejusmodi jurisdictio & potestas ferendi censuras.*
4. *Acquiri consuetudine & præscriptione potest.*
5. *An delegari alteri possit?*
6. *An laico?*
7. *Delegari potest collegio & communitati.*
8. *Fœminæ an committi possit?*
9. *Censura non nisi ob culpam ferenda.*
10. *Ex nulla aut injusta lata an teneat?*
11. *Lata ex defectu jurisdictionis est nulla.*
12. *An & si impedimentum sit occultum?*
13. *An ad censuram culpa interna sufficiat?*
14. *An actus exterior metu caussatus?*
15. *An censura æquirat monitionem præviam?*
16. *Eamque trinam.*
17. *An quo, qualiter, & quibus facienda monitio.*
18. *Censura an sit valida, monitione omissa?*
19. *An liget illata per metum à judice coacto?*
20. *Censura sententia qualiter ferenda, & an jure vel sub conditione.*
21. *Censura an operetur effectus lata ex falsa caussa juridice probata?*
22. *Censuram talem violans an & quas pœnas incurrat.*
23. *Censura quando dicenda esse lata sententia, quando ferenda.*
24. *Forma ista* Excommunicationem te noveris incursurum, *an sit ferenda sententia*
25. *An & hæc* Sub pœna talis censuræ, *&c.*
26. *Et quid de hac,* Anathema sit?
27. *Verba,* ipso jure, ipso facto, *sunt latæ sententiæ.*
28. *Censuræ species.*
29. *Excommunicatio quid.*
30. *Alia major, alia minor.*
31. *Simpliciter prolata hac vox de qua accipienda.*
32. *Est & alia generalis, alia Particularis: item alia juris, alia hominis.*
33. *Quis in quem ferat excommunicationem.*
34. *Ferenda in subditum.*
35. *In singularem personam, non in collegium aliquod.*
36. *Quæ forma servanda in tali sententiæ forma*
37. *Ferenda in scriptis, cum caussæ expressione.*
38. *Ex quibus caussis excommunicatio infligenda.*
39. *Judicis circa hanc rem officium.*
40. *Quibus in casibus ipso jure incurratur.*
41. *Excommunicatur & ipso facto percussor Clerici per* can. Si quis suadente 17. q. 4.
42. *Clericorum nomine qui hoc veniant.*
43. *Depositus verbaliter incorrigibilis an privetur privilegio clericali, sine alia declaratione judicis?*
44. *An enormibus & turpibus se immiscens?*
45. *An deserto habitu ac tonsura percussio ab eo qui noverit esse Clericum?*
46. *An excommunicatus gaudeat hoc privilegio?*
47. *Gaudent eo Monachi. An & Eremitæ?*
48. *Dicto* can. Si quis suadente *qui veniant*
49. *An ebrii.*
50. *Tenetur & mandans.*
51. *An & si mandans moriatur ante perfectionem?*
52. *An ratam habens percussionem?*
53. *Percussio debet esse violenta & injuriosa.*
54. *An debeat continere lasionem gravem?*
55. *Caussa excusantes percussorem Clerici, ut tuitio sui defensio.*
56. *Maritus percutiens Clericum, inventum cum uxore, sorore, filia an sit extra censuram?*
57. *Vxoris nomine an veniat sponsa?*
58. *Filia nomine an neptis?*
59. *Percutiens in defensionem tertii an excusetur?*
60. II. *Excusat justus titulus seu caussa.*
61. *An excusetur laicus torquens Clericum?*
62. *An judex secularis Clericum in crimine deprehensum capiens?*
63. *Excusantur præceptor, pater, dominus, disciplinæ & correctionis caussa verberans.*
64. *An percutioni consentientem?*
65. *An in sui percussionem consentiens?*
66. *An Clericus seipsum percutiens?*
67. III. *Probabilis ignorantia Clericatus excusat?*
68. *Percutiens Clericum, quem existimet esse Titium laicum excusatur.*
69. *An & existimans se percutere Clericum, qui laicus sit?*

70. Quid

70 Quid si unum Clericum percutere volens, alium percutiat?
71. Excusat & percussio ex subito metu & casu facta.
72. Committens crimen, quod falso existimet prohibitum sub censura, an excusetur.
73. Effectus excommunicationis minoris.
74 107. Effectus excommunicationis majoris, I. Privatio participationis Sacramentorū
75. Excommunicatus in extrema necessitate administrando Sacramentum an peccet?
76. An licitè conferat Sacramentum pœnitentiæ?
77. II. Privatio orationum & suffragiæ
78. Excommunicato tolerato an prosint suffragia
79 III Privatio divinorum officiorum.
80. IV. Inhabilitate ad beneficia Ecclesiastica obtinenda.
81. Excommunicato occulto an possit conferri beneficium?
82. An non vitandus acceptare possit beneficium?
83. Collatum ante excommunicationem an postea rectè acceptetur?
84 Quid si putetur excommunicatus, verè autem non sit.
85. Excommunicatus an privetur beneficio jure tento.
86 An privetur fructibus beneficii ipso jure?
87 An teneatur se privare fructibus eosque restituere?
88. An in necessitate liceat eos consumere?
89. V. Privatio jurisdictionis fori externi.
90. Resignatio beneficii an licitè fiat ab excommunicato?
91. Actus jurisdictionis qui fiunt ab excommunicato etiam occulto, an sint nulli,
92. Quid si sit notorius, non denuntiatus nominatim?
93. VI. Privatio forensis communicationis ut judicem agere, in judicem eligi, agere in judicio, &c.
94. Excommunicatus an compensare possit?
95. An circa hoc aliquid jure novo sit mutatum.
96. Reus excommunicatus rectè defendit se in judicio, & an per se comparere cogatur?
97. Excommunicati testimonium & patrocinii an admittendum?
98. An acta tabellionis excommunicati;
99. An tutoris, administratoris;
100. VII. Privatio omnis civilis communicationis,
101. An assurgere excommunicato, ac similem reverentiam exhibere liceat?
102. Communicatio hac quibus casibus sit permissa.
103. Vxori cum marito excommunicato quatenus licita.
104. Item viro cum uxore excommunicata?
105. Liberis cum parentibus; servis ancillis, cum dominis.
106. Pœna communicantium cū excommunicatis.
107. Vide num. 74.
108. Excommunicati hodie vitandi soli denuntiati nominatim & notorii Clericorum percussores.
109. Extrav. ad evitanda Martini V. cur restringenda ad notorium Clerici percussorem.
110. Denuntiatio an sit necessaria post sententiā.
111. Non sufficit publicatio sub conditione de futuro.
112. An videntes percussionem teneantur hoc ipso evitare.
113. Suspensio quid.
114. Alia ab officio, alia à beneficio.
115. Item alia Totalis, alia Partialis, alia Perpetua, alia Temporalis.
116. Suspensus ab officio an & sit suspensus à beneficio?
117. Suspensio ab officio an impediat adquisitionem novi beneficii?
118. Suspensio ab ordine quid operetur.
119. Suspensio à beneficio quid operetur quoad officii usum.
120. Quid hic veniat nomine beneficii.
121. An & pensiones comprehendantur?
122. Suspensio à beneficio an intelligenda universaliter de omni beneficio?
123. Suspensio quos fructus adficiat.
124. An comprehendat & quotidianas distributiones?
125. An impediat Episcopū à beneficiorū collatione?
126. Suspensus est & vitandus.
127. Interdictum quid nominis & rei.
128. Aliud est Canonis, aliud hominis: item aliud Locale, aut Personale & utrumque vel generale vel speciale.
129. Effectus interdicti I. Vsus Sacramentorum privatio.
130. An comprehendatur interdictio habens duo domicilia, respectu loci interdicti.

131. *Clero interdicto an comprehendantur Religiosi?*
132. *Interdicto generali an & loca exempta?*
133. *Interdicta diœcesi an Ecclesia Cathedralis?*
134. *Interdictum locale generale an inferat personale, & contra?*
135. *Interdictum personale speciale an contineat locale, & contra?*
136. II. *Prohibitio divinorum officiorum.*
137. *Missa sacrificium tempore interdicti localis quatenus permissum.*
138. *An ab eo excludendi laici non excommunicati aut interdicti?*
139. *Privilegiati, & eorum domestici seu familiares quatenus admittantur.*
140. *Admittuntur Clerici non excommunicati aut interdicti; & qui Clericorum nomine veniant.*
141. *Interdictum impedit Ecclesiasticam sepulturam.*
142. *Interdicti personalis effectus.*
143. *Interdictum generale personale an impediat sepulturam.*
144. *Censura non tenet, I. Lata à non habente jurisdictionem.*
145. II. *Ejus effectu suspenso per appellationem.*
146. *Debitor non solvens ante lapsum terminum prorogatum an incidat in censuram?*
147. III. *Excusat ignorantia inculpabilis præcepti Ecclesiastici, cui adnexa censura.*
148. *Ignorantia juris an excuset.*
149. *Quid si lex quidem divina aut naturalis sciatur, ignoretur verò præceptum Ecclesiasticum?*
150. *An excuset ignorantia inculpabilis lata censura?*
151. *Ignorantia vincibilis an excuset?*
152. IV. *Metus justus impedit effectum censuræ.*
153. *Necessitas publica an excuset celebrantem in loco ubi alius Sacerdos est?*
154. V. *Dispensatio legitima excusat.*
155. VI. *Absolutio.*
156. *An per solam absolutionem tollatur censura?*
157. *Censura lata sub conditione* donec satisfeceris, *an per satisfactionem tollatur ipso facto?*
158. *Suspensio ob contumaciam lata an tollatur absolutione?*
159. *Absolutio an prosit mortuis?*
160. *Absolvere à censura qui possint.*
161. *Excommunicatus à suo Episcopo an possit solvi ab Episc. novi domicilii?*
162. *Et quid si fiat Religiosus?*
163. *Iu lex à quo an recte absolvat post interpositam appellationem?*
164. *A censura juris quis absolvat.*
165. *Casus reservati absolutionis à censura.*
166. *Suspensio quando & à quo tolli possit.*
167 *Interdictum quis relaxet.*
168. *Interdictū locale an relaxetur loco alienato*
169 *Quid si locus interdictus destruatur?*
170. *Censuris pluribus ligatus à quo & quater absolvendus.*
171. *Expressio causæ limitat absolutionem.*
172. *Expressio falsa causæ an eam impleat?*
173. *Absolutio licitè fit sub conditione præsenti aut præterito*
174 *An & sub conditione in futurum concepta*
175. *Absolutio ad cautelam & ad reiterationem*
176. *Absolutio concessa cum clausula. Similiter* patre, *qui operetur; & quid si non possit solvendo aut solvendo.*
177. *Absolutio per vim aut metum extorta an teneat.*
178. *Absolvi potest etiam absens.*
179. *An & invitus?*
180. *An perseverans in delicto?*
181 *An licitè talibus concedatur absolutio*
182. *Absolutio quâ formâ verborum fiat.*

De Censuris in genere.

INter pœnarum genera sunt Censuræ. [Dicta] ducta vox à Censorum munere, [qui] gendis civium moribus præerant. Significa munus ipsum, & animadversionem [cen] nemve, secundum illud Juvenalis Sat. 1.

-----Vexat censura Columbas.

Quo modo hic accipitur, translata [significa] tione vocis ad pœnam sive coërcitionem [Eccle] clesiasticam, quæ privat usu aliquorum [bo] norum spiritualium ratione delicti. Eccle[siastica] ca cum sit pœna, ac privativa boni [spiritualis] non potest imponi nisi ab ea potestate [quæ] boni genus subest, *arg. l. fin. D. de Iurisdict.*

Esse autem hujusmodi potestatem [in Ec] clesia, non est dubitandum, quidquid [in contra] garriant Lutherani, & fimisex, & [alii]. Christo datam patet ex illo *Matth.* 16. [& 18.] *Quodcumque ligaveris super terram* [erit]

verbum *Ligandi* per metaphoram optimè accommodatur censuræ Ecclesiasticæ, quæ est vinculum seu ligamen quoddam, quo anima irretita tenetur. Ab initio nascentis Ecclesiæ usum eius fuisse, patet ex Canonibus Apostolorum, in quorum plerisque fit mentio censuræ. Ratio est, quia omnis Resp. bene instituta indiget potestate jurisdictionis, tam directiva quàm correctiva, ad politicum suum corpus dirigendum, ut etiam ea data esse sit fatendum, sine quibus jurisdictio inutilis aut nulla foret, *l. 2. D. de turisd. & c. Ex literis sup. de Off. deleg.* Suarez *de Censuris d. 1 sect. 2.* Ut autem jurisdictio ista præcipuè versatur circa spiritualia, ita & correctio est spiritualis, & censuræ ipsæ infligunt privationem alicujus boni spiritualis.

Esse eiusmodi jurisdictionem in S. Pont. 3
immediatè D. Petro, eiusque successoribus à Christo Domino concessam (neque enim his erat deneganda potestas bene regendi) nemo ambigit, qui Christi verba sanè capit, & ex calice quinti Evangelii non hausit errores. Competit & Episcopis, atque his, qui supra eos sunt, etiam legato à latere *c. Legatos sup. de Legatis in 6.* & Vicario Episcopi, cui idem est cum Episcopo tribunal, *Gl. in c. Licet de Off. Vicar. in 6. c. 2. sup. de consuet.* Vicario item electo à capitulo, Sede vacante, & multò magis ipsi Capitulo, quod succedit in Episcopalem jurisdictionem jure proprio, *c. Cum olim sup. de Majorit. & Obed. c. 1. eod. in 6.* Pertinet & potestas ferendi censuras ad quosdam Abbates, Archidiaconos, Archipresbyteros, & alios, quibuscum est communicata jurisdictio Episcopalis, *c. Veniens ubi Gl. sup. de eo qui ord furtive fusc.* & ad congregationes Ecclesiasticas, uti Concilia Generalia, Provincialia, & ad eos, qui speciali privilegio talem potestatem impetrarunt, quatenus tamen subditos habent, in quos eam exerceant, quia frustra jurisdictionem quis sibi adrogat, cui deest subjectum, circa quod eam exerceat, nisi futurum superetur, *arg. l. pen. D. de servit. & l. Si servitus 23. de Servit. urb. prad.* Vid. Suar. *disp. 2. sect. 2. n. 9.*

Consuetudine etiam hanc potestatem ad- 4
quiri patet ex *c. sup. de Off. Ordin.* ubi Pastori Ecclesiæ parœcialis dicitur competere excommunicandi potestas; uti & præscriptione. *c. Cum Olim c. Auditis sup de Præscript.* cum spectet ad jurisdictionem, quæ præscriptione adquiri potest, ut multis tradit Covarr. *ad cap. Possessor p. 2. §. 3.*

Delegari hanc potestatem alteri posse vo- 5
lunt, modo delegantis adsit delegandi potestas, qua de re actum *sup. de Deleg.* Covarr. *3. Var. c. 20.* & ei delegetur, qui est habilis: qualis non est non baptizans, cum sit munus Ecclesiasticum, ad quod requiritur baptismus, janua ad reliqua officia Ecclesiastica. Sit rationis compos; nam qui rationis usum non habet, non potest ferre judicium, nec consequenter punire, aut exercere aliquem actum jurisdictionis, cum pendeat à judicio. Poterit tamen potestas in eo, qui ratione privatus, permanere, ut est manifestum in dormiente, ebrio. Suarez *disp. 2. sect. 3. n. 4.* Laicos ex se incapabiles esse jurisdictionis Ecclesiasticæ patet ex variis locis Canonicis, *c. Ecclesia sup. de Constit. c. 2. sup. de Iudic.*

Quæritur autem, An saltem delegari laico 6
possit ista jurisdictio? R. Ad eam non esse necessarium Ordinem sacerdotalem Abbas in *c. Transmissa n. 2. sup. de Elect.* imò ne quidem ullum Ordinem sacrum aut sacramentalem requiri, & primam tonsuram sufficere, ut alicui hæc potestas committi possit: secundum ordinariam tamen Ecclesiæ legem munera eius non communicari nisi cum Clericus, qualis etiam est prima tonsura initiatus, *c. Cum eo tingat sup. de ætate & qualit ordin.* nisi per conjugium se inhabilem fecerit, ut dictum sup. *De Cler. conjug.* aut per aliud quid, ut laicis non sit deleganda. Dico, secundum ordinariam Ecclesiæ legem; quia cum hoc Ecclesiæ statutum sit de jure positivo, videtur Pont. secundum absolutam suam potestatem dispensare posse, & laico committere, cum ille sit supra jus humanum, quod immutat, ut dictum sup. *de Constitut. Gl. in can. Prater V. Ducibus dist. 32.* Facit, quod non tam spectet ad ordines, quàm ad jurisdictionem. Plura Suarez *d. sect. 3. n. 8. 9. 10. 11. & 12.*

Potest & delegari collegio aut communi- 7
tati, cum constare possit ex viris baptizatis & ratione utentibus, atque in gradu clericali constitutis. Quod procedet, etiamsi constet partim Clericis, partim laicis; si tamen plures sint Clerici, quam laici, vel etiam æquales, quia

quia pars dignior trahit ad se minus dignam. Abbas in *c. Ex litteris n. 4. sup. de Constitut. & in c. Cum super sup. de Off. deleg.* Suarez *d. sect. 3. n. 13.* cum hæc potestas non sit in singulis, sed in ipsa communitate. Rarò tamen & non commodè communitatibus hæc potestas committitur, cum

Segnius expediant commissa negotia plures.

8 Q. An fæminæ possit committi? R. Videri nec jure communi esse capacem fæminam, nec ex comissione Pontificis Rom. posse fieri capacem ferendi censuras, *c. de Monial. h. tit.* ubi Abbatissa dicitur non absolvere suas Moniales à censura, quam contraxerunt, ut nec ligare possit. Posterius probatur *c. Nova 10. sup. de Pœnit.* ubi Pont. concludit, post alia, claves regni non esse datas fæminis, ac quidem B. Virgini. Quo facit, quod dictum sup. *de Tempor. ordinat. n. 17.* fæminas esse incapaces Ordinum, secundum congruentiam, cum sexus fæmineus non sit per se ordinatus ad spiritualia, ut nec docere, nec dominari viris sit permissum fæminis. 1. *ad Timoth. 2.* Quod respondet juri civili, quo fæmina removetur ab omnibus officiis publicis, *l. 2. D. de R. I.* Ut dicẽdæ sint incapaces omnino hujus potestatis, quæ Ordines prærequirit, vel saltem dispositionem ad illos. Nec facit *c. Dilecta 12. sup. de majorit. & obed.* quod habet, Abbatissam quamdam solitam suspendere ab officio & beneficio suas Canonicas, & Clericos suæ jurisdictioni subjectos; nam non agit de suspensione, quæ sit censura propriè, sed de quadam prohibitione sive privatione fructuũ, quæ largo modo dicitur suspensio: unde & Pont. ibi non dicit, censuram esse servandam, sed præceptum & mandatum talium Abbatissarum. Suarez *d. loco n. 5. D. 6.* Avila *de Censuris p. 1. dub. 6.* Covar. in *c. Alma mater p. 1. §. XI. n. 2.* Quod ordinariam jurisdictionem habere dicatur fæmina, *c. Dilecti 4. sup. de Arbitr.* & caput ac patrona Clericorum esse, *c. Dilecta 14. sup. de excess. Præl.* non spectat ad censuram, quam ideo non potest dici ferre posse jure ordinario. Quod addo; nam Pont. de absoluta potestate videtur eam facultatem posse concedere fæminæ, cum non sit contra jus divinum, sed contra communem Ecclesiæ legem & usum; & non pertineat ad claves, sed tantum ad jurisdictionem, cujus non est incapax fæmina. Navar. *Cons. 1. h. t.* Suarez *d. sect. 3. num. 7.*

Ferenda non est censura nisi ob culpam, quæ pœna præsupponit; propriam, non alienam, sed tem qua tum ad excommunicationem, quæ instituta est ad correctionem peccantis tantũ, & suspensionem, ut est propriæ censuræ species; ex regula, quod culpâ carens non sit in damnum vocandus & peccata debeant suos tenere auctores. Aliter se res habet interdicto, quod etiam tenet eos, qui non deliquerunt, *c. Si sententia eod. in 6.* tamquam membra, quæ ratione corporis adfliguntur, vel propter majorem eius, qui deliquit, terrorem.

Ubi quæri posset, An censura ex nulla aut injusta caussa lata teneat? R. Expressam in sententia caussam falsam, vel irrationabilem aut insufficientem, ponere censuram nullam tam in interiori foro, quam in exteriori. Ratio est, quod injustitia ejus publicè & juridicè sit notoria. Potestas enim Ecclesiæ data est in ædificationem, non in destructionem, quam intendit Prælatus, ex nulla caussa aut insufficienti censuram ferens, *c. Venerabilibus 7. §. pen. eod. in 6.* Quod si in sententia nulla exprimatur caussa, sed censura unde in aliquem sit prolata, non posset dici nulla, cum non contineat errorem intolerabilem, uti textus requirunt ad nullitatem, *d. §. pen. & c. Solet eod. in 6. c. Per tuas h. t.* Non potest autem dici eum continere, in qua caussa non adscripta. Ut ex vi formæ sententia talis non videatur nulla in foro exteriori, quamvis in interiori, si caussa nulla subsit, sit nulla; qualis declaranda venit à superiore, probato defectu caussæ, de quo si satis constet reo, is in conscientia non tenebitur parere. Imò, caussâ non expressâ, posset dici censurâ non tenere, quod sit contra jus lata non requiritur caussæ expressio, *c. 1. eod. in 6.* Quo faciunt textus, qui dicunt sententiam iniquam non gravare, *can. Cuiect. can. Secundum, can. Cœpisti XI. q. 3.* Quod si sententia fuerit justa secundum allegata & probata, erit obediendum superiori. Quo respicit dictum Gregorii in *can. 1. XI. q. 3.* sententiam pastoris, sive justam sive injustam, esse timendam: & Urbani *can. Quibus ead. q.* timendam esse sententiam Episcopi, licet injustè liget, quatenus scilicet veritatem sententiæ retinet.

Quod

Quod & dicendum de sententia ita injusta, ut in re sit nulla, si de nullitate certo non constet. Imò si omnino nulla sit, potest etiam videri timenda, secundum dicta loca; ut reus eam non contemnat in foro exteriori cum aliorum scãdalo, qui defectum ignorant, aut in despectum superioris. Vid. Navarr. *in Summa c. 27. n. 3.* Covarr *ad c. Almaq. 1. § 7. n. 7.* Avila *d. p. 1. dub. 9. & c. 6. dub. 1.* Suarez *disp. 4. sect. 7. n. 31.*

Quid in defectu jurisdictionis? R. Eam omnino ponere excommunicationem nullam & sine effectu ullo: ad quem omnino requiritur jurisdictio, uti ad omnem actum alium judicis. Unde appellatio ante sententiam interposita facit excommunicationis sententiam esse invalidam, *c. Pastoralis §. verum sup. de appellat.* Idem dicendum de lata ab excommunicato, suspenso, interdicto; nam in tali non est efficax jurisdictio, impedita quippe per censuram. Quod non tantum procedet in ipso excommunicato, verum & in delegato ab eo. Sic excommunicato Episcopo impeditur usus jurisdictionis in eius Vicario, *c. 1. de off. Vicarii in 6.* Suarez *disp. 2 sect. 4. n. 4.* 11

Quid si impedimentum sit occultum? R. Peccare quidem ferentem censuram in tali statu, quo uratur actu jurisdictionis, à qua impeditus per Ecclesiam; valere tamen eius sententiam, & parendum esse ei, licet noverit impedimentum. Neque enim Ecclesia tunc impedit omnino usum jurisdictionis, cum bono eius regimini id conveniat & expediat. Quod & dicendum de eo, qui titulo falso jurisdictionem adquisivit, aut inhabilis cum sit, publica existimatione habilis habetur, & auctoritate superioris in munus est inductus, supplet enim Ecclesia defectum in bonum publicum, *arg. l. Barbarius D. de off. Prætoris, c. Ad probandum 24. ubi Glos. sup. De sent. & re judic.* Suarez *d. sect. 4. n. 2. & 3.* Idem dicendum de excommunicato quidem notorie, sed tolerato, secundum ea, quæ dicta sunt sup. *De elect. n. 10.* Erit & nulla sententia lata contra tenorem privilegiorum, quia eatenus non est subjectus reus, *c. Quanto sup de privileg.* Navar. *c. 27. num. 4.* Facit & substantialis judicii defectus non tenere sententiam, *l. 4. §. condemnatum D. de re jud.* 12

Q. IV. An ad justitiam censuræ sufficiat culpa interna? R. Et si hoc aliquibus videri possit, ex eo, quod potestas Ecclesiæ sit spiritualis, quæ ad interna etiam peccata pertinet, & circa interna versatur, ut videre est in *c. Dolentes de celeb. Missar.* ubi præcipitur recitantibus divinum officium, attente & devote id agant, & in *Clem. Multorum De hæret. in 6. Clem. Ne in agro §. quia vero de statu Monach.* Contra tamen dicendum, non posse censuris puniri per Ecclesiam occulta peccata per se, id est interna cum Ecclesia de iis non judicet, nec judicium humanum possit esse de actibus interioribus. Nihil facit, quod potestas Ecclesiæ sit spiritualis; nam debet exerceri humano modo, ut se tantum extendat ad ea, quæ homines cognoscere possunt, directè saltem; nam indirectè, in ordine scilicet ad exteriores actus, quibus interni ramquam causæ aut conditiones conjunguntur, (quo modo possunt accipi textus allati) potest & Ecclesia peccatum occultum per accidens punire per legem generalem, non tamen per modum sententiæ, & nominatim quod manet occultum. Sic hæresin suam manifestans exterius, nullo audiente, est excommunicatus, quia satis est, exterius esse proditâ hæresim, ut dictum sup. *De hæret. n. 1.* Vid. Suarez *disp. 4. sect. 2. num. 1. & seqq. & num. 22.* Avila *p. 1. dub. 10.* 13

Q. V. An actus exterior metu caussatus censuram incurri faciat? R. Justum metum excusantem à culpa, etiam excusare à censura, quæ culpam præsupponit, cum præcepta Ecclesiæ ordinarie non obligent cum majori rigore. Unde cum excommunicato communicans justo metu est extra censuram, uti dictum sup. *De his quæ vi n. 17.* Et hoc regulariter; nam si talis metus directe in usus fuerit in contemptum religionis aut Ecclesiasticæ potestatis, nullus metus excusabit, uti non à culpa, ita nec à censura, quia tunc non tam agitur de sola legis observatione, quam de vitando gravi damno religionis, cujus bonum tenetur quisque præferre propriæ vitæ. Ratio horum est, quod voluntas & intentio distinguant maleficia, *c. Cum voluntate 54. h. t.* Ea de caussa Navarr. *c. 11. n. 25.* rejecta Cajetani sententia, Christianos, qui propter metum se fingunt Saracenos, extra censuram ponit: & alii tradunt, excusari Christianos à censura 14

lata contra adjuvantes Turcas dimicantes contra Christianos, quia metu mortis remigant, qui facit cessare contumaciam, quæ caussat censuram. Hinc inferri potest, ficto animo actum sub censura prohibitum exterius perficientem non esse ligatum censura, quod voluntate deficiente non possit dici delictum perfectum, pro quo imposita censura, secundum *d. c. 54.* Exemplum est in ficte proferente verba hæresim continentia, qui in mente est orthodoxæ fidei, cum perfectè ac simpliciter talis non agat contra legem hæreticum censura notantem; & lex juxta proprietatem verborum sit accipienda, non extendenda in materia odiosa. Navarr. *c. 11. n. 25. & c. 27. nu. 50.* Suarez *d. sect. 3. n. 15.*

Q. VI. An ad censuræ justitiam requiratur prævia monitio? R. In ea, quæ per legem fertur, nec necessariam esse admonitionem, nec fere locum habere, cum lex ipsa satis admonet, cujus nemo debet esse ignarus ut veniens contra legem, prohibentem actum aliquem sub censura, satis sit contumax habendus, nec aliâ admonitione egeat. Et hoc ita, quatenus jus est absolutum & censuram hoc ipso ferit; nam interdum nō alias infert, quam monitione prævia, *Si moniti non respiscant*, ut in *Clem. fin. §. fin. De statu Monach. & Clem. 1. De decimis* Idem dicendum de censuris latis per sententias generales hominis pro peccatis futuris, veluti *Quicunque furtum commiserit*; in præceptum non furandi sub censura satis admonet subditos, ut patet ex *c. A nobis 21. h. t.* Cui non refragatur textus in *c. Romana 5. eod. in 6.* qui non vult in specie vel in genere promulgari censuras sine prævia monitione, quia non loquitur de generali excommunicatione pro culpis futuris, qualis ponit præceptum, & sic admonitionem ex se sufficientem: sed de præteritis & præsentibus culpis; qualis non ponit ex se admonitionem, cum nec lex, nec sententia delictum præcesserit, quod ante commissum, ut nec possit poni contumacia in reo. Ita fere Suarez *de Censur. Disp. 3. sect. 8. n. 3 4. & 5.*

Itaque ab homine lata censura propter jam commissas seu præteritas culpas necessario requirit monitionem prævium, ut habet textus in *d. c. Romana & c. Sacro 48. h. t.* Ratio est, quia quando delictum est commissum, nulla ponitur contumacia, ut poni dictum quod futura, per legem prohibita, aut etiam per sententiam hominis, non tantum generalem de qua jam actum, verum & specialem per præceptum certæ tantum personæ impositum, ut hoc vel illud faciat aut vitet; aut in casum, quo hoc vel illud faciat, aut non vitet; quis modus nihil habet in se contra rationem, nec contra jus positivum. De quo dubium per text. in *d. c. Romana §. caveant*, ubi viderur forma prohibita per Pont. Verum bene rejectis verbis *d. §.* apparebit, iis non omnino tam absolutam prohibitionem, quam admonitionem, ne judices facile tali formā uterentur, sed cum magna cautione & circumspectione. Suarez *d. Disp. 3. sect. 4. n. 7.*

Ubi aliqui exceptionem ponunt in eo, quod ante prædixit aut publicavit se non parum, quasi is monendus non sit de contumacia jam posita; argumento eorum, quæ traduntur de correctione fraterna, cui monitio præmittenda, nisi quando desit spes fructus, quo casu, quia odiosa foret, omitti potest, secundum Navarr, *c. 24. n. 12.* Verum ejusmodi ponere quidem videntur contumaciam in affectu non etiam in effectu, uti requiritur ad ferendam censuram, quam demum præcedat monitio prævia, cui non paritum. Vid. Suarez *d. Disp. 3. sect. 10. n. 8. & 9.*

Monitio hæc sit trina, ut videtur requirere per Canones, qui requirunt Canonicam, *ut tuimus 3. eod. in 6.* qua iis est trina, ut explicat text. in *c. Constitutionem 9. in fine eod. in 6.* Ubi tamen una sufficiet pro trina, quando aliquorum dierum competentia interim concedantur, quorum determinatio in arbitrio est judicis, pro facti qualitate. Cui conceditur licentia ea restringendi, si causæ necessitas postulet; negotii enim qualitas & periculum imminens facit etiam ad unum diem, imò brevius tempus, coarctari posse, *Gl. fin. in d. c. 9.* Suarez *d. disp. 3. sect. 9.*

Facienda admonitio à Superiori, cum foro citationis; nemo autem recte citetur nisi suo judice. Abbas in *c. 1. num. 33. sup. de non.* uti nemo potest dici contumax nisi non parens illi, cui obedientiam debet ratione subjectionis. Requiritur etiam monitio illa fac-

cum

coram testibus, ut de ea constare possit, *d. c. Sacro* 48. *h. t.* idque & in casu, quo scripto sit, ut & de scripto possit constare. Suarez *d. disp* 3. *sect.* 11 *n.* 2. Facienda autem in persona ipsius monendi, cum tendat ad correctionem, quam non audiens contumax habetur: quamvis sufficere videatur, si admonitio domi facta ad aures ejus perveniat, uti constat ex *Clem.* 3 *in fine de elect.* ubi sufficit ad appellantem notitia plena & certa devenerit. Et hoc non tantum in causa appellationis, sed generaliter in omni causa ibi statuitur. Ratio est, quia tantum requiritur, sciat intentionem superioris, quam hoc modo intellexit. Et hoc ita in persona singulari & determinata; nam si censura sit generalis contra eos, qui delinquunt, quia delinquentes ignorantur, sufficiet admonitio facta in loco publico, per quam ad delinquentes, qui ignorantur, ut personaliter moneri nequeant, notitia pervenire possit. Qualis etiam obtinebit contra certam personam, quæ dolo aut vi impedit, ne talis monitio fiat, aut quæ certum domicilium non habet. Vid Covarr. in *c. Alma p.* 1. §. 9. *n.* 4. Suarez *d. sect.* 11. *n.* 5. *& seqq.*

18 Q. An monitione omissa, censura sit valida? R. Videri, non esse irritam, sed teneri, per *d. c.* 48. *h. t.* ubi, monitione omissa, sententia excommunicationis dicitur justa, licet puniatur judex: & in *d. c. Romana* dicitur quidem sententia talis injusta, non etiam nulla, ut *Gl. ibi V. injustas* notat: item in *c. Reprehensibilis* 26. *sup. de appellat.* prohibet quidem Pont. excommunicationem ferri, non prævia monitione, non tamen dicit esse nullam, cum multa prohibeantur fieri, quæ facta tenent. Abbas in *d. c.* 26. *nn.* 13 *& d. c.* 48. *n* 9 Quod non tantum verum est in ordinario, verum & in delegato, quamvis in eo contra quidam statuerit, sine fundamento, ut tradit Navarr. in *c. Cum contingat. Caus.* 5. *sup. De rescr.* Covarr. *d.* §. 9. *n.* 7 *&* 8. In contrarium facit textus in *c. Statuimus* 3. *& c. Satutum* 13. *eod. in* 6. ubi nisi præcedat Canonica monitio, quæ est trina, dicitur non tenere sententia. Verum textus illi loquuntur in singulari casu, quo scilicet excommunicatur participans cum excommunicatis; qualem hoc ipso notatum minori non volunt innodari majori, nisi trinâ monitione prævia. Cæterum præcedens opinio communis non videtur accipienda de absoluta omissione monitionis, sed Canonicæ tantum, id est trinæ, quia de ejus omissione loquitur & *d. c.* 26. & *d. c.* 48. Ut videatur necessarium, saltem aliqua adsit monitio, cum, uti dictum, sit loco citationis, quæ necessario omnino est. Plura vide apud Suarez. *d. disp.* 3. *sect.* 12.

Quæstio etiam est, An censura per metum 19
illata à judice coacto liget? R. Hoc aliquos velle, ut *Glos. in c. un. V. Vacuamus De his quæ vi in* 6. cujus fundamentum ponitur in eo, quod voluntas coacta sit voluntas, & metus non ponat simpliciter involuntarium, sed potius voluntarium: ut jure naturæ metus non possit dici irritare actum, uti patet ex *d. c. unico* ubi Pont. dicit se evacuare actum, de quo ibi per metum gestum. Ut debeat præsupponi voluisse, nec irritus esse, etiam in foro exteriori, nisi in casibus, quibus ipsa lex eum irritet, veluti in *d. cap. un.* Cujus decisio in causa absolutionis non recte ab aliquibus trahitur ad pronuntiationem censuræ per metum; eo argumento, quod potestas ligandi sit conjuncta cum potestate absolvendi, *can verbum* 51. *de Pœnit. dist.* 1. ubi dicitur, eum, qui non habet jus absolvendi, nec habere jus ligandi: ut inde colligatur, hos actus esse æquales, & in uno statutum debere ad alterum extendi; præcipue quod jura, si in favorabilibus restringantur, ut in absolutione, multò magis restringi debeant in ipsa censura inferenda, quæ odiosa, ut non procedat ratione violentiæ. Verum hoc argumentum in jure positivo parum urgens, quando subest diversa ratio. Nam quod absolutio sit irrita declarata per Pont. facit favor Ecclesiasti, æ potestatis, & fuit necessarium, ut Pastores Ecclesiæ sint immunes à vexationibus ejusmodi, quæ sæpe inferuntur ab iis, qui absolvendi, aut eorum nomine, ut meritò talis metus debeat irritare absolutionem. Censura verò ut sit irrita, concernit eum tantum, in quem fertur non etiam Ecclesiasticam potestatem: cujus nihil interest talem censuram esse irritam, modo adsit voluntas & intentio ferentis, qui ex animo illam inferri; nam, animo cessante, irrita foret censura.

Deinde, ut recte ait Abbas in *c. n. 17. sup. de his quæ vi*, cum specialiter circa absolutionem id sit statutum, non est trahendum ad censuram inferendam. Ubi dat rationem diversitatis, quod sæculares Principes soleant esse faciles ad cogendos Prælatos ad absolvendum, non ita ad ferendam censuram, ut necesse fuerit ei rei occurrere. Ita ferè Suarez *Disp. 2. sect. 5.*

20 Ad censuræ justitiam præterea facit, ab eo sit lata, cui est jurisdictio, saltem putativa, uti dictum sup. *num. 12.* Servetur ordo juris, quod requirit, in scriptis fiat, juxta *c 1. eod. in 6.* caussa subjuncta, qua de re sup. *nu. 3.* Quod in aliis sententiis non est necessarium, ut patet ex *c. Sicut sup. de re judic.* Exemplum eius tradatur reo, id tamen requirenti, idque intra mensem; alias suspensus sit judex per mensem ab Ecclesiæ ingressu & divinis officiis. Præterea puniendus judex, ex arbitrio superioris, animadversione condigna, licet sententia non sit nulla, his omissis, ut patet ex *d. c. 1.* in quo dicitur relaxanda à superiore.

Absolutè feratur sententia, an sub conditione ad caussam pertinente, nihil interest: veluti si, peccato commisso, feratur censura in ordine ad satisfactionem, aut emendationem illius, uti fieri consuetum, quia ejusmodi pœna est medicinalis. Uti & recte conditio istiusmodi pro peccato futuro adjicitur, quamvis, ut ante dictum, pro futuris culpis conditionata hujusmodi sententia cautè sit utendum. Dixi, ad caussam pertinente; nam si ad caussam non pertineat, veluti, *Excommunico te, si navis ex Asia venerit*, imprudenter talis additur, & nullam facit censuram, eo quod actus jurisdictionis spiritualis nõ debeat esse pendens à casuali conditione, ad actum talem impertinente. Est enim hoc valde absurdum, & intolerabilis abusus spiritualis potestatis, cum ejusmodi conditionis eventus non ponat vel augeat culpam. Et hoc quoad futuram; nam quoad præsentem vel præteritam conditionem, talis adjecta non videtur impedire effectum censuræ, si evenit, quia conditio talis non impedit, quo minus absoluta sit censura. Si verò non evenit, censura nulla est, siquidem actus conditionalis, deficiente conditione, est nullus, §. *conditiones Inst. De V. O.* Posset tamen conditio in futurum, licet non augens aut minuens culpam, esse rationabilis caussa limitandi censuram, veluti, *Excommunico Clericum, nisi sit in dignitate constitutus*, qualis limitatio expedit æstimationi dignitatis Ecclesiasticæ. Ita Suarez *Disp. 3. sect. 7. quem & vide de tota hac materia d. Disp. sect. 4. n. 1. & deinceps.*

Censuræ effectus est privare aliquibus bonis spiritualibus, etiam aliquarum actionum corporalium seu externarum: ita inhabilem reddere ad obtinenda beneficia, de quibus agitur inferius in singularum censurarum explicatione.

Quæsitum est, An istos effectus operetur ex falsa caussa, juridice tamen probata? R. Receptissimam opinionem esse, judicem non posse secundum ea, quæ scit privatim licet certissima, sed secundum ea, quæ allegantur in judicio & probantur, sententiam ferre, quod hæc via sit tutior ratio finiendarum litium, quam si contentu scientiæ privatæ licere permiseris probationis non haberi rationem, qua de re actum sup. *de off. jud. in fine & ad tit. D. de judic. n. 47. & seqq.* Receptissimam etiam esse traditionem ejusmodi sententiam valere, ut justitiam nec habentem defectum substantialem, ut dictum sup. *eod. n. 3.* Disputari autem, An quoad omnes effectus obliget? Ubi dicendum, in foro quidem interiori non obligari reum, quod coram Deo sit innocens; quo modo in omnibus bonis spiritualibus non est privatus: eximendo verò abstinere debet, à Missæ auditione, communicatione cum aliis & similibus, idque ex vi & efficacia præcepti tali sententia contenta, & scandali, quod ex inobedientia contra Ecclesiam oritur, cujus auctoritati multum derogatur, censura tali publice contempta. Et hoc ita quoad actus publicos, & eos, qui sententiæ ignorant injustitiam; nam quantum ad actus occultos, veluti Missæ auditionem, aliorumque actuum usum in occulto, illi sine peccato exercentur, cum cesset scandalum. Vid. Abbas in *Inter cæteras 9. n. 9. sup. De sent. & re judic.* Suarez *d. c. 27. n. 3.* Covarr. *ad d. c. Alma 3. n. 7. n. 5. & §. 11. n. 14. §. Ego sanè, & latè* Suar. *Disp. 4. sect. 7. n. 9 & seqq.*

Quæritur autem, An publice censuram talem violans incurrat pœnas propositas violantibus censuras? R. Ita velle Covarr. *d. de*

n. 7. Concl. 4. Ubi aliqui ponunt vim in contumacia, per quam volunt robur addi tali sententiæ. Dicendum tamen absolutè eum non incurrere pœnas, propterea quod verè & absolutè nõ sit adfectus censuræ; quæ ut in foro exterioti & existimatione hominum operetur, minimè tamen in exterioti. Sic tali sententia excommunicatus si celebret, non potèst dici verè irregularis, licet in foro exteriori talis habeatur. Nec facit contumacia quidquam, cum ejus nomine non possit augeri censura, & novum effectum habere Vid. Suarez *d. sect. 7. n. 19. & seqq.*

27 Censura alia fertur à jure, quæ dicitur Canonis, sive latæ sententiæ, cum Canon hoc ipso, quo delictum commissum, pœnam imponat, sine ulla alia declaratione. Alia fertur ab homine, quæ dicitur sententiæ ferendæ, quando per judicem est inferenda. Quando autem dicenda sit censura latæ sententiæ, quando ferendæ, colligi debet ex verbis. Ubi extra dubium est, verbis, *ipso facto*, latam sententiam designari, etiamsi alia verba sint futuri temporis, ut *c. Si religiosus de elect. in 6.* Idem dicendum de formula, *eo ipso, in c. Cupientes §. caterum eod. tit.* quæ perinde valet atque hæc, *ipso facto.* Hi enim modi loquendi formaliter satis exprimunt mentem legislatoris; qui si omissi fuerint, tunc est attendenda vis & significatio verborum, prout sunt in frequenti usu. Et si virtute contineant aliquem ex prædictis modis, præ se ferant autem prolationem sententiæ actu inferentis pœnam, censebuntur esse sententiæ latæ: qualia sunt verba ad præsens vel præteritum tempus relata, veluti, *Sententia excommunicationis innodantes, Sententiam excommunicationis incurrat, Sententia excommunicationis noverit se subjacere, Sit anathematis mucrone percussus*: cujusmodi verborum formis utuntur Pontifices in *c. unico De schism. in 6. c. un. De injur. in 6 c. 2. De hæret. in 6. Clem. 1. de pœnis.* Si vero futurum tempus respiciant, censuram sententiæ ferendæ continebunt, cujus ordinis sunt verba *Excommunicetur, Suspendatur, Excommunicari, suspendi volumus,* & similia. *Gl. in c. un. sup. De sagittar. & in l. Si quis in tantam C. Unde vi,* Suarez *Disp. 3. sect. 3. n. 1. & 2.*

24 Dubitatur de his verbis, *Excommunicationem noveris te incursurum?* R. Probabile esse, ea spectare ad sententiam ferendam, cum in rigore tantum sint de futuro; & ita tenet Felin. *in c. Rodulphus n. 28. sup. De reser.* Posset tamen dubitari, cum tale dictum non tam videatur requirere sententiam vel censuram ferendam, sed contrahendam ex vi talis legis, atque ideo ipso facto. Nam licet verbum *incursurum*, sit futuri temporis, respicit tamen solum tempus, quo fertur: ut probabilius videatur illis verbis sufficienter declarari censuram ipso facto illatam, sine ope a judicis. Sicus est, verbis in futurum relatis, quæ actum judicis, ejusque ministerium respiciunt, qualia omninò importare censuram ferendæ sententiæ certum est.

25 Particulæ, *omnino, mox, statim,* & similes, non videntur sententiam latam continere, sed judicandæ secundum verborum, quibus subjunguntur, significationem. Quo modo Canon habens, *Statim excommunicetur*, est tantum sententiæ ferendæ, habens autem, *statim, ex nunc excommunicatus sit*, est sententiæ latæ, ut in *c. Quam sit De Elect. in 6.* Suarez *d. sect. 3. num. 5.*

Quæritur & de hac forma, *Sub pœna talis censuræ, Sub excommunicationis interpositione?* R. Peream non tam fieri censuram quam comminari, cum nihil hic sit, quod sententiam latam indicet; & verba sint indifferentia, ideoque interpretanda mitius, scilicet de ferenda potius sententia, quam de lata: nisi aliud addatur, ex quo possit colligi, censuram esse latæ sententiæ, v. g. *Sub interminatione anathematis, cui mox subjaceat,* Navar. *d. c. 27. num* 12. Suarez *d sect. 3. n. 6. & 7.*

Quid sentiendum de verbo, *Anathema sit?* 26
R. Rejecta opinione aliquorum, qui censent eo potius comminari anathema, quam ferri, 18. *Glos. c. 2. in fine sup. De foro compet. V. sequestratus sit,* & Baldi in *c. At si Clerici num. 20. sup. De judic.* cum verbum, *Excommunicatus sit,* latam importet sententiam, quidni & verbum *Anathema sit*, quod habet exaggerationem aliquam, ut passim videmus in Conc. Trid. in quo est frequens ista forma excommunicandi adversus eos qui de Sacramentis, aliisque fidei articulis, aut iis, quæ ab Ecclesia sunt definita, minus pie sentiunt, quos hoc ipso abscindi ab Ecclesia notum est ex *can. Hac autem Dist.* 30. Nisi tamen materia aliud postulet,

aut alia jura sint, quæ in ista materia desiderent sententiam ferri, ut dictum sup. *De sortileg. circa fin.* Abbas. *ad d. c. 2. in fine sup. De foro compet.* Felin. in *d. c. Rodolphus n. 31. sup. De rescript.* Sanchez *de Matrim. lib. 7. Disp. 12. n. 2. & in Decal. lib. 2. c. 38. n. 90.*

27 Quin autem verba ista, *ipso jure, ipso facto*, posito crimine, statim effectum inducant hac in materia dubium non est, cum & materia legis & pœna id patiatur, & communis Ecclesiæ usus habeat, cum alias in aliis pœnis corporalibus, aut publicationibus bonorum exspectanda sit sententia declaratoria saltem criminis, uti dictum sup. *De pœnis nu. 20.* Vid. Suarez *d. sect. 3. n. 8.*

De Censuris in specie.

HÆc de Censuris in genere. Ad singulas species veniamus.

28 Ubi in primis disputatur, Quot sint numero? R. Alios ponere quinque, scilicet Excommunicationem, Suspensionem, Interdictum, Cessationem, & irregularitatem; ex ratione quod Censura sit pœna Ecclesiastica, per quam puniuntur homines in bonis spiritualibus, quales sunt hæ omnes: alios addere Depositionem & Degradationem. Verius tamen; priores tres species tantum pertinere ad censuram, ex communi DD. opinione, quæ probatur *c. Quærenti inf. De V. S.* ubi consultus Innoc. Pont. respondebit, tantum tres illas venire nomine Censuræ, quarum etiam dumtaxat sit mentio passim in juris textibus, ut *c. 1. & c. Statutum h. t. in 6. c. 1. De his quæ vi in 6.* Navar. in *Summa c. 27. in princ. & n. 152. 194. & 254.* Irregularitatem non esse censuram ex eo ostenditur, quod contrahatur ex censuratarum violatione, ut sit aliud à censuris. Deinde censura est pœna medicinalis, non ergo perpetua, quia cessat, cessante contumacia. Irregularitas autem non est pœna medicinalis, cum sit perpetua; & non semper pœna, cum etiam citra delictum contrahatur, ut visum superius. Et ut aliquando pœna sit, principalis tamen ejus ratio magis consistit in indecentia & inhabilitate contracta; ratio autem pœnæ secundaria est. Cessationem à divinis aliqui sub interdicto comprehendunt, à quo tamen diversam esse patet, cum sit tantum quædam desistentia à divinis officiis, & administratione Sacramentorum, cujus violatio non ponit irregularitatem, uti violatio interdicti secundum dicta sup. *de Clerico excom. ministr.* Unde patet censuræ non esse speciem, quæ also haberet & effectum censuræ. Depositio & degradatio rectè negantur esse species censuræ, quod non tam contineant pœnam medicinalem, quam inhabilitatem perp. tuam muneris & privilegiorum Ecclesiasticorum.

De Excommunicatione.

EXcommunicationis etymologia deducitur ex eo, quod extra communionem ponat; & est censura, qua quispiam separatur ab Ecclesiastica fidelium communione. Ubi nomen, *Communio*, non est accipiendum de potentia radicali, quasi excommunicatus non possit Sacramenta sumere, sed quod ei de hac licitè & honestè, & cum animæ salute. Differt ab aliis, quæ non privant per excommunicationem; nam suspensio privat tantum ministerio Ecclesiastico, interdictum rò divinis rebus vel officiis. In definitione qui requirunt, dicatur Christianes vel baptizatus, quod non nisi talis sit capax excommunicationis: sed hoc est supervacuum, quia excommunicatio designat privationem, & ponat eum, qui habet jus ad communionem fidelium, & consequenter baptizatum.

Duæ sunt ejus species, Major scilicet, Minor, *c. pen. h. t.* Illa à communione fidelium separat omninò & totaliter; & per eam liquis anathema, id est execrabilis, communione cum aliis non dignus, cujus formula usus est passim in Canonibus & Conciliis, quatenus ad personas refertur, quæ ab Ecclesia abscinduntur: nam relatum ad errores dicuntur anathematizari, non censura, doctrinam denotat execrabilem. Vid. Sanch. *Disp. 8. sect. 2. n. 4. & seqq.*

Minor ponit separationem à Sacramentorum perceptione, *d. c. pen.* Excluditur à peccatum mortale, quod privat quidem Sacramentorum usu, non tamen directè & se, sicut censura, sed ex consequenti, quatenus endo personam indignam tali actioni, privat omni Sacramento, cum non

Sacramento pœnitentiæ, posita saltem attritione. Dicitur Minor, non propter parvitatem objecti, cum separatio à Sacramentorum participatione res sit gravissima, sed per comparationem ad majorem, quia nimirum continet pœnam; & propter materiam, supra quam cadit, cum incurratur etiam propter peccatum veniale. Est autem major Excommunicatio simpliciter talis, minor secundum quid. Unde simpliciter prolata ab homine, vel à lege, accipitur de majori, ut in *d. c. pen.* rescripsit Gregor. IX. P. & habet communis opinio. Cujus ratio est quod vox ista, *Excommunicatio*, includat negationem seu privationem communicationis; negatio autem simpliciter addita totum destruat. Et deinde absoluta & indefinita oratio æquivalet universali ut includat omnem privationem. Tertiò, Major & minor comparatur, sicut totum & pars; ut vox ista simpliciter prolata totum potius quam partem significet. Hinc & Excommunicatio major simpliciter excommunicatio reputatur.

Sed dubitatur, An hæc rectè ita statuantur?
31 Dubitandi rationem ex eo sumi, quod aliquibus in locis *Excommunicationis* nomine absolutè positæ intelligatur minor, *can. Cum excommunicatie* 18. xi. *q.* 3. ubi accipitur nomen Excommunicationis de minori, ut patebit ex iis, quæ inferius dicentur, quia scilicet communicans cum excommunicato majori excommunicatione minorem incurrit. Eodem facit *c.* 1 *De except. in* 6. ubi in judicio parti excommunicationem opponens, speciē illius debet declarare: ut nomen istud simpliciter positum non accipiatur de majori, quia alias non esset exprimenda species. Facit & ratio, quod in pœnis benignior pars sit accipienda. Verum tenenda resolutio Pontificis in *d. c. pen.* quam & usus recepit, secundum rationes jam dictas. Nec obstant Canones antiqui, quia illi procedunt secundum antiquum usum, quo latior erat vocis significatio, & sunt accipiendi secundum materiam subjectam, Quo modo & accipienda regula tradita in *d. c. pen.* simpliciter prolatam vocem accipiendam esse de majori, si ex materia vel adjunctis non constet esse sermonem de minori, Quod habet *d. c.* 1, id ita specialiter constitutum, ad vitandas fraudes & dilationes in judiciis. Abbas in *d. c. pen.* Covar. *ad c. Alma p.* 2. §. 8. *n.* 5. Avila *de Censur. p.* 2. *Disp.* 2. Suarez *d. disp.* 8. *sect.* 3.

Est & alia Excommunicatio Generalis 32
quæ fertur in communi contra eos, qui commiserunt vel committunt tale delictum, non exprimendo eorum nomina; alia particularis, quæ fertur contra personas in particulari. Alia item Juris, sive à Jure lata; alia Hominis, sive lata ab homine id est sententiæ ferendæ; qua de re paulò superius actum.

Quis eam ferre possit intelligitur ex dictis 33
de Censuris in genere, Ferri nequit nisi in hominem vivum, sensum habentem, quia sensu carens delinquere non potest, cum delictum ex animo procedat, & quia non est capax emendationis: in baptizatum, quia cum sit pœna Ecclesiastica, non potest ferre in eum, qui non est subjectus Ecclesiasticæ jurisdictioni. Suarez *Disp* 5. *sect.* 1 *nu.* 23. In hominem mortuum ferri nequit, cum sit vice medicinæ, quæ non habet locum in mortuo. Et deinde in mortuo cessat jurisdictio Ecclesiæ, quia jam non Ecclesiæ; sed Deo suo stat vel cadit. Declarari tamen potest mortuus excommunicationis vinculo esse irretitus, ratione criminis ante commissi, cujus nomine excommunicationem vivus incurrerat. quo modo accipiendus *can. fin.* xxiv. *q.* 2. ubi multi hæretici post mortem dicuntur anathematizari, hoc fine, ut pro tali non offerant suffragia, quæ nihil profutura credit Ecclesia moraliter certa de damnatione Navar. *d. c.* 27. *num.* 13. Covar. in *c. Alma p.* 1. §. 11. *nu.* 1. Latè Suarez *d. disp.* 5. *sect.* 1. Avila *p.* 2. *c.* 4. *disp.* 1. *dub.* 8.

Laicus sit, an Clericus, non distinguitur, ut nec vir, an fœmina. Imò & Episcopus, & quivis alius Prælatus Pontific inferior excommunicari potest, uti passim constat ex Cann: generaliter loquentibus Ubi non rectè quis exceperit Reges & Principes, cum & hi sint inter oves D. Petro commissas, in quos Pontifici Rom. esse jurisdictionem spiritualem dictum probatumque sup. *De constitut, nu.* 19. Et ita habet usus Pontificem vero à nemine excommunicari posse extra dubium

est

est, cum ista jurisdictio requirat superiorem: est enim juris humani, supra quod est Pontifex, *can. Cuncta* IX. *q.* 3. Hinc & nemo seipsum excommunicat, cum excommunicatio sit actus jurisdictionis, per modum sententiæ coactivæ; nemo autem seipsum cogit. Deinde coactio est in subditum; nemo autem sibi subditus. Denique coactio præsupponit actionem & passionem, atque ita diversa subjecta, quæ in unum non quadrant Navarr. in *Summa c.* 27. *n.* 13. *& in c. Novit. Notab.* 3. *n.* 78 *&* 142. *sup. De judic.* Suarez *d. sect.* 1. *n.* 27. Hinc nec æqualem quis excommunicat, quia neque in eum est jurisdictio, multò minus superiorem, nisi fortè ex potestate delegata per superiorem. Sic ex concessione Pont. simplex Sacerdos excommunicat Episcopum, Cardinalem, Patriarcham, *c. A nobis* 24. *h. t.* quia delegatio facit eũ delegantis vicibus fungi. Nec rectè objicitur, quod concedere indulgentias sit actus jurisdictionis, quas tamen idem sibi concedit, nam ista concessio non fit per modum sententiæ coactivæ, sed potius per remissionẽ Suarez *de LL. lib.* 8. *c.* 9. *in fine* Avil *p.* 2. *c.* 3. *Dub.* 1. §. *Sed contra.*

Omnes itaque infra Pontificem comprehendit sententia à Pont. lata, ab aliis eos, qui
34 infra illos sunt: quatenus tamen delictum, ob quod censura fertur, in eorum contingit territorio. Nam si alibi, non rectè punietur excommunicatione, quasi commissum à non subdito, *c.* 2. *De constit. in* 6. Ut succedat decisio, *l. fin. D. de jurisd.* extra territorium jus dicenti impune non pareri. Imo delicti nomine reum sortiri forum loci, in quo deliquit, dictum sup. *De foro compet.* Ut & è contra, si extraneus delictum prohibitum sub excommunicatione in alieno committat territorio; eam incurret, ex ratione jam dicta. Sic & excommunicat rectè Episcopus subditum alibi existentem pro crimine, quod in suo territorio commisit, cum fuga eum excusare nequeat, quo minus subditus maneat quoad delictum jam commissum Vid. Avila *d. c.* 3. *Disp.* 2. *Dub.* 2.

35 Ut autem rectè feratur, etiam in subditum, oportet feratur in personam aliquam singularem, non item in universitatem aut collegium, ut habet textus in *c. Romana* §. *in universitatem eod. in* 6. sive feratur ut in corpus commune, sive confuse, ut in omnes homines universitatis aut collegii. Ratio, quia bona, quibus privat excommunicatio, sunt personalia, & ad singulos spectant, quos innotius contingeret hac sententia irretiri, *can. Nemo* XI. *q.* 3. Quod est contra excommunicationis rationem, quæ tantum punit noxios, & cum pœna sit, culpam præsupponit. Ut non obstet, quod universitas ut sic, id est collegium vel capitulum, graviter delinquere possit, quia non ideo singuli delinquunt Navarr. *d. c.* 27. *n.* 16. Covar. 2. *Var. c.* 8. *n.* 8. Suarez *Disp.* 18. *sect.* 2. *n.* 2.

In ferenda sententia per legem ea forma requiritur, quæ in lege constituenda. In ferenda ab homine ea verborum forma desideratur, qua sufficienter declaretur mens excommunicantis, veluti, *Excommunico te.* Verba, *Denuntio excommunicatum*, videntur potius supponere excommunicationem latam, eamque declarare, quam de novo ferre, *c. Pastoralis* 53. §. *verum sup. De appellat.* ut secundum propriam significationem non videantur sufficere ad excommunicationem ferendam. Si tamen ex adjunctis colligatur intentio proferentis, sufficient ad excommunicationem, quæ non requirit determinatam verborum formam, sed solum sufficientem exterioris significationem interioris voluntatis. Ita judicat Navar. *d. c.* 27. *n.* 12. de forma, *Habete pro excommunicato.* Verba hæc, *Nullus cum Petro communicet, Communio denegetur, à communione habeatur alienus, à communione alienus removeatur*, & similia, etsi aliquibus non videantur sufficere de rigore ad inducendam sententiam latam, considerata tamen, ut sunt in usu Ecclesiæ cum suis circumstantiis proferri solita, sufficient, ut in *c.* 1. *sup. de judic.* qua de re vid. plura apud Suarez *Disp. sect.* 4.

QAn requiratur, fiat in scripto? R. Non tantum excommunicationem esse ferendam in scripto, verum & suspensionem, & interdictum, uti expressum *c.* 1. *eod. in* 6. ubi Pont. expressè requirit, ut excommunicatio in scripto proferatur. Ut non sufficiat, si quis sine scripto pronuntiata sit, & postea in scripturam redigatur, aut etiam scripto quidem concepta, non tamen pronuntiata ex scripto

qua

quia posset judex errare, aliter proferendo, quam scripta est, Suar. *disp. 3. sect. 13. n. 2.*

38 Causæ expressio in aliis sententiis non est necessaria, ut colligitur ex *c. sicut 6 sup. de sent. & re iudic.* hac tamen in materia specialiter requisitum, ut expresse conscribatur causa sententiæ: eaque reo iatra mensem communicanda, requirenti tamen; tum ut sciat causam, quâ tollere & emendare debeat, qui est finis censuræ, tum ut Judex sit cautior in censura ferenda; tum etiam ut superiori Judici sit perspecta censuræ causa, ut de eius justitia possit judicare. Ita ferè Suarez *d. sect. 13. n. 5.* Non videntur autem disposita *d. c. 1.* ita necessariò requisita, ut omissa faciant sententiam nullam quod insinuat *d. c. 1.* scilicet iis omissis sine difficultate sententiam esse relaxandam, ut dicenda sit tenere. Solent & addi cæremoniæ in actu excommunicationis, ad errorem majorem, & indicandum miserum ita tum excommunicati, ut quod pulsetur campana, *Gl. in c. de re judic. in 6.* quod Sacerdotes adsistentes Episcopo sententiam proferenti ardentes lucernas in manibus teneant, easque in terram projiciant & conculcent, & similes.

Causa, quam requiri diximus, gravis sit oportet, ex eo, quod excommunicatio inferat gravem pœnam spiritualem, quæ æquiparatur morti corporali. Oportet autem, ut pœna sit proportionata, habet culpam gravem, id est, contumaciam talem, quæ peccatum mortale supponat, licet non formalem, cum concubinarii, percussores Clericorum, sæpe ex passione magis peccent, quàm per contumaciam, ut sufficiat materialis inobedientia, uti in plerisque vitiis. Non quodvis tamen peccatum mortale est tale, ut indigeat hâc censurâ, quæ est gravissima, & potius ad curandum quàm ad vindicandum ordinata. Sunt autem multa, quæ nec hac medicina indigeant, neque habeant proportionem cum tam acerba pœna, possintque facilioribus remediis curari, Suarez *disp. 18. sect. 3. num. 30. & seqq.*

Pro causa, quæ mortalem gravitatem non attingat, non tantum injusta videtur excommunicatio, sed etiam nulla, eo quod videatur esse contra justitiam commutativam, cum culpæ non sit proportionata pœna, & quia intolerabilem continet errorem, secundum ea, quæ dicta sunt sup. *eod. n. 10.* Et hoc ita accipiendum de majori, & de ea intelligenda jura, quæ dicunt non esse infligendam excommunicationem nisi pro gravi culpa, & mortali crimine, non etiam pro levibus aut minimis causis, scilicet venialibus peccatis, *can. Episcopi 8. can. Nemo 41. cum seq. XI. q. 3.* Minorem etiam pro culpa veniali inferri posse patet in communicante cum excommunicato, quem non nisi venialiter vult peccare. Navar. *d. c. 72. n. 82.* exceptis quibusdam casibus, de quibus Navar *d. loco n. 29* & dicetur inferius de effectu excommunicationis.

Judicis itaque est circumspectè & cautè 39
versari in ferenda hac sententia, ne temerè aliquem oneret; & bene examinandæ facti circumstantiæ, quæ crimen vel augent vel minuunt. Hinc pro furto levi non potest excommunicari fur, nec tenetur is generaliter lata excommunicatione, si læsio non sit mortalis. Si tamen sæpius capiendo rem parvam, notabilem constituat quantitatem, excommunicatione generaliter lata in fures tenebitur, si non restituat; quia notabilem quantitatem non restituendo peccat mortaliter, ut dictum supra *De furt. n. 4.*

Ipso jure excommunicatio variis in casibus 40
lata est, ut patet passim in juris textibus, *hic & eod. in 6.* aliisque locis. Varii continentur Bullæ Cœnæ, uti in hæreticos, schismaticos, de quibus supra suis locis, in appellantes à Pontifice ad Concilium, in piratas, accipientes naufragorum bona, occupantes terras Ecclesiæ Rom. de quibus & aliis latè Navar. *d. c. 27. n. 49. & seqq.* & Suarez *tota disp. 21.* A quibus nullus prætet Pontificem Rom. absolvit. Extra Bullâ Cœnæ sunt & alii casus excommunicationis ipso jure inflictæ, uti spoliatoribus, & effractoribus & incendiariis Ecclesiarum, *c. Tua 19. & c. Conquestus 22 h. t.* mandantibus per assasinos occidi Christianos, *c. 1. de homicidio in 6.* & alii, quos referre esset longius, quàm hujus instituti ratio ferat, & agit de iis late Navar. *d. loco num. 75.* Suarez *disp. 22.*

Inter alia delicta, quæ ipso facto inducunt 41
excommunicationem, est percussio Clerici, cujus frequens mentio in jure, & expressum in *can si quis suadente XVII. q. 4.* sunt que hoc in Tit. multa Capp. quæ eius meminere, *c. 2. 3. 4.*

& aliis passim, ut operæ pretium sit hujus rei explicationi parum insistere. Istis locis dicitur percussor Clerici excommunicationem majorē incurrere, quod ita statutum in favorem totius ordinis clericalis, ut contra injurias aliorum redderetur tutior. Ad cujus explicationem pleniorem quædam sunt notanda. Primò, Excōmunicationem ipso jure imponi, ut patet ex *d. c. Si quis in V. anathematis vinculo subjaceat*, quæ verba indicant, ipsum jus suâ auctoritate subjicere reum vinculo anathematis. Secundò, Canonem istum editum esse in favorem Clericorum & Monachorum. * Clericorum nomine comprehenduntur omnes, non solum characterem clericalem habentes, verum etiam initiati tonsura prima; *c. cum contingat sup. de ætate & qual. præfic.* etiam si sint conjugati cum unica tantum, eaque virgine. & clericalem habitum, tonsuram deferant, *c. 1. de Cler. conjug. in 6.* modo tamen privilegio clericali non sint privati, nam talis nomine Clerici non comprehenditur ab Ecclesia: veluti sint degradati, quales dictum sup. *De pœnis*, omni privilegio clericali & Canonis & fori esse nudatos, & haberi pro meris laicis. Quod aliter se habet in depositis verbaliter, ut tradit *Gl. in c. 2. de pœnis in 6.* quam omnes sequuntur: nisi tamen post depositionem sequatur incorrigibilitas, quia tunc amittitur privilegium clericale.

42

Ubi quæstio est, An absque alia declaratione judicis? R. Quosdam id velle, per *c. cum non ab homine sup. de judic.* Verum istud *c.* hoc non habet, sed potius contrarium, cum velit depositum Clericum incorrigibilem excommunicandum esse, &, contumacia crescente, per sæcularem judicem esse comprimendum: ut dicendum sit, incorrigibilitatem ipso jure non privare hoc privilegio. Quò facit, quod ista privatio sit nova pœna, quæ non incurritur ipso jure, nisi explicetur ipsius legis verbis, non explicatur autem verbis *d. c. cum non ab homine*, quod tamen pro ea parte citatur. Imò etiamsi judicatus fuerit incorrigibilis non tamen per hoc amittit omne privilegium clericale, ut patet ex *c. ut famæ 35. h. t.* in quo laici, advocati in correctionem Clerici, violentia non extendit se ultra, quam defensio vel rebellio Clerici exigit. Suarez *d. disp. 22. sect. 1, n. 8. & 9. & disp 30. sect. 2, num. 7.* Et hoc ita regulariter, quia sunt speciales casus, in quibus sola incorrigibilitas post trinam Prælati monitionem facit haberi indignum privilegio clericali, ut in specie *c. in audientia 21. & c. contingit 45. h. t.* idque ex causa deserti habitus clericalis, quæ est conditio una requisita ad hoc privilegium, *c. un. de Cleric. conjug. in 6.* quia portat arma militaria. Estque hoc ipsum rationi consentaneum, quia alias daretur occasio iniquis Clericis abutendi privilegio concesso, quales merentur privilegium amittere, secundum dicta sup. *De privil.* Accipienda autem hæc de Clericis minoribus beneficiatis non habentibus, nec alicui Ecclesiæ deservientibus, *arg. Trid. Sess. 23. c. 6 De reform.*

43

Quid si ultra enormibus ac turpibus actibus se immisceat? R. Tunc opus non esse trina monitione, secundum Navar. *d. c. 27. n. 1.* sed hoc ipso privatum clericali privilegio, qui in eam sententiam citat *c. perpendimus 4. h. t.* ubi occidenti Sacerdotem turpibus se immiscentem imponitur quidem pœnitentia, sed nulla fit mentio absolutionis, ut in Canonem non inciderit. Quod magis colligitur ex *d. c. cum non ab homine 14. h. t.* ubi occisores Clericorum, qui contempto habitu clericali enormibus se immiscent, non coercentur Canonis latæ sententiæ, Vid. Suarez *d. disp. 22. sect. 1. num. 12.*

Quæri etiam posset, An hoc privilegium habeant, si deserto habitu & tonsura percutiantur ab iis, qui eos noverint Clericos? R. Requiri quidem *d. c. unico De Cleric. conjug. in 6.* conditionem delatæ tonsuræ & habitus clericalis; ut habeant hoc privilegium Canonis, atque ita videri transgressorem non incurrere censuram hanc: verius tamen, talem non evitare censuram, per text. *c. 4 h. t.* ubi verberans Clericum nutrientem comam, non aliàs est immunis à censura Canonis, quam si juramento adserat se ignorasse, esse Clericum, &, si sciverit esse Clericum, non ferentem habitum & tonsuram, percutiens in eam incidat. Nec obstat *d. c. un.* quia agit de Clerico conjugato, qui non aliàs gaudet privilegio, quam sub conditione habitus & tonsuræ. Neque facit argumentum, quod in favorem ordinis sit indulta Privilegium, *can. si quis suadente*, quia dicitur sat, propter omissum habitum & tonsuram

ex regula, quod paria sint, non esse, & non appatere; hic autem non appareat. Nam dicendum non solum inspici, quid appareat, sed quid sit in rei veritate. Vid. Avila *p.* 2. *c.* 5. *disp.* 2. *dub.* 11.

Non gaudent etiam dicto privilegio, qui se joculatores faciunt, sive bufones, ut ait Pont. in *c. un. de vita & honest. Cler. in 6.* si per annum id muneris exerceant. Et quidem ipso jure eodem privantur, aut etiam tempore brevior, si tertio moniti non resipuerint: quæ privatio procedit, etiamsi tonsuram & vestem gerant clericalem, Suarez *d. sect.* 1. *n.* 15. *& 16.* Sæcularibus negotiis se immiscentes, in rebus quidem suis privilegio carent immunitatis, non tamen clericali hoc privantur, si habitum & tonsuram deferant, ut colligere est ex *Clem 1. de vita & honest. Cleric.* Suarez *d. locon* 17.

46 Quæritur item, An excommunicatus gaudeat isto privilegio? R. Omninò hoc dicendum esse, eo quod excommunicatus nihilominus maneat Clericus, nec ullibi inveniatur hoc privilegio exutus, durante excommunicatione, ut in eo non cesset ratio Canonis, atque ita talem percutiens excommunicationem ipso facto incurrat, ut tradit Innoc. in *c. Si verè 34. hoc tit.*

47 Gaudent & Monachi privilegio *d. can.* cum & hi Clericorum nomine veniant, non tantum Professi, sed etiam Conversi, qui non ideo minus censentur Ecclesiasticæ personæ, & participare de statu Religionis *c. Non dubium 5. ubi Gl. & c. Ex tenore* 10. *h. t.* Idem dicendum de Novitiis quia sunt in via ad Religionem, *c. Religiosi* 21. *§ Quamvis eod. in 6.* Ubi non est facienda distinctio sexuum, cum & Monialibus idem sit privilegium, *c. de monialibus 33. h. t.* Eremitæ non videntur hoc privilegio gaudere, saltem vagi, qui definitum aut firmum vivendi modum non habent, neque aliquam specialem obligationem Ecclesiasticam, ut & à temporali jurisdictione non sint exempti. Abbas in *cap.* 2. *num.* 10. *sup. de Foro compet.* Suar. *d. sect.* 1. *n.* 19. *& seqq.* Avila *d. c.* 5. *disp.* 3. *dub.* 11.

48 Tertiò notandum, *d. can. si quis suadente* comprehendere in universum omnes personas percutientes Clericos, modo sint censuræ capaces, cujuscumque ordinis aut conditionis existant, sive masculi sive fœminæ. Non obstante, quod utatur verbo masculino, *Si quis* nam id etiam fœminas complectitur, *l.* 1. *D. de V. S.* Et probatur expresse per *c.* 33. ubi se invicem verberantes Moniales hanc censuram incurrunt. Verba, *suadente diabolo*, non limitant hanc generalitatē personarum, sed solū declarant ut persona talis sit capax malitiæ utens ratione; quia necesse est, ut sciat se peccare, & possit, cum, ut dictum, non nisi per grave peccatum incurratur hæc censura. Hinc infantes usu rationis carentes, amentes, non tenentur censura *d. can.* quod, uti requiritur, culpam tales non committant. Vid. Avila *d. disp.* 3. *dub.* 10

Quid dicendum de ebriis? R. Dubitandi causam in eo esse, quod ebrietas non contrahatur sine culpa. Verum eo non obstante, dicendum, percutientem Clericos ebrium esse, extra hanc censuram, cum percussio eius possit esse non injurriosa, utpote facta à non habente sensum, uti dictum sup. *de homic. n.* 74. cum culpa ebrietatis sit remota ad percussionem; quatenus tamen tanta est quæ auferat animi sensum & malitiam. Covarr. *ad Clem si furiosus p.* 3. *in pr. num.* 3. Sanchez 1. *ad Decal. c.* 12 *n.* 7. *&* 8. 49

Per se an per alium quis percutiat, non interest, *c. Mulieres 6. in fine h. t.* cum per alium faciens ipse facere videatur. Quo modo & tenebitur mandans; quia est causa moralis; nisi tamen sufficienter revocaverit mandatum, secundum ea, quæ dicta sunt sup, *de homic. n.* 12. quæ revocatio sufficiens facit mandantem non concurrere. De consulente idem judicandum, ut dictum *ibid. num.* 17. quia eadem est ratio. 50

Quid si mandans moriatur ante percussionem? R. Mandatum re integrâ per mortem mandantis revocari, ut traditum *D. & Instit. de Mandato*, ut, cum cesset mandatum, percussio superveniens imputanda veniat malitiæ mandatarii. Facit, quod cesset jurisdictio legis in defunctum, qui est alterius fori. Quæ ratio posset habere locum & in consulente; quamvis in eo sit diversa ratio à mandante, cum mandans suo nomine agat, consulens nomine ejus, cui consulit, & mandatum cesset morte, consilium verò duret, secundum dicta *sup. de homicid. num.* 11. *& seqq.* 51

Ex dictis ibidem colligitur, quid dicendum sit de impedientibus, ut si impedire debeant ratione potestatis, & possint, teneantur non aliàs, *c. Quantæ 47. ubi Gl.* & Abbas *h. t.* Vid. Avila *d. disp. 3. dub. 7. § Tertia Conclusio.*

52 Quid dicendum de ratum habente? Resp. Ratam habentem Clerici percussionem suo nomine factum incurrere censuram Canonis *c. cum quis 23. eod. in 6.* ubi subjuncta est ratio, quod ratihabitio mandato debeat comparari, & faciat moraliter actum proprium ejus, cujus nomine gestus: ut ponat & in ratam habente injuriam contra percussum, cujus ratam habens percussionem suo nomine factam est particeps atque ita censuram incurrit. Nec obstat, quod dictum supra *de homicid. nu. 22.* cum, qui ratam habet cædem suo nomine factam, non fieri irregularem; quia irregularitas non incurritur nisi in casibus jure expressis: non est autem jure expressum, ut ratihabitio sufficeret, si lex id ipsum non exprimat, uti potuit, & expressit hoc in casu percussionis, *d. cap. 23.* ex ratione, quod videatur in ferre injuriam percusso Clerico, approbans percussionem factam ab alio. Simile exemplum est in *cap. Felicis 5. in princ. de pœnis in 6. & Clem. 2. eod. tit.* Quorum textuum extensio est singularis, ut extra eos trahi non debeat. Covar. *ad Clem. si furiosus p. 3. §. 1. n. 5.* Suarez. *de censur. disp. 44. n. 23. & seqq.* Avila *d. disp. 3. dub. 9.* Oportet autem percussio sit facta nomine ratum habentis, alias ratihabitio non operaretur hunc effectum: nec sufficiet approbatio vel complacentia merè interna; sed externa requiritur per verba aut signa. Ratio est manifesta, quia hæc pœna non potest imponi propter delictum prius commissum, quia non potest dici esse rati habentis, qui non currit, cum uti ponitur, tantum ratum habeat, & nemo teneatur ex delicto alieno. Ut sit necesse poni novum delictum per ratihabitionem, eamque externam, quia lex Ecclesiastica non punit actus merè internos, cum sint occulti, de quibus non judicat Ecclesia. Suar. *d. sect. 3. n. 27.*

53 Quartò requiritur, ut sit injuriosa manuum injectio, uti colligitur ex verbis, *Manus violentas injecerit*, quæ injuriam continent versantem circa personam Ecclesiasticam, per aliquam actionem exteriorem, quæ inducat offensionem in personam, non tantum [illegible] corpus principaliter & immediatè tangit, [illegible] & quæ mediatè res cohærentes personæ [illegible] vis inferatur. Quo modo Clericum per [illegible] violenter tenens, ne pro lubitu abire [illegible] incurrit censuram *d. can.* secundum [illegible] *cap. Nuper 29. h. t.* Ubi idem tenet de [illegible] violenter equum; cui insidet Clericus, & [illegible] tur & Bart. in *l. Licitatio. §. quod [illegible] 4. & 5. D. de publ. & vectig.* Nam per [illegible] di intentionem fit injuria Clerico, qui per [illegible] stem, qua indutus, apprehensam, aut equum cui insidet, detinetur per violentam manuum injectionem, etsi non lædant corpus, quod non est necessarium, ut dicemus infra. Quo modo in *d. c. 29.* detinens Clericum in custodia & vinculis, citra læsionem personæ, incurrit censuram *d. c.* Nav. *d. c. 27. n. 77.*

Excluduntur itaque actiones [illegible] quæ non fiunt ipsi personæ, aut rebus [illegible] hærentibus. Ut rebus ejus aliis [illegible] aut eas auferens, destruens, non incurrit [illegible] suram: uti nec eius familiaribus, [illegible] tis injurius, licet in odium Clerici, [illegible] sint personæ separatæ, actio circa [illegible] potest concernere Clericum ad hunc effectum, quia nulla contingit circa ejus personam [illegible] olentia. Unde rectè tradit Bart. *d. loco* [illegible] maculantem adulterio Clerici uxorem [illegible] immunem ab hac censura, quia licet [illegible] Clericum contingat, non tamen per [illegible] violentam injectionem. Idem est, si [illegible] surtum auferantur, nisi conjuncta sit [illegible] tia personæ. Verbis etiam injuriarum [illegible] tumeliæ plenis Clericum invadens, [illegible] manuum non pervenerit, non potest [illegible] tulisse manus violentas. Ubi etiam [illegible] injectio violenta habeat effectum: [illegible] Clericum lapide, aliove genere [illegible] non tangit, non potest dici violenter [illegible] ei injecisse, etiamsi ejus intentio fuerit [illegible] quia illa apponit quidem internam [illegible] non tamen externus consummatam, [illegible] quiritur, cum pœna requirat delictum [illegible] ctum, & ante tantum sit conatus, qui [illegible] let ordinariè in jure puniri. Vid. Suarez [illegible] *Disp. 22 sect. 1. n. 23.* & seqq. Avila *d. disp.* [illegible] *dub. 11.*

Itaque violentia commissa circa personam [illegible]

Clerici inducit hanc censuram, sive illa fiat per ipsum manum immediatè, percutiendo ense, virga, baculo, lapide, pulvere, aqua, & similibus, sive tundendo pedibus, pulsando, aliove modo, *Gl. fin. in d. can. si quis.*

Quæritur, An sit necessarium, ut percussio
§4 contineat læsionem gravem? Resp. Non esse necesse, ut corporis læsio gravis sequatur percussionem: incarceratio corpus nō lædit & tamen reddit obnoxium huic censuræ, ut tradit Pont. in *d. c.* 29. ubi subjicit, *Quamvis per eorum factum corporalis læsio non fuerit subsecuta; citra quam violentia sæpius circa Clericos nequiter perpetratur.* Ut sufficiat illata violentia continens gravem injuriam. Quo modo alapam Clerico infligens tenebitur; etsi gravem læsionem non inferat, quia hæc res Clerico est injuriosa, & est violenta subjectio manus.

Similiter obsidens in domo vel castro Clericum, tantum ut pudore eum adficiat, incurrit censuram, quia hoc modo infert violentiam personæ, cum ejusmodi detentio sit injuriosa Clerico. Et hoc, si obsessio contingat personæ causa, non etiam si castri habendi, quia tunc non potest videri esse absolutè detentio personæ, cui licet egredi. Nisi sit injuriosa obsessio, quia tunc infertur violentia in ordine ad rem aut possessionem ejus injustè auferendam. Suarez *d. sect.* 1. *n.* 30. Metu, qui in verbis tantum consistit, aliquem domo exire cogens non videtur obnoxius huic censuræ, ut rectè ait Innoc in *d. c.* 29. cum cesset violenta injectio; quatenus præcisè sistitur in metu, quia si violentia accedat, aliud dicendum. Suarez *d. l. n* 31. Sic & detrahens Clerico dormienti vestem committi violentiam, estque obnoxius huic canoni; non item qui depositum ab eo subripit, per se loquendo: nam si ideo nudus exire cogatur, aut ibi se continere, tes ea caussabit quandam violentiam. Suarez *ibid. nu.* 32. Levis percussio per virgulam aut arundinem quassatam non esse sufficientem rectè tradit Navar. *d. c.* 27. *n.* 85. quatenus tamen manet intra latitudinem leviš injuriæ, quæ pro nulla reputatur. Covar: *ad c. Alma p.* 1.
55 §. 9. Hæc ita, nisi sit causa excusans percussionem Clerici. Prima est justa sui defensio adversus Clericum inferentem violentiam sive corpori, sive rebus: licet enim vim vi depellere, atque ita extra pœnam quoque irregularitatis, quæ contrahitur etiam sine culpa, cujusmodi est defensio; qua de re sup. *De homic. n.* 27. & seqq. Quod verum est in omni defensione justa, etiam honoris, cum jura absolutè loquantur, uti & indistinctè de defensione loquitur *c. ex tenore* 10. *h. t.* Hinc virgo aut mulier, cuius pudicitiam Clericus attentat, rectè eum repellit per injectionem manus citra censuram etiam occidendo, si tanta sit aggressio. Sin verbalis tantum, ut verbis eum repellere possit, non videtur licita esse percussio, cum honorem salvū habere possit sine percussione, imò ille nō sit in periculo. Si tamen ex zelo castitas accensa modum excedat, non ex proposito, sed subdito & improviso motu, concepto ex impudicis verbis, quæ castus animus avertsatur, extra noxam erit, cum non excedat justam defensionem honoris ad quam sæpe verba non sufficiunt apud impuros scurras, quibus studium est sensim verbis corrumpere purum & castum animum. Navar. *d. c.* 27. *n.* 85.

Extenditur ista defensio ad maritum per- §6
cutientem Clericum inventum cum uxore, filia, sorore, *c. si vero* 3. *in fine h. t.* Ubi *Turpiter* non tantum intelligendum de copula, verum & de aliis actibus turpibus; cum lex non exprimat actus, & plures sint turpes præter copulam, & patet ex *tit.* 5. §. 2. *lib.* 1. *Feudor.* Suarez *d. sect.* 1. *n.* 37. Esse autem talem libertum ab excommunicatione, quoad illas personas, patet ex fine *d. c.* 3. in quo percutiens inventum in adulterio aut stupro cum personis remotioribus dicitur non immunis sententia excommunicationis, unde quoad priores erit immunis, ut sit distinctio bona. Ratio est in vi doloris, quæ vehementer aliquem commovet in istis casibus: ut Ecclesiæ perceptum cesset.

Ubi quæri posset, an isto casu nomine uxo- §7
ris veniat sponsa de præsenti? R. Id æquius esse, & rationi consonum, cum talis verè sit uxor, licet non cognita, secundum dicta sup. *De sponsal.* non enim copula nuptias facit, sed consensus. Facit, quòd cum tali committatur adulterium, ut ejus defensio spectet ad sponsum, cui injuria infertur. Ratio consistit in eadem justa animi commotione, *d. c.* 3.

Sponsa de futuro idem non meretur, neque tanta est injuria sponso, qui eam dimittere potest.

Filiæ nomine non venit adoptiva, quod impropriè sit filia, nec in eam tantus adfectus, ut excusationem aliquam permittat percutienti. Idem de matre adoptiva & sorore dicendum.

58 Quid de nepte? R. Negare *Glos. in d. c. 3.* eam nomine filiæ isto casu comprehendi, quod propriè non sit filia, neque ejus nomine veniat, *Institut. Qui testam. tut. dari poss.* Sistendum autem quoad textum istum *d. c. 3.* in proprietate verborum, quia licet ejus decisio videatur favorabilis respectu percutientis, est tamen odiosa & respectu Clerici, & mulieris, cum qua invenitur. Deinde continet limitationem juris communis, eiusque restrictionem, ut sit intelligenda strictè. Peæterea in remotioribus gradibus cessat justa caussa doloris, quæ ratio & obtinet in ascendentibus ultra matrem. Ita Suarez *d. c. n. 36.*

59 Quæri etiam hic potest, An in defensionem tertii percutiens sit immunis? R. Ita videri, eo quod defensio innocentis respectu cujuscumque aggressoris sit maximè naturalis, & suo modo debita, vel saltem licita, *c. delicta vers. Et quidem h. t.* ut nulla ex eo actu debeat resultare pœna: si tamen modus non excedatur, & non cesset vera ac justa ratio defensionis. Innoc. & Abbas *in d. c. 3. h. t.* Suarez. *d. loco n. 39.* Oportet etiam percussio prædictis casibus sit facta incontinenti, quia aliàs non tam esset depulsio injuriæ, quam vindictæ illatio, unde & in *d. c. 3.* id ipsum exprimitur.

60 II. Justus titulus, qui caussavit percussionem, eum à violentia & temeritate excusat. Canon enim temerariam & sacrilegam percussionem notat, à qua excusat causa seu titulus. Hinc superior Ecclesiasticus non notatur, si disciplinæ causa subditum percutiat, cum ad illum spectet castigandi jus, ut non possit videri suadente diabolo percutere. Dixi; subditum quia non subditum verberans, licet causa correctionis, non est immunis à censura, cum percussio sit injusta, quia contra ordinem juris, propter defectum jurisdictionis. Subsit causa proportionata necesse est, quia alias non habet locum correctionis ratio, eritque actus iniuriosus, habens violentam injectionem manus, non immunis à censura, *c. vniversitatis 24. h. tit.* Servetur & ordo, si sit pœna juridica, sin paterna sive religiosa sit correctio, mos servetur Religionis, *d. c. 24.* in verbis *nisi causa regularis disciplinæ.* Ubi videtur etiam requiri, ut Superior in propria persona percutiat Clericum, non etiam per alium, nisi urgeat necessitas, quo casu Clerici vel Monachi autem nomine venit etiam Conversus, nam & ille verus est Monachus; nisi tantum sit destinatus ad servitium Religionis, quia talis non potest dici Religiosus, Laico non rectè committitur ista verberatio, nisi tamen necessitas urgeat, ut quia per alium Clericum aut Monachum fieri nequeat castigatio, eaque sit necessaria. Necessitas enim à censura excusabit, cui aliàs locus foret. Suarez *d. sect. 1. n. 42. & 43.*

Quid de tortura dicendum? Resp. Glos. in *can. 3. §. Presbyteri 5. quæst. 6.* velle, per laicum eam fieri non posse sine metu censuræ. Et hoc ita de jure obtinere censet Navarr. Comment. *3. de Regularib. num. 52.* consuetudine tamen contrarium inductum esse, scilicet quod per laicum habeatur quæstio de Clerico. Quæ non potest videri injusta, cum nullum in super ea re sit expressum, & *d. c. 24.* loquatur de verberatione, à qua distat tortura, quæ non est verberatio, nec punitio delicti, sed adhibetur causa inquirendæ & extorquendæ veritatis, ut non videatur continere violentiam. Facit, quod ejusmodi actus nec commodè nec honestè per Clericum exerceri possit, & quod Clerici non sint instructi ad illud manus pro agendum. Quæ præcipuè procedunt quando tortura est acerbior, pro qualitate criminis. Et ut Prælatus per se torquere subditum debeat, juxta *d. c. 24.* est per se indecens. Suarez *ib. n. 43.*

Dubitatum quoque fuit, An sæcularis Judex inventum Clericum in crimine possit apprehendere circa censuram? R. Nihil esse dubii, si mandatum habeat capiendi, quod decentius datur laico, quam Clerico, *c. si Clericus h. t. in 6.* Idem est, si non habeat, quia interpretativè subesse videtur ex mora necessitate exercendi talem actum, cum proposita tamen

tamen detinendi & remittendi quam primum ad suum superiorem ; hoc enim casu Judex laicus non tam usurpat jurisdictionem in Clericos, quam ministerium suum judici Ecclesiastico exhibet. Navar. *d. c.* 27. *n.* 83. Suar. *d. l. n.* 47. Avila *d. Disp.* 3. *dub.* 13.

Simil s titulus excusat præceptorem disci- 63
plinæ causa discipulum suum percutientem, cum hujusmodi res non spectet ad violentam manuum injectionem, *c.* 1. *& c. cum voluntate* 54. *hoc tit.* Idem juris in patre castigante filium etiam in sacris constitutum, dummodo castigatio sit levis ac moderata, *d. c.* 54. in verbis, *leviter percusserit*, saltem quoad laicos, ut parentum ac magistrorum castigantium liberos aut discipulos. Justum quoque titulum habet, qui perturbantem divinum officium Ecclesia ejicit, *d. c.* 54. *& c. Veniens* 16. *h. t.* ex eadem ratione. Joco item facta percussio rectè dicitur esse extra censuram, cum non contineat injuriam. Nav. *d. c.* 27. *n.* 80. *& seqq* Suar. *d. l. n.* 49. *&* 50.

Quæstio autem est, An excusetur percuti- 64
ens consentientem ? R. Ita videri posse, ex eo, quòd talis percussio non sit violenta, nec injurioſa personæ, cum ex Reg. juris consentienti non fiat injuria. Contra tamen decisum *c. contingit* 36. *h. t.* scilicet percutientem non esse immunem ab excommunicatione ; ea ratione, quòd ; licet non possit dici violenta nec injurioſa respectu percussi, sit tamen injurioſa percussio respectu totius ordinis clericalis, cujus favorem concernit decisio *d. can. si quis suadente* : Ut favor iste sit publicus, cui non renuntiatur per privatam personam. Abbas in *d. c* 36. Et hoc quando actio est injurioſa ordini : alias cessabit ratio *d. c.* 36. atque ita & decisio ejusdem. v. g. si quis consentiat in sui percussionem ex causa castigationis & vindictæ peccatorum coram Deo, non etiam ordinatam ad ultionem seu vindictam humanam. Suarez *ubi sup. n.* 57. *&* 58. Avila *Disp.* 3. *dub.* 12. *§. Ex dictis.*

Ubi alia solvenda venit quæstio, An con- 65
sentiens in sui percussionem incurrat censuram ? R. Id posse videri, ex eo ; quod percutiens eam incurrat ; agens autem & percutiens pari pœna veniat plectendus, *c Quanta* 47. *h. t.* Verum contra probatur ex *d. c.* 36. ubi dicitur consentiens excommunicandus ; quod est argumento, non esse excommunicatum. Non obstat *d. c.* 47. nam loquitur de externo consensu sine cooperatione ad percussionem, hic autem est nuda promissio. Non facit, quod communicet criminoso : nam ante percussionem non potest dici excommunicatus. Quod si postea eam iterum permitteret censuram per participationem. Navar. *d. c.* 27. *n.* 80.

Quid in Clerico seipsum percutiente. R. Si 66
ex ira & passione injuriosè percutiat seipsum, censuram hanc incurrere, quatenus percussio inducit gravem læsionem in proprio corpore ; ut ei conveniat ratio Canonis, quia læditur favor publicus status clericalis. Quò facit agrum. *can. Si non licet XXIII q.* 5. ubi non minus est homicida se occidens, quam alium Abbas *in d. c. contingit* 36. *num.* 6. *Navar. d. c.* 27. *num.* 80. Jul. Clar. *l.* 5. *q.* 77. *n.* 3. Nihil obstat, quod dictum de consentiente in sui percussionem, eum non incurrere censuram, quia ille non cooperatur, sed tantum permittit. Si non sit injurioſa sui percussio, sed fiat ex devotione, aut non sit magna, secus dicendum est, Vid. Avila *d. dub.* 12. *§. Secundo sequitur.*

III. Probabilis ignorantia clericatûs. Talis 67
enim excusat à peccato mortali quoad transgressionem Canonis ; ut etiam excuset à censura, quæ præsupponit talem culpam. Hinc in *c. si verò* 4. *h. t.* excusatur à Canonis censura percutiens Clericum nutrientem comam, si eum talem ignorarit. Sic & qui nocte Clericum percutit, quia ignorat talem, extra censuram erit. Ubi aliqui distinguunt inter dantem operam rei licitæ, & illicitæ, verum, ut rectè advertit Navar. *d.* loco. absque textu, & ratione idonea. Nam licet percussio possit esse injusta, si tamen quoad circumstantiam personæ procedat ex tali ignorantia, quæ excuset à malitia violati Canonis, non incurritur censura, quæ tantum incurritur, posita violatione Canonis.

Hinc patet solutio quæstionis, An percu- 68
tere se existimans Titium laicum, percutiat N. Clericum, incurrat censuram ? R. Negative, quia ignorâtia personæ ademit malitiam contra Canonem ; dummodo ignorantia sive

error

error circa personam nequeat imputari ipsius culpæ aut temeritati, quia ea faceret non excusari eum à malitia & contumacia contra præceptum Ecclesiæ. Ubi exceptionem ponit Covar. *ad c. Alma p. 1. §. 10. n. 15.* nisi percutiens tali sit animo adfectus, quòd, si Clericum sciret, nihilominus occideret, verum exceptio ista non necessaria, quia pravus ille adfectus non influit in actum, ut illo non obstante percussio procedat ex probabili ignorantia, ideoque excuset. Suarez *d sect. 1. n. 52.* Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 23.*

Quid è contra si existimet se percutere Cle-
69 ricum, qui laicus est? Respondendum. Et hoc in casu negative? nam licet percussor animo & intentione peccaverit, tamen re ipsa non percussit Clericum: ut intentio ista & malitia sit tantum interna, quæ non sufficit ad censuram, nisi consummetur in illa specie, quæ necessaria ad censuram. Quo facit, quod non inchoata percussio faciat obnoxium censuræ, sed consummata, ex regula, quod delicta non puniantur nisi perfecta. Unde dirigens telum in Clericum voluntariè, si erret, & non attingat, non potest dici notatus censura, cum non percusserit; quia intentioni non est imposita pœna ista, sed facto ipsi. Covar. *d. l.* Suar. *num. 53.*

Quid si P. Clericum percutere volens, manu errante adstantem M. Clericum percutiat?
70 R. Talem omnino incurrere censuram Canonis, quia ignorantia sive error ejusmodi neque intentionem neque actionem excusat, & nullo modo est involuntaria. Covarr. *d. n. 15. vers. Octavo Gl. in d. c. si verò 4. V. ignoravit h. t.* licet Clerici eius, qui percussus ut talis, sit involuntaria, quæ tamen non excusat, *arg. l. cum qui 18. §. si injuria D. de jurejur.* Posset tamen videri hoc non obtinere, quando est adhibita diligencia sufficiens, ne alius percuteretur; nam illa faceret percussionem alterius non casualem & involuntariam, minimè sufficientem ad censuram; argumento eius, quod dictum sup. *d. tit. de homic. n. 67.* volentem occidere feram si occidat hominem, non esse irregularem, si sufficienter caverit. Vid. Suarez *d. sect. in fine.*

71 Excusat etiam percussio ex subito motu, defectus quippe deliberationis facit deficere intentionem. Defectus quoque rationis facit pueros invicem percutientes non subesse Canoni. Abbas in *c. 1. h. t.* Dabit & casus excusationem: quo modo apparitor vel alius submovens plebem, aut irruentem arcens percutiendo, si percutiat forte Clericum, erit immunis. Sunt etiam immunes qui percutiunt eos, qui privilegio Canonis sunt nudati, ut qui bigami, enormibus se immiscentes, tonsuram & vestem Clericalem non deferentes, & alii de quibus partim supra, partim ex Navar. *d. c. 27. nu. 85. & seqq.* colligendi.

Unum addendum, An committens crimen
72 quod falso existimat prohibitum sub censura, eam incurrat? Respondendum, Posse videri, ex eo, quod erronea conscientia reddat obnoxium. Contra tamen dicendum, cum ut censuram non sufficiat nuda intentio aut conscientia, sed requiratur actus, secundum jam dicta. Unde licet peccet contra conscientiam, ingerendo communioni aliorum, non efficimen excommunicatus: unde & tenet Glos. habet in *d. c. 4. h. t.* teneri talem propter conscientiam, donec certus efficiatur. Non obstat argumentum allatum, nam peccatum quidem incurri facit conscientia erronea, non etiam censuram inducit, quæ inquirit verum actum, ubentem malitiam contra Canonem.

Posita justa excommunicatione & valida,
73 varii eam sequuntur effectus: quem in primis excommunicato minor habet, quod potest directè usu & participatione passiva Sacramentorum, *cap pen. h. t. cap. Anobii 2. sup. de except. & c. fin sup De Clerico excom. ministr.* ubi dicitur graviter peccare celebrans minori excommunicatione ligatus, quamvis Sacramentum teneat. Dicitur etiam ibi, non sine peccato aliis conferre Sacramenta. Hinc patet, excommunicatum frui suffragiis Ecclesiæ, & communione fidelium non esse privatum. Vid. Covar. *ad c. Alma p. 1. §. 8.* Suar. *Disp. 4. sect. 2.* Alter effectus est, quod licet eligere possit, reddatur tamen inhabilis ut eligatur ad dignitatem aut beneficium, *d. c. fin.* An autem electio sit irrita, an vero irritanda, colligendum ex iis, quæ dicta sup. *De elect. n. 30.* & quæ tradit Suar. *d. sect. 2. n. 3. & seq.* Videtur hanc censura uno in casu incurri de jure, videlicet propter participationem indebitam cum excommunicato majori, *c. statuimus eod. in 6. hoc-*

homine ut feratur, requiritur jurisdictio & causa, præmissa monitio, ut dictum supra de excommunicatione majori.

74 Effectus majoris excommunicationis sunt plures. I. Privatio participationis activæ & passivæ Sacramentorum. Unde taliter adfectus Missã non celebrat, Ordines non recipit, quamvis consecret, & ordinis collatio teneat *c. Latores & c. fin. sup. De Cler. excom. ministr. c. cum illorum 32. h. t.* nec ab eo licitè administrantur Sacramenta, quamvis collata teneant ut dictum sup. *de ordinatis ab Epis. qui renunt. Episcopatus*; non sine gravi peccato, non tantum administrantis, qui irregularitatem incurrit, verum & percipientium, propter communicationem; nisi eos excuset vel necessitas, quæ cessare facit contemptum, aut etiam probabilis ignorantia censuræ.

75 Q. An & sine peccato administret excommunicatus? R. Inculpabilem ignorantiam excommunicationis ponere extra culpam, ut sæpius aliàs dictum. Idem de necessitate dicendum, quam metus justus caussat; ad extorquendam ab eo administrationem Sacramenti, nisi sequatur scandalum vel injuria religionis, secundum dict. sup. *De his quæ vi &c.* Et hoc quoad Sacramentum Altaris & Ordinis, quæ etiam ab excommunicato conferuntur.

76 Dubium autem est, An idem procedat quoad Sacramentum Pœnitentiæ. R. Dubitandi causam in eo esse, quod illud requirat jurisdictionem, quâ caret excommunicatus. Dicendum tamen eo non obstante, licitè ab existente in articulo mortis peti ab excommunicato sibi conferri Sacramentum pœnitentiæ, & hunc illud licitè conferre, cum nec desit jurisdictio absolvendi in articulo mortis (quæ etiam adest eo casu Sacerdotibus, quibus non est data licentia absolvendi) & sufficiens necessitas ab obligatione Ecclesiastica excuset. Et patet ipsum ex Trid. *sess. 14. c. 8.* quod habet, nullam esse reservationem in articulo mortis, ne istâ occasione quis pereat, *atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis & censuris absolvere posse.* Quæ absolutio quin tum temporis maximè sit necessaria nemini dubium. Oportet autem instet mortis articulus, nec alius adsit Sacerdos non excommunicatus, nam alias ministerium excommunicati non necessarium, nec pœnitens est in necessitate suscipiendi Sacramentum ab excommunicato Navarr. *in Summa c. 22. n. 4. d. c. 27. n. 272.* Suar. *disp. 11. sect. 1. n. 7. & 8.* Idem procedit in hæretico, ut ab eo susceptum Sacramentum teneat, & licitè suscipiatur in extrema necessitate, cum nec ille isto casu jurisdictione careat, & necessitas faciat licitum quod alias illicitum. Suarez *d. l. n. 14. & seqq.* Citra necessitatem recipiens ab excommunicato Sacramenta, & ea conferens, peccat mortaliter propter transgressionem præcepti Ecclesiastici justi & obligantis in conscientia sub tali peccato in materia gravi, qualis est hæc.

II. Privatio orationum & suffragiorum Ecclesiæ; cum Ecclesiæ sit ea potestas ut colligere est ex dictis sup. in *princ. h. t.* & voluntas ut patet ex variis textibus *can. audi x1. q. 3.* ubi dicitur tradi diabolo, secundum Apostolum 1. *ad Tim. 1.* & Satanæ, juxta textum in *can. Omnis x1. q. 3.* aliaque loca. Quod tamen non accipiendũ de excommunicato vere contrito procurante pro viribus absolutionem, talis coram Deo sit absolutus: uti nec accipiendum de excommunicato injustè, licet validè in foro exteriori; quamvis tali ante absolutionem participatio Sacramentorum non sit concessa. Navar. *d. c. 27. num. 18.* Vid. Suarez *disp. 9. sect. 3.* Avila *p. 2. c. 6. disput. 4. dub. 2.* 77

Dubitari contingit, An excommunicato tolerato prosint suffragia; R. Dubitandi rationem oriri ex nova Constitutione Martini V. *Extravag. Ad evitanda*, qua statuitur non esse vitandos excommunicatos, nisi nominatim declaratos, aut notorios Clericorum percussores: ut cum non teneantur ministri eos excludere à communibus orationibus & suffragiis, videantur & ea istis prodesse. Unde Navar. *d. c. 27. n. 36. vers. Ad secundum* publicè pro iis orari, nec sepulturam denegari posse vult. Verùm ut ante illam Constitutionem pro iis orari non poterat, nec sepulturam Ecclesiasticam merebantur, ita nec post eam, cum nihil adjumenti per istam novam Constitutionem aut favoris accesserit excommunicatis, per quam Pont. tantùm voluit consulere timoratis conscientis, ad quas ratio spectat, ut orationes prosint excommunicatis. Deni- 78

que exprimit in illa Pont. se non intendere in aliquo excommunicatos relevare, aut iis quomodolibet suffragari. Vid. Suarez *Disp. 9. sect. 2. n. 16. & seqq.* Ad sepulturam quod attinet, dictum sup. *De sepult. num. 9* Hæc ita de publica oratione; nam privatim pro iis orare licitum est & pium. Est enim hoc non tam communicare cum iis, quod prohibitum vi censuræ, quam opus misericordiæ aut eleëmosynæ ex bonis propriis præstare, quod non est prohibitum. Quod & licitum in Missa Sacerdoti, tamquam privatæ personæ, dummodo excommunicatos non exprimat, Navarr. *in Summa d. c. 27. num. 36. & de orat. c. 19. num. 07. & seqq.* Covarr. *in c. Alma p. 1. § 6. num. 4.* Suar. *d. disp. 9. sect. 5. num. 3. & seqq.*

79 III. Privatio divinorum officiorum, & rerum sacrarum. Unde sacrificio Missæ interesse prohibentur, & coram iis Missa celebrari non potest. Celebrans autem coram illis graviter peccat; qualis irregularitatem quidem non incurrit, *c. is qui 18. eod. in 6.* interdicti tamen censura lata in eos, qui excommunicatos ad divina officia publicè admittunt; *c. Episcoporum de privil. in 6.* Hinc Sacerdos Missam necdum inchoatam omittet, si advertat excommunicatum præsentem, donec abierit, inchoatam autem superveniente excommunicato, sistet. Qui monendus est, excedat, imò nolens expelli potest, etiam Sacerdos, violenter citra ullam censuram, *c. veniens 16. h. t.* Quod si exire nolit, & expelli non possit, si necdum perventum ad Canonem, sistere debet Sacerdos potiùs quam coram excommunicato Missam peragere, *Clem. 2. h. t.* Canone verò inchoato, Missa peragenda est usque ad specierum sumptionem, non ultra. Aliqui tamen volunt, non alias esse Missam peragendam, quam si consecratio sit inchoata, propterea quod tum demum inchoetur Missa quoad substantiam, Innoc. in *c. nuper 29. h. t.* Non etiam aliis cum excommunicatis Missa est audienda, cum ea res sapiat quamdam speciem communicationis, & sit quædam exterior significatio mutuæ unionis ac conjunctionis in eodem corpore, Navarr. *d. c. 27. num. 19.* Suarez *disp. 12. sect. 1. num. 15. & 16.*

Prohibentur etiam interesse Horarum Canonicarum recitationi, quæ fit publicè in Ecclesia, item Processioni, ad quam populus fidelis concurrit; publicæ item orationi, benedictioni, aliisque cæremoniis Ecclesiæ, quæ & hæc res sapit quamdam communicationem. Concioni tamen interesse excommunicatos non prohibetur, imò expressè permissam, *c. Responso 43. h. t.* & generaliter *in can. Episcopus 67. Dist. 1 de consecrat.* dicitur, nullam esse prohibendum in gredi Ecclesiam & audire verbum Dei. Cujus ratio est, quod Concio ordinetur ad effectum & conversionem hominis. Suarez *d. disp. 12. sect. 2. num. 3.* Quod non potest trahi ad audiendam lectionem, licet Theologicam, quia de ea non expressum, neque eadem subest ratio, ut excommunicatus ista muneri, docendo aut audiendo, se immiscere nequeat, Suar. *d. sect. 2. n. 5.* Ab Horarum recitatione, ad quã vel ratione Ordinis, aut beneficii tenetur, cum liberum non esse dictum sup. *De celebrat. Miss. n. 18.* & tradit Suar. *d. sect. 2. n. 14.*

Ad sepulturam quoque Ecclesiasticam non esse admittendum, non tantum denuntiatum & non toleratum, verum neque toleratum, dictum est *de sepult. n. 9.* Non obstante nova Constitutione Martini V. *Ad evitandum in Con. Constant.* nam ea, ut jam ante dictum, a nullo relevat excommunicatos. Sepelientem excommunicatum in loco sacro excommunicationem minorem incurrit, propter excommunicationem, quam facit sepeliendo, cui pœna ista generalis est imposita. Quæ & ante *Clem. 1. de sepult.* per quã major excommunicatio est inflicta ipso jure sepelienti excommunicatũ in loco sacro. Qualis non absolvendus, nisi prius ad arbitrium diœcesani Episcopi illis, quibus per id injuria irrogata, exhibuerit competentem satisfactionem. Loquitur autem *Clem.* de iis, qui per quamdam temeritatem in locis sacris sepeliunt excommunicatos: ut ista nova pœna excusentur, qui per ignorantiam, licet inculpabilem, sepeliunt, nam & eam movet temeritatem. Quæ pœna non videtur tangere prosequentes funus, cum textus tantum loquatur de sepeliente, &, cum sit pœnalis, debeat restringi. Navar. *d. c. 27. num. 19.* Suar. *d. disp. 12. sect. 4. n. 8. seq.* Procedet ista pœna, etiam si contritus sit mortuus, donec absolutio ei indulgeatur, quam etiam mortuo indulgeri posse dicetur inferius. Ut autem sepultura Ec-

cleſiaſtica privatur talis, ita & omni honore Eccleſiaſtico, qui ad ſepulturam ordinatur, cum indecens ſit, ad locum profanum, & ſepulturam cum beſtiis communem funebri pompa corpus deferri. Prohibentur & Clerici oblationes ſeu eleëmoſynas pro excommunicato accipere, quia nullum Eccleſiaſticum obſequium iis impendendum. De pompa funebri quod dictum, non tantum obtinet in Clericis, ſed & laicis. Nam licet illa magis ſit ſolatio vivis quam ſubſidio mortuis, *can. anima* XIII. *q.* 2. in pœnam tamen excommunicati nec hanc vult adhiberi Eccleſia, eo quod contineat aliquam communicationem cum excommunicato. Verùm ea res Clericis eſt gravior quam laicis, quamvis eis nullibi legatur impoſita ea de cauſa irregularitas. Suarez *d. ſect.* 4. *in fine.*

80 IV. Inhabilitas ad Eccleſiaſtica beneficia obtinenda, *c. Poſtulaſtis ſup. de Clerico excom. miniſtr.* ubi etiam ſcienter tali conferens ſuſpenditur à collatione, ſaltem de jure veteri. Hinc conſequitur excommunicatum taliter adeptum beneficium retinere non poſſe, quia canonicè id non ſit conſecutus. Ratio eſt, quod ſit ſuſpenſus ab omni officio Eccleſiaſtico, cujus nomine datur beneficium. Navarr. *in Summa d. c.* 27. *n.* 21. *& c. Si quando ſup. de reſcr. Except.* 9. Covarr. *in c. Alma p.* 1. §. 7. Suar. *Diſp.* 13. *ſect.* 1. *n.* 2. Idem juris quoad officia & dignitates, quæ ſub nomine privationis ſive inhabilitatis ad beneficia continentur, cum qui incapax eſt beneficiorum inferiorum, quidni & ſuperioris? Ubi non diſtinguitur inter titulos, an ſcilicet habeatur per collationem, an per electionem, præſentationem, nominationem, quia de modo adquirendi quæti non debet, poſtquam ceſſet finis. Hinc & reſignatio beneficii excommunicato facta nulla eſt, uti & permutatio, quia utrimque quæritur jus novum ad beneficium. Hinc & nulla eſt interpretatio beneficii *c.* 1. *de reſcr. in* 6. ubi univerſaliter reſcriptum ab excommunicato impetratum dicitur non valere exceptis certis caſibus. Ratio eſt, quia cum ſit inhabilis ad obtinendum beficium, erit & inhabilis ad impetrandum, ad quid enim ſervirent media, ſi finis deſit? Erit & invalida collatio à Pont. motu proprio facta, ſi ignoraverit excommunicationem, neque enim poteſt videri diſpenſaſſe, quamvis ſcienter alicui excommunicato conferens diſpenſare ſit dicendus.

Ubi poſſet dubitari, An occulto excommunicato poſſit conferri beneficium? Reſp. 81
Non poſſe, propterea quod ex ſe ſit inhabilis ad obtinenda beneficia. Ut nihil faciat, quod ſit occultus, quia id non minuit impedimentum *d. c. Poſtulaſtis ſup. de Cler. excom. miniſtr.* ut collatum beneficium ab eo non rectè retineatur propter Canonicum defectum, quia facit non eſſe ejus beneficium, & collationem ponit omninò irritam. Ubi nihil faciet ignorantia aut conferentis, aut ejus, cui collatio facta, quia nec illa minuit qualitatem excommunicati, quem ſatis eſt verè eſſe excommunicatum. Et licet ignorantia à nova culpa excuſet, non tamen dat valorem actui aliàs invalido, neque impedit effectum provenientem ex priori cenſura legitimè impoſita, quæ eſt quaſi pœna peccati, pro quo inflicta, à qua non excuſat ignorantia. Covarr. *ad d. cap. Alma p.* 1. §. 7. *n.* 3. Suar. *d. ſect.* 1. *num.* 3.

Q. II. An non vitandus, ſecundum *Extrav. ad* 82
evitanda, acceptare poſſit beneficium? R. Etiam talem comprehendi ſub regula inhabilitatis, eique nulliter conferri beneficium, & nulliter acceptari ab eo, propter inhabilitatem. Quæ non minuitur ex eo, quòd ſit toleratus; hoc enim nō in ejus ſublevamen, ſed timoratorum conſcientiam. Deinde excommunicati ſunt indigni; electio autē indigni eſt irrita. Nec facit *d. Extrav.* nam, ut ibi exprimitur, non relevatur per eam excommunicatus, relevaretur autem, ſi collationem acceptare poſſet. Unde nec ex parte cōferentis eſt actio valida, propter repugnantiam, quæ aliàs oriretur. Repugnat enim, actionem ex parte conferentis eſſe validam, & verſari circa objectum incapax, cum ex conditionibus neceſſariis ad valorem actus ſit habilitas ſubjecti, Suarez *d. ſect.* 1. *num.* 25. *& ſeqq. & n.* 29.

Q. III. An ante excommunicationem col- 83
latum beneficium rectè acceptetur tempore excommunicationis? R. Communiter receptum eſſe, collatum beneficium ante excommunicationem poſt eam acceptari valide poſſe, quod per collationem tempore habili ſit quæſitum jus ad rem, acceptatio autem tantum ad factum pertineat, & contineat declarationem voluntatis, quæ nihil mali continet, neque

impeditur per inhabilitatem subsequentem jus jam adquisitum per collationem, Covarr. *d. §. 7. num.* 4. Verùm, re bene perspecta, videtur ista ratio minus efficax, nec acceptatio quid operari; propterea quod per eam videatur jus novum quæri, cum collatio nihil juris tribuerit ante acceptationem, *cap. si tibi absenti de præben. in 6.* ubi absenti facta collatio, etsi faciat Episcopum mutare non posse, illi tamen, cui facta est, jus non adquiritur in beneficium, donec consentiat, tatamque habeat collationem. Ut per acceptationem jus adquirere sit dicendus, & quidem inutiliter hoc in casu, propter supervenientem inhabilitatem, quæ impedit quid de novo adquiri; etsi non tollat jam quæsitum, quod secuta absolut one, tamquam sublato impedimento, rectè consummabitur. Vid. Navarr. *in d. c. si quando de rescript. Except.* 10. *num.* 13. Covar. 3. *Var. c.* 16. *n.* 3. *&* 4. Suar. *d. sect.* 1. *num.* 15. *& seqq.* Et hæc ita, quando quis vere est excommunicatus

84 Quid si non sit vere excommunicatus, sed existimetur tantum talis. R. Etiamsi publicè existimetur quis excommunicatus, non tamen ideo effici inhabilem; quia inhabilitas est effectus censuræ, qua verè non posita tamquam causa, non potest etiam poni ejus effectus. Quod non tantum procedit, si existimatio ex rumore publico ortum habuerit, verum & si ex actu juridico: veluti per sententiam declaratoriam, per quam declaretur secundum allegata & probata criminis talis reus, quod habet adjunctam censuram, quia per talem sententiam non tam infertur censura, quam supponitur & declaratur, ideoque si in re non subsit, nec per sententiam poni potest, quæ se refert ad rem: ut postea veritas apparens facit collationem post declarationem criminis ratam haberi. Ita ferè Suarez. *d. sect.* 1. *n.* 32.

85 Quæri etiam posset, An excommunicatio privet beneficio jam obtento? R. Hoc nullo jure caveri, & contrarium potius insinuari in *c. pastoralis §. verum sup.* De *appellat.* ubi excommunicato dicuntur proventus subtrahi. Ut dicendum sit jus ad beneficium esse salvum; subtractio enim fructuum est quædam privatio præsupponens habitum: & deinde inclusio unius est exclusio alterius.

86 Unde quæritur, An fructibus saltem privet ipso jure. Respondendum. Id rectè dici, ex communi sententia, quam defendit Abbas in *d. §. verum in V. Proventus Ecclesiastici merito subtrahuntur illi, cui Ecclesiæ communio denegatur.* Ratio dari potest, quia beneficium datur propter officium, ut hoc cessante, propter excommunicationem, etiam illud cessare debeat, saltem in effectu. Dubia tamen hæc sententia videtur ex eo, quod in *d. §. verum* non habeatur verbum, *subtrahantur*, denotans privationem inducendam per sententiam. Verùm dubium cessare facit ipse textus, in quo Pont. subtractionem fructuum comparat cum privatione communis Ecclesiæ, quæ ipso jure inducitur, ut idem sit dicendum de illa. Præterea per interpositam appellationem non suspenditur privatio fructuum, *d. §. verum.* Quod fieret, si talis privatio requireret sententiam, cum per appellationem omnia maneant in eodem statu. Abbas *& alii* Doct. *in d. §. verum*, Covarr. 3. *Var. c.* 13. *n* 8. *vers. duodecimo* Suar. *d. disp.* 13. *sect.* 2. *n.* 1. *& seq.* Avila *p.* 2. *c.* 6. *disp.* 6. *dub.* 1.

Hinc alia movetur quæstio, An reus teneatur se fructibus privare, eosque restituere? R. Sive sententia sit hominis, sive juris, hoc ipso privatum esse omni commodo beneficii: ut non sit ratio, quæ faciat eum fructibus uti posse, & ab eorum restitutione excuset, cum jam incipiant esse alieni, eorumque injusta retentio. Obstare videtur *c. cum secundum ab haeret. in 6.* in quo non tenetur hæreticus se liberare bonis, sed satis est, patiatur eorum ablationem, uti & dictum sup. *de Pœnis n.* 23. sed dicendum, cap. isto agi de privatione bonorum propriorum, quorum licet dominio quis privetur, commisso crimine, ex benignitate tamen & moderatione ejusdem legis remanet penes reum possessio, qua se privare non cogitur, uti nec usu rerum, sed satis est patiatur eas sibi auferri. In nostro autem casu reus non habuit dominium ante excommunicationem, sed tantum spes ei erat illos consequendi, si modo fuerit habilis. Non est autem talis per excommunicationem, quæ facit eum recipere & retinere alienum, cum obligatione restituendi etiam consumptos; quia consumptio non facit proprios, neque liberat. Suar. *d. sect.* 2. *n.* 7. *& seqq.*

Unde ulterius quæri posset, An non saltem in

in necessitate constituto liceat eos consumere in vicem alimentorum? R. Licere idipsum, secundum aliquos, ex eo, quod fructus isti in necessitatem egenorum sint explendi, ut saltem ut indigus possit ex iis se alere excommunicatus. Quò facit, quod necessitas extrema faciat omnia communicari, ut dictum sup. *De furtis n.* 16. Verùm ut ista sententia possit procedere, cessante contumacia peccati, ut quia resipiscat petens absolutionem, non tamen ea durante. Nam cum contumacia ista sit voluntaria, non meretur, ut ei subveniatur, & propter indigentiam concedatur usurpare alienum, Navarr. *c. 25. num.* 124. Covarr. *d. vers. duodecim*, Suarez *d. loco n.* 12. *& seq.*

Et hoc ita, sive excommunicatus sit notorius, sive occultus; sive denuntiatus, sive non denuntiatus: nam in nullo relevat. *d. Etsi av. ad evitanda* ipsos excommunicatos. Sit tamen verè & non in existimatione excommunicatus, nam si nulla sit excommunicatio, non producet ullum effectum privationis aut suspensionis fructuum. Quòd si valida quidem fuerit exterius, secundum allegata & probata, in re tamen injusta, quia innocens est persona, interim quidem, dum non revocatur sententia aut absolutio, fructus suos non facit: post autem non tantùm suos fructus percipiet, verum & amissos recuperabit, ut injustè ablatos. Quod si alteri in stipendium ministerii & officii cesserint, ut alicubi in quotidianis fit distributionibus, in quibus absentium partes accrescunt præsentibus, non repetendi ab illis, in quorum dominium tamquam stipendium cesserunt, sed ab injustæ excommunicationis auctore, *cap. Sacro*, 48. *cumque hoc tit.* Quod si distributiones applicandæ veniant alicui pio loco, antequam applicatæ fuerint, secuta absolutione aut revocatione sententiæ injustæ, reddendæ proprio domino, quia necdum loco isti jus quæsitum. Si verò applicatæ fuerint, damnum itidem resarciendum per auctorem injustæ sententiæ, juxta *d. §. Cumque*, Suarez *ubi sup. num.* 23. *&* 24.

89 V. Privatio jurisdictionis Ecclesiæ fori externi. Hinc non potuerit excommunicatus alium excommunicare, ut, nec alium actum jurisdictionis exercere, propter defectum jurisdictionis, *can. audivimus XXIV. q.* 1. Qui effectus non tantum habebit locum in ipso Prælato, sed & derivatur ad ejus Vicarium, *cap.* 1. *de off. Vicarii in* 6. qui non potest habere quid jurisdictionis, quam non habet ipse principalis, quem refert. Jurisdictio tamen delegata ante excommunicationem delegantis non suppendetur, si res non sit integra, ut dictum sup. *De off. deleg. num.* 31. Ab excommunicato delegationem jurisdictionis nullam esse certum est, quia delegatio ista spectat ad usum jurisdictionis, qua caret. Hinc etiam concessio indulgentiarum nulliter fit ab excommunicato, quia ad jurisdictionem pertinet, cujus usu privatus. Non confert etiam validè beneficium, *cap.* 1. *ne sede vacante & c. in* 6. non tantum quia ad jurisdictionem spectat, sed & quia privatus beneficii fructibus, quibus adnumeratur collatio beneficii. Non valide eligit aut eligitur, ut dictum sup. *De elect. n.* 8. *& seqq. num.* 27. *& seqq.* Nec etiam præsentat vi juris patronatus, quatenus præsentatio fit à Clerico; nam à laico excommunicato facta videtur actus privatus, qualis tenet, ut mox dicetur, quamvis in Episcopi sit arbitrio eam non acceptare, sed repudiare, vel solo nomine excommunicationis, ut dictum sup. *De jure patron. n.* 49. & tractat latè Suarez *Disp.* 14. *sect.* 2. *num.* 21. *& seqq.* Quantum ad receptionem alicujus ad possessionem, quatenus est meri facti, non est irrita facta ab excommunicato, cum absque jurisdictione tamquam à privato fiat, cujus actus valent, ut mox dicetur, Quod si in isto negotio actus aliquis jurisdictionis exerceatur, irritus erit, cum tali nulla sit jurisdictio, Abbas in *c. veritatis n.* 42. *sup. de dolo & contum.* Possessionem tamen ipse non capit, quia foret frustranea, cum omni usu sui beneficii & fructibus omnibus sit privatus. Deinde concernit illa ejus favorem, quem nullum meretur, Suarez *d. loco num.* 34.

Quid in resignatione beneficii? Resp. Si pura 90
& libera sit, illam rectè fieri ab excomunicato, cum tantum contineat actum privatum puræ renuntiationis; in gratiam autem alterius validè non resignare. Covarr. *in cap. Alma* 1. *§.* 7. *n.* 9. *vers. quid autem.* Ratio diversitatis est, quod priori casu renuncians nullo modo concurrat in novam collationem, sed solum se spoliet. Quod licet etiam excommunica-

to, quia ad merum factum pertinet, nec est usus alicujus potestatis spiritualis, vel juris, sed propriæ voluntatis. Posteriori verò concurrit ad collationem beneficii renuntians, designando personam, cui provisum vult, atque ita participat rationem præsentationis, quam ut facit invalidam excommunicatio, ita & faciet hanc resignationem, Suarez *ibid. n.* 35. Quod olim procedebat etiam in excommunicato non vitando, hodie secus, ut patebit ex infra dicendis.

Q. An dicta indistinctè procedant in omni
91 excommunicato etiam occulto? R. Videri id posse quod effectus ejusmodi non caussetur ab opinione aut notitia hominum, verum ab ipsa excommunicatione, quæ non minus excommunicatum occultè quam publicè, cumque non minus facit inhabilem. Contrariam tamen sententiam etiam stando in jure antiquo, communem esse & veram, scilicet non esse actus ejus nullos, sed validos, ut probari posset argumento à contrario *ex c. ad probandum* 24. *sup. de sent. & re judic.* ubi vis fit in eo, quod publicè excommunicationis sententiam tulerit; ut si nõ fuerit publicè excommunicatus, sententia teneat: quale argumentum bene procedit, præcipuè quando ponitur vis in conditione necessaria. Ratio hujus est, quod licet verè careat jurisdictione, propter defectum, tamen donec propter illum occultum toleratur in exercitio muneris publici, acta illius ex providentia & interpretatione Ecclesiæ teneant, propter commune bonum, Ecclesia jurisdictionem, qua talis est in habitu privatus, in tali usu seu actu publico supplente, & actualiter influente, ut, non obstante censura, valorem habeat, quia ita expedit communi bono, *arg. l. Barbarius D. de offic. Præt.* Cov. *in d. c. Alma p.* 1. §. 11. *n.* 4. Suar. *d Disp.* 14. *sect.* 1. *n.* 8. & 9.

Quid in notorio quidem, sed non denun-
92 tiato? R. In casu, quo notorius quidem & publicus, non tamen vitandus, secundum jus novum ante denuntiationem omnia ejus acta valere, ratione publici muneris, in quo toleratur. Nam cum talis non sit vitandus, subditi habent jus petendi actiones publici sui muneris: ut necesse sit illas valere, quia alias jus istud foret frustraneum & illusorium. Hinc Parochus excommunicatus, donec toleratur in suo munere, rectè confert Sacramentum pœnitentiæ, eadem publica utilitate id postulante. Similiter resignatio facta in favorem alterius ab excommunicato notorio, etsi olim, ut dictum, irrita fuerit, hodie tamen, si non sit vitandus, tenet non minus in hoc actu, quam in cæteris negotiis, quia cum non sit vitandus, lecta est cum illo communicatio, Suar. *d. sect.* 1. *n.* 13.

VI. Privatio forensis communicationis. Quomodo excommunicatus prohibetur agere judicium etiam in foro sæculari, nam & in eo exercet vim suam excommunicatio. Et ita habet communis opinio; quæ tamen per jura Canonica non ita apertè probatur, cum non faciant mentionem jurisdictionis sæcularis, sed spiritualis, & actuum judicii Ecclesiastici: ut possit videri, secus esse statuendum in sæculari, ne pœna extendatur. Non recedendum tamen à communi, in communi consensu fundata sufficienter, & possunt pro ea parte adferri loca quædam, ex quibus idipsum videtur satis colligi ut in *can. pen. & ult. XV. q.* 6. ubi subjecti indistinctè liberantur à fidelitate debita ei qui excommunicatus est, & à juramento præstito absolvuntur, & ne illi serviant aut obediant, prohibentur. Ut signum sit, & jurisdictionis usu esse privatum excommunicatum, quia hæc sunt correlativa, ut uno sublato & alterum tolli debeat. Facit ratio, quod excommunicatum tamquam ethnicum habere jurisdictionem super membris Ecclesiæ non conveniat, & quod jurisdictio ista nullum habeat usum, qui intrinsece non includat communicationem per Canones prohibitam. Hinc sententiæ à tali latæ decreta, tamquam à non judice lata & sine jurisdictione nulla erunt, ut & alios omnis actus à jurisdictione pendens, ut fere leges, privilegia concedere, delegare, eligere judices, aliaq; similia. Vid. Suar. *disp.* 16. *sect.* 1.

In judicem quoque non rectè eligitur, ut colligere est ex *c. fin. sup. de Clerico excommunistr.* cum nemo possit elegi ad exercitium muneris, à quo per sacros Canones est prohibitus. Verum tamen non potest firmo fundamento sustineri, electionem ad munus temporale esse nullam, cum ea de re nihil sit dispositum, & in pœnalibus argumentum à simili non procedat: ut non rectè inferatur, Electio excommunicati ad dignitates Ecclesiasticas

sticas est nulla, ergo & ad temporales. Plura Suar. *d. disp.* 16. *sect.* 2.

Agere in judicio excommunicatus non potest, nec ut actor admittendus, extra causam suæ excommunicationis, *c. decernimus eod. in* 6. Imò à judicio repellendus sive Ecclesiastico sive sæculari, etiam reo non opponente, *c.* 12. *sup. de except.* Nec audiendus actor allegans injustè se excommunicatum, nisi probet, ad cautelam tamen absolvendus, *c. solet* 2. *eod. in* 6. Repellendus etiam à reconventione, quia reconventio est loco actionis, cum reconvenire nihil aliud sit, quàm mutuò vel vicissim petere, *arg. c.* 2. *sup. de mutuis petit.* atque ita prohibita, *c.* 5. *sup. de except.* Exceptio tamen non est deneganda, *d. c.* 2. quia spectat ad naturalem sui defensionem jure naturæ permissam. Hinc rectè opponit beneficium competentiæ, rectè etiam appellat, & judicem suspecti arguit.

94 Dubitatum, An & compensare possit? R. Negare id Bart. in *l. amplius n.* 9. *D. Rem ratam hab.* & Innoc. *in d. c.* 5. *in fine sup. de except.* ex ratione, quod compensans videatur petere, *d. l. Amplius.* Ut compensatio videatur magis species actionis excommunicato negatæ, quam defensionis. Posset tamen contrarium non malè alicui probari, ex eo, quod exceptio solutionis sit permissa excommunicato, ad quam spectat compensatio, *l* 4. *C. de compens.* & *l. si debitor D. Qui potiores in pign.* quæ ut traditur *Instit. de action.* §. *in bonæ* actionem ipso jure minuit. Nec obst it *d. l. Amplius*, quia loquitur in casu, quo is, qui petere non potest, vult compensare, qualis in effectu petit. Hinc rectè excommunicatus actori objicit similem excommunicationem aliamve quamcumquam exceptionem, quæ jure ab agendo eum repellat, quia ista non tam est accusatio, vel reconventio, quàm potius sui defensio, *c. dilecti* 9. & *c.* 11. *sup. de except.* Suar. *d. disp.* 16. *sect.* 3. *n.* 3

Ab agendo itaque excommunicatus repellitur, ne quis eum detrimento animæ communicet cum excommunicato, & ut rubore suffusus ad cor redeat. Et hoc, sive per se agat, sive per alium: tum quia per alium agens per se agere videtur moraliter, tum quia cum excommunicato non solum immediatè sed & mediatè per alium, ut nuntium, litteras communicare prohibetur. Nec tantum ab initio repellendus excommunicatus, sed & quacumque litis parte, si ab initio sit omissa repulsio, *d. c. exceptionem* 12. *sup. de except.*

Quod ita procedere de jure antiquo certum 95
est: videri posset de jure novo; inducto per *Extravag. ad evitanda*, non posse repelli notorium quidem, sed non denuntiatum, & proinde toleratum, eo quod hodie cum tali communicatio non sit inhibita. Verùm ista Extravagans, etsi consultat aliis, qui citra piaculum cum excommunicato communicant, non tamen ipsi excommunicato, qui alios vitare tenetur: & reo, etsi admittere actionem possit, licitum tamen est objicere exceptionem hanc, per eamque repellere actorem ab agendo, secundum jus antiquum hac in parte immutatum

Ut autem actor à judicio sit repellendus per reum, vel, illo omittente, per ipsum judicem, *d. c.* 12. si tamen omissa exceptione audiatur, valida erunt acta in tali judicio *c.* 1. *de except. in* 6. ubi objectio excommunicationis post rem judicatam impedit quidem executionem, verum sententia quæ præcessit, non minus debitum robur dicitur obtentura. Vid. Suar. *d. sect.* 3. *num.* 7.

Actorem itaque excommunicatio facit repelli, non reum, qui citatus rectè comparet, tum in sui defensionem, ut dictum, tum ne videatur de malitia sua commodum reportare.

Q. An per se cogatur comparere? R. Posse 96
per alium respondere, insinuari per *c. Intelleximus* 7. *sup. de judic.* in verbis. *Debet per alium in judicio respondere.* Quo modo rectè constituet procuratorem, qui hoc consequitur, cum alias frustranea foret concessio respondendi. Ubi ratione verbi, *Debet*, aliqui volunt, per se non posse comparere: sed *Gloss. in d. c.* 7. dicit repelli non posse per se ipsum defendere se volentem, non tantum si necessitas urgeat, ut quia non invenit idoneum procuratorem, sed & extra casum necessitatis; cum in gravibus causis non sit cogendus procuratorem constituere, *c.* 2. *sup. de procurat.* & reo permittatur per Canones se defendere. Ut verbum, *debet in d. c.* 7. non tam denotet necessitatem, quam decentiam, secundum alia Juris loca. Suarez *d. disp.* 16. *sect.* 4. *num.* 4. & *seqq.* Avila *p.* 2. 6. *c. Disput.* 7. *Dub.* 2. Quod si absolutionem

nem consequi possit, eam ante petendam esse à reo aliqui volunt, sed hoc minus necessarium, licet non conveniens foret, cum Canones absolutè & citra hunc scrupulum concedant reo sui defensionem quoad exceptiones proponendas, & alia defensionem sui spectantia, etiam appellationem, quia & hæc sui defensionem spectat, *c. 5. sup. de except.* Suarez. *d. loco num. 8. & seq.*

Repellitur & à judicio testis excommunicatus, quia res ista continet aliquam communicationem, ut judicibus injungatur etiam parte tacente tales repellere, *c. decernimus 8. h. t. in 6.* nisi prius ad cautelam sint absoluti, *c. Veniens 28. in fine sup. de testib.* Excipitur causa fidei, in cujus favorem etiam excommunicati audiuntur contra Hæreticos, eorumque fautores, *c. in fidei de hæret. in 6.* Suarez. *d. disp. 16. sect. 6. n. 1. & 2.* 97

Rejiciendus est & advocatus, procurator, *d. c 8. eod. in 6. & c. 6 sup. de judic.* quo generaliter prohibetur excommunicatus stare in judicio. Nec facit, quod procurator pro excommunicato possit comparere in judicio; non ideo ipse aut excommunicatus, quia agit actum jure permissum; nec potest dici esse communicatio cum excommunicato. Suar. *d. loco sect. 7. n. 4. & seqq.* Ut autem testis, advocatus, procurator excommunicati à judicio repellendi sint, tamen acta ab iis non repulsis tenent, & sententia secundum ea lata tenebit, mandabiturque executioni, etiamsi postea patefacta sit excommunicatio, cum non amplius jam operentur ut tales. Ut non obstet *c. 1. de excep. in 6.* quia loquitur de ipso actore excommunicato, cujus excommunicatio post rem judicatam nota facta suspendit executionem, quod operetur in exequendo, & sic communicet cum aliis.

98 Quid dicendum de exercente munus tabellionis? Resp. Nec hunc posse licitè munus suum exercere, propter prohibitionem generalem, ex vi excommunicationis, non communicandi cum aliis: tantùm disputari, An ista teneant. Et quidem occulti acta tenere secundum ea, quæ dicta sup. *eod. num. 91.* publicè vero, secundum aliquos, acta & instrumenta non tenere, ratione publici muneris, *arg. c. ad probandum 24. sup. De sent. & re judic. & per can. nullus* II. *q. 3.* ubi nullos mathematizatorum dicitur suscipiendos, nec quoquam credendum, quod ab iis divinare conscribitur. Verum *d. c. 24.* loquitur de judice, non de tabellione: *d. can. nullus* loquitur generaliter, non tantum de tabellione, sed & de accusatore, teste, & aliis personis, tam extra, quàm in judicio; cum tacente accusatio nec testimonium sit ipso jure nullum. Ut dicendum sit, acta ejus prohibiti quidem, sed non irritari, in foro tamen exteriori non esse admittenda, sed rejiciendi, nisi partes, scientes istam qualitatem Notarii, nihilominus opera utentes, obligentur, ignorantes verò possint rejicere instrumentum secundum jus antiquum: quamvis illo utentes non peccent, cum jura in novum communicare cum excommunicato non denuntiato, nec notorio Clerici peccatum sit extra reatum. Plura hac de re vide apud Suarez. *d. disp. 16. sect. 5.*

De tutore, administratore idem dicendum quod scilicet malè se immisceant, & actorum rejici possint, rata tamen sint. Notandum, quod possit esse publicum officium auctoritate: nam licet possint dici gerere officium publicum; non tamen nisi auctoritate tantum, non etiam utilitate simul, uti est his, cujus ideo acta sunt irrita tamquam publica. Vid Suar. *d. l. sect. 8.*

VII. Privatio civilis sive politicæ communicationis cum fidelibus, activæ & passivæ, ceptis casibus jure expressis. Effectus varii sunt hoc versu contenti:

Os, Orare, Vale, Communio, Mensa negatur.

Per *Os*, intelliguntur amicitiæ & benevolentiæ signa exhiberi solita per Osculum, sermonem, quomodolibet sive scriptum, sive palam, sive colloquendo, sive loquendo, sive aures præbendo tantum. Ubi etiam prehenditur communicatio, quæ fit per literas, nuntium, nutum. Per verbum, *Orare*, denotatur spiritualis participatio in Sacramentis, in divinis officiis, & quibuslibet piis in Eccl. sia vel extra eam dici solitis, quæ ante dictum. Per, *Vale*, venit omnis [illegible] honorifica per reverentiæ & honoris exhibitionem, salutando, resalutando verbis, scripto illud Joan. 1. *Neque ave ei dixeritis.*

101 An & adsurgendo, aperiendo caput, aut simile signum exhibendo? Resp. Esse, qui putent talia signa sub verbo *Vale* non comprehendi, quia verbo non fiant, atque ideo communicationem talem non esse prohibitam, eo quod prohibitio ista, quia pœnalis sit restringenda. Quæ sententia licet ad praxin accommodata videri possit, & habeat excusationem in consuetudine, per quam huic prohibitioni, quæ juris est humani, derogari potest, in rigore tamen juris non est vera: tum quia simpliciter jure prohibeatur omnis communicatio cum tali persona; hujusmodi autem signa contineant communicationem: tum quia istiusmodi honoris exhibitio spectet ad actum observantiæ à Canone vetitum, ut non debitum tali. Nec est, quod quis dicat, licere exhibere ea signa sine intentione præstandi honoris, sed solum ad vitandum scandalum & inurbanitatem, cum prohibeatur simpliciter honoris exhibitio, Ita Suar. *Disp 15. sect. 1. nu. 3. & 4.*

Per verbum, *Communio*, si generaliter accipiatur, denotatur generatim omnis effectus excommunicationis. Hic autem videtur positum stricte, ut comprehendat alias externæ communicationis rationes, in cooperando. Denique voce *Mensæ* venit communicatio in comedendo simul, dormiendo in eodem lecto. Cohabitationis communicatio etsi verbo *Communionis* possit videri comprehensa, non malè tamen sub hoc verbo *Mensa* quis eam comprehendi dixerit.

Prohibitio hæc communicationis non tantum ligat non excommunicatos, sed & ipsos excommunicatos, qui alios vitare tenentur, *cap. illud 5. sup. de Cler. excomm. ministr.* Ubi reprehenditur excommunicatus, qui fidelium communioni se ingessit. Finis verò prohibitionis est, ut excommunicati, videntes se contemni, verecundiæ rubore suffusi ad mentem redeant, & culpam agnoscentes satisfaciant Ecclesiæ præcepto, & à contumacia desistant, *cap. cum non ab homine 14. h. tit.* Effectus est, quod transgressores minorem excommunicationem incurrant, etiamsi sint exempti, *cap. Nulli 8. h. t.* quorum privilegia huc se non extendunt: ut ne quidem Judici excommunicanti sit *licita* communicatio. Excipitur solus Pont. qui non ligatur suis legibus *Gl. in d. c. 8.*

Dixi supra. Exceptis casibus jure expressis, 102
quia sunt casus, quibus communicatio est extra pœnam, veluti, si fiat in salutem animæ excommunicati, ut conversus culpam agnoscat; & veniam petat. Illa quoque excusat, quam causat necessitas corporalis, *cap si verò 34. h. t.* sive excommunicati, ne fame aut morbo pereat; sive etiam non excommunicati, si æger indigeat corporis curatione, si aliunde quàm ab excommunicati opera, haberi nequeat, *cap. inter 31. in fine h. t.* Quomodo & eleemosyna ab eo peti potest, eique dari, *can. quoniam multos 103. XI. q. 3.* *Ubi & uxor
dicitur posse manere cum marito excommu- 103
nicato, eique communicare, non tantum quoad debitum conjugale, verum quoad omnia obsequia, prout exigit matrimoniale vinculum; quia à prohibita simpliciter participatione cum excommunicato excipitur generaliter & indistinctè uxor, *d. can. quoniam.* Quo privilegio gaudebit & sponsa de præsenti, quia venit nomine uxoris, imò uxor est, cum consensus, non copula nuptias faciat. In sponsa de futuro verius est, non obtinere Idem privilegium, tum quia uxoris appellatione non contineatur, *lib. si quæ §. 2. D. de ritu nupt.* tum quia ad nulla obsequia obligetur sponso, ut ne quidem cohabitare ei etiam non excommunicato permittatur per Trid. Sess. *24. c. 1. de reform. matrim.* Quæ licentia non est extendenda, ut liceat uxori communicare cum excommunicatis, qui viro excommunicato adsunt, quia cessat ratio, quæ est in vinculo matrimonii. Unde viro cœnante excommunicato, non licet uxori accumbere mensæ, Cessat quoque ista licentia in crimine, cujus participationi non impunè se immiscent, *d. cap. inter 31. in fine h. t.* Ut & in casu, quo sub excommunicatione, in causa matrimonii, de cujus valore lis pendet, usus matrimonii interdictus, quia communicatio redundaret in periculum animarum, imò esset communicare in crimine, *c. concubina 55. h. t.* Divortio quoque separatæ uxori non videtur licita communicatio cum marito, durante divortio, quod ab obsequiis e-

jus sit libera. Non impedit tamen excommunicatio reconciliationem, quæ licitam faciet communicationem, cum ad debita obsequia obliget conjuges.

Dubitatur, An & viro liceat communicare cum excommunicata uxore? Resp. Dubi-
104 tandi causam sumi ex *d. can. Quoniam* in quo fit tantum mentio uxoris communicantis impunè cum viro excommunicato. Ut ad virum trahi non debeat, cum in eo non sit eadem ratio; quia ideo videtur datum uxori, quod eius non sit corrigere maritum, uti est mariti corrigere uxorem, cujus est caput. Verum idem dicendum est de marito; cum vir & mulier sint correlativa, ut uni concessum non sit denegandum alteri, *l. fin. C. de indicta viduit toll.* Et facit ratio concessionis, quæ consistit in mutuis obsequiis, & difficili separatione, propter fornicationis periculum: quæ rationes & in viro locum habent. Covarr. *in c. Alma p. 1. §. 1. n. 8.* Navarr. *c. 27. num. 37.* Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 14.* Suar. *Disp. 15. sect. 4. num. 13. & 14.*

Liberis quoque licitum est cum talibus parentibus manere; uti & servis, ancillis, rusti-
105 cis, qui ante sententiæ prolationem ad familiare obsequium tenebantur, *d. can. Quoniam d. c. inter 31. & c. si verò 34. h. t.* idque ratione juris ad obsequium, ad quod tenentur, quodque sine communione præstare nequeunt. Ut idem non sit concessum iis, qui postea ad obsequium excommunicato se obligant, cum eo communicando contra Canones; qui jure quidem quæsito eum non privant, quæri tamen de novo nolunt. Et hæc quo ad ea, quæ servitium exigunt & jus subjectionis. Non rectè hoc traxeris ad subditos Domino temporali excommunicato, qui omninò absoluti sunt à præstanda fidelitate Domino, *can. nos Sanctorum XV q. 6.* eo quod communicatio cum tali Domino non sit subditis tam necessaria ad vitam humanam, & quia talis non excommunicetur nisi ex atrocibus & gravibus criminibus. Plura Suar. *d. disp. 15. sect. 6.*

Exceptis itaque dictis personis & causis
106 communicantes cum excommunicato, minori involvuntur excommunicatione. Aliquibus tamen casibus & majorem incurrunt, uti communicantes in divinis, vel in ipso crimine aut in contemptum clavium, aut contra speciale præceptum judicis, *c. significavit d. c. nuper 29. & c. Concubinæ 55. h. t.* Navarr. *d. c. 27. n. 28.* propter graviorem materiam: nisi excuset ignorantia non tantum facti, sed & juris, ut mox dicetur. An justo metu cum aliquo communicare coactus excusetur, dictum est sup. *De his quæ vi & c.*

Excommunicationis itaque majores effectus sunt, separare à communione fidelium, suffragiis Ecclesiæ, usu jurisdictionis privare, inhabilem reddere ad beneficia obtinenda, fructibus obtentorum privare, & alii de quibus suprà. Quamvis actus privati tenentur, cum ex dictis est colligere, cum nullibi inveniatur. Covarr. *ad c. alma p. 1. §. 1. n. 9.* matrimonium ab excommunicato initum teneat, *c. 1. sup. de eo qui duxit quam poll.* Ordo collatus characterem imprimat, licet exercitium eius sit suspensum, *c. cum illorum 32. § si autem h. t.* testamentum sit validum, *arg. c. fin. de pœnis in 6.* ubi excommunicatus propter cædem Cardinalis & hæresim specialiter prohibetur testaris ut alia de causa excommunicati testamentum teneat, firmat enim regulam exceptio non exceptis. Covarr. *de testam. p. 2. n. 5. C. 2. §. Testamentum. q. 24.*

Dicta de effectu excommunicationis obtinent de jure antiquo in excommunicato etiam non denuntiato. Quod de jure novo in Conc. Constantiensi per Martinum V. restrictum est tantum ad eos, qui sunt denuntiati nominatim, aut notorii Clericorum percussores. De posteriori tantum est quæstio, cum in *Extravag. Ad evitanda in d. Conc. Const.* non fiat mentio notorii percussoris Clericorum, sed generaliter notorii excommunicati, qui talis est, ut nulla tergiversatione celari possit, ut non debeat restringi tantum ad notorium Clerici percussionem, sed, uti verba citata. Navarr. *d. c. 27. num. 35.* sonant, generaliter locum habere in quolibet excommunicato notorio, qui celari nulla tergiversatione potest. Quod ipsum sentit Navarr. *d. loco*, sed consuetudine postea restrictam esse *d. Extrav.* ad percussionem Clerici notoriam. Alii tamen *d. Extrav.* aliter citant, pro his, *Aut si aliquem ita notoriè excommunicationis sententiam constiterit incidisse*: legentes, *Salvo, si quem pro-*

fuerit

ſacrilega manuum injectione in Clericum ſententiam latam à Canone adeò notoriè conſtit. incid. &c. Quam lectionem plerique ſequuntur, tenentes non alios vi iſtius Extravag. excommunicatos hodie eſſe vitandos, quam denuntiatos Clerici percuſſores. Eſtque conſuetudine iſta limitatio recepta, cum videamus paſſim Catholicos cum hæreticis publicè ſine ſcrupulo communicare, quos vitare hoc tempore vix foret poſſibile. Vid. Navarr. *Conſ. 1. q. 24. De conſtit.* Gutierrez 1 *Quæſt. can. c. 2.* Suar. *de cenſur. Diſp. 9. ſect. 2. n. 4. & 5.*

Dubitatur autem, Quæ ſit ratio reſtrictio- 109
nis ad notorium Clerici percuſſorem? Reſp. Specialitatem rationis poni poſſe tum in majori favore & ſecuritate Eccleſiaſticarum perſonarum; tum quod percuſſio ſcandalum ſæpè pareat & in Eccleſia ſemper ſit habita odioſa, & ex ſe communiter ita ſit notorium, ut omnem dubitationem excludat. Ut non poſſit iſta deciſio extendi ad hæreticos, quorum factum etſi gravius quam percuſſio, tamen in locis ubi fides viget, rariſſimum eſt, ut ſint notorii. In locis verò, ubi fides non viget & numerus hæreticorum eſt copioſus, vix eſt ut evitari queant. Et ut non ſubſit ratio differentiæ, imò paritas aut major cauſa in hæreſi, non tamen ea dat ſufficiens argumentum extendendi prohibitionem legalem in uno caſu expreſſam ad aliam. Uti nec, ſublata prohibitione in uno caſu vel materia, ſub certis terminis, etiamſi in aliis appareat rationis paritas, non eſt tamen ea ſufficiens ad extenſionem, niſi accedat voluntas legiſlatoris. Ita ferè Suar. *d. l. n. 6.*

De eo quoque dubitatum, An poſt ſenten- 110
tiam ſpecialem ab homine latam requiratur denuntiatio vel publicatio? Reſp. Negare id aliquos, nixos *d. Extrav. ad evitanda*, quæ ſolum excipit excommunicatos à jure vel ab homine, per ſententiam generaliter promulgatam, quam vult ad effectum vitandi talem à judice publicari vel denuntiari ſpecialiter & expreſsè: ut videatur hunc effectum habere illa, quæ ab homine eſt ſpecialiter promulgata. Pro qua parte facit, quod à lege antiqua non ſit recedendum, niſi quatenus patet per novam mutata. Contraria tamen ſententia eſt probabilior, ſcilicet etiam eo caſu ad prædictum effectum requiri denuntiationem. Cujus ratio eſt, tum quod conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, *d. Extrav* ita ſit interpretata, tum quod conveniat fini earundem, quippe inductæ ad evitanda ſcandala ac pericula, & ſuccurrendum timoratis conſcientiis. Quod continget facilius, poſita opinione poſteriori, quam priori, cum ſæpè non ita ſit notorium, ſententiam excommunicationis eſſe latam, niſi & publicata ſit. Nec diſcordat iſta ſententia à rigore & proprietate verborum *d. Extrav.* quando quidem primò excludat cenſuram latam per jus aut hominē, ac deinde ſubjungat de lata ſpecialiter in certam perſonam, quam etiam vult publicari & denuntiari, ut effectum producat evitandi ligatum: qui ante illam publicationem ſive denuntiationem non erit vitandus, ne quidem à Judice aut Parocho qui denuntiationem habet paratam. Nav. *ad can. 1. §. Laboret n. 23. de pœnit. diſt. 6.* Suar. *d. ſect. 2. n. 8.*

Quid ſi cenſura publicetur contra certam 111
perſonā, ſub conditione de futuro, an ſufficiet illā ad effectum evitandi perſonam? R. Ejusmodi publicationem non ſimpliciter eſſe talē, aut denuntiationem cenſuræ; cum ſententia tantum ſit conditionata, ut impleta conditione, denuò abſolutè in perſonam ſit publicanda aut denuntianda in particulari, expreſſa perſona. Covarr. *ad c. Almaq. 1. §. 2. n. 8.* Faciet autem ceſſeri nominatim excommunicatum ſententia declaratoria criminis commiſſi per certam perſonam, quæ nominatim exprimitur, ſi iſti crimini certum & indubitatum ſit annexam eſſe ipſo jure excommunicationem Covarr. *d. l. n. 9.* Suar *d. ſect. 2. n. 10.*

Quantum ad manifeſtum Clerici percuſ- 112
ſorem, talem ponet evidentia facti, talis ſcilicet, quæ nulla tergiverſatione poſſit celari, aut aliquo erroris ſuffragio excuſari. Unde non erit latis, delictum poſſe probari per teſtes aut quod de eo ſit publica fama, abſque facti evidentia, quia dum in eo ſtatu conſiſtit, nondum poteſt dici crimen notorium, ſed tantum probabile, *c. Tuanos & c. fin. ſup. de cohabit. Cler. & mul.* Unde in primis neceſſarium erit, ut percuſſio ſit commiſſa coram multis teſtibus, ex quorum teſtimonio ita publica fiat, ut celari nullatenus valeat.

Ubi quæri posset, An qui viderunt percussionem, statim teneantur evitare? Resp. Si taliter sit commissa, ut nihilominus censeatur occulta, propter silentium testium, non teneri eos vitare, cum non sit manifesta, uti requirit *d. Extravag.* Quod si ita facta sit, ut moraliter statim sit divulganda, teneri eos evitare. Priori etiam casu, si non publicè, ne innotescat aliis, saltem privatim est vitandus illis, qui viderunt, postquam ita notoriè constiterit de percussione, ut celari non possit, secundum *d. Extravag.* qua de re plura Suarez *d. sect. 2. nu. 11. & 12.*

De Suspensione.

113 SEcunda species Censuræ est Suspensio, quæ propriè sumpta est censura Ecclesiastica, qua minister Ecclesiæ impeditur functiones Ecclesiasticas exercere, aliave spirituali potestate uti. Ex quibus patet, quatenus differat ab Excommunicatione, quæ separat ab Ecclesiastica communione fidelium; minor passiva, major etiam activa, suspensio verò tantum ad functiones Ecclesiasticas se extendit. Unde laicos non concernit, qui ex se sunt inhabiles ad ejusmodi functiones; quos etiam excommunicatio comprehendit, ut hæc operetur omne id, quod suspensio, & amplius. Differt & in eo, quod suspensio feratur & in personas singulares, & in communitatem, ut talis est, excommunicatio verò non nisi in personas singulares.

114 Est autem duplex, alia ab officio, alia à beneficio. Addunt aliqui tertiam speciem, ab officio scilicet & beneficio simul, verum ea non videtur continere censuræ speciem per modum unius, sed duarum, unde supervacua, *c. 2. de off. deleg. in 6.* Simpliciter lata, & de officio & de beneficio videtur accipienda, cum non sit major ratio, de uno accipiatur, quàm de alio, & generaliter posita ita accipienda sint. Et quamvis aliqui negent in jure ferri simpliciter hanc censuram, sive explicatione ab officio vel beneficio, contrarium tamen patet ex *Clem. un. §. 1. in fine de priv.* & præcipuè ex *Extrav. divina de privil. inter Com.* quæ suspensionis sententiam simpliciter continet; ut ad utrumque sit referenda, nisi ad [illegible] aliud velint: qua de re latè Suarez *de censur. disp. 25. sect. 2. n. 7. & seqq.* Nomine officii intelligitur potestas spiritualis ad actum aliquem spiritualem exercendum, sive sit Ordinis, sive jurisdictionis aut administrationis Ecclesiasticæ. Nomine beneficii intelligitur jus perpetuum ad fructus Ecclesiasticos, ex causa civili spiritualis.

Est & Suspensio alia Totalis sive integra, alia Partialis: illa aliquibus dicitur Major, hæc Minor. Illa ab ordine facta privat ordinis ac muneris Ecclesiastici usu, non etiam ipso ordine; à beneficio fructuum beneficii perceptionem impedit: hæc verò tantum parte privat (secundum verba determinantia [illegible], ut collationem ordinis, beneficii, aut ordine tantum, jurisdictione, vel è contra, aut parte fructuum, non omnibus. Est & alia Perpetua, alia Temporalis, *Gl. in Clem. §. 1. suspensi de pœnis.* Quando verò sit totalis, aut partialis, quando perpetua aut temporalis, ex verbis colligendum; ideoque verba attentè consideranda, nec extendenda, quæ pœnam continent. Unde suspensus ab ordine non erit suspensus à jurisdictione, nec è diverso, quia ordo quid est distinctum à jurisdictione, non necessariò illi aduexus, ut probat *c. Aqua 9. sup. de consec. Eccl.* Suspensio ab officio complectitur & ordinem, & jurisdictionem, ut absolutè prolata utroque privet, id est [illegible] usu ordinis & jurisdictionis. Unde taliter suspensus immiscens se divinis fit irregularis, [illegible] *de sent. & re jud. in 6.* talisque suspensio absque loci determinatione lata faciet ubique inhabilem ad officium, ut ne quidem id acceptare possit, quia verba simpliciter prolata hoc [illegible] seferunt. Nec facit, quod limitatam jurisdictionem habens extra illam non operetur, *c. 2. de constit. in 6.* quia hoc verum est directè & per legem communem vel statutum; particularia tamen præcepta etiam subditos ligant extra territorium. Vid. Suar. *Disp. 24. sect. 1. num. 9.* Sic & perpetuò durat, donec auferatur, prolata sine temporis limitatione. Suar. *ibid. n. 13.*

Quæritur, An Suspensio ab officio trahat secum suspensionem à beneficio? Resp. Rationem dubitandi esse, quod beneficium [illegible]

tur propter officium; ut ab hoc suspensus, videatur & dicendus ab illo suspensus, ne sine causa beneficium habeat, & accessorium; quale est beneficium respectu officii, sit salvum, principali impedito. Ita tenet Glos. in *c. 4. sup. de Clerico excomm. ministr.* Verius tamen suspensionem ab officio præcisè latam, sive à jure, sive ab homine, per se non includere suspensionem à beneficio, & consequenter non privare fructibus beneficii. Exceptis distributionibus, quæ non dantur nisi adsistentibus divino officio, cum debeantur ratione ministerii & adsistentiæ actualis in ipso officio, ut dictum sup. *De Cler. non resident.* Tenet hanc sententiam Navar. *in summa c. 27. num. 160. & ibi citati*, Abbas *& alii in Clem. Cupientes de pœnis & in c. Apostolicæ sup. de except.* Suar. *d. disp. 26. sect. 3. n. 4.* Avila *p. 3. disp. 2. dub. 1. concl. 6.* & confirmatur per *c. inter sup. de purgat. Canon* Ubi licet Ecclesiastica constitutio aliquos tantum ab officio suspendat usque ad purgationem Canonicam, laudat tamen Pontifex eum Prælatum, qui propter criminis enormitatem suspenderat reum etiam à beneficio Ut inde colligere detur, suspensionem à beneficio non includi sub suspensione ab officio, nisi exprimatur, frustra enim alias ibi ex facto laudaretur Prælatus. Ratio est, quia pœnalia sunt strictè interpretanda. Navar. *Cons. 41. num. 2. de homicid.* Hinc suspensus ab officiis divinis ab iis tantum abstinet, ad quæ ex officio tenetur: ab Ecclesiæ ingressu non arcetur, neque quo minus interesit divinis officiis, participet Sacramenta aliaque quæ non sunt officii divini.

117 Q. II. An suspensio ab officio impediat adquisitionem novi beneficii? Resp. Posse quidem ità videri, ex regula generali, qua qui privatur munere vel actu, privatur etiam susceptione eorum quæ ad tale munus vel actum ordinantur *arg. c. fin. sup. de Cler excom. ministr.* ubi minori ligatus excommunicatione non eligitur ad beneficium Ecclesiasticum. Videtur tamen non tam irrita collatio quam irritanda, juxta *d. c. fin.* eo quod suspensus non tam sit inhabilis, quam prohibitus, Suar *d sect. 3. n. 7. & 8.* Quod & dicendum de suspenso à beneficio.

118 Suspensus simpliciter ab Ordine censetur suspensus ab omni Ordinum majorum & minorum usu, cum locutio indefinita æquivaleat ex parte prædicati universali. Non suspenditur autem quis nisi ab ordine jam susceptо: ut suspensio ista per se primò non impediat receptionem ordinis, sed consequenter tantum, quia suspensus ab inferiori consequenter est suspensus ab usu superiorum, si eos habeat, vel si non habeat, impeditur ab eorum receptione, quæ frustra est, cum non detur eorum usus sive exercitium. Suspensus à superiori non manet suspensus ab inferiori, quia pœna non extendenda: uti & suspensus à collatione superioris inferiorem conferre non prohibetur. Econtra tamen suspensus ab inferioris collatione superiorem non confert; censetur enim per consequentiam prohibitus, cum cui non datur minus nec concedatur majus. Suspensio ab administratione non adficit quoad usum ordinis, quia ista huic adnexa non est. Suspensio cum determinatiõe certi actus seu partis jurisdictionis tantum suspendit ab illo actu; quem verba determinantia significant, veluti à collatione beneficiorum *Gl. in Clem. 8. V suspensi de pœnis* Vid. latius hæc tractata apud Suarez *d. disp. 26. sect. 4. per tot.*

Q. An suspensio à beneficio operetur quoad officii usum? Resp. Possessionem quidem 119
beneficii manere salvam, fructuum verò perceptionem esse impeditam, non tamen ordinis usum impediri per talem suspensionem præcisè latam, sive addatur dictio taxativa *Tantum*, sive non. Nàm licet beneficium propter officium detur atque ita possit videri, eum, qui non fruitur beneficio, non obligari ad officium, tamen salva manet obligatio officii, quæ comitatur vel caussa est beneficii: cujus proprietas est integra, ut & integra sit obligatio. Quod verò beneficii careat commodo, ejus culpa est, quæ non debet liberare ab obligatione ante contracta, quia contra regulam juris culpa cederet lucro peccantis, qui reportaret ex ea commodum. Deinde cum nomen beneficii in rigore non denotet officium, & verba pœnalia sint accipienda in rigore, suspensio beneficii non debet extendi ad officium, *Gl. in c. cupientes 16. §. cæterum V. beneficiis de elect. in 6.* ubi per textum istum tradi, posse per privationem beneficii suspensos à beneficio compelli ad of-

ficium, nisi allegent rationabilem causam Suarez *disp. 27. sect. 2. n. 3. & seq.*

120 Alia quæstio est, Quid in hac suspensione veniat nomine beneficii? R. Omne id venire quod beneficii latè sumpti nomine venit, sive simplex sit, sive duplex, ut dignitas, Rectoria, aut alia id genus. Ut & Episcopatus veniat, qui licet beneficii absoluti dicti nomine non veniat, *Gl. in c. Felicis §. quod si quis V. Pontificalem de pœnis in 6.* venit tamen nomine beneficii latè sumpti, hac in materia. Non obstante textu in *c. Si compromissarius 37. de elect. in 6. & c. Quia periculosum 4. h. t. in 6.* ubi sententia suspensionis à beneficio non tangit Episcopos *Gl. ibi V. officii*: nam ibi agitur de suspensione lata in universali contra aliquid agentes, quam concernere etiam Episcopos periculosum est, propter Pontificialis officii executionem, *d. c. 4. & Gl. in d. c. 37. V. de jur.* Unde taliter lata non tanget Episcopos, si non exprimatur, Suarez *d. l. n. 16.*

Q III. An & pensiones concernat? Resp.
121 Certum est illas, quæ dantur titulo spirituali; quales sunt loco beneficii, etiam venire eo nomine, easq; suspensione à beneficio contineri: dubium tantum esse de illis, quæ non dantur titulo spirituali, nec sunt beneficium Ecclesiasticum, cum non sint jus perpetuum, uti est de ratione beneficii. Ut suspensio à beneficio non videtur eas concernere, cum sit pœna, non extendenda ultra verborum proprietatem, & pensio talis propriè non sit beneficium. Nec facit, quod excommunicatio privet hujusmodi pensionibus, quia ista privat omni communicatione spirituali: percipere autem istas pensiones nomine beneficii resignati est quædam communicatio spiritualis. Suspensio verò à beneficio non privat omni communicatione, sed ejus fructibus, ut tales sunt: pensio autem non pertinet ad fructus ut tales. Vid Suar *d sect. 1. n. 15. & Disp. 13 sect. 1. n. 7. & seqq.*

Q IV. An suspensio à beneficio concernat
122 universaliter beneficia omnia? R. Et Pontificem & Episcopum suspendere posse Clericum suum ab omnibus beneficiis & officiis quæ habet etiam alibi, si ferat criminis gravitas. De Pont. patet, propter ejus universalem jurisdictionem. De Episcopo posset dubitari, ex eo, quod ille actus excedat jurisdictionem Episcopi particularis, qui extra territorium non operatur, *l. fin. D. de jurisd.* Dicendum tamen & hunc posse suspendere suum Clericum ab iis beneficiis, quæ alibi habet. Non obstante *d. l. fin.* quæ tantum procedit in casu, quo sententia fertur in beneficium alibi existens non etiam in casu, quo fertur in personam subjectam, & in quam est jurisdictio, quæ judicatur indigna beneficio, non tantum uno in loco, verum & in alio, ut proinde non excedatur territorium. Quo facit distinctio ICti in *l. Ex ea D. de postul.* propter infamiam prohibitum postulare uno in loco nec posse alibi ad postulandum admitti, quia ipsa persona est inhabilis facta; prohibitum autem in uno loco postulare, citra infamiæ causam, alibi non prohiberi, quia persona sit integra. Abbas *in c. Pastoralis 53. §. verumnum. 10. & 11. sup. de appellat.* Est autem discrimen inter sententiam Pont indefinitè positam & Episcopi, quod scilicet illius, si aliunde non limitetur ex verbis aut causa, intelligatur universalis, propter universalem ejus jurisdictionem, Episcopi verò absolutè posita, si amplius nihil declaretur, restringenda sit ad beneficia territorii sui, quo concluditur ejus jurisdictio. Idem de statuto dicendum. Abbas *d. loc. n. 21.* Suar. *d. sect. 1. n. 17. & seq* Attendendum tamen, quid hac in parte consuetudo habeat: permittat.

Effectus suspensionis à beneficiis, est non tam privare beneficii proprietate, quam potius fructuum perceptione, & impedire, ne eos suos faciat; uti dictum supra *eod. n. 111.* Et hoc quidem quoad futuros; nam percepti non adficit suspensio; uti nec illos, ad quos jus propter servitium præteritum est quæsitum, etiamsi necdum fiat percepti. Nam ea merè per accidens, quod tali possessione non sint adquisiti, ut circa eos nihil debeat operari suspensio.

Ubi quæsitum, An suspenso à beneficio de-
123 beantur quotidianæ distributiones? Resp. Id posse videri, eoquod suspensus à beneficio non censeatur suspensus ab officio, ut distributiones, quæ nomine officii, id est adsistentiæ corporalis in Choro dantur, non possint competere nomine beneficii. Contra tamen di-

cun-

eendum, scilicet & illas comprehendi sub suspensionis effectu, ut rectè tenet Glos in *Clem. 2. V. suspensus sup. de vita & honest. Cleric.* quam alii sequuntur, ea ratione, quod & hæ debeantur intuitu beneficii. Et licet immediatè dentur, propter adsistentiam vel officium exhibitum, non tamen citra titulum beneficii, sine quo officium non est sufficiens ad lucrandas distributiones, ut sint veluti eius pars; & suspensio beneficium concernens etiam eas tamquam partem concernat. Aliud est in distributionibus, quæ non spectant ad titulum beneficii, eiusve fructus, nec ullo modo illis adnexæ, sed extraordinariè à fidelibus offeruntur tamquam eleemosyna, ratione Missæ, anniversariorum. aut alia pia devotione: nam hæ fructuum beneficii nomine non comprehenduntur, nec ad eas pertinebit suspensio, nisi cõsuetudine vel auctoritate superioris fructibus beneficii imputentur, tunc enim non spectanda origo, & ut beneficium ipsum, ita & hæ censebuntur suspensæ. Navar. *Conf. 13 De Clericis non resid.* Suarez *d. sect. 1. num. nor. 19.*

125 Est & quæstio, An suspensio ista impediat Episcopum à collatione beneficiorum? R Id videri: ex eo, quod collatio beneficii sit quidam fructus Episcopatûs, *Gl. fin in cap. cum olim sup. de majorat. & obed.* Ubi non rectè quis objecerit, non esse fructum pretio æstimabilem, quod gratis fieri debeat; eam hoc non facit, quin sit æstimabilis, ut in simili tradit Navarr. *in Comment. Can. si fœneraveris XIV. q. 3. notab. 9. n. 17.* Et ut sit inæstimabilis pretio, nihil tamen hoc faciet, cum suspensio à beneficio simpliciter fiat, nec admittat istam limitationem Dicendum tamen, collationem impropriè dici fructum Episcopatus, & revera pertinere ad eius officium, cujus est actus, non etiam beneficii. Non concernere autem suspensionem à beneficio ipsum officium paulo ante dictum est. Unde & suspensus à beneficio actu eligendi hoc ipso non est privatus, ut dictum supra *De elect. num.* 15. nam hic actus est magis officii, quam beneficii. Non obstat *c. quisquis 43. sup. de elect.* quia ibi non dicuntur privati jure eligendi ratione suspensionis à beneficio, sed quia indignum elegerant, & quidem pro ea vice tantum. Vid. Suar. *d. sect. 1, n. 33.*

Spectat & hoc ad effectum suspensionis quod in iis, à quibus est suspensus sit vitandus Clericus ab aliis fidelibus. Quod hodie tantum procedit in eo, qui est denuntiatus, secundum *Extrav. Ad evitanda, de qua sup.* nisi tamen urgeat causa necessitatis Quod si toleretur, non est evitandus. Non possum tamen provocare non paratum, nec se ingerentem ad actum jurisdictionis, à quo prohibitus, quia hoc foret cooperari eius peccato, quod contrahitur contraveniendo præcepto Ecclesiæ aut judicis, non sine labe cooperantis. Vid Avila *p. 3. disp 2. Dub. 4.* Dicta de effectu suspensionis vera sunt, si sententia debita forma sit prolata, qua de re sup. *in princ. h. t.* 126

De Interdicto.

TErtia Censuræ species est Interdictum) quo verbo (derivato ab Interdicendo, generaliter sumpto denotatur prohibitio à superiore facta. Notum hoc & legibus & Canonibus, apud Juris consultos tamen non tam à prohibendo dictum videtur, quam quod inter duos dicatur, *Instit. de Interd.* §. 2. quamvis & in jure civili accipiatur ista vox pro prohibitione. *D. de interd. & releg. & l. 1 D. de curat. furios. dando*, & in Latino sermone ea significatio frequentior. In hac etiam materia sumitur pro prohibitione usus bonorum Ecclesiasticorum. Ut sit censura Ecclesiastica prohibens usum quarumdam rerum spiritualium, ut fidelibus communem, quatenus talis. Distinguitur ab Excommunicatione, quæ privat quidem usu rerum sacrarum, non tamen quatenus est usus rei sacræ, sed quatenus est communicatio cum aliis fidelibus: ut privet communione non tantum in divinis, verum & humanis. Interdictum verò solum privat usu rerum sacrarum, non tamen omnium, sed tantum expressarum, secundum modum in jure declaratum, & quidem formaliter per se atque independenter à communicatione, cum aliis. A Suspensione differt, quod ea privet quidem aliquo usu, non tamen ut communi sed ut proprio alicujus potestatis Ecclesiasticæ, seu ut ministerio ex officio; & quidem activo 127

Ck-

Clericos tantum ; interdictum verò etiam passivo , etiam laicos concernens. Sic non dicitur Missa tempore interdicti , nec confertur sacra Eucharistia ; nisi aliud exigat necessitas , neque alia Sacramenta conferuntur. Sacra Unctio ne quidem tempore interdicti datur , cum tunc tantum sit eius usus, *cap. quod in te sub. de pœnit. & remiss.* Ordinis quoque interdicta susceptio tam quoad laicos , quam quoad Clericos , cum locus sit interdictus quoad utrosque, Matrimonii m simpliciter non celebratur, quod licet ad contractum pertineat , præcipua tamen eius vis est in Sacramento, ideoq; idem in eo, quod in aliis Sacramentis, cum non excipiatur, quamvis contractum teneat, *Gl in c. Alma V. Sacramentis h t, in 6.* & hodie quidem secũdum formam Trid. *de qua sup. De clandest. matrim.* Excipitur baptismus , *quoniam eod. in 6.* quòd sit necessarius ad salutem , & plerumque periculum sit in mora. Excipitur & confirmatio, ex pari ratione , *d. c. quoniam* : nisi tamen ipsa persona sit interdicta, aut interdicto causam dederit; nam cum talis excludatur à Sacramento Pœnitentiæ , donec satisfecerit, à fortiori erit incapax Sacramenti , cujus pœnitentia est præparatio. Pœnitentiæ quoque Sacramentum non denegatur tempore interdicti , propter necessitatem periculo vicinam. Vid. de his latius Covar. *in c. Alma p. 2. §. 2. n. 7.* Suarez. *de Censur. Disp. 33. sect. 1, per tot.* Avila *p. 5. Disp. 4. Dub. 8. & seqq.*

Interdicti variæ sunt divisiones. Prima est , quod aliu ! sit Canonis , aliud hominis , qua
218 de re actum supra in *princ. h. t. de censuris in genere.* II. Aliud Locale , aliud personale. Hoc dirigitur immediate in personam , cui interdicitur certus rerum divinarum usus. Illud fertur in locum , in quo divina officia fieri prohibentur , qui ut est capax alicujus sanctificationis , ita & inhabilitatis ad divinum officium , ut dictum sup. *De consecr. Eccles.*

III. Locale aliud est Generale , aliud Speciale , *cap. Præsenti h t. in 6.* ubi agitur de generali interdicto locali : & *c. cum in partibus 17. inf. de V. S.* ubi fit mentio & generalis & particularis. Illud fertur in locum generalem plura particularia loca sub se continentem, cujusmodi est regnum , Provincia , Diœcesis , Civitas , Castrum , ex causa contumaciæ fabditorum, *d. cap. 17. & ibid. Glos.* Speciale vel est quo hæc vel illa Ecclesia interdicto supponitur, veluti una parochia , cui non sint subjecta alia loca , quia si alia loca habeat annexa , spectabit ad interdictum generale. Quòd interdicto loco aliquo generaliter, excipiatur una aut altera Ecclesia , non facit interdictum esse particulare , cum non minus generale habeat objectum , nec feratur in locum particularem , uti fertur particulare vel generaliter in locum. Vid. plura de hac distinctione apud Suarez *Disp. 32. sect. 2. num. 4. & seqq.*

IV. Potest & personale dividi in Speciale & Generale. Illud fertur in singularem personam , unam sive plures, dummodo ad singulos per se tendat ; hoc vero fertur in universitatem aut collegium , populum. Quod interdictum adficit singulas personas, quæ sunt partes communitatis , in quam lata est, *c. sententia 16. eod. in 6.* non etiam eas, quæ extra eam sunt, cum pœna non extendatur extra illum, cui infertur. Hinc interdicto Clero non potest censeri interdictus populus, nec è contra *d. 16.* Nam licet nomen *Populi* ex rigorosa significatione comprehendat omnes homines congregationis, & laicos & Clericos ; tamen iuxta usum Ecclesiæ ; & hujus juris , populus simpliciter dictus solet pro laico accipi , & a Clero distingui . qui sub eo interdicto non comprehenditur, si aliud non habeat consuetudo. Familia Episcopi interdicta , & Clerici familiæ comprehenduntur , cum & laici sint de familia : & interdictis Doctoribus etiam Clerici Doctores censentur interdicti , cum nomen Doctoris sit comm une & laico & Clerico. Suarez *d. sect. 2. n. 13. & seq.*

Effectus interdicti , sive localis sive personalis est , I. Usus Sacramentorum privatorum , qua de re diximus sup. eod. Ubi differentia ponenda inter locale & personale : nam illud generale in civitatem latum , propter defectum domini , facit quidem eo in loco cives nostros non admitti ad divina , alibi tamen interesse sine noxa ; hoc verò facit, ne quidem alibi eos interesse divinis , *d. cap.* Ratio differentiæ est , quod hoc ipsum

singulas personas liquet, illud verò locum adficiat.

130 Quid si aliquis habeat duo domicilia, unum in loco, ubi populus est generaliter interdictus, aliud in loco non subjecto interdicto? Resp. Aliquibus videri, satis esse respectu habitationis unius loci esse impositam pœnam, eamque obligare, nec excusare domicilium alibi habitum: rectius tamen dici, non teneri, propterea quod non sit major ratio, cur sentiat onus unius communitatis, quàm libertatem alterius, cum utriusque sit pars, & in pœnalibus in mitiorem partem inclinare debeamus, *c. Odia 15 de R. I. in 6.* Nisi tamen actu in territorio populi interdicti habitet; nam pro tunc est major ratio, cur sentiat onus illius populi, illique conformetur. Ita Suar. *d. sect. 2. n. 16. secutus* Silvest. *V. interdictum 2. n. 13.*

131 Q. An Clerico interdicto censeantur comprehensi & Religiosi? Resp. Eos in favoribus quidem sub nomine Cleri contineri, non etiam in pœnalibus: attamen cum in *d. c. 16.* dividatur loci alicujus communitas in Clerum & populum, ut Religiosi non sub populo, sed sub Clero comprehendantur, dicendum & eos Clero interdicto generaliter comprehendi. Covarr. *ad c. Alma p. 2. §. 1. n. 8.* Verum vox Cleri interdum strictius sumitur, interdum generalius, ut materia subjecta & circumstantiæ sint spectandæ Suarez *d. sect. 2. num. 17.*

Generale loci interdictum etiam in locis ejus particularibus suum habere effectum est dicendum, in iisque servandum. Unde interdicta diœcesi, Ecclesiæ, & alia loca particularia, Capellæ, & similia interdicto subjacent: item & cœmeterium, *c. civitas 17. h. t. in 6.* ubi interdicta civitate etiam suburbia censentur interdicta, de cujus intellectu Vid. Suar. *d. sect. 2. n. 23. & seq.*

132 Quæri hic posset, An interdicto generali contineantur etiam loca exempta? Resp. Ita dici verius, *arg. d. c. 17. eod. in 6.* in quo dicitur loca distantia, quia continentia sunt, comprehendi interdicto, ut multò magis dicenda sint concludi loca in ipsa civitate interdicta inclusa. Quo modo & Regulares tenebuntur ad observantiam interdicti positi per Ordinarium. Trid. Sess. 25. *c. 12. de Regularib.* Quamvis per speciale interdictum talis locus non posset adfici censura, quia non subjectus.

133 Quæsitum & illud, An interdicta diœcesi, censeatur & Ecclesia Cathedralis interdicta? Resp. Negativam posse videri, *arg. c. Quamvis de præben. in 6.* ubi cui gratia facta est, ut de beneficio provideatur in aliqua Ecclesiarum diœcesis, dicitur non comprehensa Cathedralis. Verum hoc ibi specialiter isto in casu dispositum, ut non debeat extendi ultra casum, & dicendum sit Ecclesiam etiam Cathedralem censeri interdictam; cum ratio non sit, cur excipiatur caput, quod sub toto continetur. Ita Suar. *d. sect. 2. num. 12.*

Speciale interdictum tantum comprehendit ipsum locum, non etiam contiguum, nisi sit adnexus & accessorium illius. Sic interdicta Ecclesia, etiam cœmeterium illi contiguum censetur interdictum. Dixi, nisi sit adnexus; nam contiguitas non facit unum alteri esse accessorium. E contra, loco adnexo interdicto, non adficitur principalis, quia principale non adficitur vitio accessorii. Imò ne quidem pars principalis loci interdicta ipsum principalem locum adficiet, quia pœnæ non ampliandæ. Vid. Suarez *d. sect. 2. num. 27.*

134 Ex dictis patet esse diversitatem inter interdictum locale & personale. Nam illud generale non infert hoc generale nec è converso, saltem per se, quia aliud exprimi potest. Probatur ptior pars quia per interdictum locale solum prohibentur homines loco isto audire divina, aut celebrare, non etiam extra, dummodo non dederint causam interdicto. Patet ex *d. c. si sententia 16. eod. in 6.* ut ex vi ejus non interdicantur personæ. Posterior pars probatur per *c. 1. de usur. in 6.* ubi post interdictum personale generale additur locale, propter contumaciam personarum: quod frustra fieret, si esset conjunctum personæ. Hanc sententiam tenet Navarr. *in Summa c. 27. n. 167.* quamvis in diversam sententiam eat Covarr. *2. Var. c. 8. circa fin. & add. c. Alma p. 2. §. 1. num. 7.* motus textu *in c. Quod nonnulli 25. sup. de priv.* quod

expressè loquitur de locali generali, non etiam de personali. Vid. Suarez *d. sect. 2. num. 31. & 32.*

Interdicto quoque speciali personali non infertur locale speciale; nam interdicto Clero, non censetur interdicta Ecclesia, in qua ab aliis rectè celebrantur officia, cum prohibitio personæ locum non concernat. Covarr. *d. loco.*

135 Dubium est, An & è contra locale speciale inferat personale speciale? R. Posse id videri, nempe, ut personale tantum comprehendit personam, non locum, ita vicissim locale non comprehendere personam, secundum dicta de interdicto generali. Contra tamen dicendum, saltem quoad Substantiam & effectum, cum locale non feratur nisi supposita culpa alicujus, qui divinis interesse prohibetur, ut apertè colligitur ex *d. c. si sententia*, in verbis, *qui culpabiles non existunt. &c.* ubi à contrario colligere datur, eos, qui sunt culpabiles, non posse etiam alibi interesse divinis: alias exceptio ibi posita nihil operaretur. Quod & videtur dici posse de interdicto locali generali, quod scilicet virtute semper includat interdictum personale speciale, ex jam dicta ratione, cum omne interdictum locale fundetur in delicto personæ alicujus, vel plurium, quæ acerbius puniendæ sunt; personale autem non concernat locum, qui ejus causa non est. Suarez. *d. sect. 2. n. 34. & 35.*

136 Secundus effectus est Prohibitio divinorum officiorum, ut Horarum Canonicarum, &c. inter quæ præcipuum locum tenet sacrificium Missæ. Quæ prohibitio cum moderatione sumenda est, scilicet ne consuetò more fiat, sed modo à jure præscripto, qui diversus secundum diversa interdicta. Et quantum ad interdictum locale, illud divina officia in loco celebrari impedit. * Excepto Missæ sacrificio, quod permissum necessitatis causa, ad conficiendam sacram Eucharistiam in viaticum & solatium ægrotorum, cujus renovatio fieri nequit, nisi in sacrificio Missæ. Cum autem ista necessitas in arbitrio consisteret, pro ratione necessitatis, melioris ordinis causa statutum postea fuit, semel in hebdomada sacrificium Missæ dici tempore interdicti in singulis Ecclesiis, causa conficiendi Corpus Domini, quod non negandum cum pœnitentia decedentibus, *c. permittimus 57. h. t.* observatis tamen circumstantiis, quæ mox adferentur. Postremò, proptet magna incommoda, quæ ex hac prohibitione sequebantur permissum celebrare Missam tempore interdicti singulis diebus, in Ecclesiis & Monasteriis, *c. Alma mater eod. in 6.* Adhibitis tamen his circumstantiis, I. Submissa voce fiat, ne à prohibitis audiatur extra Ecclesiam, *c. quod in 10 11 sup. de pœnit. & remiss.* Quâ ratione prohibitum adhiberi cantum, non etiam alta voce legi, ut ab adstantibus audiri possit. II. Januis clausis; in eumdem finem, ne ab exclusis audiatur & videatur. Unde Januæ integræ sint oportet. Hinc & in Clem. 1. h. t. fenestras aperire, aut januas perforare tempore interdicti dicitur spectare ad violationem interdicti. III. Non pulsatis campanis ex ratione, quod cum communis populus non sit admittendus ad officium Missæ, nec etiam convocari debeat per campanas, ut etiam alia signa publica. Ubi etiam dici potest parvulæ campanæ pulsum, quo non tam ad Missam convocantur, quam excitantur mentes audientium ad attentionem & adorationem Corporis Dominici, prohibitum esse, cum regulariter facilè audiatur extra Ecclesiam. IV. Excommunicatis & interdictis personaliter exclusis. Excommunicatos exclusi non spectat propriè ad hunc locum, cum non solum interdicti, sed alio quovis tempore excludantur, non tantum ab officio Missæ, sed ab omni communicatione. Ad interdictos hæc pœna pertinet, & eos, qui interdicto causam dederunt, consilium, auxilium, favorem præbentes.

Ubi quæsitum, An laici non excommunicati aut interdicti admitti possint? Resp. Videri id posse, per *d. c. Alma & d. c. quod in 6.* quæ inter conditiones ponunt exclusionem excommunicatorum & interdictorum: ut illi non excepti sint admittendi, ex regula, quæ docet, exceptionem firmare regulam in non exceptis. Verum in contrarium stat consuetudo, quæ est optima interpres, non admittens laicos nisi privilegiatos; & communis opinio, fundata secundum aliquos in *c. licet 11. de priv. in 6.* quod tamen loquitur [illegible]

cum de privilegio concesso aliquibus specialiter, ut appareat ex Tit. sub quo positum: quāvis referri possit ad privilegium commune per *d. c. alma*. Probatur directius ista communis sententia per *Clem. 3. eod.* ubi reprehenduntur Fratres Minores, qui ad Missas audiendas admittebant eos, qui erant tertii ordinis exclusis aliis externis; quod quia generabat scandalum, Pont. & illos excludi mandat. Ut ex eo colligatur, laicis esse interdictam præsentiam in Missæ sacrificio: quamvis casus necessitatis, ut quia Sacerdos non habeat alium ministrum, faciet eum & laico uti posse, nisi sit ex specialiter exclusis. Præterea probatur id ipsum ex *d. c. licet*, ubi frustra privilegium requireretur in singulari persona, ad licite audiendā Missam tempore interdicti, si id ei permissum foret jure communi. Vid. Covarr. *ad d. c. alma p. 2. §. 4. n. 4. & 5. latè* Suar. *disp. 34. sect. 1. n. 21. & seqq.*

Cæterum privilegium concessum singulari
139 persōnæ faciet etiam eius domesticos licitè admitti ad Missam secundum *d. c. 11.* etsi ibi Conventui datum privilegium non communicetur cum eius familiaribus. Cujus ratio est in eo, quod singularem personam solent domestici & familiares comitari, non etiam ipsum Collegium aut Conventum. Ubi per familiares etiam intelliguntur illi, qui licet Domi non habitantes solent tamen comitari. Nav. *d. c. 27. n. 181.* Et hoc accipiendum, quatenus principalis persona interest personaliter Missæ, quia illius respectu concessum id eius comitatui, cui per se idem non est concessum. Unde, Domino non comparente, non est licitum comitatui Missæ interesse. Accipienda autem hæc de illis familiaribus, qui non sunt accepti in fraudem interdicti, *arg. c. fin de V. S. in 6.* quia fraudibus est obviandum Navarr. *d. loco n. 180.* Idem privilegium competere habentibus Bullam Cruciatæ non est dubitandum, etiam quoad familiares, ex dicta ratione. Quorum nomine aliqui etiam uxores comprehendunt; filios, nepotes, eorumque famulos, quibus contradicit Navar. *d. n. 181.* Cujus ratio est, quod in his cesset causa, ne scilicet privilegium reddatur inutile illis, qui non possunt incedere decentes sine comitatu, quæ tantum obtinet in iis, qui solent comitari. Plura hac de re Avila *p. 5. disp. 4. sect. 2. dub. 7.*

Secundus hic effectus obtinet quoad laicos non habentes privilegium, non etiam 140
quoad Clericos non excommunicatos aut interdictos, & qui non dederunt causam culpabilem interdicto, qui possunt interesse sacris, etiamsi tantum primam habeant tonsuram. Ubi nomine Clericorum non tantum venient Clerici eius loci, sed externi, etiam Religiosi, & quidem novitii, etiam fœminæ, Navar. *c. 23. n. 95. & d. c. 27. nu. 175. cum d. c. Alma* concedat celebrari officia divina, ut id censeri debeat concedere omnibus ministris Ecclesiæ quorum est officium istud, quod & est Clericorum primæ tonsuræ novitiorum, & fœminarum, qui officium una celebrant. Clerici conjugati, licet cum unica & virgine, etiam tonsuram & vestem clericalem deferentes, excluduntur, qui licet gaudeant privilegio Canonis & fori; quoad hoc tamen, de quo in præsenti agimus, habentur sæculares Navar. *d. c. 27. num. 174.* Covarr. *ad d. c. Alma p. 1. §. 4. n. 3. Illat. 10.* Nisi tamen sint adscripti alicui Ecclesiæ, secundum Trid. Sess. 23. *c. 6 de refor.* Nam ratio, quare excludantur, est, quia non sunt ministri altaris: ut, si sint deputati altaris ministerio, debeant gaudere isto privilegio.

Patitur effectus iste exceptionem in quatuor anni festivitatibus, scilicet Nativitatis Do- 141
mini, Paschatis, Pentecostes & Assumptionis B. Virginis, quibus suspenditur interdicti effectus, potestque dici Missa solemniter, admissis etiam interdictis. His tamen, quorum causa interdictum est prolatum, accedendi ad altare, id est communicandi, non est licentia, aut etiam offerendi, & hoc, ut ad humiliationis & reconciliationis adfectum facilius inclinentur, *d. c. Alma*, Suar. *d. sect. 1. n. 37.*

Facit & interdictum locale, eo durante, Ecclesiasticam non concedi sepulturam. Quam concedens in casibus jure non permissis, uti & nominatim interdictum sepeliens in loco sacro, excommunicatur, *Clem. 1. de sepult.* etiamsi sit corpus pueri aut amentis, quales licet non sint excludendi à divinis officiis, ut tenet Covarr. *d. p. 1. §. 4. n. 5. illat. 12.* quia non sint capaces Ecclesiastici præcepti, & faciat defectus

ſenſus eos moraliter non adſiſtere divinis officiis : tamen ſepeliri tempore interdicti nequerunt in ſacro. Ratio diverſitatis eſt, quia per interdictum locale redditur Eccleſia incapax quodammodo ad recipiendum cadaver humanum, ut ex parte ejus ſit prohibitio, & corpus infantis aut amentis, cum ſit humanum, non poſſit ibi ſepeliri. Divina verò officia directè prohibentur ipſis interdictis, ne audiant illa, qui non alias iis comprehenduntur, quàm quatenus uſum rationis habent. Eſt & Clericis conceſſum, ut non inderdicti, ſeu qui interdicto cauſam non dederunt, ſepeliri poſſint in cœmeterio, citra pulſum tamen campanarum, *d. c. quod inter* 11. *ſup. de pœnit.*

142 Interdictum perſonale impedit divina officia coram interdictis dici, cum dicantur excommunicati & interdicti ab iis excludendi. Sepultura etiam Eccleſiaſtica iis negata. Sub quibus & continentur, qui interdicto cauſam dederunt, favore, conſilio, auxilio, *c. licet* 11. *de privil. in* 6. Ita ut ne quidem alibi poſſint intereſſe divinis, aut percipere Sacramenta, ſi particulariter ſint interdicti, ſive ſub interdicto generali comprehenſi, *c. ſi ſententia* 16. *h. t. in* 6. De ſepultura Eccleſiaſtica quod dictum, omninò obtinet in interdicto perſonali, ne quidem Clerico: non obſtante *d. c.* 11. quod agit tantum de locali interdicto, quod tantum moderatur loci interdictum, non etiam perſonæ.

Dubium eſt de interdicto generali, an im-
143 pediat ſepulturam Eccleſiaſticam? Reſpondendum. Adfirmativam niti *d. c.* 16. quod habet, interdictum generale ligare ſingulas perſonas ut ne quidem alibi divinis interſint. Verum cum in eo divina quidem officia & Sacramenta prohibeantur, non etiam ſepultura poſſet potius pro negativa parte adduci : quàm & juvat *d. Clem.* 1. *de ſepult.* ubi agitur de prohibendis interdictis nominatim. Ad idem facit textus in *cap. ut privilegia ſup. de privil.* ubi etiam fit mentio de deneganda ſepultura nominatim interdictis. Secundum quos textus accipiendus eſt text. in *c. Epiſcoporum De privil. in* 6. Videtur & hanc partem adjuvare *Extravag. ad evitanda*, Martini V. quæ tantum nominatim excommunicatos & interdictos vult vitandos eſſe : quamvis in iſta Extravag. Pontifex exprimat ſe in nullo relevare ipſos notatos cenſura. Vide Suarez Diſp. 1. *ſect.* 3.

Quibus modis Cenſura ceſſet.

DIcta de Cenſuris, earumque effectu obtinent ; primò, quatenus inflicta per Canonem non abrogatum, vel per ſententiam aut præceptum ejus, cui tempore cenſuræ inflictæ erat juriſdictio. Dico, non abrogatum ; nam licet Canonis aut conſtitutionis vis per ſe ſit perpetua, abrogari tamen poteſt per conſtitutionem poſteriorem, aut conſuetudinem, ut dictum ſup. *de conſtit. num.* 47. & *de conſuet. num.* 12. Etiam hac in materia, cum cenſura ſit juris humani, licet potiſtas eam ferendi ſit ex jure divino, immediatam originem à Deo trahens. Dico, Cui tempore cenſuræ inflictæ erat juriſdictio, quia ex ea dependet cenſuræ valor, ut neceſſariò adeſſe debeat eo tempore, quo præceptum vel ſententia ſuum operatur effectum, quia aliàs nullus erit utpotè cauſa fundamentali deficiente. Nam ut cenſura lata non habente juriſdictionem invalida eſt, ita & lata pro tempore, quo non eſt habiturus juriſdictionem ; cum æqualia ſint, fieri aliquid tempore non habili, & ad tempus inhabile referri. Hinc ſi judex auctor ſententiæ aut præcepti mortuus fuerit, aut munere defunctus judicis, eo tempore, quo conditio, ſub qua lata cenſura, expirarit, reus ea non notabitur : exſpirat enim morte mandantis mandatum re integra. Vide Suar. *de Cenſur. diſput.* 3. *ſect.* 4. *num.* 13. & *ſeqq.*

Ex eadem ratione ejuſmodi cenſura non comprehendit eum, qui mutavit domicilium ante exiſtentem conditionem, cum ſit extra juriſdictionem ejus, qui cenſuram tulit, ſine qua non poteſt habere effectum, cum ſeratur tantum in ſubditum, *cap.* 5. *h. t. in* 6. Et hoc, quatenus cenſura reſpicit actum puræ futurum, ſine ordine aut habitudine ad præteritum. Nam ſi præteritum reſpiciat, & commiſſum tempore prioris domicilii, ejus mutatio

tatio non proderit reo, qui secundum quid manet subjectus judici priori, scilicet quoad causam jam positam: veluti si quis delictum commisit, aut damnum dedit, cujus satisfactio ipsi præcepta intra tempus, sub censura ipso facto incurrenda; tunc enim licet ante lapsum tempus mutet domicilium, obligatus tamen manet priori præcepto, & in defectu existens incurrit censuram, cum maneat subjectio quoad causam: alias mutatio domicilii cederet in fraudem censuræ & Ecclesiasticæ jurisdictionis. Idem erit, si nullum quidem delictum præcesserit, causa tamen præcesserit, cujus nomine in judicium quis vocatus sub censura, quam non effugiet reus mutatione domicilii, cum maneat subjectio quoad talem causam, *c. fin. sup. de foro compet. & l. si quis 7. D de judic.* Et hoc, si fraus subsit, nam si justa causa mutationem causaverit, uti superioris auctoritas, aliud vult dicendum Bart. *ad. l. 1. n. 3. D. de pœnis.* Censura jam inflicta minimè tollitur mutatione domicilii, cum esse perfectum non habeat, & non dependeat amplius à judice, qui illam tulit. Unde non potest dici cessare per ablationem domicilii, sed est alio auferenda modo ordinario, scilicet per absolutionem. Abbas *in c. à nobis n. 12. h. t.* Plura Suarez *d. disp. 3. sect. 5. & disp. 38. sect. 1. n. 9. & seqq.*

Quantum ad censuram à lege latam, licet sub conditione, non infirmatur morte legislatoris, quia lex, cum feratur nomine communitatis, per se est perpetua, fertur enim à legislatore referente communitatem, quæ non desinit esse per mortem legislatoris. Quæ aliter se habent in censura lata per sententiam quæ non est perpetua, sed dependet in fieri & in esse à judice, qui proinde etiam talis esse debet eo tempore, quo censura infligitur. Idem dicendum, si sententia lata ab homine sit nulla; ut quia continet intolerabilem errorem aut propter omissam monitionem. Navarr. *c. 27. n. 4.*

145 Secundo, ut procedat censuræ effectus, oportet sententiæ aut præcepti effectus non sit suspensus per appellationem, debito modo & tempore interpositam. Nam effectus iste sistendi vigorem sententiæ in aliis casibus competens, non potest hoc in casu denegari. Quod tamen accipe, si censura sit lata sub conditione, quo in futurum quid committitur, non etiamsi simpliciter & absolute lata fuerit: nam cum talis executionem secum trahat, ab ea frustra appellatur, saltem quoad effectum suspendendi censuram, *cap. is cui 20. h. t. in 6. & c. Pastoralis §. verum sup. de appellat.* Quod & de ea, quæ continet conditionem, si antequam appelletur intra decendium conditio impleatur, nam ejus implementum facit censuram absolutè latam, atque ita continuo executioni mandatam. Vid. Suar. *d. disp. 3. sect 6.*

Habet & effectum suspendendi censuram, si quis protectioni Sedis Apostolicæ se subjecerit *c. ad audientiam 34. sup. de appellat.* aut iter versus dictam Sedem eo animo susceperit, ut expressum, *c. dilectis 52. d. tit.* Nam per hoc suspenditur jurisdictio inferioris.

Voluntas & consensus ejus, in cujus favorem lata censura sub conditione facit suspendi executionem censuræ ultra tempus adjectum, V. G. si ei, qui sub censura condemnatus est solvere, creditori intra tres menses ab ipso creditore prorogetur tempus: pro quo ut tollitur causa censuræ, ita & ejus effectus sistitur, ex mente superioris, qui voluit creditori provisum, qui potest juri suo præjudicare, atque ita facere, ne debitor sit contumax. Ita Suar. *d. sect. 6. n. 8.*

Ubi posset dubitari, An debitor ante lapsum terminum prorogatum non solvens incidat in censuram? Respondendum, posse videri, non incidere, ob cessantem voluntatem superioris, quæ tantum restricta ad certum tempus, cujus effectus impeditur per creditorem, nec, ut incurratur postea, ponitur nova causa cessante voluntate superioris, & non sufficiente voluntate creditoris in termino prorogato. Probabilius tamen postea reum cessantem in solutione incidere in censuram, eo quod prorogatio termini faciat censeri eumdem terminum esse, qui ante datus; quia prorogatio existimatur fieri sub eadem conditione, *l. Si cum dies 22. al. l. quid tamen 21. §. si cum dies D. de recept. qui arbitr. & l. sed etsi D. de precario,* non tam ad finiendam quàm differendam solutionem, ex consensu Judicis, qui noluit proferri solutionem ultra tres menses, 146

invito creditore. Qui licet prorogando terminum consenserit, tamen ubi incipiet esse invitus, non secuta solutione intra terminum prorogatum, impletur conditio in sententia judicis posita, & locus est censuræ, in eius eventum inflictæ. Ita ferè Suarez *d. loco num. 11.*

147 III Excusat à censura ignorantia inculpabilis præcepti Ecclesiastici, cui censura est adnexa, *c. 2. de constitut. in 6.* ubi statuta Episcoporum non ligant ignorantes, si ignorantia eorum non sit crassa aut supina, ex ratione, quod talis ignorantia excuset à culpa, ergo & à censura. Probatur antecedens, quia talis ignorantia tollit voluntarium, & ponit actum involuntarium, atque ita & tollit peccatum: ut consequenter impediatur censura, quæ præsupponit culpam. Quod omninò procedit in ignorantia facti invincibili, de qua loquitur, *c. si vero 4. h. t.* ubi percutiens, quem ignorat Clericum; non peccat in Canonem *Si quis suadente.* Facti enim ignorantia probabilis est atque excusat. Hinc censura in absentem ab homine lata, licet non feratur nisi in monitum, si tamen monitus illam latam esse invincibiliter ignoret, non ligabit, non solum si tantum temporis necdum sit elapsum, ut pervenire eius notitia ad illum potuerit, verum etiam eo lapso, modo ille se non occultet, aut non faciat, quo minus adsequatur notitiam, sed bona fide se gerat. Nam licet post monitionem possit suspicari, Judicem laturum censuram, est tamen ista suspicio insufficiens, cum multis de causis pronuntiationem talis sententiæ contingat suspendi: ut antequam notificetur illi per judicem, aut dignis fide testimoniis constet de sententia in se lata, abstinere non teneatur, nec etiam inquirere & diligentiam facere ad habendam notitiam, cum in his, quæ pœnalia sunt sufficiat passive se habere ad inflictionem pœnæ. Fama etiam publica, si prudenter considerata cum aliis circumstantiis probabilem faciat fidem, onerabit reum ad servandam censuram *c. cum desideres §. secunda V. publica fama h. t. Glos. in c. 5. V. in hoc sup. De Cler. excomministr. & ibi* Abbas. Quod si tales circumstantiæ desint, incumbet saltem reo adhibere diligentiam ad inquirendam veritatem. Vid. Suarez *de censur. disp. 4. sect. 8. num. 12 & de legibus lib. 5. c. 12. n. 3.* Sanch. *De matrim. lib. 9. Disp. 32. n. 23.*

Dubium est, An juris ignorantia excuset à censura? Resp. Constitutiones Principum & Pontificum ab omnibus intelligi, nec ignorare eas quemquam debere, uti rescriptum *l. Leges 9. C. de LL. & l. pen. C. de juris & facti ignor.* Ideo & publicè promulgari, ne ignorantia prætendi possit: ut tam prætendens non mereatur excusationem commissi contra legem. Quo facit Reg. juris, Ignorantiam facti non juris excusare, *c. 13. de R. I. in 6.* Verum cum possit dari ignorantia juris invincibilis, quæ transgressionem legis à mortali culpa excuset, quidni excusabit ab eius pœna? quæ non ponitur nisi culpa prævia. Non esse culpam patet, quia talis ignorantia tollit voluntarium, sine quo non est peccatum. Quod non tantum procedit in foro interiori, verum & exteriori ex eadem ratione. Nam licet in hoc præsumatur scientia legis, *d. l. pen.* ut eius ignorantia non recte præsumatur; si tamen probetur sufficienter, quidni excusabit in isto foro? cum, quod culpa caret, non debeat vocari in damnum, & cessante causa, scilicet peccato, debeat & cessare pœna, ne contingat innocentem puniri. Si ignorantia talis, quamvis vere subsit, non probetur, damneturque ideo tenetur licet in externis teneatur parere, & pœnam ferre, in conscientia tamen potest eam non exequi, sed potest omittere, cavendo tamen scandalum. Pro hac opinione adfertur textus in *c. 2. de constit in 6.* qui licet loquatur de ignorante statutum particulare, in quo aliquid dicta procedere volunt, obtinet tamen idem in lege generali, ex eadem ratione, Et hoc ita, quando ignorantia est & circa legis prohibitionem, & circa pœnam appositam & quidem non tantum legis humanæ, verum & divinæ positivæ. Nam licet in hac rarius contingat ignorantia, non repugnat tamen, nec videtur rara inter homines rudes, quibus non est occasio ad comparandam notitiam sine eorum culpa, eo quòd non habeant, unde aut quo modo excitentur ad notitiam divinæ legis comparandam Vid. Avila *p. 2. c. 5. Disp. 5. dub. 7.* Suarez *d. sect. 8. num. 12 & seqq. & De LL. lib. 5. c. 12. num. 5 & seqq.*

Aliud dubium est. Si lex quidem divina aut
149 naturalis sciatur, ignoretur autem præceptum Ecclesiasticum, quod adnexuit delicto censuram, An excusetur ab ea peccans contra jus etiam divinum aut naturale? R. Probabilem videri opinionem, censuræ esse locum, ea ratione, quod ignorantia non sit ejus, quod facit ad malitiam actus, cum sit circa delictum, quod aliquis scit esse prohibitum, sed tantum circa pœnam, quæ tamen est consequens ad delictum: ut proinde volens antecedens, id est delictum, etiam pœnam consequentem velle videatur, nec ab ea sit excusandus propter pœnæ ignorantiam, quæ non excusat ejus culpam, nec reatum. Facit, quod ignorantia pœnæ ad summum faciat pœnam non esse voluntariam: quod parum refert; cum in his quæ de se mala sunt, non sit necesse, scire delinquentem, quæ & qualis pœna delicto sit proposita, quo modo homines puniantur pœna æterna, quamvis ignorent delictis suis talem pœnam deberi. Et fur non est liber à suspendio, quia ignoret furto istam pœnam propositam. Quatenus tamen delinquens scit circumstantiam & qualitatem facti causantem vel alterantem delictum, cujus ignorantia excusaret à speciali gravitate, orta ex speciali circumstantia, quam lex principaliter puniri voluit. Sic vasallus non potest dici commisisse feloniam insidiando Domino, quem talem ignorat, ut traditum in Tract. Feudali *c. XVI. n.* 22. Et cognoscens coniugatam, quam putat solutam, à pœna adulterii atque ita & culpam, quantum ad facti circumstantiam, Covar, *ad c. Almaq. 1, §. 10. n. 8. & seq.* Quod ut ita procedat in aliis pœnis, contraria tamen sententia non immerito in censuris tenenda, quod scilicet justa ignorantia juris humani, per quod censura proposita est actui jure superiori prohibito, excusationem admittat à censura. Ratio est, quod licet ignorantia ista juris humani non excusat actum à culpa, ut est contrarius juri superiori, excuset tamen illum à culpa, contra legem Ecclesiasticam: ut etiam debeat excusare à pœna, quæ culpam solet præsupponere & in materia censuræ contumaciam, quam cessare facit ignorantia justa. Quo facit *d. c. 2. de constitut. in 6.* ubi ignorantia præcepti Ecclesiastici excusat ab excommunicatione, etiamsi actus prohibitus sit jure naturali. Ad idem facit textus in *can. Excellentissimus* 102. *XI. q. 3.* ubi Pont. *Qui ex necessitate vel ignorantia delinquunt, auctoritate nostra per te absolvantur.* Id est absoluti judicentur, ut rectè ibi supplet Gl. Facit & quod habet Abbas *in c. à nobis* 21. *h. t.* quod licet factum sit damnum, pœna tamen sit nova. Vid Suarez *d. sect. 8. num.* 20 *& seqq.* Sanchez *de matrim. lib. 9. Disp. 32. n.* 12. *& seqq.*

Quid si præcepti quidem Ecclesiastici habe- 150
atur scientia, censura tamen lata in transgressores inculpabiliter ignoretur? Resp. Negare Covar. *d. loco 9.* hanc ignorantiam excusare à censura, cum ignorantia pœnæ non impediat, quò minus transgressor præcepti ea teneatur. Quò faciunt rationes allatæ superius. Facere pro ista parte videtur, *c. cum illorum* 32. *hoc tit.* ubi dicitur excommunicatio incurri à jure lata, quamvis ignoretur: & *c. 1 & fin. hoc tit.* ubi impuberes etiam dicuntur censuram incurrere ratione percussi Clerici. Alios verò distinguere inter statuta particularia Ordinariorum & leges universales: illorum scilicet ignorantiam excusare à pœna, non etiam harum. Probatur ista opinio per *d. c. 2. de constit. in 6.* quod habet, per statuta quorumcumque Ordinariorum non legari ignorantes, dummodo ignorantia non sit crassa. Verius tamen, ignorantiam solius pœnæ, etiam statuti habita scientia; sufficere ad excusationem ex ratione, quod censura sit pœna requirens peculiarem modum contumaciæ & inobedientiæ, qui non invenitur in eo, qui ignorat inculpabiliter censuram, quamvis legem non ignoret: cum non possit censura ferri nisi prævia monitione, non qualicumque, sed sub comminatione pœnæ. Ut legem sciens, non ignorans etiam censuram legi adnexam, non possit re ipsa dici admonitus sub comminatione censuræ. Nihil facit quod *d. c. 2.* tantum loquatur de statutis Ordinariorum, quasi aliud dicendum foret in lege generali: nam ratio eius, ut occurratur periculo animarum, etiam locum habet in lege generali Pontificis. Et deinde ut ignorantia statuti particularis aut censuræ impedit censuram ideo, quia aufert contumaciam & inobedientiam Ecclesiæ, quæ est

pro-

proxima censuræ ratio, ita etiam generalis legis vel censuræ per eam inflictæ. Quod autem istud *c.* 2. loquatur de statutis Ordinariorum specialiter, est, quod illi majorem aliquam coactionem subditis inferrent, & in suis statutis ignorantiam admittere nollent. Nihil facit textus *in d. c. cum illorum* 32. Nam primo in eo potest dici agi de irregularitate contracta, non obstante ignorantia, quia illa non semper requirit præviam contumaciam uti censura, cum & contrahatur sine peccato. Secundo, ibi agi non de ignorantia invincibili, sed culpabili. Imò videtur ibi textus, in §. *Si autem*, præsumere ordinarium de quo ibidem, potius scienter peccasse, quam ignoranter; dicit enim præsumi contra ignorantiam. Quantum ad *d. c. 1. & fin.* parum ad materiam faciunt; quia *d. c.* 1 agit de iis, quos à censura ætas excusat: *d. c. fin.* loquitur de iis, qui in Canonem incidunt, nulla facta mentione ignorantiæ, ut patum pertineat ad rem præsentem. Vid. Covar. *d.* § 10. *num.* 9. Avila *d. Disp.* 5. *dub.* 7. Suarez *latissimè d. disp.* 4. *sect.* 9.

151 Est & quæstio, Utrum ignorantia vincibilis excuset à censura? Resp. Quantum ad ignorantiam crassam & supinam sive sit juris generalis, sive statuti particularis, eam non excusare *d. c.* 2. *de constitut. in* 6. Quod loquitur de ignorantia supina statuti particularis, non excusante à censura: ut magis obtinere debeat ignorantia legis generalis, cum & in ea habeat locum eadem ratio, quod scilicet talis ignorantia non amoveat contumaciam & inobedientiam, cum sit loco scientiæ, & dolum contineat, *l.* 2. §. *& generaliter D. de dolo except.* Tantum esse quæstionem de ignorantia non adfectata, nec crassa aut supina, quæ dolum continet *d.* §. *& generaliter.* Hanc excusare à censura aliquibus placet, per *d. c.* 2. quod excipit ignorantiam crassam ac supinam, ut in aliis non exceptis contra sit dicendum. Alii distinguunt inter censuram inferiorum & Pont. quod ab illa excuset, non etiam ab hac, per *d. c.* 2. Verior sententia est, ignorantiam sive facti, sive juris, quæ non excusat à culpa mortali, non excusare à censura. Et probatur, quia talis ignorantia ponit saltem indirectè voluntarium, pertinetque ad crassam & supinam, orta vel ex negligentia, dediave, vel ex nimia sollicitudine & adfectione ad res aliquas, aut negotia, impedientia debitam curam inquirendi ea, quæ quis scire tenetur. Ubi non admittenda distinctio, an ignorantia orta ex negligentia, dederit operam rei licitæ, ut vult Covar. ad *Almap.* 1. §. 1. *n.* 10. ex ratione, quod dederit operam rei licitæ, & transgrediens legem prævincibilem ignorantiam, non possit negari voluntariè transgredi legem, licet indirecte. Non vincibilis ignorantia voluntarium non excludit; & directum sit, an indirectum, non mutat speciem peccati, cum sufficiat sit voluntarium. Et licet operetur bonum bonum intentione, non tamen prudenter, ut non excusetur à pœna transgressionis præcepti, ex ignorantia vincibili, quæ non excludit moralem culpam. Ita fere Suar. *latius tractans hanc quæstionem d. disp.* 4. *sect.* 10.

IV. Dabit excusationem actus contra prohibitionem sub censura per metum justum cadentem in constantem virum, cum excusetur à peccato, quatenus est actus malus prohibitus. Nam Ecclesiastica lex non obligat cum tanto rigore obligare, ut cum gravissimo detrimento vel periculo sit servanda. Dicitur quatenus est actus malus, quia prohibitus; nam si foret intrinsecè malus, non excusaretur secundum, *c. Sacris* 5. *sup. de his quæ vi.* Quod non accipiendum, quasi generaliter metus justus non excusaret à censura, sed tantum in casu, quo metus non excusat à morali culpa: ut quando communicatio, secundum se sumpta *d. c.* 5. intrinsecè includit malitiam, vel si fiat cum injuria fidei, cum contemptu rei vel in crimine, super quo censura lata, vel in contumacia; vel in genere ponit complicationem ad actum malum & censuræ contrarium, quia est intrinsecè mala, à qua nullus metus excusat. Ita Suarez *Disp.* 4. *n.* 3. *num.* 10. & 11. Idem videtur dicendum, quando licet non ex metu, ex aliis tamen circumstantiis grave detrimentum immineat, v. g. luti gravis infamia, quam evitare aliis modis potest; quia talis actus, licet prohibitus sub censura, tamen medium necessarium ad evitandum immineus periculum, cum lex Ecclesiastica non obliget cum tali rigore, ut cum gravissimo periculo servanda sit. Eandem

causam videtur scandalum procurarurum, ut scilicet licitum faciat actum sub censura prohibitum, si non sit intrinsecè malus, eo quod leges humanæ ac positivæ non obligent cum scandalo proximorum. Vid. Suarez *d. loco n.* 13. *& seqq.*

Quæsitum, An publica necessitas excuset
153 celebrantem à Sacro per censuram prohibito, in loco, ubi nullus alius Sacerdos? R. Cessante scandalo, infamia, aliove nocumento gravi, necessitatem illam non ponere sufficientem causam excusationis, ad peragendum tale ministerium in statu censuræ, propterea quod eo in casu non sequatur verum incommodum ex omissione sacrificii; cum populus excusetur à peccato, propter inopiam ministri, ministet autem propter prohibitionem legalem. Ut nullum sequatur incommodum considerabile ex carentia sacrificii: non temporale, uti supponitur; non spirituale, quia voluntas audiendi Missam populum excusat ab obligatione præcepti, ministrum autem ipsa censura. Ita Suarez *d. loco n.* 20.

V. Facit dispensatio legitima, ut quis le-
154 gitimè exerceat actum sub censura prohibitum, manente censura. Est enim hæc prohibitio juris humani, quæ dispensationem eodem jure admittit. Patet in excommunicato, qui licet sit incapax beneficii, si tamen scienter Pont. illi conferat, tenet collatio, quia censetur cum illo dispensare, ut dictum est alibi, *sup. de præb. nu.* 49. & tradit Covar. *ad d. c. Almap. 1. §. 7. n. 2.* & de facto patet *ex Extravag. Ad evitanda* Martini V. qua permissum communicare cum excommunicato non denunciato. Vid. Suarez *d. disp. 5. sect. 4. n. 2. & 3.*

Hanc licentiam esse Pontifici non est dubitandum, cum in eo sit suprema Ecclesiæ potestas. Episcopis non esse istam licentiam dispensandi super effectu censuræ à se latæ probabilius est, ex ratione, quod in rebus jure communi prohibitis dispensare non possint, nisi quatenus jure communi concessum. Nullibi autem concessa invenitur ista licentia, neque consuetudine recepta, nisi forte in re aliqua minima, ut dandi licentiam loquendi cum aliquo. Suarez *d. sect. 4. n. 4. & seqq.*

VI. Facit absolutio cessare effectum censu-
155 ræ, ipsamque censuram tolli. Esse talem potestatem in Ecclesia patet ex verbis Christi. *Quodcumque ligaveritis & solveritis &c.* Nec est ea res dubia.

Tantum quæritur, An per solam absolutio-
156 nem tollatur censura? Resp. Esse, qui mortuum velint esse solutum, si in charitate decesserit, qua de re inf. *eod. num.* 159. Per emendationem quoque & satisfactionem subsecutam videri cessare censuram, tamquam cessante causa, propter quam est lata, quæ facit cessare effectum. Verius tamen, cessante contumacia, non tolli hoc ipso censuram: nam licet illa præcedere necessariò debeat ad censuram ferendam, non tamen necessariò durare debet, ut duret censura, cum effectus censuræ non pendeat à causa in conservari, sed tantum in fieri: sicut culpa est causa pœnæ, quæ tamen durat, illa sublata, aut etiam remissa, quod indicat sufficienter textus in *c. qua fronte 25. sup. de appellat.* ubi post exhibitam condignam satisfactionem absolutio est concedenda: & expresè insinuat textus in *c. cum desideres 15. h. t.* Ubi non sufficit, quod percussor Clerici composuerit cum eo, quem percussit, eique satisfecerit, sed necesse est absolvatur per Ecclesiam, antequam cum eo sit communicandum. Ratio est, ut quod juridica & publica potestas est vigatum, eadem dissolvatur. Et licet quoad tollendam contumaciam, & ad obediendum Ecclesiæ sit satisfactum, non tamen est sufficiens pœnitentia actu pro culpa commissa, quæ solet imponi, dum conceditur absolutio. Abbas *in c. fin. num. 4. sup. de matrim. cont. contra inord. Eccles.* Suarez *Disp. 7. sect. 1. num. 3. & seqq.* Et hoc ita procedit, si censura simpliciter & absolutè sit lata. Difficultas aliqua moveri posset de censura lata sub definito tempore. Qua de re non videtur quærendum, cum non feratur censura ad tempus, quo elapso esset, etiamsi contumacia duret; quia hoc esset contra finem censuræ, qui est comprimere contumaces, & rectitudinem justitiæ; quia daretur occasio peccatori hærendi in contumacia, cum sciat pœnam

ipso die cessaturam, ut non habeat opus emendare se. Et contra dicunt omnia jura, quæ absolutionem denegant nisi prævia satisfactione, *d. c. 25. d. c. 15. & aliis locis.* Deinde cum censura accommodetur resipiscentiæ, si hæc non habeat tempus definitum, quo modo illi præscribetur certus terminus? Ita Suar. *d. sect. 1. num 9.*

157 Major quæstio de censura lata sub conditione *Donec satisfeceris.* An satisfactione exhibita ipso facto tollatur? R. Cum conditio ista non impediat, quin reus censuram rectè incurrerit, non potest ea cessare, aut dici sublata, nisi per absolutionem ejus: ad quem pertinet secundum jura Canonica, quæ post satisfactionem requirunt absolutionem, per quam tollatur vinculum, quo reus ligatus est, ut non videatur sufficere, conditio satisfaciendi sit impleta. Cum non possit absolutio, quæ est actus legitimus, esse pendens. Et videtur hoc sentire Navar *c. 27. n. 105 in fine,* Abbas *d. c. 1. num. 6.* Felin *ibid. num. 4.* & alii citati per Covarr. *ad d. c. Alma p. 1. §. 11. num. 5. & seqq.* Volunt tamen, ejusmodi conditionis implementum inducere liberationem à censura, non tamen citra absolutionem, quia antiqua absolutio sub conditione lata postea operatur, expleta conditione: & ita multis tradit Covarr. *d. loco* Suar. *d. sect. 11. num. 13.* Quæ decisio procedet, si sententiæ verba talia sint, ut contineant absolutionem ipso facto, v. g. *Ex quo satisfecerit, absolutus sit;* non etiam si requirant factum hominis, v. g. *Si satisfecerit, absolvatur.* Procedet etiam ista decisio facilius in summo Pont. propter absolutam ejus potestatem, qui potest ligare ita, ut impleta conditione hoc ipso cesset censura, quod in inferioribus non ita obtinet, factum tamen tenere videtur. Tollit & Pont. sine absolutione censuram, destruendo legem, unde censura dependet, si tamen legem priorem tollat cum omni suo effectu; nam aliàs censura vi legis inflicta, quia non amplius ab illa dependet, sublata lege nihilominus perdurat, *Gl. 1. in V. pro infectis de immunit. Eccles.* Hæc ita de excommunicatione.

Quid de suspensione dicendum. R. In ea,
158 quæ lata absolutè ob contumaciam, cessante hac, nihilominus esse opus absolutione. Nam licet cessante causa cesset effectus, ex Reg. Juris illa tamen solum obtinet in causa, quæ causa talis est, quæ non tantum adfieri, sed & conservari sit necessaria: qualis non est hæc casu, quo contumacia tantum est causa, ut feratur censura, non etiam ut conservetur. Neque rectè quis dicet, sententiam suspensionis pro contumacia esse conditionatam, ut cesset, si satis fecerit, hoc ipso cessaret, quia interest Reip. etiam post oblatam contumaciam condigna imponatur reo pœnitentia. Improbatur hæc sententia per *c. super eo 31. h.* ubi sententia suspensionis & excommunicationis inflictæ ratione contumaciæ, hac cessante dicuntur absolvendi rei. Quod ipsum intelligendum & de interdicto, per *c. qua fronte 30. de appellat.*

Quid si in sententia suspensionis & interdicti exprimatur conditio, *Donec satisfecerit.* Plerique tenent, non esse opus absolutione, alia, sed hoc ipso cessare censuram, quod ejusmodi conditio contineat implicitam absolutionem, *Gl. in Clem. 1 V. donec de decimis &c. non est V. donec sup. de sponsalib.* Abbas *num. 6. & ibid.* Felin. *num. 4. sup. de judic.* Covar. *d. §. 11. n. 8.* Verum videtur aliquale impressio istius conditionis parum prodesse, cum tacitè insit, quia sententia contumaciam lata habet conditionem, dum in contumacia hæret, quæ punienda est, requirit absolutionem. Procedet tamen illa sententia in censura lata non tam ob contumaciam, sub ea conditione, quam ob pœnam: hoc modo tota culpa commissa est & culpatio condigna ab Ecclesia imposita, adeoque non amplius ligat, quam ad conditionis implementum, vel temporis eventum, *c. nemo consecr. dist. 1.* Quando autem fertur ob contumaciam, verè per modum censuræ fertur & ob culpam durantem; qua cessante, quæ est condigna satisfactione, secundum culpæ gravitatem imponenda per absolutionem. Plura hac de re Vid. apud Suarez *Disp. 23. sect. 2. n. 5. & seqq. & Disp. 39. sect. 1. n. 4. & 5.*

Tollitur itaque Censura per absolutionem quæ necessaria omninò vivis, secundum jam dicta, An & mortuis R. Velle quidem Covarr. *ad. d. c. Alma p. 1. §. 11. num. 8* eos propter mortem absolvi; quia non sint subjecti Ecclesiæ; sed

sed declarari absolutos coram Deo decessisse, propter Contritionem; atque ita solvi quidem ab Ecclesia posse, & debere alii volunt. Navarr. in *Summa c. 26. n. 32.* Et absolutionis beneficium iis impendendum esse tradit Pontif. in *c. à nobis 28. h. t.* Ut non exretur, si dicantur absolvendos esse, ad hoc ut consequantur sacram sepulturam, & participes fiant orationum & suffragiorum Ecclesiæ. Necesse autem est, ad hanc absolutionem concedendam, signa contritionis ostenderint, quibus à contumacia recesserint, & ad Ecclesiæ obedientiam redierint, *d. c. 28.* Quòd si occultus sit excommunicatus, absolutio non facienda publice, sed vel occulte, vel, si non possit, dissimulanda, nec inuratur infamia defuncto, & corpus loco sacro conditum non extumulandum, eo quod coram Deo contritus sit absolutus. Quod & dicendum in excommunicato injuste, occulto tamen. Navarr. *d. c. 26. n. 32.* Suar. *Disp. 7. sect. 1. n. 7.* Avila *p. 2. c. 4. Disp. 1. concl. 5.*

Absolvere à Censura potest quilibet Sacerdes. etiam simplex, in mortis articulo, ut post ea non indigeat nova absolutione, cum illa absolutio sit vera, & ex jurisdictione veluti delegata ipso jure omnibus Sacerdotibus pro illo articulo *c. Non dubium 5. & c. Ea noscitur 13. h. t. Trid. Sess. 14. c. 7.* Quod non recte Gl. in *d. c. à nobis V. non potuerit h. t.* extendit ad absolutionem à laico daram; cum ea nulla sit, utpote ex delegata jurisdictione, non procedens. Et hoc sive ab homine, sive à jure sit lata censura. Extra mortis articulum non est cuilibet ista licentia. Suarez *d. disp. 7. sect. 1 num. 5.*

160 Quantum ad excommunicationem, ea ab homine lata jure ordinario ab eodem auferenda, etiamsi non sit Sacerdos, modo habeat jurisdictionem, quæ ut ad ligandum, ita & ad absolvendum sufficit. Idem juris competit ejus successori, & Sede vacante Capitulo, quod in jurisdictionem Episcopalem succedit, *c. 1. de major. & obed. in 6.* quam si habent delegabilem, etiam alteri mandare potest. Potest & superior jurisdictione absolvere in casibus, in quibus jurisdictionem pro palam valet exercere in subditos Suffraganeorum. Covarr. *d. p. 1. §. 12. n. 2.* Pontifex Rom. quin possit absolvere quemlibet, extra dubium est, propter summam ejus potestatem in Ecclesia. Plura Suarez *d. disp. 7. sect. 2.*

Quæstio est, An excommunicatus à suo 161
Episcopo, mutando domicilium possit absolvi ab Episcopo novi domicilii? R. Distinguendo inter excommunicatum per generalem sententiam Episcopi & specialem: illo casu absolvi posse, non hoc propterea quod specialis illa sententia lata ad arbitrium partis faciat causam certam coram priori judice; à quo jurisdictio quæsita quoad illum casum non auferetur per commutationem domicilii. *c. pen. & ibi Gl. sup. de foro compet.* atque ita ne detur occasio fraudibus, causa inchoata coram uno judice per citationem rei, sive in particulari, sive confusè per monitionem, ut satisfaciat intra certum tempus, necessario ibi terminanda. Quod aliter se habet in sententia generali, cum non ponat causam inchoatam, Ita Suar. *d. sect. 2. n. 26.*

Quid si fiat Religiosus? R. Velle aliquos, 162
argumento mortis naturalis, non posse talem absolvi ab alio, quam excommunicatore, eo quod morti naturali sit similis mors civilis. Verum est diversitas rationis, cum per mortem naturalem nemo subjiciatur alterius jurisdictioni, uti fit per mortem civilem. Ut dicendum sit in isto casu, quod dictum de mutante domicilium, quod scilicet in casu, quo censura est lata per sententiam generalem, absolutio sit petenda à superiore ingressi; ac multo magis censura lata per statutum, quia est ad instar ejus, quæ lata à jure. Si vero sit lata per sententiam specialem, tunc per inchoatam jurisdictionem absolutio petenda ab eo, qui tulit, apud quem jurisdictio inchoata permansit. Sunt tamen hac in re consulenda particularia locorum privilegia Suarez *d. loco n. 28. & seq.*

Quæsitum & de eo, An post appellationem 163
interpositam rectè absolvat Judex à quo. R. Non esse dubium, quin Judex ad quem possit absolvere, *c. per tuas 40. h. t.* propter jurisdictionem adquisitam per appellationem. Ut autem jurisdictione legitimè uratur, servet modum à jure præscriptum *c. ad. reprimendam sup. de off. ordin. & c. Venerabilibus §. sane h. tit. in 6.*

in 6. si scilicet constet prius, sententiam priorem esse iniquam. Posse tamen & judicem à quo absolvere, propterea quod, licet per appellationem causa sit translata, non tamen omninò amiserit jurisdictionem ordinariam, cum & attentata reparari curet, *c. cum teneantur 17. ubi* Wames. *sup. de appellat.* & errorem illi corrigere liceat, *c. cum cessante 62. sup. de appell.* Nec obstat, quod appellationem impedire nequeat, nam præstando absolutionem non tam impedit absolutionis effectum, quam potius præstat, quod per eam intenditur. Suarez *d. l. n. 32. & 33.*

164 A censura juris Episcopus suos absolvit, vel etiam interdum Parochus ex juris concessione, *c. Nuper 29. vers. in secundo verò hoc tit.* non obstante, quod alibi quis deliquerit; neque enim per hoc Episcopus amittit jus in personam sibi subditam, etiamsi aliud sit in censura hominis, ut dictum. Vagabundi nullibi habentes domicilium absolvi possunt ab Episcopo loci, in quo actu sunt, cum non censeantur habere alium Episcopatum.

165 Hæc ita, si non sit reservata absolutio, *d. c. Nuper.* Sunt enim casus, à quibus absolvit solus Episcopus, quidam etiam, à quibus solus Pont. aut specialiter ab eo ad hoc delegatus, de quibus Navarr. *c. 27. n. 49. & 75. & latissimè.* Suar. *de censur. tota Disp. 21.* Cujus. modi inter alios est percussio Clerici, quæ absolutionem Sedis Apostolicæ desiderat; quam tamen & præstabit Legatus à Latere, *c. Ad eminentiam 28 h. t.* & Legatus missus in sua provincia, *c. pen. sup. De off. Leg.* Quod ita statutum est, propter difficiliorem absolutionis impetrationem arceantur homines ab injuria Clericis inferenda. Patitur ea res exceptionem; Primò, si inster periculum mortis, *can. si quis suadente XVII. q. 4.* In quo datur licentia absolvendi Episcopo, & in casu, quo non est Episcopi copia, etiam eo inferiori: ita tamen, ut si convaluerit reus, sistere se debeat coram Pontifice, aut ejus Legato, *c. ea noscitur 13. h. t. II.* In mulieribus senibus, valetudinariis, membrorum dispositione impeditis, *d. l. 13.* Adde pueros, & eos, qui non sunt sui juris, *c. fin. h. t.* uti mancipia, pauperes, qui tanta laborant inopia, ut sumptibus non sint pares, *c. Mulieres 6. & c. quamvis 58. h. t.* quin tamen mendicare turpe esset: nam mendicare soliti non excusantur, *d. c. 13. in V. sunt pauperes.* Adde & aliud quodvis legitimum impedimentum, ut inimicitiæ cum aliquo, unde periculum peregrinanti esse posset in via, *d. c 58. & c. De cætero 11. h. t.* necessitas subveniendi parenti, alendi uxorem, familiam, exercendi munus publicum, ad quod ex officio tenetur, & quod sine gravi detrimento vel communi vel privato omittere non. Modica quoque percussio Clerici facit absolutionem ab Episcopo impetrati posse, *d. c.* Excipiuntur & Clerici simul habitantes, qui non coguntur adire Pontificem propter mutuam repercussionem non ita eorum. *Quoniam 9 sup. de vita & honest. Cleric.* Quia cum agat tantum de communiter vivendo non est ad alios trahendum, cum sit & ratio specialitatis, quod inter communiter vivantes facilis sit excessus, ut promptior debeat esse venia. Hinc & Abbas Monachos simul absolvit, nisi discretio ejus sit major, quam sufficiat ad debitam correctionem; juxta cujus Episcopi providentia est adhibenda, *c. 2. h. t.* Non idem erit, si Monachus sæcularem Clericum percusserit eum *d. c. 2.* si referat ad tuam percussionem, quam facilè causa tua cohabitatio.

Quantum ad Suspensionem, ea à jure lata ad certum tempus in pœnam delicti, non ab auctore Canonis tolli potest ante tempus. Ratio est, quia pœna in vindictam commissa superiore imposita non potest remitti per inferiorem. Facit, quod sic contingeret non puniri sufficienter delicta, & contemni pœnam à superiori positam, si posset ab inferiori tali, Abbas *in c. tam litteris 33, num. 3. sup. constit. Gl. in c. Cupientes 16. § cæterum V. suspens. de elect. in 6.* Nec obstat *c. nuper 29. h. t.* ubi quando conditor Canonis non reservat sibi jus absolutionem, concessisse aliis videatur facultatem relaxandi: nam quod ibi dicitur de excommunicatione, etiam trahitur, ut jam declaratur, ad suspensionem, quatenus est propria censura, non etiam quæ pro certo tempore data, quia loco pœnæ est. Plura Suarez *d. 29. sect. 1. num. 15. & 16.* Idem dicendum de suspensione lata absolutè, cum sit perpetua, ante

intentione ferentis; & pœna infinitè lata à jure censeatur perpetua, *l. servus C. de pœnis*, Felin. *in c. ex litteris num* 11. *sup. de constit* Suarez *d. sect.* 1. *nu.* 18 & 19. Lata propter contumaciam, si sit reservata, non ab alio tollitur, cessante contumacia, quam ab auctore Canonis, aut ejus superiore, ex jam dicta ratione, cum inferior non possit se immiscere super statutis à superiore, nisi ex ejus consensu. Si reservata non sit, etiam ab Ordinatio tolli poterit, *arg. d. c. Nuper* ubi in excommunicationis absolutione ita dispositum: ut à rationis paritate idem statuendum sit in suspensione Abbas in *c.* 2. *numer.* 5. *sup. De solut.* Navar. *c.* 27 *num.* 162. Suarez *Disp.* 29. *sect.* 2. Dixi cessante contumacia; quia ante non recte tollitur censura, eaque cessante nihilominus opus est absolutione, uti probatum *sup. eod num.* 158. Suspensionis ab homine latæ absolutionem præstat, qui eam tulit, ejusve superior aut successor, cui idem juris est quod prædecessori fuit. Navar. *d. n.* 162

167 Quantum ad interdictum, sive locale sive personale, illud non censeri sublatum, sola contumacia cessante, etiam latum sub conditione, *donec & quousque*, quando per modum censuræ est latum, dictum sup. *eod num.* 147. & 158. Secus si per modum pœnæ ad certum tempus sit latum, quia tunc tempore lapso cessat. Positum autem ab homine, per modum censuræ tollendum, sive per absolutionem sive per relaxationem, ab eo, qui posuit, ejusve superiore, aut ab alio ex ejusdem commissione. Positum verò à jure, in modum pœnæ, si absolutè, non nisi ab eo, qui interdixit, ejusve superiore, aut habente auctoritatem, secundum dicta de suspensione: si ad tempus, eo lapso, uti jam dictum. Latum propter contumaciam, si reservatum sit, tantum ab eo, cui reservatum tollitur. Si non sit reservatum locale, sive genetale sive speciale, tollitur ab Episcopo aut Episcopalem participante dignitatem, *d. c. Nuper* 29 *vers. in secundo vero h. tit.* Idem judicium est de personali generali. Parocho non est ea auctoritas, cum careat hac jurisdictione, etiam quoad personas singulas, quas persistentes membra communitatis absolvi, ipsa communitate manente interdicta, repugnat. Personale speciale, non reservatum tolli posse à parocho videtur cessante contumacia, ad modum scilicet excommunicationis, quam per eum posse tolli dictum superius. Vid Suarez *Disp.* 38. *sect.* 2. Cessat & interdictum generale personale per destructionem Collegii aut corporis, in quod primo & per se latum erat, cum interdictum hoc sit quædam rei adfectio, quam necesse est perire, re ipsa destructa, tamquam accidens destructo principali. Quo modo & cessabit in persona, quæ communitatem aut populum interdictum deserit, mutando domicilium, vel quacumque via pars ejus esse desinendo, ut cujus non gaudet privilegiis, nec onera participare debeat. Covar. 2. *Var. c.* 8. *num.* 10. Suarez. *d. Disp.* 38. *sect.* 1, *n.* 15 & 16.

Q. An & interdictum locale per loci alie- 168
nationem relaxetur? R. Id posse videri scilicet cessare interdictum, loco abalienato ab eo domino, qui causam interdicto dedit, cum cessante causa cesset ejus effectus: ut è converso, si dominus novam terram adquirat, eam adfici interdicto locali. Dicendum tamen, quantum ad totalem alienationem loci, tametsi eximat dominio ejus, qui causam dedit, positum tamen semel interdictum adficere rem, & tamquam onus eam sequi, transit enim res cum suo onere, *argum c. Ex litteris sup. De pignorib. c. Pastoralis sup. de decimis.* Nec facit, quod non sit idem dominus, qui causavit interdictum; quia, ut dictum, sufficit, causa ista adfuerit in fieri, non etiam in conservari. Facit quod hic modus eludendi interdictum posset cedere in præjudicium & vilipendium Ecclesiasticæ potestatis. Si pars loci alienetur, idem dicendum erit, quod de toto alienato dictum est ex eo, quod qualitas semel toti loco attributa hæreat in singulis partibus, nec tollatur per alienationem.

Quid si locus specialiter interdictus, ut ci- 169
vitas, templum destruatur? Resp. Non ita destrui locum posse, quin saltem pavimentum maneat, ut & eatenus locus maneat adfectus interdicto: quod non tantum adficit ipsas domos, aut parietes, sed ipsam terram. Unde ante sublatum debito modo interdictum non possunt in terra ista aut sepulturæ corpora defun-

functorum tradi, aut altari templisve exstructis sacta celebrari, eo quod ejusmodi exstructum altare aut templum sapiat loci qualitatem, quem tamquam accessorium sequitur, secundum tradita *instit. de rer. divis. §. ex diverso*, cujus etiam privilegiis gaudet Isi. *in l. inter* 83. *§. sacrum n.* 26. *de V. O.* Plurade his Suar. *d. sect.* 3. *n.* 9. *& seq.*

170 Hæc de absolutione & relaxatione: quarum effectus, qui est abolere censuram, ut procedat, oportet censuræ plures sive ab eodem sive à pluribus positæ, evacuentur, & satisfactione prævia, subsequatur ab omnibus absolutio vel relaxatio, quatenus unus potest absolvere, quia alias à diversis petenda. Et licet ab uno obtenta quoad unam censuram operetur, non tamen quoad alias ab aliis positas, *c. officii* 42. *ubi Gl. h. t.* & proinde ad plenam absolutionem obtinendam etiam ab aliis impetranda. Covar. *ad d. c. Alma p.* 1. *§.* 11. *n.* 12. Absolutè petita ab eo, qui ab omnibus absolvere potest, ab omnibus etiam absolvit pluribus ligatum, sive proferatur absolutio sub signo distributivo *Absolve te ab omni censura*, sive indefinitè *absolvo te à censura*, æquivalet enim indefinita universali, responsio intelligitur esse proportionata interrogationi.

171 Dico, absolutè petita, id est sine limitatione causæ, quia hujusmodi limitatio facit ab illa tantum absolutionem procedere, cujus causa est expressa, *c. cum pro causa* 27. *& d. c. officii* 42. *h. t.* Accommodatur enim absolutio petitioni. Quod si petito sit absoluta, absolutio autem cum limitatione causæ vel censuræ, tum ab illa tantum continget absolutio, quia ad eam solam restricta est intentio absolventis, cui liberum est ab una absolvere, non ab alia. Vid. Suarez *Disp.* 7. *sect.* 9. *n.* 8. *& seqq.*

Quid si causa expressa sit falsa? R. Glos. in
172 *c. ex parte* 5. *sup. de off. ordin.* absolutè negare, casu absolutionem procedere. Cujus opinio procedet, si judex ignoret falsitatem causæ principalis: velut si reus dicat se satisfeciisse, quia non adest judici intentio absolvendi, sine qua non procedit absolutio: ut rectè dicatur talis absolutio tamquam esse subrepta non pro, *d. c. officii*. Quod si non sit falsitas circa causam principalem, sed tantum circa accessorium, non potest dici nulla absolutio, cum non desit intentio absolventis, propter scientiam causæ principalis, ejusque veritatem. Quod si judex conscius fuerit falsitatis etiam causæ principalis, injusta quidem erit absolutio, quia est contra jus partis, tenebit tamen, secundum ea, quæ traduntur de sententia injusta. Navar. *c.* 27. *n.* 38. & pro ea parte citatus expressus in *c. Venerabilibus §. sani in fin. eod in* 6.

Simplex & absoluta sit absolutio, an habeat conditionem de præsenti aut præterito, non interest. Nam si impleta est conditio, valet in absolutam; si non fuerit impleta, absolutio est nulla, *arg. §. conditiones Instit. de V. O.* Talis est conditio, *Si satisfeceris*, sub qua conditione absolvere non semper est illicitum, imò & interdum necessarium. Et probatur addictur, *Si satisfeceris, si à contumacia remissa ex corde*, ubi scilicet res est dubia. Navar. *c.* 26. *num.* 13.

Dubitatur de conditione in futurum concepta, *Si satisfeceris?* R. Certum esse ejusmodi absolutionem non consequi suum effectum ante impletam conditionem, quia suspendit actum in sui implementum: dubium tantum esse, an absolutio habeat effectum conditione eveniente: Ratio dubitandi est, quod absolutio Sacramentalis sub conditione de futuro sit nulla, ex eo, quod sit actus legitimus non admittens conditionem, *c. Alma. de R. I. in* 6. Quæ ratio cum & militet absolutione à censuris, de ea videtur idem statuendum. Contra tamen dicendum, eo quòd excommunicatio sub conditione de futuro rectè feratur, *c. præterea* 40. *sup. de appellat.* absolutioni idem sit attribuendum, quæ favorabilior. Nec obstat *d. c Actus*, quia accipiendum de istis actibus legitimis, qui respondent diem & conditionem, qualis nec est absolutio ista, nec excommunicatio. Nec facit argumentum ab absolutione Sacramentali sumptum; nam illa ex Christi institutione, si materia sit debitè disposita, continuò effectum habet, alias nulla est. Absolutio autem à censura est quædam sententia humana, sicut & ipsa censura, cujus effectus dependet à voluntate humana, ut ad tempus suspensa possit ejus effectus. Covar. *d. §.* 11. *n.* 6. Suar. *d. sect.* 7. *fin.*

7. sect. 8. n. 5. & seqq. licet autem modus iste absolvendi sub conditione displiceat Navarro & regulariter loquendo sit illicitus, non est tamen per se malus, nec jure prohibitus, si probabilis necessitas aut utilitas occurrat, & prudenter observentur circumstantiæ necessariæ Suarez *d. l. n.* 10 & 11.

175 Potest & absolutio ferri ad cautelam, quando dubitatur de valore censuræ, *c. per tuas 40. h. t. & c. cum contingat 35. sup. de off. jud. deleg.* Covarr. *ad d. c. Almap. 1. §. 12. n. 7.* Est idem absolutio ad reiacidentiam, per quam tollitur quidem censura, non perpetuo tamen, sed ita, ut reditura sit post certum tempus, aut in certum eventum. Cujus introducendæ ratio est, quod censura non suspendatur, sed quamdiu permanet, suos operetur effectus, expediat autem interdum ligatum reddere habilem ad actum aliquem gerendum, quo peracto iterum operetur suos effectus: velutiut quis testimonium dicat, *c. Veniens 39. in fine sup. De testib.* ut beneficii collatio ei valide fiat, *c. Apostolica sup. de excep.* qualis modus dicitur ad cautelam. Interdum & datur absolutio, non ad cautelam, sed sub conditione de futuro, uti satisfaciendi intra certum tempus: cui si pareatur, perfecta sit absolutio, alias reincidat reus in censuram, quæ redit ex vi prioris sententiæ Covar. *ad d. c. Almap. 1. §. 12. n. 6. & 7.* Suarez *d. sect. 8. n. 16. & seqq.*

Conceditur & potestas absolvēdi alteri cum clausula & conditione, *Satisfactâ parte*, quæ non aliàs faciet absolutionem per delegatum esse validam, quam si satisfactio sit præmissa, Nam sub conditione concessa non alias operantur, quam conditiõe servata quia alias in defectum conditiõis censetur potestas denegata.

176 Quid ergo si reus non fuerit solvendo? R. Absolutionem procedere & valere; cum ejusmodi conditio *Satisfactâ parte* sit intelligenda secundum qualitatem pœnitentis, quatenus scilicet satisfacere potest, si non solvendo saltem cavendo per pignora aut juramentum, ne videatur delegans ponere impossibilem conditionem: & ita accipit Gloss. textus, quibus isto modo delegata est jurisdictio, in *Gl. 2. Gl. pen. & Clem. 2. in V. satisfecerint de haret.* Navar. *c. 27. n. 47. &* Suar. *d. Disp. 7. sect. 4. num. 40. & 41.*

Quid si non obstante, quod pœnitens sit solvendo, ante exhibitam satisfactionem absolvatur? R. Absolutionem eo casu non tantum esse injustam, quia est contra jus personæ, qualis tenet, secundum dicta, & textum in *d. c. venerabilibus §. sane in fine h. t. in 6.* sed etiam esse injustam, quia contra jus concessæ potestatis absolvendi, qualis nulla est & invalida; cum non sit concessa ista potestas nisi sub tali conditione qua non servatâ actus non potest subsistere, Suar. *d. l. n. 24.*

Ultra potestatem in absolvente requiritur, adsit certa scientia & libera voluntas, quia necesse est, ut præcedat cognitio causæ, juxta modum & rationem solvendi, cui nec dolus nec error in re substantiali subsit.

Quid si per vim aut metum sit exorta absolutio? R. Censuram per vim metumve illatam 177
non ideo esse nullam, dictum supra eod. n. 19. ex ratione, quod vis vel metus non ponat tam involuntarium quam voluntarium: ut idem dici possit de absolutione, cum posita eadem ratione scilicet voluntate. idem jus sit statuendum, præcipuè quia absolutio sit favorabilior. Definitum tamen *in c. unico de his, quæ vi &c. in 6.* absolutionem vi metuve extortam omninò viribus vacuatam esse. Quod ita specialiter de jure statutum in defensionem Ecclesiasticæ postatis, quam sæpè imminutam volebant laici Principes aut potentiores cogentes Ecclesiasticos Prælatos ad absolvendum à censuris, aut eas revocandas, ut advertere posset hac via actionem suam esse inanem. Loquitur autem Pont. simpliciter de quolibet cogente, ut etiam obtineat in Ecclesiasticis cogentibus, cum nec per eos Ecclesiastica potestas sit imminuenda. Ut vero Pont. consequatur facilius intentum, & terreat potestates à coactione, addit in cogentes absolvere, aut revocare censuram, sententiam excommunicationis: quam ipso jure eos incurrere patet ex finalibus verbis *d. c. u Excommunicationis sententia decernimus subjacere.* Denique ut prædicta obtineant, necesse vis vel metus sit gravis, cadens in constantē virũ; is enimsolus facit ad caussandũ involuntarium. Necessarium etiam est, ut inferatur ab homine ad extorquendum, & quidem per injuriam: nam si tantũ consistat metus in denegando aliquo humanitatis officio, ut beneficiis gratuitis,

aut

aut pura defensione, non potest spectare ad effectum impediendæ absolutionis, cum nequeat dici cadere in virum constantem. Vid. Suarez *d. Disput. 7. sect. 6. numer. 12. & seqq.*

178 Denique ut absolutio suum consequatur effectum oportet absolvendi persona sit distincta ab absolvente. Cujus ratio est, quod exerceatur per viam jurisdictionis; nemo autem in se habeat jurisdictionem. Absens sit, an præsens non refert, nam ut absens excommunicatur, ita & absolvitur, petita per procuratorem, nuntium, litteras, absolutione. Exemplum est in *can. quando II. q. 5.* & ita habet usus præsertim ad causam certam vel effectum. Qualis absolutio continuò potest habere suum effectum quoad pœnitentem, si velit Pont. Alias non prius, quam ad notitiam pervenerit.

Ubi quæri posset, An & invitus absolvi
179 queat? Respondendum. Non obstante, quod in absolvente requiratur libera voluntas, coacta verò vitiet de jure positivo absolutionem, in eo tamen, qui absolvendus, non esse necessariam eam voluntatis libertatem, cum & ignorans absolvi possit, & proinde non consentiens, vel etiam sciens & positive invitus. Et ita plerique tradunt. Abbas in *c. ab excommunicato 41. num. 20. sup. de rejer.* Rationem subjungens, quod censura contineat duo, culpam & pœnam: culpam, cum sit ex nobis, sine nobis tolli non posse; pœnam verò, cum sit extra nos, cum sine facto nostro ingetatur in invitos, ita & ab invitis removeri posse. Æquale enim jus est in ligando & solvendo, *can. verbum 51. de pœnit. dist. 1.* Facit, quod absolutio per potestatem ordinariam & absolutam sit independens à voluntate excommunicati, atque ideo in invitum exercetur. Aliud est in potestate delegata in ordine ad forum pœnitentiæ; nam per illam nemo absolvitur, nisi voluntariè se subjiciat tali foro, & consequenter in eo velit absolvi.

Quid si reus in delicto perseveret? R. Videri non prodesse absolutionem, secundum illud Leonis *can. 5. XXIV. q. 2. Damnationis sententiam quicumque meretur accipere, si in suo. sesu permanere voluerit, nullus relaxare poterit.*
180 Et hoc ita procedere videtur in excommunicatione juris, quod semper influit, durante delicto vel culpa. Verum notandum, aliud esse loqui de perseverandi voluntate in delicto, aliud de voluntate non petendi vel obtinendi absolutionem. Potest enim quis abhorrere delicto recedere, & tamen nolle absolvi, ratione personæ absolventis, cui subdi non vult, aut obligatus esse, aut alia de causa: talis non invitus absolvi potest etiam à censura ipso jure inflicta, quia jus cessat influere, sublata causa recte tollatur per superiorem, cujus potestas non pendet ex voluntate rei. Ut non obstet argumentum, quod invito non fiat beneficium, nam intelligendum, quando dependet à voluntate eius, cui accedit. Distinguendum autem, quantum ad voluntatem perseverandi in delicto. Nam vel habet tractum successivum, quando scilicet contumacia in eo semper ponit novam culpam, aut eius augmentum; vel tractum est transiens, scilicet quod semel commissum transit, manetque quoad reatum, obligans ad satisfactionem aut pœnitentiam. Priori casu repugnat censuram tolli, reo perseverante in contumacia, cum faciat censuram in continua esse conservatione, jure semper illam infligente. Quo modo hæreticus contumax nequam absolvi potest, quia semper incurrit pœnas censuræ. In posteriori casu potest ingenitens absolvi, eo quod per actum transeuntem semel, quia jus censuram intulit, & quia actus non durat, non possit dici semper mittere: ut nihil obstet tolli censuram etiam ab invito & impœnitente, & absolutio sit tam & valida, propter rationem jam dictam. Ita tenet Suar. *d. disp. 7. sect. 7. n. 6. & 7.*

Dubitatur autem, An eo casu licitè conferatur absolutio? Resp. Videri valde quidem non tamen licitè, eo quod contra rationem videatur, indignum absolvere, qui jacet ligatus est; & quia ea res scandalum præbeat, everteque Ecclesiasticam disciplinam & auctoritatem. Dicendum tamen, posse discreti & prudenter relaxari censuram, etiam durante contumacia, & hoc quoad censuram ab homine latam. Exemplum est in *c. ex litteris 10. sup. de sponsalib.* ubi qui juravit aliquam ducere in uxorem, cogi potest promissionem implere per censuram, imo compellendus dicitur. Si tamen sponsus implere nolit, quamvis possit, dis-

dicitur potius monendus, quàm cogendus ad vitanda pejora, *c. Requisivit 17. d. tit.* Covarr. *de Sponsalib. p. 1. cap. 4. num. 4. & 5.* Estque ea res nō tam per se & intrinsecè contra rationem aut aliam virtutem, quàm consentanea charitati, si refragans alio remedio indigeat, & consentanea fini censuræ, quæ medicinalis: ut si non prosit, sed obsit, sit auferenda, aut non infligenda, ut in *d. c. 17.* Et hoc, si non sit spes fructus, mediante censura. Ubi tamen cavendum, ne ablatio cedat in tertii præjudicium, quia posset continere peccatum contra justitiam commutativam, neve scandalum aboriatur vel contemptus censuræ: Quantum ad censuram à jure latam in dicto casu relaxandam, videndum, an præscriptus sit certus ordo progrediendi ad alias censuras, aut ulteriores, ratione durantis contumaciæ, is enim servandus est, quia jus obligat, nec inferior illud immutat. Dico, inferior; quia superiori id juris est, ubi viderit expedire, & respondere charitati. Quod si jus nihil disposuerit, & absolutio spectet ad inferiorem videtur probabile, prudenti arbitrio judicis concessum esse, etiam invitum absolvere, sicut à censura ab homine inducta, servatis tamen iisdem conditionibus; quia cum jus non statuat appositum, videtur reliquisse potestatem liberam. Nec facit, quod in aliquibus censuris sit præscriptus ordo adgravandi pœnas in casum contumaciæ; quia is non potest trahi ad alias, quibus idem ordo non est præscriptus, cum odiosa non sint extendenda. Suarez *d. loco nu. 9.*

Postremò ad formam verborum in absolutionis concessione quod attinet, nulla est jure præscripta, quæ sit de substantia. Necessarium tamen, ut absolutio fiat verbo vel signo aliquo visibili, quo significetur is, qui ligatus fuit, esse solutus, veluti *Absolvo te. Reconcilio te Ecclesiæ, Aufero à te censuram.* Indicanda etiam aliquo modo persona absolvenda, uti & absolventis; vel implicitè, ut quando ab ipso absolvente pronuntiatur verbis, vel explicitè & clariori expressione, quando datur scripto. Non etiam est necesse determinate censuram, à qua absolutio datur, modo ex forma judicii pateat, de qua re sit sermo, cum frustra sit, quidquid rei satis demonstratæ additur. *argum. l. 1. §. si quis uxor D. de dote præleg.* Causam quoque censuræ in absolutione exprimere non est necessarium per se, cum nec jure cautum quid sit ea de re, nec ex natura rei oriatur ista necessitas, sufficiatque sola intentio & voluntas absolventis. Nisi tamen plures sint censuræ, à quibus omnibus censetur absolvisse, qui simpliciter ab omnibus absolvit, petentem simpliciter absolvi: quia, cum favores sint ampliandi, simpliciter absolutèque facta responsio censetur proportionata interrogationi. Quod si ab uno tantum velit absolvere, non nisi unam auferet; eo quod operatio formæ non excedat ejus intentionem: ut necesse sit causam addat, ne alias videatur ludere petentem, nihil agere. Plura hac de re vide apud Suarez *d. disp. 7. sect. 9.* & junge his dicta sup. *eod num. 170.*

182

TITULUS XL.

De Verborum significatione.

SUMMARIUM.

1. *In verborum interpretatione primò spectanda mens dicentis.*
2. Primogenitus & Unigenitus *quis dicatur.*
3. *Si de mente non pateat, verborum proprietas attendenda.*
4. *Obscura in partem mitiorem interpretanda.*

Compilatores Digestorum secutus Pont. post tractatam juris Canonici materiam quoad personas, res, actiones, duobus generalibus Titulis, ad universam Juris Canonici scientiam spectantibus, opus suum concludit. I

Prior concernit Verborum significationem & interpretationem, quæ inventa sunt, ut dicentis exprimant sententiam. Quæ in primis spectanda, & prior est atque potentior quam ipsa vox *l. Labo 7. in fine D. de supell. legat.* eamque considerati potiùs, quam verba, tradit I Ctus in *l. Pater* 101. *D. de Condit. & Demonstrat.* Sunt enim illius indicandæ causa reperta. Unde ut adsequamur mentem, circumstantiæ inspiciendæ sunt: intelligentia enim dictorum, ut ait Pont. *c. 6. h. t.* ex causis dicendi est adsumenda, quia non sermoni res, sed sermo rei est subjectus. Unde in supellectile legata sententiam ejus, qui legavit, inspici oportere, & in quam rationem eas res re-

ferre sit solitus, ait Servius, *d. l. 7. §. 2.* ne dum verborum attenditur proprietas, veritatis amittatur sensus, ut ait Pont. *c. 8. h. t.* * Sic licet
2 *Primogenitus* dicatur, respectu aliorum, qui postea nati, tamen & primogeniti nomen, spectat ad eum, quem alii non sequuntur. Ut non rectè quidam veritatem & virginitatem aversantes, ex eo, quod scriptura dicat, Mariam Virginem peperisse Salvatorem nostrum primogenitum suum, insulsè inferant, & jactitare non vereantur, eum & alios peperisse ex Josepho liberos, ut probent non recte dici Matrem & Virginem. Verum tales indigent helleboro, si non fructibus aut sectione. Sic licet *Vnigenitus* propriè dicatur, qui solus suo patre natus est, eo tamen nomine & ille gaudet, qui, fratre præmortuo, solus exstat, ut ex D. Hieron. traditur, in *c. 3. h. t.*

3 Si de mente aliunde non pateat, verba accipimus secundum proprietatem; prout natura rei, de qua agitur, permittit, & fert communis usus loquendi, qui cum omnium rerum, tum maximè verborum est magister. * Ob-
4 scura in partem mitiorem interpretanda, & ita, ut aliquid potiùs agant, quam frustranea sint & otiosa, & res, de qua agitur, valeat potiùs quàm pereat, *c. Abbas 25. circa fin. h. t.* Ubi habenda ratio & inspicienda conditio proferentis, qui si imperitus fuerit, verba ejus crassa Minerva sunt accipienda. Interdum & habendus respectus ejus, ad quem diriguntur, qua in re multum valet arbitrium viri prudentis. Videatur hac de re latius Alciat, *Tract. de verb. signif.*

TITULUS XLI.

De Regulis Juris.

SUMMARIUM.

1. *Regulæ Iuris quid.*
2. *Regularum artificium exemplis aliquot declaratur.*

1 POsterior Tit. spectat ad res, id est Regulas Juris, sententias & axiomata quæ ex jure prius constituto colliguntur, & nihil aliud sunt, quàm quædam generales propositiones multarum decisionum causas & principia continentes, quæ ex plurium legum mente notatæ & animadversæ à I. C. verbis paucis summam earum consensionem complectuntur. Unde & rectè ait Paulus, *d. lib 1.* Regula rudi brevem narrationem, & non sumi ex regu Jus sed eam potius ex jure jam posito sumptam.

Hinc ex eo, quod perjuro non habeatur des, quod negligenti non sit res commenda, & similibus, deducta est Regula, eorum continens causam, malum semper præsumalum, *cap. Semel hoc tit. in 6.* Et Ulpianus *lib. 2. D. eod.* fœminas à publicis muneribus remotas dicit, ex eo, quod diversis legibus constitutum observaret, fœminas prohiben munere judicandi, postulandi, magistratum gerendi, tutelam, curam administrandi. Item ex eo, quod invito domino alienis rebus non liceat, quod Sabbatho pugnare verum sit, jejunia præcepta per Ecclesiam sint servanda, ab iis tamen excusat necessitas, collecta est Reg. Necessitatem non habere legem *cap. 4. hoc tit.* Denique ex eo, quod alii iniuria ablatum sit restituendum, damnum illatum resarciendum, injuria illata reparanda, deducta Reg. Peccatum non dimitti, nisi restituatur ablatum, *cap. 4. eod. in 6.*

Ejusmodi Regulæ aliquot traduntur hoc *Tit.* plures *eod. in 6.* quas plerique latè & dilucidè explicent, præcipuè D. Peckius. Quæ cum non sit facile brevi aliqua methodo concludere, sigillatim autem eas recensere & pertractare sit præter hujus instituti rationem gratiis actis Deo Uni & Trino, à quo omne bonum, D. Virgini Matri, totique Sanctorum cœtui, fidem huic operi imponenti omnia, quæ in eo pro modulo ingenii nostri tradita sunt, S. R. Ecclesiæ, aliorumque melius sentientium judicio submittentes, quæque videri possunt minus ei consentire, improbantes & revocantes.

FINIS.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM
QUÆSTIONUMQUE NOTABILIUM
QUÆ HIS LIBRIS EXPLICANTUR ET ENUCLEANTUR.

Prior numerus Librum, alter Titulum, tertius Numerum marginalem denotat.

A

Absens, Absentia.

Absens legitimè an eligere possit, & per quos? I. 6. n. 67. & seqq. Absentes an ipso jure priventur beneficiis? III. 4. nu. 6.

An fructibus? Ibidem n. 7.

Absentiæ spatium beneficiatis quodnam concessum à Conc. Trid. n. 8. Absentibus distributiones quotidianæ quando debeantur. n. 12.

Absolutio.

Absolvere à casibus reservatis qui possint. V. 38. n. 4.

Absolutione solâ an tollatur censura? V. 39. n. 156.

Absolutio an prosit mortuis? Ibid. n. 159.

Absolvere à censura qui possint. n. 160.

Vide reliqua ibid. in Summariis.

Accessus.

Per accessum, regressum & ingressum quando Simonia committi dicatur. V. 3. n. 123.

Accusare, Accusatio.

Accusatio matrimonii qualiter fieri debeat, IV. 13. n. 12.

Accusatio quid, & qualiter instituenda. V. 1. n. 1.

Accusare qui possint, vel non. n. 2. & 3 Qui accusari. n. 4. Effectus accusationis. n. 5.

Adfinis, Adfinitas.

Adfinitas quid, & inter quos contrahatur. III. 14. n. 8.

Adfinitas olim triplex, & quod hinc ponatur impedimentum nuptiis. ib. n. 9.

Adfinitas in linea transversa non ponit impedimentum jure naturæ irritans. IV. 14. n. 35.

An in linea recta? n. 38.

Per copulam illicitam contracta dirimit sponsalia de futuro. IV. 13. n. 3.

Non etiam de præsenti. ibid. n. 5. impedimentum hoc ad quem gradum extendatur. n. 8.

An oriatur ex copula cum propria consanguinea? n. 9. An oriatur ex incestu cum cognata legali aut spirituali. n. 13.

An cum adfine sponsi vel sponsæ? n. 14.

Adulter, Adulterium,

Adulterium à quo & cum quibus committatur. V. 16. n. 1.

An cum sponsa aliena? ibid. n. 2. Accusatio adulterii quibus permissa. n. 3. Pœnæ adulterii, & quæ causæ à pœnis excusent. n. 5. & seqq.

Adulterium an det causam devortio etiam quoad vinculum. IV. 19. 2.

Quoad torum permissa est separatio ex causa adulterii. ibid. n. 13. Vtroque adulterante fit compensatio delicti n. 14. An & innocente adulterante post sententiam divortii? n. 15.

An marito diverti liceat ab uxore, cui caussam dedit adulterandi? n. 16.

Advocatus

Advocatorum munus publicum & honorificum, & qui ab eo arceantur. I. 37. n. 1.

Ætas.

Requisita in præficiendis. I. 14. n. 1. & seq.

In ordinandis. ibid. n. 5.

Alienatio.

Rerum Ecclesiæ prohibita utroque jure. III. 13. n. 1.

Alienationis nomine quid veniat. ibid. n. 2. Pœnæ alienantium res Ecclesiæ. n. 3. Pœnæ istæ an incurrantur ex caussa locationis ad longum tempus? n. 5. An si Prælatus repudiet hæreditatem Ecclesiæ relictam? n. 6. An si repudiet legatum? n. 7. Quæ res alienari prohibeantur. n. 1 . Alienatio ista permissa ex certis causis, adhibitis solemnitatibus n. 11. & seqq. Solemnitatem omissam an suppleat prescriptio n. 22. Ecclesia læsa ex causa alienationis restitui potest. ibid.

Apostasia.

Quid & quotuplex, ejusque pœnæ. V. 9. n. 1.

Apostasiam impropriam an incurrant Religiosi transeuntes ad aliam Religionem? ibid. n. 2.

* An

An ejectus ex Ordine suâ culpâ ? n. 3.

Apostoli.

Quid, qualiter & quando petendi. II. 28. n. 22.
Apostoli refutatorii, testimoniales & conventionales. ibid. n. 23.

Antichresis.

Iure civili probata, at damnata jure Canonico. III. 21. n. 7. & V. 19. n. 16.

Appellare, Appellatio.

Appellatio quid? II 28 n. 1.
Appellatur jure Canonico ad Pont. omisso medio. ibid. n. 2. *An & ad legatum De latere?* n. 3.
Qui appellent n. 6. *A quibus* n. 7 *An ab arbitro appellare liceat?* n. 11. *A qua sententia appelletur.* n. 13. *An ab executione?* n. 14. *An à sententia lata in possessorio?* n. 15. *An à pœna,* n. 16. *An à correctione?* n. 17. *Clausula, appellatione remota; quid operetur.* n. 19. & 20. *Qualiter sit appellandum.* n 21.
Appellationis effectus. n. 26. & seq.
Appellatione remotâ an & recusatio remota censeatur? n. 39.

Arbiter, Arbitrium.

Arbitri & Arbitratores qui dicantur. I. 43. n. 1.
In arbitros qui compromittant ibid n. 2. *In quos compromittatur.* n. 3. *Quid si in plures compromissum sit.* n. 4. & 5. *Super quibus caussis compromitti non possit.* n. 7. *Ex arbitrio an & quæ actio detur.* n. 9. *Arbitris dissentientibus quæ sententia prævaleat.* n. 10.
Ab arbitro non appellatur. n. 11.

Archidiaconus.

Archidiaconi auctoritas & officium. I. tit. 23.

Archiepiscopus.

Archiepiscopi jurisdictio quatenus se extendat. I. 31. n. 11.

Archipresbyter.

Archipresbyter quis. I. 24. n. 1.
Alius est Urbanus, alius Ruralis. ibid. n. 2.

Attentatum.

Quo modo revocandum. II. 16. n. 3.

B.

Baptismus.

Baptismi necessitas, finis, materia III. 42. n. 1. & 2.
Forma ibid. n. 6. *Minister.* n. 7. *Subjectum* n. 10.
Baptismi capaces sunt adulti. n. 15. *An & infantes?* n. 16. *Infantes infidelium, hæreticorum, paganorum an & quando baptizandi?* n. 18.
An Amens, furiosus? n. 19.
An teneat baptismus conclè susceptus. n. 20.
Baptismi effectum supplet martyrium. III. 43.
Baptisma iterantium pœna. V. n. 8.
Rebaptizans an fiat irregularis? ibid. n. 7.

Benedictio.

Benedictio Abbatum est loco consecrationis. I. 6. n. 86.

Beneficium.

Beneficium quid? III. 1. n. 3.
In quo differat à præbenda. ibid nu. 3. *Beneficiorum divisiones variæ.* n. 4. 5. 6. *Beneficia conferunt Clerici; non laici, nisi ex privilegio aut præscriptione immemoriali.* n. 7. 8.
Beneficia qui conferant n. 10. & segg. *Quibus conferenda.* n. 32. & segg.
Inter plures idoneos an magis idoneo & digno sint conferenda? n. 34. & segg.
An rectè conferatur beneficium habenti patrimonium sufficiens? n. 1.
An ad tempus conferri possit? n. 4.
An rectè conferatur excommunicato vitando? V. 39. n. 8.
Qualiter conferenda. III. 5. n. 32. & segg.
Conferenda singula singulis non plurium. ibid. n. 55 *Pluralitas beneficiorum, etiam simplicium, an damnata jure Decretalium* n. 56.
Beneficia incompatibilia primi & secundi generis quæ dicantur. n. 58.
Beneficia non conferenda nisi vacent, & quando vacare dicantur. III. 8. n. 1. & segg. *Beneficio non vacante rectè providet S. P.* ibid. n. 8.
Beneficia sine deminutione aut onere aliquo conferenda. III. 32. n. 1. & 2.
Beneficium quando extingui possit. ibid n. 3.
In beneficiis filius non succedit patri I. 17. n. 9. *An nepos avo?* ibid. n. 10.
Pro beneficio consequendo an mutuum dare liceat. V. 3. n. 58. *An pensionem ei imponere vel promittere ex pacto?* n. 59. *An dare aliquid vel accipere?* n. 60. *An neque pro possessione acquirenda?* n. 61.
Beneficium an rectè resignetur sub conditione expensarum restituendarum n. 68.
Beneficium renuntiare sub onere alieno pecuniario an licitum? n. 43. *An sub pensione?* n. 70. *An in favorem tertii?* n. 71. & segg.

Bigamia, Bigami.

Bigamia quid & quotuplex. I. 21. n. 2. Vera bigamia an contrahatur solâ culpâ citra immissionem sanguinis. ibid. n. 3.
Bigamia interpretativa quomodo contrahatur. n. 6 & seqq. Quomodo similitudinaria. n. 13.
Bigamia cur spoliet privilegio Clericali n. 1. & 15.
Cum bigamis qui dispensent ibid. n. 16. & seq.

Blasphemia.

Blasphemia quibus modis committatur V. 26. n. 2. Pœna blasphemantium. n. 4.

C

Calumniator.

Calumniatorum pœna jure civili talio V. 2. n. 2. Etiam à Canonibus probata. ib. n. 2.

Canones.

Qui quibus derogent. Præf. n. 11.
Canonici juris origo, partes, auctoritas. ibid. n. 6. & seqq.

Canonicus, Canonicatus.

Canonici & Canonici regulares qui dicantur. III. 35. n. 2.
Canonica portio ex relictis Ecclesiæ debita Episcopo III. 26. n. 32. Ad portionem an teneantur Ecclesiæ Exemptæ? ibid. n. 36.
Quanta sit portio ista. n. 37.
Quæ relicta sint libera ab hoc onere. n. 38.

Capella.

Quid & unde dicta. III. 37. n. 1.
Capellis qui præficiendi. ibid. n. 2.

Capitulum.

Capituli, Sede vacante quæ sit potestas, & quæ beneficia conferre possit. III. 9. n. 2. & 4. An rectè conferat, quæ jure devoluto spectant ad Episcopi collationem? ibid. nu. 3. Exercet ea quæ sunt jurisdictionis. n. 5.
Capituli consensum aut consilium in quibus negotiis Prælatus requirere & adhibere debeat, III. 10. n. 1. & 2.
Consensus requiritur majoris & sanioris partis. III. 11. per tot.

Causa.

Causa possessoria rei spiritualis an possit tractari per judicem laicum, II. 2. n. 9.
Causa civilis Clerici an laico rectè delegetur. ibid. n. 15.
Causas spirituales laico S. P. rectè delegat, non Etiam Episcopus. n. 16. & 17.
Causa criminalis præjudicat civili. II. 10. n. 1. Possessoria potior est causa proprietatis. ibid n. 2. Præjudicialis suspendit decisionem causæ principalis. n. 3.

Census.

Quid. III. 17. n. 4. & III. 39. n. 1. & 2.
Censuum sive redituum emptio-venditio an licita. III. 17. n. 5. & seqq.
Et quid de censu ad incertum vel certum tempus constitutio? ibid. n. 9. & 10.

Censura.

Quid eiusque usus V. 39. n. 1. & 2.
Potestas hujusmodi quibus competat, ibid. n. 3. An consuetudine & præscriptione adquiri possit? n. 3. An alteri delegari & cui n. 5. 6. 7.
Censura non nisi ob culpam & causam ferenda. n. 9. & seqq. Præcedente monitione trina n. 15. & seqq.
Censura per metum illata à judice coacto an liget. n. 19.
Censura effectus, n. 20. in fine.
Censura alia est Canonis sive sententiæ latæ alia hominis seu ferendæ sententiæ. n. 23 & seqq. Censuræ species. n. 28.
Censura quibus modis cesset. n. 144. V. Ibid. Summaria.

Chrisma.

Quid, ejusque usus. I. 15. n. 1. & seq.

Citatio.

Alia verbalis, alia realis. II. 2 n. 1.
Citatio etiam in summario judicio necessaria, II 1. n. 3.
Citatio facta die feriato ad non feriatum est nulla, II. 9. n. 14.
Vt & facta die non feriato ad feriatum. ibid. n. 15. Citatus an tunc comparare teneatur die non feriato? n. 16.

Clausula.

Clausula, appellatione remotâ, quid operetur II. 28. n. 19. & 20.

Clericus, Clericatus.

Clericus coram quo judice conveniendus in criminalibus. II. 2. n. 12. Clericus de causis temporalibus laicorum quando cognoscere possit. 16. n. 19. Foro suo renuntiare non potest, ne quidem addito juramento. ibid. n 20 & 21. Pœna renuntiantis aut prorogantis forum n. 22. & 23.
Clericus ne quidem ratione rei sortitur forum laici n. 24.
An neque tutelæ aut curæ. n 25.
Clerici laici hæres ubi conveniendus n. 26 & 27.

Clericatus superveniens judicio inchoato an faciat illud cessare? n. 29.
Clericorum exemptio à jurisdictione laicorum. cujus sit juris. n. 31.
Clericus corãlaico an reconveniri possit? III. 4. n. 4
Clericos decet vitæ probitas & honestas, & in quibus ea consistat.. III. 1. n. 2. & seqq.
Clericis fugienda avaritia. Ibid. n. 7. Aleis ludere prohibentur n. 12. Clericis interdicta habitatio cum mulieribus. III. 2. n. 1. Clericorum concubinariorum pœnæ ibid. n. 4.
Clericis cur & quo jure interdicta conjugia. III. 3. n. 1. 2. 3
Conjugii ujus an permissus Clericis in Ecclesia primitiva? n. 4. Ordine sacro initiati matrimonium est ipso jure nullum d. n. 4. in fine Obligatio continentiæ adnexa Ordini sacro ex voto tacito. n. 6 Ea tenet etiam ignorantem n. 7. Quid si ordinandus habeat intentionem expressam non continendi? n 8. Quid si ante pubertatem quis ordinetur? n. 9. & 10. Quid si per metum justum? n 11 Quid si ordinis collatio fuerit irrita? n. 12.
Clericus in minoribus constitutus per matrimonium amittit beneficia. 14. An ipso jure? n. 15. & seqq. An & pensio amittatur? n. 9. Retinet privilegium fori in criminalibus n. 20. An in causa civili? n. 21. Veste clericali & tonsurâ depositâ quatenus amittantur privilegia clericalia. n. 22. & 23. Clerici beneficiati quatenus teneantur ad residentiam personalem, & quo jure III. 4. n. 1. & 2. Pœnæ non residentium. ibid. 5. & seqq. Quæ causæ excusent à residentia. n. 9.
Clerici habent jus competentiæ III. 23. n. 3. An isti privilegio renuntiare possint? ibid. n. 5.
Clerici bonorum patrimonialium & quasi patrimonialium sunt veri Domini. III. 25. n. 2. An & fructum beneficii Ecclesiastici? ibid. n. 3. An teneantur ad restitutionem fructuum malè expensorum? n. 5. An rectè disponant de iis, quæ parcius vivendo sibi subtraxerunt? n. 5. An & de fructibus ratione pensionis Ecclesiasticæ perceptis? n. 6.
Clericus patrimonium sufficiens habens licitè utitur fructibus beneficii n. 7. Clerici an & de quibus testamento disponere possint V. testamentum. Clericorum bona ab intestato quibus deferantur de jure & consuetudine. III. 27. n. 1. & seqq.
Clerici quibus negotiis se immiscere [illegible] III. 30. n. 1. An possint incubare juri civili [illegible] Medicinæ? ibid n. 3. & 4. Clerici venatio, V. 24. per tot. Item pœna sui [illegible]
Clericus, qui stetit in pugna vel consilio, [illegible] irregularis?
Clericus excommunicatus celebrans [illegible] gularis. V 27. n. 5 & seq. An & confess [illegible] timum? ibid. n. 11. An absolvens [illegible] taliter? n. 14. An adsistens matrimonio [illegible] trahendo? n. 16. V. ibid.
Clericus non ordinatus ministrans [illegible] gularitatem, V. 28. n. 1. & seqq. V.
Clericus per saltum promotus quis dicatur? n. 1. An talis sit irregularis, ibid. n. 2. D [illegible] pensus ipso jure?
An furti vè Ordines suscipiens? n. 2. & 3.

Coadjutor.

Quibus dandus. III.
Ejus officium.

Cognatus, Cognatio.

Cognatio legalis oritur ex adrogatione. V.
An & ex adoptione?
Cognati in genere qui. III.
Cognatorum alii adscendentes, alii descendentes, alii collaterales.
Cognationum gradus quomodo computentur troque jure.
Cognatio spiritualis quid, ejusque origo? n. 1.
Ea olim triplex, Paternitatis, Compaternitatis & Fraternitatis.
Hodie inter quos contrahatur.
An contrahant eam Religiosi suscipiendo
An Pater in necessitate baptizans filium
Spectu uxoris aut concubinæ.
An contrahatur per procuratorem?
Cognatio an oriatur ex institutione Cat [illegible] ibid. n. 13. & 14. An ex datione alterius cramenti?

Collatio.

Collatio beneficiorum est spiritualis, [illegible] solis Clericis competens. III.
Inter Clericos qui jus conferendi habe [illegible] ibid. n. 10. & seqq.
Collatio an rectè fiat extra diœcesim?
Collatio impeditur per jus devolutionis, [illegible] Devolutio. Item jure præventionis, qui [illegible] est, qui prior tempore. n. 29. C [illegible]

Collatio quibus, à quibus, & qualiter facienda, V. Beneficium.
Collationi an conditio adjici possit? III. 12. *n.* 4.
Collator pensionem alteri non rectè reservat. ibid. n. 5.
Collator beneficii an possit revocare collationem ob ingratitudinem beneficiarii? III. 24. *n.* 14.

Collusio.

Collusiones falsi speciem habent. V. 21. *n.* 1.
Pœna colludentium. *ibid. n.* 2.

Commodatum.

Quid, & in quo differat à precario. III. 15. *n.* 1. *Commodati actio duplex, directa & contraria.* *ibid. n.* 2.

Concilium.

Concilium an sit supra Pont. I. 2. *n.* 7.
Concilii decretis an teneatur Pontifex. ib. n. 9.
Conciliorum generalium decreta habent vim constitutionum generalium. *n.* 21. *&* 30.
Concilia provincialia & diœcesana à quibus & qui ad ea convocentur. I. 2 *n.* 27.
Quatenus vim suam exerceant. *ibid. n.* 31.

Concubinatus.

Concubinatus jure civili permissus. IV. 1. *n.* 53.
An & jure Canonico. *n.* 54.

Conducere, Conductor.

Conductor tenetur de dolo & culpa levi, non de casu. III. 18. *n.* 10.
Ex quibus causis à locatore expelli possit. ibid. n. 13. *V.* Locatio-conductio.

Confessio, Confessarius.

Confessio fidei qualiter facienda. I. 1. *n.* 5.
Confessus pro judicato habetur. II. 18. *n.* 1. *Confessus de se non interrogandus de socio. ibid. n.* 2. *Confessio qualiter fieri debeat. ibid. n.* 3. *& seq. Confessio procuratoru an Prajudicet domino? n.* 6. *Confessio an revocari possit? n.* 7. *Confessio an requirat sententiam? n.* 9. *In criminalibus quid operetur.* *n.* 10.
Extrajudicialis qualiter probet. *n.* 11.
Et quid de geminata. *n* 13.
Confessio qualiter, quando, & cui facienda. V. 38. 2. *Minister hujus Sacramenti. ibid. n.* 3.

Confirmatio.

Confirmatio electi intra quod tempus petenda, & qualiter facienda. I. 6. *n.* 29. *& seq. Quid juris tribuat.* *ibid. n.* 83.
Confirmatur & à Pont. electus Imp. *n.* 91.
Confirmationis Sacramentū quid operetur I. 15. *n.* 3. *Quibus conferendum.* *n.* 5.
An & non Episcopus ex commissione P. R. n. 8.
Cōfirmatio utilis & inutilis quæ dicatur II 30. 2.

Conjugatus.

Conjugati post matrimonium consummatum sine mutuo Consensu statum vitæ non mutant. III. 32. *n.* 2. *Professio altero invito aut inscio facta an sit irrita vel irritanda? ibid. n.* 5. *An ingressus eo casu propria auctoritate egredi & redire possit? n.* 6. *Professio an confirmetur, altero mortuo? n.* 7. *An valida sit utroque ingrediente? n.* 8. *Revocatus post professionem an debitum petere possit?* *n.* 12.

Consanguinitas.

Consanguinitas quid? IV. 14. *n.* 1.
Consanguinitas alia ascendentium, alia descendentium, alia collateralium. *ibid. n.* 2.

Consecratio.

Consecratio Ecclesiarum cur, à quo & quando fieri debeat. III. 40. *n.* 1.
Consecratio Episcoporum quando celebranda. I. 11. *n.* 11.

Constitutio.

Constitutio quid? I. 1. *n.* 1. *Aliæ generales, aliæ Particulares. ibid. n.* 2. *Generales edit summus Pont. n* 3. *&* 17. *Particulares eduntur à Prælatis inferioribus. n.* 22. *Constitutio Ecclesiastica quid? n.* 17. *Constitutiones, Ecclesiastica Pontificia an obligent omnes Christianos. n.* 35. *Constitutiones Ecclesiæ quando obligent personas laicas.* *ibid.*
Constitutio Pontificia ut obliget, an sufficiat etiam Romæ promulgatam esse. n. 41. *An obliget statim à promulgatione. n.* 43. *& seqq.*

Consuetudo.

Consuetudo quid? I. 4. *n.* 1. *Requisita ad eius justitiam ibid. n.* 2. *&* 3. *Consuetudinis vis & Effectus. n.* 4. *Consuetudo laicorum an quid possit super rebus Ecclesiasticis. n.* 5. *Consuetudo Ecclesiæ Rom. an obliget reliquas? n.* 6. *&* 7. *Consuetudo an contra Canones induci possit. n.* 8. *& seqq. An quid possit circa sacramentalia? n.* 11. *&* 12. *Consuetudo generalis an tollatur per legem subsequentem generalem? n.* 12. *Quanto tempore consuetudo posterior deroget canoni.* *n.* 14

Contractus.

Contractus vi vel metu initi tenent, sed datur restitutio. *I.* 40, *n* 3.

Contumax, Contumacia.

Contumacia quid, & quis contumax. II. 14. *n.* 1.
Pœna rei contumacis. *ibid. n.* 2. *&* 3.
Actoris. n. 5.

D.

Damnum.

Damnum datum per delinquentem, vel alium eius nomine resarciendum V. 36. n. 1. & 2. Modo dolo aut culpa datum sit ibid. n 4.

Damnum levi aut levissima culpa datum quatenus obliget ad restitutionem. n. 6.

Restitutio cui facienda. n. 13.

Decimæ.

Quo jure debeantur. III. 30. n. 2. Decimarum quota an justè & convenienter determinata per Ecclesiam? ibid. n. 3. Decimæ personales unde debeantur. n. 3. An & ex adquisitis titulo lucrativo? n. 6. An ex rebus illicitè quæsitis? n. 7. Prædiales quæ & unde debeantur. n. 10. Differentia inter personales & prædiales. n. 12. Mixtæ quæ dicantur. n. 14.

Quibus debeantur. n. 38. & seqq.

Decimas qui præstare teneantur, vel non. n 15. & seq. A præstatione decimarum qui & qualiter eximantur. n. 25. Exemptio illa an extendatur ad bona adquirenda? n. 26. An ad conductores prædiorum exemptorum? n. 27. An ad prædia concessa in emphyteusim? n. 28. An Pont. eximere possit laicos? n. 30. & 31. Quid consuetudo circa hanc rem possit. n. 33. Quid præscriptio. n. 34. Decimæ debentur Ecclesiæ parochiali, & animarum curam habentibus n. 37. & 39. Etiam divitibus. n. 40. Etiam malis. n. 42. An præscribi ab Ecclesiastica persona sine parochia possint? n. 43. An & qualiter adquiri laicis? n. 44. & 45. Decimæ olim infeudari Principibus aliisque laicis solita. n. 46. & seqq.

An & præscribi à laicis? n. 51.

Decimæ novales quæ dicantur, & quibus debeantur. n. 53. & seq.

Decimæ qualiter solvendæ. n. 59. & seqq.

Decretum.

Gratiani an habeat vim legis in Præf. n. 10.

Decretales Epistolæ constituunt jus generale. I, 2. n. 19.

Decreta Conciliorum generalium habent vim constitutionum generalium. ibid. n. 21.

Degradatio.

Qualiter & à quo fiat, V. 37. n. 7. & 8. Forma Degradationis ibid. n. 12. Ex quibus criminibus procedi ad degradationem possit. n. 13.

Habet locum in Clerico incorrigibili. n. 14.

Delegare, Delegatus.

Delegare sive judicem delegatum dare qui possint. I. 29. n. 3. Delegatus an rectè subdelegat? ibid. n. 4. & seq. Quis qualis & qualiter delegandus. n. 9. & seqq. Quæ causæ delegari possint n. 15. & seqq. An & quæ mere spiritualia sunt? n. 17. Delegati officium & potestas, & unde hæc metienda. n. 20. & 21. Quomodo modis suspendatur aut finiatur. n. 23. & seq.

Denuntiatio.

Denuntiatio quid. V. 1.

Quibus permissa. ibid.

Depositum, Depositio.

Depositum quid? III. 16. n. 1. Depositi actio directa & contraria ad quid detur. ibid. n. 2. &c.

Depositio verbalis quæ, eiusque effectus. V. 17. n. 1.

Depositio realis, sive degradatio qualiter fiat. ibid. n. 7.

Depositus verbaliter incorrigibilis an eximia privilegio Clericali absque alia declaratione judicis? V. 39. n. 1.

Devolutio.

Devolutionis jure beneficia quando conferantur III. 5. n. 19. Devolutio ad quem fiat & qualiter tunc conferri beneficium debeat. ibid. n. 21. 22. & 23.

Dilationes.

Quid & quotuplices. II. 8. n. 1. &c.

Dilationes quot dentur actori & reo. ibid. n. 2.

Earum effectus. n. 3.

Dispensatio.

Dispensatio quid? IV. 14. n. 19. infin.

Super impedimentis matrimonii quando dispenset S. Pont. n. 20. & seq.

Super culpa simoniæ dispensat solus Pont. V. 3. n. 130. An & super pœnis, n. 131. Super simonia occulta dispensat etiam bodie Episcopus. n. 133.

Disputare

De fide cur prohibitum. V. 7. n. 13.

Distributiones.

Distributiones quotidianæ dantur solis præsentibus. III. 4. n. 11.

Absentibus, quando debeantur. n. 12.

An debeantur expulso à Capitulo? n. 13.

An excommunicato? n. 14.

Duplices an debeantur ratione duplicis officii? n. 16. Distributiones intuitu beneficii simpliciter obtenti perceptas an lucretur reus? V. 3. n. 104.

Divortium.

Divortia lege Evangelica abrogata. IV. 19. *n.* 1.
Divortium quoad vinculum ne quidem ex causa adulterii permissum. *n.* 2.
Fideli ab infideli aliquando diverti liceat. n. 4. *Impotentia perpetua an faciat disso. vi matrimonium quoad vinculum?* *n* 8.
Divortium sive separatio quoad torum quibus ex caussis sit permissa n. 13. *& seqq. An tunc sit opus auctoritate judicis?* *n.* 18.

Doctrina.

Pro docendi licentia dare vel accipere pecuniam non est simoniacum. *V.* 5 *n.* 1.
Vt neque pro opera & labore tradendi scientiam, etiam Theologicam. *n.* 4. *&* 5.
Docentes & discentes, dum studiorum caussa absunt, fructus beneficiorum suorum integrè percipiunt. n. 2.
Pro Doctoratus aut licentiæ gradu consequendo licite accipi pretium *n.* 3.
Vt & à doctore consulente pro concilio *n.* 6.

Dolus.

Dolus interveniens an irritet matrimonium. IV. 9. *n.* 10.

Donatio.

Quid & quotuplex III. 24. *n.* 1.
Qui donare possint, vel non. *ibid. n.* 2.
An & quatenus concessum Episcopis donare de rebus Ecclesiæ. *n.* 3.
Quæ res donari possint. *n.* 6.
Donatio non præsumitur. *n.* 7.
Donationis effectus. *n.* 8. *&* 9.
Donatio revocatur ex caussa supernascentis liberorum & ingratitudinis. *n.* 10. 11. 12.
An hæredi liceat revocare ex caussa ingratitudinis? *n.* 13.
Donatio à milite facta concubinæ revocabilis n. 16 *An & à Clerico focariæ facta?* *n.* 17.
Donatio Constantini Imp. facta Silvestro Papæ an valida? *n.* 18.
Donatio inter virum & uxorem cur prohibita. IV. 20. *n.* 1.
Transfert possessionem rerum donatarum in accipientem. *ibid. n.* 2.
Donatio propter nuptias ex caussa divortii redit ad maritum. *ibid. n.* 3.

Dos.

Dos ex caussa divortii redit ad uxorem, eiusve patrem aut hæredes. IV. 20. *n.* 3.
Dos an amittatur ob domo expulsam uxorem à marito. *ibid. n.* 4.
Dos marito adjudicata an committatur, eo postea lapso in adulterium? *n.* 5.

Duellum.

Duella olim usitata? *V.* 14. *n.* 1.
Hodie prohibita & pœna duellantium. ibid. n. 2. *& seqq.*
Duellum bono publico an recte suspiciatur. n. 6. *&* 7.

E.

Ecclesia, Ecclesiasticus.

Ecclesia novum fidei articulum non condit, sed declarat. I. 1. *n.* 2.
Ecclesiæ Rom. primatus adseritur. I. 2 *n.* 4. *& seqq. Cur dicatur Universalis,* *ibid. n.* 6.
Ecclesia polluta reconcilianda III. 40. *nu.* 2.
Quibus modis pollui dicatur. ibid. n. 4. *& seq.*
Ecclesia polluta an tribuat jus asyli. III 49. *n.* 9.
Ecclesias qui reparare teneantur. III. 48 *n* 1. *& seqq.*
An & decimarum possessores? *nu.* 5.
Restauratio qualiter facienda. *num.* 6.
Ecclesia nova quando & unde ædificanda. nu. 7. *& unde Parocho nova Ecclesiæ portio debita supplenda.* *nu.* 8.

Electio.

Electio quid, & quibus jus eligendi competat, I. 6 *nu.* 1. *& seqq.*
Electioni quod tempus sit præfixum. I. 10. *n.* 1. *& seqq.*
Qui & quales eligendi. I. 6. *nu.* 25. *& seq.*
Eligentes scienter indignum qualiter puniantur ibid. nu. 19. 20. 49. *& seqq.*
Electio digni tenet, misso digniori ibid. nn. 45.
Electio sui ipsius an teneat. *ibid. nu.* 59.
Ad electionem quando & qualiter procedendum ibid. nu. 63. *&* 64. *Qui ad eam vocandi. nu.* 65. *& seqq.*
Electionis modi tres, per inspirationem, per scrutinium & per compromissum nu. 71. *& seqq.*
Electio publicanda & illius effectus. *nu.* 75.
Electione acceptata petenda confirmatio nu. 78. *V.* Confirmatio.
Electio Pontificis ad quos spectet. *ibid. nu.* 87.
Electores imperii à Rom. Pont. jus illud habere. ibid. nu. 89.

Emere, Emptio.

Emptio-venditio quo modo contrahatur, & quæ res vendi possint. III. 17. *n.* 1. *&* 2.
An recte ematur census annuus. ibid. n. 4. *& seqq.*

Ven-

Venditor emptori quando teneatur de evictione ibid. nu. 12. & 13.
Quando rescindatur emptio - venditio. n. 15. & seqq.
Pactum de retrahendo inter creditorem & debitorem an licitum? nu. 23.
Actio empti - venditi ad quid detur. nu. 24.

Emphyteusis.

Emphyteusis concessa quatenus permissa Prælatis. III. 18. *nu. 16.*
Emphyteuta quando cadat jure suo ibid. nu. 17. 18. An eius periculo cedat sterilitas? nu. 20.
Venditio rei emphyteuticæ quando permissa. nu. 22.

Episcopus.

Episcopi statuta condere possunt sine voluntate Pont. I. 2. *nu. 21.*
Sine consensu aut consilio Capituli ibid. n. 25.
Quatenus ea vim suam exerceant. ibid. n. 31.
Episcopi officium in quibus consistat. I. 31. *nu. 3. & seqq.*
Episcopatus an sit Ordo. I. 11. *n. 4.*

Error.

Error circa personam impedit & dirimit matrimonium. IV. 9. *nu. 6. 7.*
Similiter conditionis servilis. ibid. nu. 2.
Non etiam circa alias qualitates. n. 8.

Eucharistia.

Sacramenti Eucharistiæ materia. III. 41. *nu. 5.*
Minister. ibid. n. 6.
Eucharistia cur & qualiter servanda in Ecclesiis. nu. 11 Item Chrisma. III. 44. *nu. 1.*

Exactio.

Exactiones quid. III 39. *n. 4.*
Ab exactionibus Principum immunes Clerici. ibid. nu. 5.

Excipere. Exceptio.

Exceptio quid & quotuplex II. 25. 1. 2. 3.
Exceptiones dilatoriæ quando proponendæ. ibid. nu. 5. Quando peremptoriæ. nu. 6. Et an post sententiam rectè objiciantur. nu. 7.
Exceptionibus pluribus reo uti permissum. nu. 8.
Exceptioni opponitur replicatio, &c. nu. 9.

Excommunicatio, Excommunicatus.

Excommunicatio quid. V. 39. *nu. 29.*
Alia Major, alia Minor, ibid. nu. 3.
Item alia Generalis, alia Particularis. nu. 32.
Quis in quem ferre possit excommunicationem. nu. 33 & seqq.
Qua forma nu. 36. Quibus ex causis [illegible]
Quibus casibus ipso jure infligatur. nu. [illegible] & seqq. can. si quis suadente XVII. q. 4. [illegible] *teneantur. nu. 41. 43. & seqq.*
Causæ excusantes percussorem Clerici, n. [illegible] & seqq.
Effectus excommunicationis minoris. nu. [illegible] majoris nu. 74. & seqq. Reliqua huc spectantia V. in Summariis.
Excommunicati an jus eligendi habeant. [illegible] 7. & seqq.
Eligi non possunt ibid. nu. 26. & seqq.

F.

Falsum, Falsarius.

Falsi crimine qui teneantur. V. 20. *nu. [illegible]*
Tenetur & excudens nummos justæ [illegible] monetæ, sine Principis auctoritate, ibid. nu. [illegible]
Item radens monetam, relicto justo [illegible] nu. 5.
Falsi crimen & pœna circa sententiam rescripta litteras Apostolicas. nu. [illegible]

Feriæ.

Aliæ solemnes, aliæ repentinæ seu extraordinariæ. II. 9. *nu. 1.*
Feriis an renuntiari possit. ibid. [illegible]

Festum.

Festis diebus ab omni opere servili cessandum. II. 9. *nu. 2.*
Non etiam à liberalibus ibid. n. 2. An [illegible] die festo liceat n. 4. An pingere? nu. [illegible]
An venari, piscari? nu. 8. An bellare? nu. [illegible]
Quæ caussæ excusent. nu. 27. & seqq.

Feudum.

Feudum quid, & unde dictum III 20. *nu. [illegible]*
Res Ecclesiastica an & quando dari in feudum possit. ibid. nu. 2. & [illegible]
Et quid si juravit Prælatus non alienare [illegible] infeudare? nu. [illegible]
Fructus ex feudo sibi oppignorato perceptos [illegible] nus cur non imputet in sortem. nu. 5. & seqq.

Fides.

Fidei articulum Ecclesia declarat tantùm, [illegible] tiam condit. I. 1. *nu. [illegible]*
De iis, quæ fidei sunt, disputare non licet [illegible] nu. 3.
Ad fidem an quis cogi possit. ibid. nu. [illegible]

Fidejubere, Fidejussor.

Fidejussio quid? III. 22. *nu. [illegible]*
Mulier juratò intercedens an juvetur S. Cle[illegible]

Velleiano. *nu. 2.*
Fidejubere an possint Clerici. *ibid. nu. 3.*
Fidejussionis effectus. *nu. 4.*

Filius.

Cur patri succedere in beneficio non possit I. 17. *nu. 9.*

Forum.

Forum competens quid? II. 2. *nu. 2.*
Quot modis quis forum sortiri dicatur. ibid. nu. 5. & seqq.

Fructus.

Fructuum beneficii sui Clerici an sint domini, an verò usurarii tantum? III. 25. *nu. 3.*
Fructus pendentes mortuo beneficiato cui competant, haredi., an successori in beneficio? III. 27. *nu. 23. & 14.*
Fructus anni primi ac secundi an statuto rectè reserventur domui mortuariæ ac fabricæ? ib. nu. 15. & 16.

Furtum.

Quid, & qui furti teneantur. *V. 18 nu. 1.*
Furtum inducit peccatum mortale, nisi excuset materiæ parvitas. *ibid. n. 2.*
Quid si quis plures quantitates parvas, quæ magnam æquent, furetur? *n. 4.*
A furto excusat ignorantia rei alienæ. nu. 6. Itè inopia nu. 7.
Furti an teneatur rem propriam subripiens n. 8. An subripiendo debitori tantum, quantum ipse debet? *nu. 9.*
Fur obligatur ad restitutionem rei ablatæ nu. 2.
A qua excusat inopia. nu. 14. An & necessitas extrema? *nu 16.*
Pœnæ furti pecuniariæ. *nu. 17.*
Furti damnatus sit infamis. *nu. 18.*

H.

Hæres.

An teneatur jure Canonico ad damna ex delicto defuncti data? III. 28. *n. 11*

Hæresis, Hæreticus.

Hæresis quid, & Hæreticus quis dicatur. V. 7. nu. 1. Pœnæ hæreticorum: Excommunicatio. ibid. nu. 2. Irregularitas, nu 3. Qui adficiti & defensores, fautores, item filios hæreticorum, defensorum &c. *nu. 7. & seqq.*
Infamia nu. 13. Confiscatio bonorum nu. 14.
Mors. *nu. 17.*
Modus producendi contra hæreticos *nu. 20.*

Hermaphroditus.

An matrimonium validè, contrahat IV. 15. *n. 6.*

Homicidium.

Aliud voluntarium, aliud necessarium, aliud casuale. *V. 12. nu. 1.*
Homicidii voluntarii pœna jure Canonum est irregularitas. *ibid. nu. 2.*
Homicidium volùtarium quis quando committere dicatur ad prædictum effectum. *nu. 3.*
An intendens vulnerationem? secutâ tamen morte? nu 4. An procurando abortum? nu. 6.
An vendens venena? *nu. 7.*
An vulnerans non letaliter vulnerato mortuo à sua vel Chirurgi incuria? nu. 8. & 9. An vulnerans letaliter, quem alius postea occidit? nu. 10 An mandans alium occidi? nu. 11. & seqq. An consulens homicidium? n. 7. & seqq. An consentiens? *nu. 21.*
An ratum habens homicidium jam perpetratum? *nu. 22.*
An omittens obviare homicidio? *nu. 23.*
Pluribus in rixa aliquem occidentibus an omnes fiant irregulares? *nu. 26.*
Homicidium in necessariam sui defensionem est extra pœnam etiam ipso jure antiquo. nu. 27. & 28.
An & in defensionem honoris? *nu. 33.*
An in defensionem bonorum? *nu. 34.*
An in defensionem Reipubl. *nu. 37.*
Homicidium publicâ auctoritate commissum causat irregularitatem in judice ferente sententiam. *nu. 39. & 40.*
An & in Principe vel domino temporali delegante jurisdictionem suam? *nu. 41.*
An & in judice Ecclesiastico tradente reum convictum brachio seculari? *nu. 44.*
An in accusatore? *nu. 46. & seqq.*
An in Advocato? *nu. 58. & 59.*
An inscribente vel dictante sententiam sanguinis? *nu 60.*
Homicidium in bello commissum an & quatenus inducat irregularitatem. nu. 62. & seq.
Homicidium casuale an ponat irregularitatem & qua culpa à hoc desideretur. *nu. 67. & 68.*
An eam incurrat Monachus chirurgiam exercens, ægro ex incisione mortuo? *n. 70.*
An furiosus deformans? nu. 73. An ebrius? nu. 74. An dormiens? *n. 75.*

Horæ Canonicæ.

Horæ Canonicæ recitandæ, psallendæ in Ecclesiis III. 41. *nu. 12.*

Qui ad Horas teneantur. ibid. nu. 13. & seqq.
Horæ qualiter recitandæ. nu. 31.
Pœna non recitantis Horas. nu. 33.
Caussæ excusantes à recitatione Horarum. nu. 37.
Inversio & interruptio Horarum an licita? n. 40.

I.

IEjuniorum usus in Ecclesia Catholica probatur III. 46. nu. 3.
Qui ad ea teneantur. ib. nu. 3.
A quibus abstinendum. nu. 6.
A jejunio quatenus excuset ætas minor & senum nu. 8. & seqq.
Iejunii tempore una tantum refectio de die sumenda. nu. 12.
Iejunium Vigiliarum. nu. 16.

Ignorantia.

Ignorantia inculpabilis præcepti Ecclesiastici excusat à censura. V. 39. nu. 147.
Ignorantia juris an excuset nu. 148.
An ignorantia inculpabilis latæ censuræ? n. 150.

Illegitimi.

Illegitimorum alii Naturales, alii Spurii IV. 17. nu. 3.
An illegitimus natus ex parentibus legitimè conjunctis sed voto obstrictus? ibid. nu. 4. An ex parente ordinato vel professo, alterius permissu? n. 5.

Immunitas.

Quid & quotuplex. III. 46. nu. 1.
Personalis quibus detur. ibid. n. 2.
Realis bona Clericorum eximit à tributis & gabellis. nu. 2.
Localis vetat exerceri profana in locis sacris. nu. 3. *Tribuit jus asyli.* nu. 4. *Idque in Ecclesiis etiam non consecratis.* nu. 7.
An & interdicta? nu. 8. *An polluta?* nu. 9.
An detur confugienti ad Sacerdotem deferentem SS. Eucharistiæ Sacramentum? nu. 11.
Qui gaudeant hac immunitate n. 12. & seqq.
In quibus causis locum habeat. nu. 18.
Qui non gaudeant. nu. 19. & seqq.
Effectus hujus immunitatis. nu. 38.

Impedimentum.

Impedimenta matrimonii an etiam laica potestas inducere possit? IV. 6. n. 2.
Impedimenta dirimentia inducit solus Pont. ib. n. 2. A consuetudine induci possit tale impedimentum? n. 4. An & tolli? n. 5.
Impedimenta alia impedientia tantùm, alia impedientia & dirimentia. n. 6.
Impedimentum dirimens ponit votum solemne, nu. 7. *Non etiam simplex,* n. 9. *Ponit & Ordo sacer.* n. 12. & seqq.
Impedimentum hoc ponit & machinatio mortis alterius conjugis. IV. 7. n. 1.
Item adulterium ibid. n. 2. & seqq.
Item error circa personam. IV. 9. n. 1. & seqq.
Non etiam circa alias qualitates. nu. 1. & seqq.
An dolus interveniens dirimat sponsalitas matrimonium? nu. 11.
Item cultus disparitas inter fidelem & infidelem. IV. 15. nu. 1.
Impedimentum impediens & dirimens constituit cognatio spiritualis IV. 11. per tot. *Legalis* IV. 12. nu. 3.
Adfinitas ex copula illicita IV. 13. n. 2. & seqq.
Cognatio naturalis, & Adfinitas ex copula licita. IV. 14. per tot.
Impedimentum justitiæ publicæ honestatis oriatur ex sponsalibus. IV. 14. n. 12.
An hoc impedimentum oriatur & ex matrimonio nullo? n. 11. *Est dirimens.* nu. 9.
Impedimentum impediens tantùm ponit interdictum Ecclesiæ IV. 16. n. 1. *Item feria sex tempus interdictum.* ibid. n. 4.

Impotentia.

Impotentia in senibus & infirmis non impedit contrahi nuptias. IV. 11. n. 2.
Impotentia quotuplex, & quæ dirimat matrimonium. ibid. n. 3. & 4.
Quid si quis scienter cum impotente contrahat. nu. 5.
Impotentia ex maleficio an & quatenus dirimat matrimonium nu. 9 *Et quatenus maleficium tollere liceat.* nu. 10. & seqq.
Impotentia cessante an redire ad se conjuges teneantur? n. 14.
Impotentia ex frigiditate quatenus reddat inhabilem. nu. 11.
Impotentia perpetua superveniens matrimonio non consummato illud non dirimit. IV. 19. n. 1.

Incendiarii.

Incendiarii & violatores Ecclesiarum excommunicati ipso jure. V. 17. n. 3.
Sepultura Ecclesiastica iis negata, & quatenus ea concedenda. ibid. n. 12.

Induciæ.

Aliæ conventionales, aliæ Canonicæ. I. 34. nu. 4.

Infan-

Infans.

Infantem exponens necare videtur. V. 11. *n.* 1.
Quid si infans inter dormiendum fuerit suffocatus? V. 10. *n.* 2.

Inquisitio.

Quid & qualiter instituenda. V. 1. *n.* 6.

Institutio.

Quid & ad quem spectet jus instituendi. III. 7 *n.* 1. *& seqq.*

Instrumentum.

Quid & quotuplex. II. 22. *n.* 1. *& 2.*
Requisita ad solemnitatem publicorum instrumentorum n. 3. *Effectus instrumenti publici n.* 4.
Instrumentum factum à Notario putativo an probet? *nu.* 7.
Instrumentum privatum quo modo probet. nu. 8. *& 9.*
Instrumentum negatum quo modo probetur. nu. 11. *Ex duobus instrumentis eodem die confectis quodnam præferendum. nu.* 12. *in parte falsum an totum rejiciatur.* *nu* 14.
Intellectus can. Is qui 4. cum seqq. Dist. 34. IV. 1, nu. 55.
can. Ecce XXII. q. 5. II. 24. *n.* 21.
can. Institutionis XXV. q. 2. I. 4. *n.* 10.
can. concubuisti XXXII. q. 7. IV. 19. *nu.* 2. *in fine.*
c. fin. De ordine cognit. II. 13. *n.* 11.
c. pen. De testib. cogendis, II. 21. *n.* 3.
c. Cum quidam 12. §. illi verò De jurejur. II. 24. *nu.* 47.
c. 5. De empt. & vendit. III. 17. *n.* 23
c. 5. De testam. III. 26. *n.* 26.
c. Non est 22. De decimis III. 33. *n.* 13.
c. Cum contingat 29. eod. III. 30. *n.* 77.
c. Licet 6. De voto. III. 34. *n.* 62.
c. Commissum 29. De sponsalib. & matrim. IV. 1. *nu* 50.
c. 3. De cognat. spirituali. I. 4. *nu.* 7.
c. Matthæus 23 De simonia. V. 3. *n.* 64.
c. Quoniam 40. eod. V. 3 *n.* 18.
c. 1. in fine De usuris. V. 19. *nu.* 21.
c. Salubriter. 16. eod. V. 1. *n.* 17.
Extravag. 1. De simonia. V. 3. *nu.* 19.
l. 2. C. De rescind. vend. III. 17. *nu.* 15. *& seqq. Math. c.* 19. Quicunque dimiserit &c. IV. 19. *nu.* 2.

Interdictum.

Interdictum quid. V. 39. *n.* 127.
Quotuplex ibid. n. 128. *Effectus n.* 129. *& seq.*
Clero interdicto, an comprehendantur Religiosi? *nu.* 131.
Interdicto generali an & loca exempta? n. 132.
Interdictum locale generale an inferat personale & contra? *n.* 134.
Interdictum impedit Ecclesiasticam sepulturam. n. 141.
Interdicti personalis effectus. *n.* 143.
Interdictum quis relaxet. *n.* 167.
Interdictum locale an relaxetur loco alienato? n. 168. *An loco destructo?* *n.* 169.

Inventor.

An teneatur ad restitutionem rei inventæ V. 18. *nu.* 13.

Irregularitas.

Irregularitas ex caussa homicidii quando incurratur. V. 12. *n.* 3. *per tot*
Super hac irregularitate dispensat summus Pont. ibid. nu. 84. *An & quibus casibus Episcopus?* *nu.* 85.

Judæi.

Judæis habitare inter Christianos permissum V. 6. *n.* 2. *Cohabitatio & familiaritas eorum vitanda.* *ibid. nu.* 3.

Judex, Judicium.

Judex alius ordinarius, alius delegatus I. 29. *n.* 1.
Judex pedaneus quis, & unde dictus. ibid. n. 2.
Judex ordinarius delegat. *ibid. n.* 3.
Delegatus an subdelegat? ibid. n. 4. *& seq.*
Judicis delegati officium & potestas ibid. n. 21. 22. *Quibus modis finiatur. ibid. nu.* 24. *& seq V.* Delegare.
Judices ordinarii qui sint I. 32. *n.* 2.
Judicis officium nobile & mercenarium quod dicatur. I. 32. *n.* 1.
An obligetur imponere pœnam lege præscriptam? *ibid. nu.* 3.
An diminuere pœnam possit? *ibid. n.* 4.
An in judicando sequetur allegata & probata, *ibid. nu.* 6. *& 7.*
An possit partes cogere ad compositionem? I. 34. *nu.* 2.
Judicium & quid & quotuplex. II. 1. *n.* 2.
Judicium qui constituant. *ibid. n.* 4.
Judicii partes n. 10. *judicium quando terminandum.* *n* 12. *& 13.*
Judicium petitorium cum possessorio an cumulari possit. II. 12. *n.* 6.
Judicio petitorio inchoato actor ad possessorium

an redire possit. *ibid. nu. 8.*

Juramentum.

Iuramentum quid. II. 24. *n. 1. Eius usus an licitus Christianis? n. 2 Requisita ad honestatem juramenti n. 5. & seqq. Iurandi formulæ variæ n. 14. & seqq. Solemnitas & ritus præstandi juramenti. nu. 25. Iuramentum per execrationem & adjurationem quod dicatur n. 26. & 27.*

Iuramentum aliud Adsertorium, aliud Promissorium, n. 26. Adsertorium aliud Voluntarium, aliud Judiciale, aliud Necessarium n. 33. Qui illud deferant, & quibus deferatur n. 34. 35. 36. An possit præstari per procuratorem? n. 37. Materia juramenti adsertorii. nu. 38. Vis & effectus. *n. 40.*

Iuramentum promissorium in quibus locum habeat. n. 43. & seq.

An sit illicitum, cui subest peccatum veniale n. 46.

Et quid si actus sit indifferens. *nu. 48.*

An sit obligatorium juramentum de non mutuando, non fidejubendo? nu. 49. Impeditivum majoris boni n. 50. De non accusando uxorem super crimine. *n. 51.*

De solvendis usuris ratione mutui. n. 53 De non petenda relaxatione n. 55. Additum pacto commissorio in pignoribus. n. 56. Posterius contra prius. n. 57. De non alienando fundo dotali. *n. 59.*

Iuramentum an confirmet actus lege humana prohibitos? *n. 60.*

Metu exortum an obliget? I. 40. *nu. 5.* II. 24. *n. 83. An extortum dolo vel errore. ibid. n. 65. & 66.*

Iuramenti effectus. *n. 68. & 71.*

In juramento adsertorio an levitas materiæ excuset? nu. 69. An in promissorio? *n. 70.*

Qui juravit an compensare possit? *n. 72.*

Iuramenti obligatio an transeat ad hæredes? n. 75. Quando cesset *n. 77. & seqq.*

Iuramenti interpretatio qualiter facienda n. 82. & 83.

Iuramentum dolosum & simulatum an obliget? n. 84.

Iuramentum judiciale prohibitum die festo II. 9. *nu. 22. An & extra judiciale?* *nu. 23.*

Iuramentum calumniæ quando præstandum II. 7. *n. 1. A quibus caussis n. 4. & 5. quid contineat n. 6. Eius necessitas & effectus. nu. 8.*

Jurisdictio. Jus

Iurisdictio Ordinarii in exemptos an ordinaria V. 31 *nu. 2.*

Iurisdictio prælati superioris non turbanda per inferiorem. *ibid. n. 4.*

Iuris Civilis & Canonici differentia & adfinitas, in Præf. n. 4. & 5.

Iuris Canonici origo, partes & auctoritas. ibid. n. 6. 7. 8. 9.

Ius Patronatus V. Patronatus Jus.

L.

Legatus.

Legati qui & unde dicti. I. 30. *nu. 1.*

Alii sunt à Latere, alii missi, alii ibid. nu. 3. Legatorum officium. *nu. 4.*

An Concilium convocare possint? *nu. 5.*

Quæ beneficia conferant *nu. 6. & seqq.*

Legati missi seu Nuncii potestas. *nu. 1.*

Quibus modis finiatur potestas Legat. *n. 1.*

Legatum.

Legato rei immobilis Ecclesiæ relicto, an debeat æstimatio? III. 26. *n. 1.*

Legatum rei alienæ jure Canonico an valeat? nu. 25. & 26.

Legitimus. Legitimatio. Legitima.

Legitimi sunt liberi nati ex justis nuptiis. IV. 17. *nu. 1. item nati ex nuptiis, quæ justæ probantur.* *ibid. n. 1.*

Legitimatio quid? *ibid. nu. 1.*

Legitimandi modi: prior per subsequens matrimonium. n. 11. Etiam invitis liberis contractum, n. 12. Et in articulo mortis. nu. 13. Dummodo potuerit esse matrimonium inter partes. nu. 17. idque inspecto tempore conceptionis, secundum veriorem sententiam n. 1.

An ita legitimetur conceptus ex copula adulterina vel incestuosa ignoranter habita? nu. 21.

An ex beneficiato aut Novitio? nu. 21. An natus ex matrimonio putativo? *nu. 22.*

An nepos per matrimonium avi? *n. 23.*

Effectus hujus Legitimationis *n. 24.*

Legitimandi modus alter per rescriptum Principis, & ad eum requisita, ibid. nu. 25. & seqq.

Legitimati per rescriptum Pont. an sunt habiles ad Ordines. I. 17. *nu. 26.*

Legitimæ Trebellianicæ detractio admissa jure Canonico. III. 26. *nu. 28.*

Legitima an debita liberis mox ab ingressu patris in Monasterium. III. 31. *n. 18.*

Lex non obligat, nisi justa & promulgata sufficien-

cienter. I. 2. nu. 40.
Lex Pontificia an obliget statim à promulgatione. ibid. 43. & seqq.
Lex Canonica per consuetudinem desinit obligare. ibid. nu. 47.
Leges super personis & rebus sacris ab Imp. Iustiniano cur latæ. I. 2. n. 14.
Lex civilis in casu, quo nulla est Canonica, quatenus obliget Clericos. ibid n. 36. & 37.

Lepra, Leprosi.

Lepra superveniens solvit sponsalia. IV. 8. n. 1.
Non etiam matrimonium. ibid. n. 2.
Leprosi propriam Ecclesiam habent. III. 48. n. 9.

Libellus.

Libellus quid sit. II. 3. nu. 2.
Qualiter concipi debeat. ibid. n. 1.
Actionis nomen an exprimendum. n. 4.

Libri.

Libri mercatorum. qualiter probent. II. 22. n. 10.

Litis Contestatio.

Litis contestatio in quibus causis necessaria. II. 5. n. 1. & seqq.
Quo modo inducatur. ibid. nu. 5.
Quo modo impediatur. nu. 8.
Ante litem contestatam testes regulariter non recipiuntur. II. 6. n. 1. & seq.
Lite pendente nihil innovandum, & quando lis pendere dicatur II. 26. n. 1. & 2.

Locare, Locatio

Locatio-conductio quid, & in quibus rebus locum habeat. III. 18. n. 1. & 2.
Locatio rerum Ecclesiasticarum ad vitam alicujus fieri non potest, ibid. n. 3.
Vltra triennium facta an subsistat ad triennium? nu. 5. Quid juris facta locatione pro duobus aut tribus triennis? n. 6.
Quid si convenerit, ut finito primo triennio etiam secundo resit conducta? n. 7.
Actio locati-conducti, ad quid detur. num. 9. & seqq.
Successor in beneficio an teneatur locationi per prædecessorem facta? n. 14.

M

Magia.

Magia alia naturalis alia superstitiosa V. 21. n. 11. Superstitiosæ effectus, n. 12. 13. 14.
Pœnæ maleficorum. n. 15. & seqq.
Magicæ artis libri prohibiti, n. 19.

Majoritas.

Majoritas quid. I. 33. nu. 1.
Ex ea oritur obedientia, quam minor majori debet. ibid.
Ex quibus causis contingat quem majorem esse ibid. nu. 6. & seqq.
Major & sanior pars quæ dicatur. 16. n. 72. & III. 11 nu. 1.

Maleficium, Maleficiatus.

Maleficiati matrimonium. quatenus teneat. IV. 15. nu. 9.
A maleficò an petere liceat, ut maleficium tollat? ibid. nu. 10. Et quid si modo licito id tolli possit? nu. 11.
Maleficii signa an destruere liceat? nu. 12.

Matrimonium.

Matrimonium unde dictum, & quid IV. 1. n. 51, & 52.
Matrimonium an sit præcepti? ibid. n. 56.
Materia matrimonii, qui contrahere nuptias possint, & cum quibus. n. 57. & seqq.
Qui impediantur contrahere, & ex qua causa n. 61. Ætas requisita ad matrimonium contrahendum IV. 2. n. 10.
Contrahitur matrimonium mutuo partium consensu. IV. 1. n. 63.
An possit contrahi per procuratorem? ibid. n. 65. An præter consensum contrahentium requiratur & parentum? n. 68. 69. 70.
Matrimonium metu contractum non tenet. n. 71. & seqq. Ne quidem superaddito juramento. n. 76. An purgetur metus per copulam? nu. 78. & 79. An per cohabitationem? n. 80.
Exhæredatio an licita ob contractas nuptias invitis aut in sciis parentibus? n. 74. & 86.
Effectus matrimonii. n. 87.
Matrimonia clandestina cur vetuerit Ecclesia IV. n. 1.
Contrahi hodie debent matrimonia coram Parocho proprio & testibus. ibid. nu. 2. Quis propris Parochis dicatur. n. 3. & 10.
Matrimonium coram falso Parocho contractum. an teneat? n. 14. An coram Parocho in alterius parochia adsistente? n. 16.
Matrimonia clandestina tenent ubi Conc. Trid. non est publicatum & acceptum. n. 21.
Matrimonio quæ conditio adjici possit IV. 5. n. 1. 5. 6. & seqq.
Matrimonio contrahendo aut contracto an adjici possit conditio perpetuæ continentiæ, non petendi debiti conjugalis &c. ibid. n. 3.
Matrimonio contrahendo adjici potest & causa nec falsa demonstratio vitiat. ibid. n. 16. & seq.

Matrimonii impedimenta, V. Impedimenta.
Matrimonium inter ascendentes & descendentes est irritum. IV. 14 n. 5. 6 & 32.
Quæ sit prohibitio inter transversales nu. 7.
Pœna contrahentium nuptias incestus. ibid. nu. 14. *& seq. De jure Canonico est excommunicatio. n.* 17. *A qua excusat ignorantia. n.* 18. *& 19. An & excusetur, qui bonâ fide contraxit? nu.* 24. *An qui per metum? nu.* 25. *An hac excommunicatio liget Sacerdotem aut testem præsentem? n.* 27.
Matrimonium legitimè initum non nisi auctoritate Ecclesiæ dissolvi potest. IV. 18. *nu.* 1.
Matrimonium ex caussa consanguinitatis qui accusare & contra illud testificari possint. ibid. nu. 4. *& seqq. Accusato matrimonii qualiter fieri debeat n.* 12.

Metus.

Metu gesta ipso jure tenent. I. 40. *n.* 3.
Excepto matrimonio & voto. ibid. n. 7.
An & testamenti factio? ibid. n. 9.
Iuramentum super actu per metum extorto an obliget? nu. 5.
Metus qualis requiratur. n. 10. *& seqq.*
Metus reverentialis non censetur justus. n. 18.

Minor.

Minor personam standi in judicio non habet. II. 1. *n.* 9.
An possit esse judex. ibid. n. 6.

Missa, missio.

Missa audienda in propria parochia III. 29. *n.* 3.
Idque diebus Dominicis & Festis. n. 4. *Festo & locali quinam audire teneantur. n.* 5.
Missa integra an audienda sub peccato? n. 7.
An pars omissa suppleri in alia possit? n. 9.
Missa quâ intentione audienda. n. 10.
Caussæ excusantes ab auditione Missæ. n. 12.
Celebranda una tantum de die III. 41. *n.* 2. *Excepta caussâ necessitatis, & die Nativitatis Domini. d. nu.* 2. *& 3.*
Celebranda in Ecclesia & loco sacro, excepta similiter caussâ necessitatis & privilegii. n. 7. *& 8.*
Celebrans in loco polluto an puniendus? n 10.
Missio in bona ex primo decreto quid operetur. II. 15. *nu.* 1.
Qui ex secundo. ibid. nu. 2.
Non datur in beneficiis. nu. 4.

Monachus.

Monachum facit professio, III. 31. *num.* 1. V. Professio.
Monachi nihil proprium possidere possunt III. 1. *num.* 4.
Monachus professus laxiorem regulam non tenetur sequi reformatam arctiorem? n.
Monachi qui. III. 7. n.
Monachi bona ipso ingressu acquirunt monasterio. III. 25. *nu.* 5. & III. 31. *nu.*
Monasterio mutato cedunt novo. ibid. n. & *jure Monacho facto Episcopo? nu.* 7. & III. 31. *n.* 31.
Decedenti in novitiatu an Monasterio cedat? n.
Monacho recusante adire delatam hæreditatem an possit adire Monasterium? n.
Bona quæsita à Monacho fugitivo cedunt Monasterio. III. 31. *n.*
An & quæsita à justè vel injustè exulante
Monacho, desertâ suâ Religione, ad aliam transire liceat? ibid. n.
An tunc transeant & bona? n.
Moniales tenentur ad clausuram. III. 31. *nu.*
An cogi ad clausuram possint, regulâ hoc non obligante? n.

Moneta.

Monetam adulterans tenetur crimine falsi. nu. 1.
An & qui excudit nummos sine Principis auctoritate, justi tamen ponderis & metalli. ibid. n. 24.
An radens monetam? n.
Monetam adulteratam bonâ fide accipiens & peccet eam in alium transferendo? ibid.

Mons Pietatis.

Quid? V. 19. *n.*
An & licitus & citra labem usurarum exerceatur. ibid. n.

Mulier.

Mulier pro alia intercedens juvatur S. C. Velleiano. III. 23. *nu.*
An & si juratò? ibid. n.
Mulier filium sponte occidens qualiter puniatur jure Canonico. V. 21. *n.*
Mulier adultera an & quatenus teneatur de damno veræ & legitimæ proli dato. V. 36. *n.*
Mutua Petitio V. Reconventio.

Munus.

Munus à manu, ab obsequio, à lingua quid. I. *n.* 56. 76. *& 79.*
Munus ab obsequio quotuplex. ibid. n.

Mutilatio.

Mutilatio membri an & quibus casibus reddat quem irregularem? V. 12. n. 76. & seqq.
Quis super eâ dispenset. n. 87.

N.

Negligentia.

Negligentia Prælatorum circa electionem & provisionem beneficiorum & Ecclesiarum an possit purgari. I. 10. n. 5.
A quo suppleatur. ibid. n. 6. & 7.

Nominatio.

Nominandi jus ad beneficia primò vacatura Universitatibus competens. III. 8. n. 9.

Nuntiatio novi operis.

Quando & qualiter fiat. V. 32. nu. 2.
Habet locum, non obstante cautione de opere demoliendo. ibid. n. 2. & 3.

Nuptiæ.

Nuptiæ quid? IV. 1. n. 52. V. Matrimonium.
Nuptiæ secundæ, & ultrà, rectè ineuntur. IV. 21. nu. 1.
Pœna secundò nubentium an hodie cessent? ibid. nu. 2.
Nuptiæ non iterandæ, nisi constet de morte prioris conjugis. ibid. nu. 4. 5. 6.
Quid juris, priori conjuge reverso. nu. 7.

O.

Oblationes.

Oblationes quæ ex re & quibus debeantur. III. 30. nu. 65.
An rectè acceptentur à personis criminosis. ib. nu. 66.
Non debentur laicis. nu. 67.

Officium, Officialis.

Officia temporalia sub prohibitione Ecclesiæ quænam esse dicantur. V. 3. n. 52.
An sint materia Simoniæ. ibid. nu. 51.
An officium Sacristæ vel Custodiæ? n. 53.

Opera, Operæ.

Opera servilia prohibita diebus festis. II. 9. num. 2.
Opera quædam non servilia prohibita sunt exerceri diebus festis, ut mercatus. nu. 12. *Et quæ concernunt processus judiciales.* nu. 13.

Ordo, Ordinarius.

Ordo quid, & quot sint Ordines sacri, I. 11. nu. 1. & seqq.
Ordines confert solus Episc. ibid. n. 5.
An & alius non Episc. ex commissione summi Pont. ibid. n. 7.
Quo tempore conferendi. ibid. n. 13.
Plures uno die an rectè conferantur. nu. 15.
Quinam sint capaces Ordinum. nu. 16.
Non sunt capaces fœminæ. nu. 17. *Et refutatur fabula de Ioanna Bapissa.* nu. 20.
Ordinatus à S. Pont. non ordinandus ab Episcopo. ibid. nu. 26.
Ordinatus ab Episc. qui Episcopatui renuntiavit, vel excommunicato, est suspensus ab usu Ordinum. I. 13. n. 1. & 2.
Ordinati ante præscriptam ætatem pœna. I. 14. nu. 6.
Ordinandorum qualitas in quibus consistat. ibid nu. 7. *Nemo ordinandus sine titulo beneficii* nu 9.
Ordinatus iteratò an sit irregularis. I. 16. nu. 2.
Ordinari prohibentur illegitimè nati. I. 17. n. 1 & seqq.
Licet defectus natalium sit occultus. ibid. nu. 5.
Nec dispensat eo casu Episc. nu. 6 *Vt nequis ad executionem Ordinis temerè suscipiat.* nu. 7.
An tangat hæc irregularitas nepotem legitimum ex filio illegitimo? nu. 12. *An & expositos?* nu. 13.
Ordinari prohibentur & servi. I. 18. nu. 4.
Obligati ad ratiocinia, I. 19. *Corpore vitiati.* I. 20 n. 5. *An claudus?* ibid. n. 8 *An surdaster?* ibid. n. 9. *An luscitiosus?* nu. 10. *An hermaphroditi?* nu. 12. *Prohibentur item bigami.* I. 21.
Clerici peregrini. I. 22. n. 5.
Ordinatus per justum metum an teneatur ad continentiam. I. 40. n. 10.
Ad Ordinem sacrum promoveri vir sine licentia uxoris non potest, Ordo tamen collatus tenet. III. 32. n. 24.
Ordinis sacri susceptione an dissolvatur matrimonium ratum, non consummatum? ibid. nu. 30.
Ordines furtivè suscipere quis dicatur, eiusque Pœna. V. 30. n. 1. & seqq.

P.

Pactum.

Pactum quid & quotuplex. I. 35. n. 1.
Qui pacisci possint. ibid. n. 2. Super quibus rebus n. 4. Effectus pactorum, nu. 5.
An ex pactis nudis iure Canonico detur actio. nu. 6.

Pallium.

Pallium quid, & qui illud gestent. I. 8. nu. 1. & 2.
Est personale. ibid. n. 3.

Parochus.

Parochia & Parœcia unde dicta. III. 29. n. 1.
Parochiani Sacramenta percipere in propria parochia debent. ibid. nu. 2. Item Missam audire. nu. 3.

Patrinus.

Patrinus in baptismo qualis adhibendus. IV. 11. n. 5.
Vnus vel una adhiberi debet. ibid. n. 6.
Pluribus admissis an omnes contrahant cognationem spiritualem? n. 7.

Patronus, Jus Patronatus.

Ius patronatus quid & quotuplex III. 38. nu. 1. 2. 3.
Adquiritur fundatione, constructione, dotatione ibid. n. 4. An & reparatione? n. 6.
Adquiritur & per concessionem S. Pont. n. 7.
An & præscriptione? n. 8. & 9.
Transit hoc jus per successionem. n. 10.
An in fidei commissarium universalem? n. 12.
Transit & per concessionem alterius. n. 14.
An tunc opus consensu Episcopi? n. 15.
Transit item per venditionem universitatis. n. 20. & seqq.
Præterea permutatare; cui adhæret. n. 24.
An transeat ad fiscum, publicatis patroni bonis? n. 27.
Effectus hujus juris in quibus consistat. n. 27. & seqq.
An dignior præsentandus? n. 31. & 32.
Præsentandi jus an competat marito ratione dotis nu. 36. An creditori jure pignoris? nu. 38.
An conductori? nu. 39. An tutori? nu. 40.
An sequestro? nu. 41.
Præsentatio intra quod tempus facienda. nu. 45.
Et quid si laicus concurrat cum Clerico n. 46.
Præsentandi tempus an currat ignoranti? nu. 57.
An excommunicato? nu. 58.
Iuri præsentandi derogat S. P. nu. 61. & seqq.
Ius patronatus quibus modis extinguitur n. 68.

Peculium.

Peculium quid, & quod dicatur Clericum p. 25. nu. 1.

Pensio.

Pensio quid, & an sit materia Simoniæ nu. 46.
Pensiones an redimi possint? ibid. n. 47.
An remitti?
Peregrini cur ordinari prohibeantur.
Peregrinus de Ordine suscepto qualiter promoveri debeat. ibid. n.

Permutatio.

Permutatio quid, & qualiter fiat. III. 19. n.
Ea prohibita regulariter in rebus Ecclesiæ nu. 2. & 3.
Permutatio beneficiorum & rerum spiritualium inter se licita, accedente superiori auctoritate. ibid. n. 4.
Quis eo casu sit superior. nu. 8. An & quorum consensus requiratur, si beneficium sit patronatus? n.
Beneficia inæqualia an & qualiter recompensentur? n. 14. & 15.
Qua beneficia inter se licitè permutentur n. 20. & seqq. An litigiosum cum alio liquido? n.
An pensio cum beneficio? n.
Permutationem an impediat gratia expectativa aut reservatio? n. 25. p.
Permutationis effectus.
Resignatione ex causa permutationis facta sit opus nova collatione? nu. 31. An permutatione habeat locum l. 2. Cod. Divers. scind. vend. n.
Pignus.
Pignus & Hypotheca quid? III. 21. n.
Quomodo constituatur. ibid. n.
Quæ res obligari possint n.
Pignus non admittit pactum commissorium num. 5.
Neque antichresios. n.
Finis contractus pignoratitij. n.
Plus petere quot modis quis dicatur. I. nu. 1.
Pœna plus petentis. ibid. n.
Pœna.
Pœna non inferenda, non plenè probatis rationibus, V. 39. n.

Pœna conventionalis an rectè adjiciatur contractui? V. 37. n. 2.
Pœna criminalis qua & quotuplex. ibid. n. 3.
Pœna jure Canonico ustata. n. 4.
Pœna arbitraria qua, & an ad mortem extendi possit. n. 14. 15.
Ordinariam an Iudex imponere teneatur n. 16.
An eam excedere, minuere, aut mitigare possit? n. 17.
Pœna sententiæ ferendæ aut latæ quando obliget, num. 19. & seqq.
Pœna confiscationis bonorum an ipso jure inducatur. n. 24.

Politia, Politici.

Politia & potestas alia civilis, alia Ecclesiastica, in Præfat. n. 2.
Politici hujus temporis notantur, ibid. num. 3. & I. 2. n. 12.

Pœnitentia.

Pœnitentia quid, ejusve partes. V. 38. n. 1.
Pœnitentia qualis imponenda. ibid. n. 5.

Pontifex.

Pontifex est supra Concilium. I. 2. n. 6.
Non tenetur decretis Concilii. ibid n. 9.
Articulum fidei tollere aut novum inducere non potest. ibid. num. 8.
Est supra Reges & Principes. ibid. num. 10. & seq.
Sine consensu Card. potest ferre legem. ibid. num. 20.
An possit dispensare super ordine mulierem? ubi de Ioanna Bapissa. I. 11. n. 20. & 21.
A Pontifice ordinatus non ordinandus ab Episc. ibid. n. 26.

Possidere, Possessio, Possessorium.

Possessio quid. II. 12. num 1. *Alia est civilis, alia naturalis.* ibid. n. 2.
Quo modo adquiratur, retineatur, amittatur. num. 3.
Possessorium & petitorium judicium an cumulari possit. ibid. n. 6.

Postulari, Postulatio.

Postulatio quid & qualiter fieri debeat. I. 5. n. 4.
Postulare qui possint, & qui postulari. ibid. n. 5. & seq. Postulatio debet esse certa ibid. n. 9.
postulantibus an liceat variare? n. 11.
Postulare qui contra quos prohibeantur. I. 37. num. 2.
An Clerici in sacris constituti? ibid. nu. 5.

Potestas.

Alia est civilis, alia Ecclesiastica. in Præf. num. 2.
An possint in eadem persona concurrere. I. 2. num. 16. num. 4.

Prælatus, Prælatura.

Prælatorum excessus in quibus consistere dicatur. V. 31 num. 1.
Subditorum privilegia impedire prohibentur ibid. num. 3.
Prælati inferiores jurisdictionem superioris ne turbent, num. 4.

Præscriptio.

Præscriptio quod? II. 26. num 1. V. Usucapio.

Præsumptio.

Præsumptio quid. II. 23. n. 1.
Quotuplex. ibid. n. 2. & 3.
Præsumptio est loco probationis. n. 4. An admittat Probationem in contrarium? nu. 5.
Præsumptioni an prævaleat confessio partis adversæ? n. 6. An notorium? n. 7. An impediat appellationem? num. 9. An operetur in foro conscientiæ? n. 10. An ex præsumptione ferri sententia possit? n. 11. An & inferri pœna ordinaria in causa criminali? n. 12.

Præcariæ, Præcarium.

Precaria sive Precaria quid? III. 14. n. 1.
In quod differat à Precario. ibid. n. 3.

Primicerius.

Primicerius quis ejusque officium. I. tit. 25.

Primitiæ.

Primitia quid, unde, quibus debita. III. 30. num. 64.

Privilegium.

Privilegium quid & in quo à Lege differat. V. 33. n. 1. & 2.
Scriptura an sit de substantia privilegii, & quo modo probetur. ibid. 3. & 4.
Privilegium quotuplex. n. 5. 6. 7.
Privilegia qui concedant. n. 8.
An consuetudine adquiri possint? n. 9.
Privilegii subjectum. num. 10. Materia. nu. 11. Effectus. num. 12.
Privilegium quibus prosit. nu. 13. Strictè interpretandum num. 14. Nec extendendum extra personam & causam, cui & ob quam concessum. num. 19.

***

Pri-

Privilegia quatenus amplianda & restringenda. num. 20. & seqq.
Privilegiorum usus, ubi qualis & à quo tempore locum habeat. num. 24. & seqq.

Probare, Probatio.

Probatio quid? II. 19. num. 1. Quotuplex. ibid. num. 3. & 4. Probandi onus cui incumbat. num. 5. Negans probatione non oneratur. nu. 6. Ordo in probando observandus. n. 8.
Probationis effectus. n. 10. & seqq.

Procurator.

Procurator quis dicatur. I. 38. num. 1.
Qui constituere procuratorem possint. ibid. num. 2. & seq. Qui constitui num. 5. In quibus caussis. num. 6.
Non constituitur sine mandato, & hujus effectus. num. 7. & 8.
Procurationes quid, & modus earum. III. 39. num. 6.
Modum excedens tenetur ad duplum recepti. ibid. num. 7.

Professio, Professus.

Professio facit Religiosum. III. 32. num. 1.
Alia est expressa, alia tacita. ibid. n. 2.
Ad validitatem professionis requiritur in primis ætas sufficiens & annus probationis. num 6. & seqq.
Debet esse libera. nu. 12.
Consensus parentum an necessarius? n. 16. & 17.
Requiritur & habilitas in profitente. nu. 18.
Item acceptatio Superioris. nu. 21.
Debet esse Religionis approbatæ. n. 22. Et continere tria vota substantiæ. n. 23.
Effectus professionis. n. 24. & seqq.
Professio irrita an validetur per actum proprium professorum? n. 39.
An reclamare professioni, quando & qualiter liceat? n. 40. & seq.
Professi bona cui adquirantur. ibid. num. 25. & seqq.

Protestatio.

Protestatio alterius de consentiendo in matrimonium an impediat illud contrahi? IV. 18. num. 2.

Protocollo.

Quæ fides habenda. II. 22. num. 5.
Protocollo standum, licet instrumento contrarietur. ibid. n. 6.

Pueri.

Doli capaces puniendi sed mitius. V. [illegible] & 2.
Puer doli capax aliquem occidens sit irregularis. ibid. num. 3. Doli capax quando dicatur. num 4.

Purgatio Canonica, Vulgaris.

Purgatio Canonica quæ dicatur. V. [illegible]
Forma hujus purgationis, ibid. num. [illegible]
Effectus. num. [illegible]
Purgatione legitimè peracta an reus iterum accusari possit? [illegible]
Pœnæ rei deficientis in purgatione [illegible]
Purgatio vulgaris quibus modis fiat. V. [illegible] & seqq.

R.

Raptus, Raptor.

Raptus quando committi dicatur, & in quo differat à stupro. V. 17. num. [illegible]
Pœnæ raptus, ibid. num. 2. An iis sit bona sponso rapiente sponsam? [illegible]
Pœnæ civiles an cessent, subsecutis nuptiis inter raptorem & raptam? [illegible]
Raptus an judicandus, non secutâ copulâ cum rapta? [illegible]
Raptores aliarum rerum à quo & qualiter puniantur. ibid. num. [illegible]

Reconventio.

Reconventio coram quo judice instituenda. [illegible] num. 1. & 2.
In quibus caussis locum habeat. ibid. n. [illegible]
Quo tempore proponenda. [illegible]

Recusatio.

Recusatio quid, ejusque finis. II. [illegible]
Quando proponenda. [illegible]
Recusatur jure Canonico judex etiam ordinarius. num. 35. An jure civili? num. [illegible]
Recusatio an ita suspendat jurisdictionem judicis, ut gesta ab eo sint nulla? num. [illegible]

Relatio.

Relatio & Consultatio quid? II. [illegible]
Relationes prohibitæ iure novissimo. ibid. [illegible]

Religio, Religiosus, Religiosa Domus.

Religiosum facit professio. III. [illegible]

V. Professio.

Religionem unam professo an ad aliam strictiorem transire. ibid. [illegible]
Religionem ingredi alter coniugum, alterum vel invito vel consentiente, qualiter possit. [illegible]

III. 32. n. 2. & seqq.
Item sponsa per vim cognita, invito sponso. ibid. num. 13. & seqq.
Religio nova sine auctoritate Pont. induci non potest. III. 36. num. 2.
Religiosæ domus quæ dicantur. ibid. n. 1.

Remissio.

Remissiones seu Indulgentiæ quid, & quis eas concedere possit. V. 38. nu. 9.
S. Pont. concedit absolutè, limitatè Cardinales & Episcopi. ibid. num. 11.

Reliquiæ.

Reliquiæ Sanctorum honorandæ. III. 45. nu. 1.
In altari consecrato an necessariò recondendæ? ibid. num. 2.
Qualiter adorandæ. num. 4.

Renuntiatio.

Renuntiatio quid, & cui ea permissa. I. 9. n. 1.
Renuntiare potest & Pont. ibid. nu. 2.
Episcopi & reliqui inferiores qualiter renuntient. ibid. num. 4. & seqq.
Renuntiatio beneficiorum coram quo fieri debeat ibid. num. 7.
Renuntiationis admissæ effectus. ibid. n. 8.
Ante admissam renuntiationem licet pœnitere. ibid. num. 10.
Et revocare procuratorem ante factam resignationem. n. 11. & seqq.
Renuntiatio beneficii sub pensione an licita? V. 3. num. 70.
An in favorem tertii? n. 71. & 72.
An cum clausula, Non aliàs, nec aliter? num. 87.

Repressaliæ.

Prohibitæ quoad Clericos. V. 36. n. 19.
An licitæ in laicis? ibid. num. 20.

Rescriptum.

Rescriptum quid? I. 3, num. 2. Quotuplex. ibid, num. 3. In quo differat rescriptum gratiæ à privilegio, num. 4 Rescriptum secundùm jus an debeat operari ultra jus commune? num. 6.
Rescriptum an recte impetret excommunicatus? num. 9.
Et quid de Pont. rescribente scienter excommunicato? nu. 11. & seqq.
Rescriptum ad lites impetrat quisque pro se n. 14. & 15. gratiæ etiam pro loco. n. 16.
Rescriptorum vis & effectus, num. 18. Explurib⁹ impetratis quodnam sit potius. nu. 19. & seqq.
Rescriptorum interpretatio strictè facienda. nu. 24. & seqq.
Rescripta obreptitia vel subreptitia quæ dicantur, & quo modo vitientur ex caussa obreptionis vel subreptionis. n. 28. & seqq.
Rescripta continentia absurdum & iniquum rejicienda. num. 39. Contra stylum Curiæ impetrata sunt suspectæ fidei, num. 40. Vt & peccantia in Latinitate. num. 41. Pendente lite Impetratum non valet. nu. 42.
Rescripta quousque durent, num. 43. & 44.

Residere, Residentia.

Residentia personalis cur & quo jure requisita in Clericis beneficiatis. III. 4. n. 1. & 2
Residentia strictè facienda. ibid. n. 5
Quæ caussæ excusent à residentia. num. 9 & 10.
Excusat & caussa morbi & senii. III. 6 num. 1.

Reservatio.

Reservatio beneficii quid, & quibus jus reservandi competat. III. 5. nu. 24.
An & hodie obtineat jus istud? nu. 25.
Reservatio corpore juris clausa quæ dicatur. num. 26.
Reservationes istæ quanam beneficia afficiant num. 27. & 28.

Resignatio.

Resignatio beneficiorum alia est tacita alia expressa. I. 9. num 16.
In favorem tertii facta an licita. ibid. n. 17.
Ab agrotante facta quando teneat. ibid. n. 18. & III. 19. num. 36.
Item alia libera, alia non libera. III. 19. n. 34.
Resignationi quæ pacta obsint. ibid. nu. 35.
Resignatio publicanda, & intra quod tempus. num. 37. An & ea quæ sit ex caussa permutationis? n. 38.

Restitutio in integrum.

Restitutio in integrum quid, & ex qua caussa detur. I 41. n. 1.
Datur & Ecclesiæ, exemplo minorum, ibid. nu. 2.
An detur minori læso renuntiatione beneficii? num. 4. Et an si beneficium alteri sit collatum? nu. 5.

Restitutio coram quo judice petenda. ibid. n. 6.
Et qualiter num. 7. Effectus. num. 9.
Restitutio datur adversus contractus metu initos. I. 40. num. 3.
Quid tunc veniat restituendum. ibid. n. 4.
Requisita ad hujusmodi restitutionem. ibid. n. 10. & seqq.
Restitutionem non admittunt baptismus & Ordo. num. 19.
Restitutio damni data à quibus facienda V. 36. nu. 1. & seqq.
Qui ab ea facienda excusentur. ibid. n. 8.
Cui facienda. n. 13.
Cujus sumptibus. n. 17.

S.

Sacramenta.

Sacramenta rectè percipiuntur ab excommunicato non vitando. I. 13. n. 3.
An & ab hæretico? ibid. n. 4.
Sacramentum Confirmationis. V. Confirmatio.
Sacramentum extremæ Vnctionis, ejusque effectus, minister. I. 15. n. 9. & 10.
Quibus & quando conferendum. ibidem num. 11.

Sanctorum Festa, Reliquiæ.

Sanctorum corpora honoranda. III. 45. num. 1.
Sanctorum cultus & Imaginum veneratio adseritur. ibid. n. 6. & 7.

Schisma.

Schisma quid, & in quo differat ab hæresi. V. 5. num. 1.
Pœnæ Schismaticorum. ibid. n. 1.
Irregularitatem an contrahant? num. 3.

Scrutinium.

Scrutinium quid, & ad quem spectet. I. 12. num. 1.

Sententia.

Sententia quid? II. 27. n. 2.
Sententia debet esse certa & conformis libello ibid. num. 3. *An Iudex conclusionem egredi possit?* n. 4.
Sententia proferenda à judice competente. n. 6.
Quando transeat in rem judicatam n. 8. *In causa matrimoniali non transit in rem judicatam.* n. 9.
Effectus sententiæ. n. 11. & 12.
Sententiis duabus latis à diversis judicibus utra potior?
Executio sententiæ ad quem spectet. num. [illegible] & seqq.

Sepultura.

Sepeliri quo in loco quis debeat. III. [illegible]
Sepulturæ electio cuilibet libera. [illegible]
Mulier an cum viro sepelienda. [illegible]
Electâ alibi sepulturâ debetur propriæ Ecclesiæ portio parochialis. [illegible]
Sepultura Ecclesiastica quibus debitaq[illegible] num. 7. *Deneganda infidelibus, [illegible] excommunicatis,* num. 8. *An & excommunicato non vitando?* [illegible]

Sequestratio.

Sequestratio regulariter prohibita. II. [illegible]
Sequestratæ rei possessio an transeat in [illegible]strum? [illegible]

Simonia.

Simoniæ pravitas. [illegible]
Simoniæ origo, difinitio, divisio. [illegible] & seqq.
Simoniæ materia, ut est juris divini, [illegible] spiritualia versatur. [illegible]
An matrimonium ponat materiam Simoniæ num. 8.
An Sacramenta? num. 9. *An res consecratæ* num. 10.
An Sacramentalia? [illegible]
An pro ingressu licitè quid detur, vel accipiatur? num. 16. 17. [illegible]
Actus jurisdictionis Ecclesiasticæ? [illegible] seqq. & V. 4. num. 1.
Simoniæ materia circa adnexa spiritualibus antecedenter, concomitanter, consequenter V. 3. n. 29. 37. 40.
An jus patronatus vendi possit? [illegible]
An jus sepulturæ? n. 32. [illegible]
An beneficia Ecclesiastica? n. 41. [illegible]
An pensiones sapiant Simoniam n. 46. [illegible]
Simoniæ materia, ut est juris humani [illegible] seq. *Officia temporalia Ecclesiæ an statuaria Simoniæ?* [illegible]
An officium Sacristæ vel Thesaurarii? [illegible]
An res & bona Ecclesiæ? [illegible]
Pretium sive temporale datum quando [illegible] Simoniam. [illegible]
Pretium illud consistit in munere à manu, [illegible] obsequio, à lingua & quid veniat sub munere à manu. num. 56. *Quid sub munere [illegible]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sequio. num. 76. & seqq. Quid sub munere à lingua num. 79. & seqq.
Simonia alia mentalis, alia conventionalis, alia realis. nu 86.
Mentalis non subest pœnis Ecclesiasticis. n. 90.
conventionalis an subsit? n. 91.
Simoniæ reali propositæ sunt pœnæ. Excommunicatio n. 94. Suspensio. n. 97.
Infamia juris. num. 101. Irritatio actus. 102.
Restitutio pretii n. 115. Irregularitas. n. 120.
Depositio. n. 121.
Simonia confidentialis quæ dicatur, ejusque pœna & num. 122. & seqq.
Simoniæ vitium an cadere possit in Pontificem? num. 126. & seq.
Super vitio Simoniæ an & quatenus dispenset Pont. num. 130. & seqq.

Solvere, Solutio.

Solutio quid? III. 23. n. 1.
Solvere qui teneantur. ibid. n. 2.
Solutionem indebite à se factam allegans an audiendus? ibid. n. 7.
Solutionis effectus. num. 9.

Sortes, Sortilegium.

Sortes quid & quotuplices. V. 21. n. 1.
Divisoriæ ex se licitæ. ibid. n. 2.
Illicitæ tamen in electionibus ad dignitates & munia Ecclesiastica. n. 3. & seq. An & in electionibus ad munia civilia? num. 7.
Sortes consultoriæ cur & quatenus damnatæ. nu. 8.
Divinatoriæ omninò illicitæ & damnatæ. num. 9.

Spado.

Spado jure civili matrimonium rectè contrahit. IV. 15. nu. 7.
An & jure Canonum? ibid. n. 8.

Spolium, Spoliatus.

Spoliatus quis dicatur. II. 13. nu. 1.
Spoliatus restituendus ex sola allegatione spolii. ibid. n. 2. Pretio hujusmodi restitutionis an detur jure Canonico contra tertium possessorem bonæ fidei? nu. 5. cui detur n. 6. Adversus quem nu. 7. Quid in eam veniat. nu. 8.
Spoliato agenti an rectè objiciatur exceptio omnii ibid. num. 12. An hæc exceptio prædonem notorium spoliatum removeat? num. 13.

Sponsa, Sponsalia.

Sponsalia unde dicta & quid. IV. 1. n. 2. & 3.
Ætas quæ requisita ad sponsalia. ibid. nu. 4. & seqq. VI. 2. num. 4.
Contrahuntur nudo consensu. IV. 1. n. 7.
Non contrahit ea furiosus. IV. 2. n. 1.
Quibus verbis consensus ille declaretur. IV. 1. num. 8. & seqq.
Sponsaliorum effectus. num. 16. An quis præcise cogi possit ea implere? num. 18.
An qui fidè promisit teneatur implere? n. 19.
An sub spe ejusmodi promissionis defloranς virginem? nu. 20.
Sponsalia per copulam subsequentem an transeant in matrimonium? num. 22.
Sponsalia quibus modis dissolvantur. num. 25. & seq.
Sponsa de præsenti cognita à sponso an possit eo invito ingredi, profiteri Religionem? III. 32. num. 13.
Sponsalia de præsenti dissolvuntur per professionem solemnem. ibid. nu. 17.
Sponsalia clandestina an hodie prohibita? IV. 3. num. 5.
Sponsalia sub impossibili conditione inita an teneant? IV. 5. n. 22.
Sponsalia de futuro contrahens cum consanguinea hoc ipso non incurrit excommunicationem. IV. 14. num. 22.

Spurius.

Spurii qui dicantur. IV. 17. n. 3.

Statutum.

Statuta qualiter condant Episcopi. I. 2. num. 24. & 25.
Statuta Episcoporum quatenus obligent. ibid. num. 31.
Statutis locorum quatenus peregrini teneantur. ibid. num. 33.
Statuta, quibus prohibetur translatio bonorum immobilium in Ecclesiam, an sint justa? III. 27. n. 10.

Stuprum, Stuprator.

Stuprum quid, ejusque pœna. V. 16. n. 14.
Stuprans seductam ad quid teneatur, ibid. n. 2. Et quid si sub promissione conjugii? num. 3.

Suspensio.

Suspensio quid? V. 39. num. 113. Quotuplex n. 114. & 115.
Suspensio ab ordine quid operetur nu. 11. Quid sus-

Suspensio quando & à quo tolli possit nu. 166.

Syndicus.

Syndicus quis & in quo differat à procuratore. I. 39. 1.

T.

Testamentum, Testator.

Testamenti ordinandi forma jure Canonico requisita. III. 26. *n.* 19.

Inter testes an mulier admittatur. ibid. n. 21.

Testamentum ad pias causas, an testem aliquem desideret? ibid. num. 22.

Institutio hæredis etiam hoc jure necessaria. num. 23.

An institutio etiam hoc jure in alienum arbitrium rectè conferatur? n. 24.

Testandi licentia est Clerico de bonis patrimonialibus & quasi patrimonialibus. ibid. n. 2.

Non etiam de adquisitis ex fructibus beneficii. num. 3. *Nisi ex concessione S. P. n.* 5.

Hodie passim permissa ex generali consuetudine. nu. 6. *&* 8.

Religioso an licentia ista concedi possit? n. 9. *& seqq.*

Et an factum ante testamentum faciat convalescere. n. 12.

Testamentum ante ingressum factum an per ingressum rumpatur? n. 15.

Novitiis est liberum arbitrium disponendi de suis bonis. n. 16. *&* 17.

Testimonium, Testis.

Testes qui & quales probent. II. 20. *n.* 1.

Testis de familia actoris an probet. ibid. n. 2.

Testis idoneus nemo in propria causa. n. 4.

A testimonio dicendo quinam removeantur. num. 7. *& seqq. Mulier an jure Canonico rejiciatur in criminalibus. num.* 9.

Testes quando & qualiter producendi. num. 17. *&* 18. *Qualiter examinandi num.* 19. *Productio quarta qualiter admittenda. num* 22. *Item productio nova post publicationem testificatorum. num.* 23. *& seqq. An in causa appellationis super iisdem articulis novi testes produci possint. num.* 29.

Testes quando de novo audiri possint. n. 30.

Testium fides unde colligenda. n. 32.

Testis unus non probat. n. 34. *ut plures nec singulares num.* 37. *Et quid si diversimodè deponant. n.* 38.

Testes dissidentes qualiter conciliandi. nu. 39.

Testes cogi possunt ad testimonium dicendum I. 21. *nu.* 1. *Etiam in causa criminali. num.*

Qui cogi non possint. num. 4. *&* [illegible]

Testes ante litem contestatam regulariter non recipiuntur. II. 6. *n.* 3. *&* [illegible]

Tonsura.

Tonsura non est Ordo. I. 12. *n.* 1

Conferenda in propria diœcesi. [illegible]

Qui & quales ea initiandi. [illegible]

Torneamenta.

Cur prohibita. V. 13. *num.* 1

Prohibitio ea quando cesset. [illegible]

Traditio.

Traditiones quædam scriptæ, quædam non scriptæ. I. 4. *n.* 1.

Item aliæ divinæ, aliæ Apostolicæ, aliæ Ecclesiasticæ. [illegible]

Earum vis & auctoritas adversùs auctores hæreticos [illegible]

Transactio.

Transactio quid. I. 36. *n.* 1.

Qui transigere possint, & de quibus rebus. ibid. num. 4.

Transactio an licita super beneficiis? V. 3. *n.* 8.

Translatio.

Translatio Episcoporum prohibita regulariter. I. 7. *n.* 1.

Fit à solo Pontifice. [illegible]

Transferri invitus an possit. [illegible]

V.

Vicarius.

Vicarius quis? I. 12. *n.* 1.

Vicarius Generalis quis dicatur. ibi. num. 3.

Ejus potestas. ibid. num. 4. *& seqq. Quibus constitui debeat. nu.* 8. *& seqq. Ordinarius habet jurisdictionem num.* 11. *Quibus modis finiatur ejus potestas. n.* 12. *&* [illegible]

Vicaria alia perpetua, alia temporalis. I. [illegible] *num.* 14.

Vicarius perpetuus à quo constituatur. ibid. n. [illegible]

A quo destituatur.

Vicarius temporalis ex quibus causis constituatur. ibid. [illegible]

Votum.

Votum quid? III. 34. *n.* 1 *Quotuplex ibid. n.* 2. *seqq.*

Vovere qui possint. n. 7. *&* [illegible] *Ita*

Voti materia est actus humanus & possibilis, num. 13. & seqq.
Forma consistit in promissione. num 26. Eaque deliberata. num. 27.
Adesse debet & intentio obligandi se. n. 30.
Votum debet esse libere emissum. n. 33.
Metus quis & qualis impediat effectum voti. num. 34. & seqq. Item dolus & error. num. 38. & seqq.
Effectus voti obligare in conscientia juxta materiam gravem aut levem, num. 45. & seqq.
Votum ipsum voventem tenet, non alium. nu. 58. & 60.
Hæres an & quatenus teneatur ad vota defuncti. num. 61. & seqq.
Voti obligatio quibus modis cesset. nu. 67. & seq.

Usucapio.

Usucapio quid, & cur introducta. II. 26. *n.* 2.
Requisita ad usucapionem Possessio, eaque continuata. ibid. num. 3. & seq. Bona fides, num. 7. Titulus justus. num. 15. & ut res sit præscriptibilis, nu. 18.

Usuræ.

Usura quid nominis & rei. V. 19. *n.* 1.
Usura sive fœnus nauticum an licitum? ibid. num. 3. & 4.
Usura in quibus rebus locum habeat. num. 6. 7. & 8.
Usuræ aliæ compensatoriæ, aliæ punitoriæ, aliæ lucratoriæ, & hæ prohibitæ jure naturali, divino, Canonico. nu. 9. & seqq. An & civili? num. 15. Pactum antichresios jure civili probatum, damnatum jure Canonico. n. 16.
Usurarius tenetur ad restitutionem usurarum. num. 23. An & ad restitutionem rei ex usuris comparatæ? n. 24.
Tenentur & hæredes usurarii. n. 26
An teneantur cooperantes? nu. 21. An judices, & eorum consiliarii, Notarii? num. 32. & 33. An famuli? nu. 35.
Usura mentalis an obliget ad restitutionem? nu. 36. 38.
Usurarius est infamis. num. 42. & 43. Intestabilis n. 45. Donare mortis caussa an possit? num 50.
Usura delictum est mixti fori. pum. 54.

Ususfructus.

Ususfructus bonorum adventitiorum ingressi an transeat ad Monasterium, III. 31. *n.* 28.

FINIS.

Collegii Soc. Jesu Paderborn. 1698.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
4783


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN